00081455

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from
Government of Maharashtra
on 30 January, 2020

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΟΙ ιζ.

# STRABONIS RERUM GEOGRAPHICARUM

LIBRI XVII. 81455

Accedu[illegible]ioni, ad CASAUBONIANAM III expreſſæ,

Notæ Integræ G. [illegible], IS. CASAUBONI, F. MORELLII, JAC. PALMERII,
Selectæ vero [illegible]tis P. MERULAE, J. MEURSII, PH. CLUVERII,
L. HOLSTENII, CL. SALMASII, S. BOCHARTI, IS. VOSSII,
E. SPANHEMII, CH. CELLARII Aliorumque.

SUBJICIUNTUR Va 29

CHRESTOMATHIÆ

GRÆC. & LAT.




AMSTELAEDAMI,

Apud JOANNEM WOLTERS, M. DCCVII.

Va. 29

00081455

## THEODORUS JANSONIUS
## AB ALMELOVEEN
### S. P. D.
# LECTORI BENEVOLO.

A Multis annis admodum raro in bibliothecis etiam inſtructiſſimis Strabonem, omnium judicio principem geographorum ſimul & fideliſſimum hiſtoricum, cura ſummi viri Iſaaci Caſauboni illuſtratum, ejuſque eruditiſſimis perpetuis annotationibus auctum, exſtare, atque avide à viris, qui principes inter doctos habentur, deſiderari, in tanta illius ſcriptoris exemplarium penuria cum obſervaſſet librarius, iis, qui Geographiæ veteris ſtudia præ omnibus amplectuntur, ſatisfacere volens, in primis conſtituit eximium hunc ſcriptorem, cujus lectio, ut ſitus totius orbis rite cognoſcatur, admodum neceſſaria eſt, ante LXXXVII annos ultima vice Pariſiis vulgatum, prælo ſubjicere. Ut autem hæc reliquis, quæ antea luci expoſitæ fuerunt, editionibus, quæ, quod mirum tamen, pauciori numero repertæ ſunt, (quinquies enim intra CXC annos Græce tantum eſt editus) præſtaret, ſerio mecum cœpit agere, ut honeſtiſſimis ſuis conatibus utraque manu adeſſem, vel etiam ipſi traderem quod haberem auctarium animadverſionum virorum doctorum, quo vel ipſum Strabonem, vel optimi

commen-

commentatoris Iſ. Caſauboni notas poſſem exornare. Quod primo non ita lubens amplecti potui, quod Strabonem numquam eo conſilio tractaſſem aut evolviſſem, ut eum edendo tamquam accinctus miles vel athleta in hanc arenam tuto deſcendere poſſem. Deterrebat me facies totius operis, non niſi humeris fortiſſimi viri ſuſtentandi, & longiſſima mora, cui vix prudentiſſimus ſufficeret, ad finem perducendi. Pertinacius vero ut reluctarer, faciebat ipſius Caſauboni arbitrium, qui, uti ex commentariis ejuſdem viri conſtat, auctorem hunc edi a peritiſſimo ſui temporis geographo Philippo Cluverio volebat. Hunc enim, ut labores ipſius in deſcribendis Orbis antiqui & novi regionibus probant, juſta ratione ſtudiis iſtis promovendis aptiſſimum judicabat, ut ita Strabonis ager cultura æqualis & optime comparati artificis tanto magis eniteſceret. Inhibuit etiam, quod probe noveram idem de Strabone judicium tuliſſe ſuperioribus ſeculis multos fama & eruditione clariſſimos heroas, Victorium, Turnebum, Stephanum, Scaligerum, Lipſium, Holſtenium, Lindenbrogium, Salmaſium, Voſſium, &, qui noſtris temporibus aut claruerunt, vel clarent auctoritate, Gronovios, Grævium, Perizonium, Cellarium, Hudſonium, alioſque. Maluerunt enim hi omnes ab hoc auctore manus abſtinere, quam corruptum adeo & graviter laborantem invalida medicina curare. Deerant enim ipſis remedia, deerant quæ repurgando iſti Augiæ ſtabulo neceſſaria requirebantur. Neque in hoc auctore quicquam emendare abſque auctoritate alicujus codicis vel facile licebat, vel tutum judicabatur ab ipſo Caſaubono. Quare initis rationibus, mecum reputans librarium non facile inventurum quempiam qui hoc tanti moliminis negotium in ſe ſuſciperet, meum ita expoſui ipſi conſilium, ut in edendo hoc auctore ſequeretur illud exemplar, quod ab ipſo Caſaubono ſecundis curis, paucis annis ante mortem optimi viri emendatum, & fere ſexennio poſt ejuſdem obitum, luci expoſitum, tantopere omnium doctorum virorum præconium meruerat; atque adjiceret illa omnia Obſervata quæ Xylander, Morellius, Palmerius deſtinato conſilio quondam ſcripſerant, atque etiam quæ alii viri docti ſubinde in aliud intenti per partes peregerant: Quibus recenſendis & digerendis operam meam roganti librario non potui denegare. Quod ad textum vero Strabonis attinet Græcum & Latinum ita reliquimus ſicut in ultima editione ad nos pervenerat. Nam illum emendare nec potuimus, nec etiam voluimus, ne, deſtituti prorſus omnibus auxiliis, fortaſſis hunc genuinum doctiſſimi Caſauboni foetum, (quem tamen *non ut partum legitimum, ſed ut* ἔκτρωμα ἐξάμηνον *haberi* vult (*ep.* 11.) contaminaremus, & noſtras ſecuti conjecturas quoſdam ſeveriores Ariſtarchos de noſtra incuria acerbius clamantes audire cogeremur, ſi errores, qui in prioribus editionibus vel invito Caſaubono (*epiſt.* 19.) remanſe-

manſerunt, in hac poſtrema offenderent. Audi L. B. qui olim contra acerbos criticos ſe defenderit ipſe Caſaubonus in præfatione Polyæno præmiſſa: *Mihi*, ait, *numquam hoc fuit propoſitum, ut ex librorum Græcorum, hiſtoricorum præſertim, verſione in Latinum ſermonem, multo minus ex earum verſionum, quæ ab aliis eſſent profectæ, emendatione nomen mihi pareream: quod neque arduum fuit nobis, quoties libuit experiri, neque palmarium umquam judicavimus, aut dignam omnino rem, in qua, quod ſupereſt nobis ex graviſſimis noſtris occupationibus otii, collocaremus. Quare deſinant obſecro doctiſſimi viri de nobis conqueri, quod ſuperiore anno, quum Strabonem noſtrum ederemus, peccata interpretis non ſimus ſigillatim omnia perſecuti: qui ſi factum id ita interpretantur, quaſi non eſſent illa a nobis animadverſa, næ illi nos non norunt: qui profecto ſi id egiſſemus, & quæ illi notant, & alia quam plurima quæ non omnes fortaſſe vident, notare nullo negotio potuiſſemus. Sed num quæſo inique faciunt, qui plus a nobis exigunt, quam nos polliceamur? Emendare enim & commentari Strabonem fuit nobis propoſitum: non interpretis peccata notare: quod ſi quando a nobis factum (& factum ſane, cum ante in Strabone, tum in Polyæno nunc) alia cauſa fuit: nempe ſi quid ea res faceret ad lectionis veritatem. Jam quod alio loco iidem ſummi viri annotationem quandam noſtram ad quartum Strabonis tot machinis labefactare conantur: niſi aliud proferant, nunquam conſequentur, ut in ea vel unicum apicem cenſeam mutandum. Ipſe ſane ſi totam illam noſtram annotatiunculam perlegiſſent, non commiſiſſent, ut qui omnia in iis admirer, candorem tamen in hoc ipſorum reſponſione deſiderare poſſem; ſed hæc pluribus alias. At moroſos iſtos (non jam te alloquor magne Belga) & iniquos alienæ induſtriæ æſtimatores, nunquam tanti faciam, ut reſponſione dignos putem. Scilicet urit eos, quod nos ea ætate (vix dum enim vigeſimum octavum ætatis annum eramus ingreſſi quum Strabonem edidimus) conati ſimus palmam illis præripere, ad quam ipſi per tot luſtra ac decadas annorum contendebant. Atqui, quod etiam magis etiam urat, ſi Deus fautor unicus ſtudiorum noſtrorum, vitam & otium ſuppeditet, faciemus profecto, ut intelligant, nos ad poliendum & perficiendum opus, quod temporum iniquitas nobis invitis extorſit, eorum opem non admodum deſiderare.*

De ipſo quoque Strabone major erat apud nos exiſtimatio, quam eundem vel leviſſima macula inconſulto polluere, prout iſta audaciſſimorum quorundam hominum ſolet eſſe temeritas, tantum juris ſibi in corrigendis auctoribus aſſumentium, ut pro lubitu mutent atque tranſponant eorum verba, de quibus ne auctores quidem ipſi per ſomnium cogitaverunt. Nolui, inquam, ea, quæ priores editiones conſtanter exhibuerunt, etiamſi forte lectio corrupta & minus proba videretur, propterea immutare, vel mea ſolum auctoritate corrigere. Ubi tamen ex Aldi, Hopperique codice animadverterem excidiſſe verba, ea vel ſubjeci, vel ipſi textui inſerui, uti pag. 715. l. 4. hujus editionis poſt verbum Σατύρων omiſſa addidi καὶ Σειληνῶν, & pag. 791. l. 36. poſt verbum αὐτοῦ ela-

pſum verbum σχίσεται. pag. 996. l. 15. poſt verba καὶ Μύσοι editiones Aldi & Hopperi καὶ Χάλυβες, καὶ Φρύγες, καὶ Μιλύαι addere monui. pag. 1006. l. 2. poſt verba ἐν παρόδῳ appoſui omiſſas voces στρατιωτικῇ καὶ δρόμῳ. pag. 1057. l. 36. poſt verbum τετρακισχιλίοις exciderunt καὶ τετρακοσίοις, pag. 1114. l. 34. poſt verbum Τρωγλοδυτικῆς appoſui neglecta verba εἶτα ἄλλην πόλιν Ἀρσινόην. In ipſa autem verſione, (quam plane *novam deſiderare Strabonem, ſiquidem eum doctiſſimus interpres haud raro inconſulte atque inconſiderate interpretatur*, ait Barthius,) etiam nonnumquam neglecta revocavimus verba. pag. 724. l. 13. deſunt *Euripidis verbis contradicens*. pag. 777. l. 10. *propter Alexandri ambitionem*. pag. 890. l. 20. *& Eleuſa de quibus*. pag. 969. l. 36. poſt verbum peripateticus adde: *vir hiſtoricus. Ætate noſtra Theopompus*. pag. 994. l. 29. *proxime Orontes emittit*. pag. 1139. l. 23. *à Thraſyalco Thaſio, qui unus fuit ex antiquis phyſicis*. Verba vero, eorumque reſtitutos apices hic enumerare prætereo, quæ, qui curioſis auctorem oculis perluſtrat, ipſe ſatis percipiet. Potiſſimum vero in eo diligens noſtra cura verſata eſt, ut auctorum teſtimonia a Caſaubono in notis citata, minus fideliter excuſa, ex ipſis emendatioribus editionibus corrigeremus, additis in commodiorem uſum lectorum, quantum potuimus, librorum capitumque diſtinctionibus. Qui labor quidem longa tædia devorare juſſit, &, quamvis primo oculorum intuitu non ita conſpicuus, tamen diligenti indagine hanc laudem, ut lectoribus unice prodeſſe voluerit, ſit inventurus. Denique illud diligens fuit noſtrum ſtudium, ut, quæ ſparſim in libris vel commentariis cujuſcunque diſciplinæ vel etiam ætatis ſcriptorum comprehenſa invenire potuimus, inde deſumta ſuis locis Strabonis textui ſubjiceremus, ut illa acceſſione nunc locupletior & nitidior Strabo prodiret, orbis deſcriptio majore luce ſplendeſceret: eoque felices adeo conſequuti ſumus hujus noſtri laboris ſucceſſus, ut, quod præfiſcine dixerim, ultra quadringenta Strabonis loca, aliquando brevius, & prolixius quoque aliquando aliorum auctorum verbis illuſtraverimus. Verum ſperamus ſurrecturum olim quempiam, qui poſt Conr. Heresbachium, H. Glareanum, Joh. Hartungum, Marc. Hopperum, Guil. Xylandrum, Iſaac. Caſaubonum, Jac. Palmerium, inſtructus illis ſubſidiis, quæ non niſi raro & difficulter offenduntur, & tamen in hoc graviſſimo ſcriptore emaculando neceſſario requiruntur, ſemel, quod iſti viri nondum potuerint attingere, rite perficiat. At ea ſpes minus nos falleret, ſi codicum manu exaratorum Strabonis penuria (nam ita rari exſtant, ut vix in publicis principum Bibliothecis reperiantur) non adeo foret deploranda. Non enim in illa celebri Voſſiana Bibliotheca, quæ Athenæi Batavici nunc dives factus eſt theſaurus, exſtat, niſi dumtaxat plenioris operis fragmentum. Nec univerſa Anglia vel etiam Scotia tot manu exaratorum codicum abundantia excellens, niſi unicum ſuppeditare poſſet è collegio Lincolnenſi, eumque adhuc mutilum, atque etiam

unum

unum ex Etonenſi, qui ſimiliter (cum in eo ſeptem libri deſiderentur) integer non exſtat. In celebri illa Palatina Bibliotheca quoque non niſi partem & excerpta quædam Strabonis inveniri, ex catalogo Manuſcriptorum Græcorum, quem de ea reliquit Sylburgius, pateſcit. Præterea nihil prorſus Strabonis habet Thomaſinus, qui ceteroquin omne quidquid in Bibliothecis publicis & privatis, quæ Patavii ſunt, excuſſit, & in lucem produxit. Integrum vero Venetiis reperiri in Divi Marci Bibliotheca refert Spachius, qui forte fuit unus ex iis IV quorum collationes a ſocero ſuo Henrico Stephano, (edito jam fere Strabone) ſe accepiſſe aliquoties fatetur Caſaubonus. Binos tamen integros, ſed recentioris notæ, Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana haberi, ex diligentiſſimi viri Montfauconii Itineris Italici diario conſtat. Foret profecto egregium ornamentum ſi comparari poſſet Cyriacus Anconitanus Scholiaſtes Græcus Strabonis, qui tempore Frederici III in Strabonem videtur Græca Scholia conſcripſiſſe, quibus uſus eſt Langermannus JCtus Hamburgenſis, uti colligi poteſt ex Reineſii Inſcriptionum Syntagmate pag. 223 & 368. In primis etiam Henrici Scrimgeri Profeſſoris Genevenſis in Strabonem notæ, Caſaubono anno 1607 a Petro Junio miſſæ, quas alicujus momenti fuiſſe vel ex ipſius Caſauboni verbis conſtat, ſcribentis: *Quantum ad eam rem* (novam nempe Strabonis editionem) *juvare nos tuæ illæ notæ Scrimgerianæ queant, ne dici quidem poteſt.* (ep. 514.) His aliiſque plurimis ornamentis decoratum ſi quando videre licuerit ſuperbientem Strabonem, incredibiliter gaudebo.

INDI-

# INDICULUS

## EDITIONUM

# STRABONIS.

1480. STrabo Latine. *Venet.* in fol. *Ex Beughem. Incunabul. Typogr.*

1511. Strabo Latine apud Bartholom. de Zanis. *Ex Joſiæ Simleri Epitome Geſner.*

1512. Strabo in Latinam linguam verſus a Gregorio Trifernate & Guarino Veronenſe. *Pariſ.* in fol.

1516. Strabo Græce apud Aldum. *Venet.* in fol.

1523. Strabo ab Guarino Veronenſe & Gregorio Trifernate (ut putatur) verſus, ſed recognitus & emendatus ab Conrado Heresbachio. *Baſil.* in fol.

1539. Strabo Latine ex verſione Guarini Veronenſis & Gregorii Trifernatis, ſed recognitione Conradi Heresbachii, ex officina Curionis. *Baſil.* in fol. *Ex Joſiæ Simleri Epitome Geſner.*

1549. Strabo Græce & Latine ex emendatione Marci Hopperi: *Baſil.* ex officina Henric-Petrin. in fol.

1571. Strabo Græce & Latine ex verſione M. Guilielmi Xylandri, cum Ejuſdem notis, ex officina Henric-Petrina. *Baſil.* in fol.

1587. Strabo Græce & Latine cum notis Iſaaci Caſauboni. *Genev.* apud Euſtath. Vignon. in fol.

1620. Strabo Græce & Latine cum notis Iſaaci Caſauboni. *Pariſ.* in fol.

1652. Strabo Latine ex emendatione Marci Hopperi. *Amſtelædam.* apud Joan. Janſſon. Juniorem. in 12.

- - - Strabo Italice ex verſione . . . Bonaccioli - - - *Ex Merulæ Coſmograph. Part. II. Lib. 4. cap. 11.*

EPISTO-

# EPISTOLÆ ET PRÆFATIONES

Quæ prioribus

# STRABONIS

*Editionibus Præfixæ erant.*

---

## Edit. Baſil. A. 1549.

Ægidio Tſchudo Claronenſi, viro apud Helvetios Consulari Clariſſimo, Prætori Aquenſi integerrimo, Marcus Hopperus Baſilienſis. S. P. D.

SI ingrati habentur, & pii parum liberi, qui relictas ſibi à majoribus ſuis opes vel ſine ratione prorſus deſpiciunt, vel in vaniſſimos uſus turpiter profundunt, dilapidantque: quanta eorum erit ingratitudo, qui divitias longe majores, hoc eſt, veterum & prædeceſſorum ſuorum, de rerum Naturæque partium diligenti ac multifaria conſideratione συντάγματα καὶ ὑπομνήματα, quibus animus excolitur, ſibi ac poſteris relicta, nullius precii præ ſua pigritia & inertia ducunt? Eo vero contra laudanda magis eorum eſt probitas & gratitudo, quam ſua induſtria & ſtudio probant, qui ejuſmodi monumenta, rem veluti dignam, jucundam, honeſtam, utilem, neceſſariam, & ſingulare veluti Dei in vita humana donum amplectuntur, exoſculantur, fovent, promovent, ab interitu fortiter vindicant, à corruptione reſtituunt, caſtigant, illuſtrant. Quod quidem hominum erat officium omnium, niſi corruptio prima hanc ſecum ruditatem induxiſſet. Noluit enim Deus ille Optimus Maximus hominem pecudum inſtar vultu demiſſo deſpicere, & ignorare res illas, in quas univerſas dominium ei ſemel conceſſiſſet: ſed fronte erecta, & in omnes mundi Naturæque partes directa, ut ſuprema, infima & medioxuma omnia intueretur, perluſtraret atque cognoſceret: quibus inſpectis & cognitis, in majores Dei laudes & ſapientiæ, ejus qui eſt Chriſtus Jeſus, per quem omnia facta ſunt, raperetur, jugiter cum ſancto David ſpiritu exultante pſallendo: *Magnus eſt Dominus noſter, & immenſa virtus ejus, ſapientiæ autem ejus numerus non eſt.* Quia vero ea mentibus humanis poſt lapſum obrepſit & inducta eſt cæcitas, ut rerum eas natura penitus lateret, adeoque nulla rerum incognitarum admiratione caperentur, vel ad Majeſtatem earum excitarentur: excitavit denuo Deus ſingularia quædam ingenia, quæ Naturæ vim abſconditæ imperitis eruerent. Quorſum vero hæc? Ut, quemadmodum alios omnes ejuſmodi homines ingenioſos, & ſcripta eorum colere, & ſuſpicere debemus, ita horum quoque, Vir Ornatiſſime, ſtudium & induſtria omnibus commendetur, quorum opera & beneficio hoc quoque præclarum de orbis terreſtris ſitu Opus, poſteritati relictum, conſervatum, & in lucem, quantum fieri potuit, integrum, purum & perfectum, editum eſt. Nam ut de ſcientia hac ipſa prius dicam, multæ ſunt res, quæ commendare nobis eam debent: inprimis vero dignitas ejus, utilitas, & mira jucunditas. Dignitatem quandam eximiam oſtendit ipſum ſtatim, circa quod verſatur, ſubjectum. Id vero eſt, non de animalibus, non de plantis, non de gemmis vel metallis, aut alia ejuſmodi aliqua Naturæ parte, quarum quidem rerum contemplationes ſunt & pulcherrimæ & utiliſſimæ: ſed totus eſt ille terræ orbis cum omni ornatu ejus, qui, quæ diximus jam, univerſa in ſe continet, & ex ſe pleraque progignit: una cum vaſto illo Oceano & ſupereminentibus inſulis. Commendat quoque dignitatem ejus, artis præclariſſimæ affinitas, ea videlicet, quæ de cœleſtibus corporibus, habetur diſciplina: quæ ut ſupremum ſortita eſt locum, ita hæc proxime ei ac velut ὑπαλλήλη ſubjungitur, unde quoque ſuarum demonſtrationum principia & firmamenta pleraque petit. Hinc quoque Ptolemæus, verus hujus diſciplinæ artifex, utramque in opere ſuo conjunxit, quod circa orbes quaſi verſentur concentricos, hæc quidem terreſtrem, illa vero cœleſtem. De utilitate autem quid dicam? experiuntur eam haud exiguam inprimis, ſi ejus periti ſunt, qui regnorum, civitatum & caſtrorum gubernaculis præfecti ſunt, præſertim ſi populorum & gentium mores, ritus, & conſuetudines, quorum domum obſervatio prudentiam gignit, ipſis locorum deſcriptionibus adjiciantur: cujus noſter ille præ aliis fere omnibus memor diligenter fuit. Sentiunt quoque hinc ſuam commoditatem, qui mercibus commutandis, & in exteras longinquas regiones tranſportandis vitam agunt, dum terrarum ſitus, marium flexus, locorumque omnium diſtantias cognitas habent. Quæ autem ſtudioſi, & qui bonas profitentur literas, commoda hinc capiunt, præter illud

quod nunc dicam, alia multa ſunt. Nam quem auctorem, ſive hiſtoricum, ſive poëtam, vel ipſimet recte intelligent, vel aliis interpretabuntur, niſi rerum geographicarum aliqua, ſaltem mediocri cognitione inſtructi fuerint? Ut taceam, quod ad univerſam rem literariam habiliorem & idoneum magis hominem reddit. De jucunditate porro, quam nobis parit hæc facultas, non eſt quod multis diſputem: omnes quippe ſentimus, mirabili quadam animos noſtros affici ſuavitate, ſi vel unius alteriuſve gentis mores, & varios ritus, diverſos paulo à noſtris, aliquis nobis referat: aut ſi quis maris aliqua monſtra, animalium quorundam incognitas nobis & inauditas formas & effigies narret: Ætnæ item montis conflagrationem perpetuam, vel Scyllæ, Charybdiſve pericula ſi quis commemoret, admiratione magna ducimur. Quanto igitur majorem nobis adferet voluptatem, ſi totum ſimul hunc terræ orbem, & omnem ornatum ejus, regiones, montes, valles, ſylvas, flumina, populos, regna, & urbes infinitas, una cum Oceano omnia hæc ambiente magno, & quicquid in eo, perluſtrare contingat. Et eo certe magis, quod citra periculorum metum, & ſumptum immenſum, domi etiam apud noſtros manentes, diſcere hæc omnia poſſumus: quod iſtis, qui hæc nobis monumenta reliquerunt, vel qui ante eos fuerunt, fortaſſis non licebat. Quæ quidem quum ita ſe habeant, in magno merito nobis precio & chariſſima eſſe debent ejuſmodi volumina & commentaria, quæ de hac re viri ſapientes, & rerum peritiſſimi nobis tradiderunt. Quæ dixi hactenus, nolo ſeparent nobis chorographum à geographo, de quorum diſcrimine multis verbis Ptolemæus initio ſuæ Geographiæ diſſerit, huic quantitatem, illi vero qualitatem curæ eſſe dicens. Quod ſi verum eſt, ipſe fere ſolus geographus eſt, proxime tamen ei accedet Plinius & Mela: chorographus magis hic noſter, & Dionyſius Afer. Verum omiſſa hac differentia, ad noſtrum veniamus, & de diligentia ejus, & operis hujus utilitate diſputemus: Ibi longe alia fuerit conſideratio. Nemo certe Straboni hîc noſtro eſt comparandus: tanta cura, tanta animi perſpicuitate ille univerſa, quæ in hoc habitabili orbe contingunt, ſub oculos ponit: tanto inde judicio ſingulis ſua adfert ornamenta locis, ut unus ille vere totius orbis pictor Apelles videri queat. Magnam terræ habitabilis partem ipſe peragravit ac vidit, eo quidem tempore, cum tranquillitatem Orbi feciſſet Auguſtus, & utcunque adhuc retineret Tiberius. Porro quæ non vidit, quanta diligentia inquiſivit ab iis, qui vere noverant? Ac ut ejus rei aliquod exemplum exhibeam, lectorem admonitum volo, etiam atque etiam conſideret, qua cura ille Alpinas genteis ſcripſerit, quas eum vidiſſe non puto, præcipue Rhætos, Salaſſos, Leopontios, ac alios quoſdam. Deinde Rhenum, ac ejus paludes, populos item adjacentes. Plinius ac Tacitus, oculati alias teſtes, quam jejune hæc omnia: ut vehementer mirer, fuerintne Rheni catarractæ iis notæ, cum neuter eorum ne verbo quidem meminerit. De Strabone, viro Aſiatico, non mirum eos eum non noſſe: At qui Germaniam & Gallias toties adiſſe memorantur, eos de tanta re nihil ſciſſe, plane mirabile eſt. Atqui Plinium tantæ curæ fuiſſe exiſtimo, ut ſi noviſſet, neutiquam taciturus fuiſſet. Strabo hic noſter longe accuratius de hiſce regionibus, maxime quod ad Alpes attinet. De Aſia ac univerſa Græcia, imo de univerſo habitabili orbe, quid eſt omnino quod illum latuerit? Quis porro eſt qui gentium ritus, principum genealogias, populorum origines, regionum qualitatem, nobiles viros diligentius commemoret? Quapropter hic auctor ſtudioſis harum rerum omnibus commendatiſſimus eſſe merito debet. Non certe quod apud te, Vir Ornatiſſime, vel ſtudium hoc, vel Strabonem commendare velim, quem rectius mihi & aliis omnibus poſſe ſcio, ſed aliorum gratia hæc dicuntur. Novimus quippe omnes, hoc tibi ſtudium cordi eſſe quam maxime, & in eo te oblectari mirifice: tum etiam Strabonem hunc tibi eſſe notiſſimum, familiariſſimumque. Cui ſane rei præter teſtes alios, tua quoque illa lectu ſane digniſſima, de Alpina Rhætia compoſitio, locuples teſtimonium perhibet. Hactenus igitur de ſtudio Geographico & auctoris hujus præſtantia, dicta ſufficiant. Venio nunc ad editionem hanc, in qua quid præſtitum ſit, paucis referam. Adeo corruptus fuiſſe archetypus fertur (de Latino loquor) ut poſtquam ſuam ei caſtigando reſtituendoque operam contuliſſent Viri undiquaque doctiſſimi, prior quidem D. Conradus Heresbachius, ſequenti vero editioni, D. Hieronymus Gemusæus, adhuc tamen errores non certe leves deprehenſi ſint: quod non virorum horum alicui oſcitantiæ; ſed Græco fortaſſis exemplari corrupto imputandum eſt, quod etiam queritur in ſua præfatione Heresbachius. Eorum errorum aliquot ultra centum reſtituit Doctiſſimus Vir, & optime de literis meritus, Henricus Glareanus, affinitate tibi junctus, qui nobis ſui illius codicis pro ſuo candore copiam benigne fecit. Emendavit quoque non paucos eruditione Vir Clarus, Joannes Hartongus, Græcarum literarum callentiſſimus. Græcum exemplar, quod ex Aldi officina prodiit, locis aliquibus valde corruptum, ego obiter recognovi: errata, quæ deprehendere in eo potui, caſtigavi: quod tamen omnia deprehenderim, aut advertere potuerim, non ſum dicere auſus. Ea enim eſt humana imbecillitas, ut licet quis ſit oculatiſſimus & acutiſſimus, multa tamen eum prætergfugiant. Quapropter ſi quæ adhuc

vitia

vitia inter legendum occurrent, quemadmodum occurſura oculatioribus non dubitamus, plurimum omnes rogamus, ut candide id interpretari, & humanæ infirmitati, vel potius temporis brevitati, quod nobis ei recognoſcendo ſolum concedebatur, imputare velint. Converto me totum nunc ad te, *Vir Clariſſime*, ut cauſas breviter dicam, cur te mihi præ aliis omnibus elegerim, cujus nomini editionem hanc inſcriberem. Prima mihi occaſio fuit, hujus diſciplinæ ſtudium, & cognitio eximia, quam omnes in te prædicant, & tua ejus rei monumenta doctiſſima abunde teſtantur. Non enim ulli putavi magis convenire Auctoris hujus inſcriptionem, quam viro præter reliqua ornamenta, ut ſunt conſulares & prætoriæ dignitates ampliſſimæ, etiam hujus profeſſionis ut peritiſſimo, doctiſſimoque, ita fautori, & literatorum omnium Mecœnati unico. Acceſſit poſtea priori huic cauſæ altera quoque, quæ in meo me propoſito confirmavit: nempe quod gratum quoque id fore non dubitabam affini tuo Glareano, Viro in omni diſciplinarum genere excellentiſſimo, ſi tibi eam nuncuparem. Vale, Vir Ornatiſſime; Basileæ, 26. die Auguſti, Anno Domini M. D. XLIX.

---

Edit. Baſil. A. 1571.

Ad Illuſtriſſimum atque Magnificentiſſimum Principem, D. AUGUSTUM, SAXONIÆ Ducem; S. R. I. Archimareſchalcum, atque ſeptem virum Electorem, Landgravium Turingiæ, Marchionem Miſniæ, Burggravium Magdeburgi &c.

STRABONEM meum, Princeps inclytiſſime atque humaniſſime, ego offero, & quanta abs me præſtari poteſt laudatiſſimi tui nominis veneratione tibi dedico. Id quo conſilio, quibus rationibus impulſus fecerim, obſecro pro tua illuſtri in alios humanitate conſiderare aliquantulum ne graveris: quamvis, ut ingenuè meoque more agam, ne obſecrarem quidem, aut majorem in modum hoc peterem ego, cui tanta benignitatis atque liberalitatis tuæ fiducia animum occupavit: niſi conſuetudini morem gerendum utcunque animadverterem. Proinde citra ambages & ampullas dicam quod res eſt: te fretus, Deo benigniſſimo placuit, ut mea pulmentaria (quod ille ait) ſudando quærerem. Amplexus ſum conditionem grato animo, & quantum potuit à me præſtari, eam ipſius qui impoſuit, & ſine quo nihil poſſumus vel conari feliciter, auxilio implevi, adeoque implendam ad immortalitatis uſque à Christo partæ aditum firmiter mihi propoſui. Eidem Deo clementer placuit, ut mihi pararet vicarios ſuos: qui me non planè immerentem, neque indignum, & poſſent & vellent ſublevare: maximè ubi me pro mea tenuitate inter tam multas difficultates adverſitateſque intelligerent remp. literariam ærumnoſis moleſtiſſimiſque meis laboribus pro virili qua adjuvare, qua ornare. Iſtis, atque aliis, quas infra exponam, rationibus ego permotus, cepi ante quinquennium cogitationes de Latinè reddendo & perplurimis in locis ſibi reſtituendo, annotatiunculiſque interdum illuſtrando Strabone inſtituere: fecique etiam in primo libro periculum: & vidi meum propoſitum ac laborem doctis candidiſque viris ſatis probari. Itaque diſpicere etiam cepi de aliquo, cujus munificentiam opere confecto ſperarem noſtris rebus auxilii aliquid ſuppeditaturam. Ut primo loco tu, Princeps generoſiſſime, mihi in mentem venires: equidem factum Dei inſtinctu exiſtimo, qui tuarum virtutum meam admirationem, materiam eſſe voluit meæ hujus actionis. Ego, ne quid diſſimulem, ita factus ſum: ut non modo ab adulando abhorream quam qui vehementiſſime; ſed & conſcientia meæ infantiæ prudens à ſummorum virorum laudatione abſtineam. Nimirum enim perridiculus ſim profectò, ſi à tam multis, iiſque facundiſſimis viris decantatas tuas à tot jam annis laudes, & toto orbe prædicatiſſimas putem me una atque altera dictionis circuitione augere poſſe. Ergo te Witenberga tua, tua te, Princeps litterarum portus & aura, Lipsia prædicet, aliæque tuæ fecundæ eruditionis ſcholæ. Te Xylander (ſi patere) tuus veneretur, & cum applauſu pio agnoſcat in te hoc vere competere, Virtuti gloriam eſſe comitem. Ne quis tamen maligne me putet partes exornatoris (quibus in hoc ſcriptionis genere rari ſuperſedent) detrectare: ſic habeant candidi, me hac dedicatione noſtri qualiſcunque monumenti publice tuis laudibus teſtimonium fidele perhibere voluiſſe: inſcribamuſque adeo huic monumento, quod aræ Platoni à ſe dedicatæ inſculpſit Ariſtoteles noſter: Poni hoc ei viro, quem nefas omnino ſit à malo aliquo laudari. Æquo animo fer, clementiſſime Princeps, meam hanc magni muneris tam impolitam & ruſticam defunctionem: audi benigne cætera. Cum lentius in hoc meo ſuſcepto opere pergerem, propterea quod alia magis urgebant, Plutarchus maxime: & tamen

tamen jam fere finem imponerem: magno cum Germaniæ commodo, ac publica gratulatione evenit, ut JOANNES CASIMIRUS Palatinus comes, &c. Princeps ſummæ & virtutis & ſpei TUAM filiam, Principem lectiſſimam, in uxorem duceret. His quoque à nobis brevi (ut ſperamus) ſignificatio ſubmiſſæ noſtræ obſervantiæ publica occurret. Sed me mirifice animavit hæc res, multoque jam minus vereri cepi, ne TU me alienum putares, hominem filiæ TUÆ SOCERO, Principi omnem ſuperanti laudem, & GENERO TUO tot beneficiis ac nominibus obſtricto, & quaſi mancipato, neque enim duos jam demeretur, qui aliis aliter familias duas totius Germaniæ ampliſſimas demerentibus, in unum coaleſcentes, tenui, ſed pio tamen, probaturo quidem hercle ſe omnibus bonis, & profuturo certe in publicum, munuſculo honoraret. Vos ſui vicarios DEUS conſtituit, adeoque ſuo quodam ipſius nomine eſt dignatus. Quanti vero is noſtra dona antiquitus fecit, quanti facit in hodiernum diem? Cum quidem nihil ei de noſtro largiamur. Eum TU, piiſime & mitiſſime Princeps, imitabere quantum voles & videbitur conſilium, nos quidem & reipublicæ litterariæ, cujus procuratio tibi nomen immortale conſecravit, & officio noſtro pro viribus inſerviemus: neque id vere nos facere opinabimur, niſi animo noſtro conſtet, pie nos auguſtiſſimum tuum nomen (quando aliud nunc poſſumus nihil) coluiſſe. Ergo, Illuſtriſſime Princeps, idemque humaniſſime, his noſtræ dedicationis rationibus contentus ut ſis clementer, & cætera pro tua prudentia exiſtimes, quæ ego ne modum præfationis excedens abuti judicer tua æquanimitate, volens omitto: majorem in modum etiam atque etiam qua debeo reverentiſſima ſubmiſſione oro. Supereſt, non ut laudem vel Strabonem, vel geographiam, vel me. Sed ut aliquid tamen, quando ita mos eſt, dicam.

STRABONI itaque patria fuit Amaſia, nobilis urbs Ponti: cujus ſitum, amplitudinem atque dignitatem, ipſe libro hujus quod damus operis duodecimo deſcripſit, meminere omnes alii geographi. Hanc cum ipſe ſuam patriam eſſe profiteatur, non eſt ut Stephani aut Suidæ admodum requiramus teſtimonium. Gentilitatem ſuam ipſe commemorat, & majores ſuos regibus Ponti, ipſiſque adeo Mithridati Magno Eupatori fuiſſe amicos oſtendit, ſummiſque honoribus adfectos, quale fuit Comanenſe ſacerdotium, quod gerens regiam pœne majeſtatem æquavit. Id ſi quæ decimo & duodecimo libro de Dorylao & Moapherne refert conſiderentur, in obſcuro non eſt. Jam Ælii Galli amicitia, ſummi viri & Ægyptiæ Provinciæ à Romanis præfecti, quem certo conſilio luſtrantem regiones iſthic ſitas comitatus fuit, facile oſtendit eum in bona & haud vulgari opinione fuiſſe. Philoſophum eum præter Plutarchum in Lucullo Suidas ac Stephanus nominant, hic quidem etiam Stoicum, ſi recte legitur, quod in medio relinquendum duxi. Certe doctiſſimum hominem fuiſſe, ſatis ipſe vel hoc ſuo commentario demonſtravit. Conſcripſit enim prætereà etiam hiſtoriam eorum, quæ Polybii ætatem & finem ſcriptorum ſunt ſubſecuta, libris (ut Suidas in Polybio habet) XLIII. cujus operis librum ſecundum ipſe auctor nominat geographiæ libro undecimo, ubi de Parthis diſſerit, quo ex loco apparet eum etiam alios hiſtoricos commentarios confeciſſe. Cæterum operæ precium eſt cognoſcere, quantum quidem ejus fieri poteſt, quibus uſus magiſtris fuerit, ubi vixerit, & quorum ætatem attigerit. Proinde Tyrannionem grammaticum audivit, quod ipſe fatetur libro duodecimo, & ſequenti libro eum amatorem Ariſtotelis appellat. Hunc Romæ fuiſſe, & ibi Ariſtotelis libros exſcripſiſſe ibidem docet, idemque eſt apud Plutarchum in Sylla, atque haud ſatis ſcio is ne ſit Tyrannio, cujus ad Q. Fratrem Tullius meminit, ea quidem ætate vixiſſe Romæ non eſt dubium, meminit etiam Suidas. Quid antiqui grammatici docuerint, quæ eorum fuerit apud Principes exiſtimatio, litteratura in tantum adducta deſpectum quorum vitio ſit, & culpa, aliâs (uti ſpero) explicabitur à nobis. STRABO etiam Xenarchum Seleucenſem peripateticum ſe audiviſſe indicat libro ultra decimum quarto, qui Romam profectus Auguſti Cæſaris amicitia fuit cohoneſtatus. Boëthum quoque Sidonium in Ariſtotelis philoſophia commentanda ſocium ſibi fuiſſe libro decimo ſexto oſtendit. Athenodorum philoſophum, cui Auguſtus plurimum detulit, ſodalem ſuum ibidem appellat. Sane hunc Stoicum non modo Suidas facit: ſed Athenæus etiam, & in longævis ſuis Lucianus. Verum qui diſputationes apud Strabonem de rerum quarundam natura expoſitas conſideret: Ariſtoteleum peripateticum potius (arbitror) quam Stoicum hunc indicabit: quo accedunt quæ de magiſtris ſuis ipſe memoriæ mandavit: & potuit peripateticus ſodalitatem cum Stoico etiam colere. Siquidem erant philoſophi re etiam, non titulo tántum tenus. Hos ergo, quod ipſe obſervaverim, ſuorum ſtudiorum vel duces habuit, vel ſocios. Sed diligentiſſime cum lucubrationes aliorum legiſſe, quorum catalogus ſeorſim exhibetur, philoſophorum, hiſtoricorum, geographorum: id vero & ipſa eorum recenſio, & toto opere paſſim obviæ mentiones ac diſquiſitiones de eorum ſententiis apertius edocent, quam hæc ut putem nominibus paginam debere impleri. Homerum, qui cum reliquæ ſapientiæ oceanus, tum geographiæ

graphiæ pro ſuorum temporum captu facile princeps fuit: mirum in modum, atque dediti‑ſſima in hoc (ut apparet) opera, illuſtravit: adeo ut non defuerint homines docti, qui Homericum geographum eum appellarent. Id quidem laudi, non vitio dandum eſt (ſi vel veriſſimum fateamur) Straboni judicium, eoque amplector libentius, quod tanti operis commendationem proponit graviſſimam. Si enim quod res atque experientia comprobat, & poſtremo libro auctor noſter haud inepte oſtendit, magnæ ſunt marium terrarumque mutationes, eæque admiratione haud paulo majore dignæ, quam civitatum & imperiorum (quando terram ſtabiliſſimam, mare mirifico litorum aggere coërcitum ſcimus: hominum autem animos & caſus infinite, ac quovis momento mutabiles quotidie animadvertimus, etiam non dictante philoſophia) quis niſi barbarus non expetat antiquum orbis terrarum ſitum cognoſcere, ut cum recentioribus per temporum intervalla mutatis comparare poſſit? At enim orbis terrarum Auguſti Cæſaris ætate ſitus quis fuerit, quæ certo cognita, quæ vel rumoribus obſcuris, vel etiam arrogantium hominum futilibus narrationibus ita deſcripta, ut ignota potius quam nota credi debeant: nemo Strabone melius docuit, nemo copioſius, quem ſi cum Mela, Plinio, Ptolemæoque præcipue & hiſtoriis eorum temporum compares earum, quas dixi, mutationum illuſtria exempla, & plurima quidem tibi occurrent: ac intelliges ea, quæ conſiderans Flaccus noſter, vere exclamavit ——— *mortalia facta peribunt*, & probabis Plinii querelam, juſtiſſime deplorantis, *Quod mira humani ingenii peſte ſanguinem & cædes condere annalibus juvat, ut ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris.* Verum ego neſcio quomodo contra inſtitutum in hanc digreſſionem abreptus, qui neque Strabonem neque geographiam apud TE, Principem humanarum rerum peritiſſimum, laudare intenderam, ne Ululas Athenas: nunc ad propoſitum è diverticulo me refero. Hoc duntaxat addam, antiquitatem (cujus notitiam quis non prædicat, quis non affectat?) hæc longe majore cum fructu & gloria quæri, quam in exeſis marmoribus, carioſis tabulis, nummiſque interdum effigie & inſcriptione oblitterata vetuſtatem oſtentantibus, interdum adulterinis, & ſubditiciis. Quod enim ad hiſtoriam attinet: fideles, reconditas, utileſque habet hoc opus permultas, ut taceam etiam rerum naturalium indicationes, ac de earum cauſis diſputationes acutas. Hæc vero in ipſo ſcriptore, aut mea verſione legi, quam huc alliniri, eſt niſi fallor verius. Vixit ſub idem tempus, quo JESUS CHRISTUS noſtræ ſalutis reparandæ cauſa in terris dignatus eſt degere, & ſuis doloribus noſtræ miſeriæ medicari. Id vel ex iis, quæ adhuc dixi, poteſt deprehendi: adjiciamus tamen alia quædam. Athenæus ſcribit libro decimoquarto, ubi de pernis agit, Strabonem libro ſeptimo (de geographicis omnino loquitur ejus commentariis) cognitum ſibi fuiſſe Poſidonium Stoicum philoſophum adfirmare. Poſidonium porro aſſeclam fuiſſe Scipionis ejus, qui Carthaginem diruit. Rem putemus. Inter captam Carthaginem & Ti. Cæſaris dominationem, quam Auguſto mortuo occepit, anni intervenerunt CLIX circiter. Itaque XX annorum ponamus fuiſſe Poſidonium, quo tempore cecidit Carthago: mors ejus in annum urbis conditæ IↃ CII incidet, quo tempore ſi Strabonem ponas annos fuiſſe natum XV (vix enim pauciores admittit res & ratio) ineunte imperium Ti. Cæſare oportuit eum eſſe annos natum XC. Ratio hæc ſic conſtat, ſi deletam Carthaginem anno ab u. c. ponamus (ut ſit) IↃ CIIX. Ti. Cæſarem Auguſto ſucceſſiſſe anno u. c. IↃ CCLXVII. & vixiſſe Poſidonium annos XXCIV. ut in longævis ſuis refert Lucianus: neque abſurdi aliquid de Poſidonii & Strabonis ætate fingamus. Vixiſſe Strabonem, cum jam potiretur rerum Tiberius, ipſe teſtatiſſimum fecit. ut cum libro tertio eum Auguſti de Hiſpania conſtitutiones exſecutum ſcribit. Cum Auguſti patris ſucceſſorem Tiberium in fine ſexti libri diſerte commemorat, vivumque etiamnum Druſum. Cum libro quarto Noricos, Carnos, & Tauriſcos à Ti. & Druſo Neronibus repreſſos, jam per trigeſimum tertium exinde annum tributa pendere prodit. Quod omnino incidit in quintum Tiberiani imperii annum: cum è Dione noſtro (Lib. 54.) appareat, fratres iſtam victoriam reportaſſe anno ab u. c. IↃ CCXXXIX. Meminit ejuſdem in Sardium deſcriptione, libro decimo tertio. Adhæc non modo ſua ætate Marciam Hortenſio traditam ait à Catone. (quod in annum IↃ CCV. incidit.) in Tapyrorum deſcriptione, libro undecimo: ſed & C. Antonium Ciceronis in conſulatu collegam ſua ætate Cephalleniæ urbem inſtauraſſe ſcribit libro decimo, ut ſi à Ciceronis conſulatu ad annum Tiberii Imperatoris quintum ratio temporis ſubducatur: neceſſe ſit XXCI annos Strabonem vixiſſe, etiam ſi Tullio conſule natum fingamus. Hæc annotanda duxi, cognitu haud indigna. Nam quod Ptolemæum Auletem Ægypti regem, quod Dionyſium Halicarnaſſenſem ſcriptorem hiſtoriæ Lib. 12. æquales ſuos dicit, quod Auguſti Imperatoris ſubinde facit mentionem, nullam gignunt difficultatem. P. quoque Servilium, qui à captis Iſauris cognomentum invenit, viſum ſibi in horum deſcriptione ait: is quidem res geſſit undecim annis ante Tullii conſulatum, ſed fieri potuit, ut eum Romæ valde ſenem Strabo viderit. Verum hæc hactenus. Ubi ſcri-

pſerit, ubi vitam ſuam egerit: neque multum ad rem facit, neque pronunciare aliquid certo poſſum. Magnas quidem peregrinationes obivit. Nam præter Ægyptiacam illam paſſim à ſe, ultimis maxime libris commemoratam, in qua comes Ælio Gallo fuit (Largus hic apud Dionem libro quingenteſimo tertio fere ultimo legitur. Sed conſtanter apud Strabonem Gallus eſt, ut Dionem corrigi hinc poſſe putem) ipſe libro ſecundo tradit, ſe ab ortu ſolis in occaſum ab Armenia ad Etruriæ uſque loca Sardiniam ſpectantia profectum terras luſtraſſe: & à ſeptentrionalibus ab Euxino mari uſque ad Æthiopiæ fines; ut facile intelligant periti, non temere eum poſt Artemidoros, Eratoſthenes, Hipparchos, Polybios, atque complures alios geographiæ emendatam deſcriptionem molitum fuiſſe. Sed de Strabone ipſo ſatis. De geographia vero alibi dicemus (DEO favente) copioſe. Interim placeat Antalcidas Spartanus, vir apprime laudatus, qui ſophiſtam Herculis de laudibus Lacedæmone declamaturientem refellit; Nihil attinere dicens eum laudari, quem nemo vituperaſſet. Etenim barbaros, qui hiſtorias (quarum friget ſine geographiæ cognitione lectio) qui bonos omnes ſcriptores antiquos (quibus lucernam accendit & adhibuit Strabo) faſtidiunt: in nullo ponam unquam numero: dignos Ajacea ſua (ſi diis placet) felicitate, vitæ in ignorationis cœnum demerſæ, placeant ſibi, rideantur à cordatis. Nunc aliquid, quod breviter tamen & modeſte poſſimus, de noſtro hoc opere dicamus, ne quis conſilii noſtri ignarus vitio det nobis, quæ laudi vertenda confidimus. Etenim cum inſtituiſſemus Stephani de urbibus emendationem atque verſionem (quæ deinde commentatio à nobis gravibus de cauſis eſt in Onomaſticon geographicum traducta) & diligentius Strabonem excuteremus, quod adjuvari nos ab interprete permultum poſſe opinaremur: ita rem affectam deprehendimus, ut invitari nos ad convertendum de integro hoc opus ſentiremus. Neque hoc dico ut veterem interpretem inſecter, ſive is Guarinus fuit, ſive Tifernas. Fecit ille quod potuit, in opere difficili, & (quod res docet) valde multis in locis depravato atque mutilo. Equidem apparet eum ſcripto libro uſum, cum tam ſæpe ab Aldino diſcrepet ejus verſio. Perſequi autem errata ejus neceſſe haudquaquam habeo; Qui volet meam verſionem cum vetere conferat, ſi quid habet eruditionis & æquitatis, non metuo ne ſit judicaturus me actum egiſſe. Neque affirmo, ubique me rem acu tetigiſſe, in tam obſcuro opere, codicibus præſertim deſtitutum bonis. Aldinum enim habui quem ſequerer, & ex eo expreſſum Baſilienſem: cujus titulus profitetur mendorum innumerorum correctionem. Hunc ſi libeat cum noſtra editione comparare, facile intelliges cum quot centuriis graviſſimorum mendorum mihi negocium fuerit. Neque tamen omnia mihi ſuſpecta vel annotavi vel loco movi: quædam aſteriſcis ſignata, quædam in Onomaſticum rejecta ſunt. Spes affulſerat manuſcripto codice potiundi, quæ poſtquam ad irritum cecidit, feci quod potui, & ſi non merui laudem, vitavi certe culpam. Epitomas, Euſtathium, Ptolemæum, Plinium, alioſque ſcriptores hiſtoricos & poëtas conſului: quanta potui ſagacitate è veſtigiis ſcripturam veram indagavi: ſi quid videretur dignum, in annotatiunculis monui: quas longe copioſores adjeciſſem, niſi in Onomaſtico commodius & ex profeſſo diſputarentur pleraque. In vertendo habui rationem Latinitatis mediocrem, & qualem videtur hæc materia ferre. Itaque interdum uſus ſum non latiniſſimis vocibus, ſed in hoc argumento uſitatiſſimis: ut ſunt ſeptentrionale, orientale, aliaque id genus, in quibus ſi nimiam elegantiam affectes vertendis, magnum eſt ab obſcuritate periculum: ut tolerare hanc, quam alia novitate pellere præſtare videatur inſolentiam. Denique operam dedi pro meis facultatibus, ut & legi Latine Strabo genuinis ſententiis redditus poſſet ab iis qui vellent: & utiliter Latina cum Græcis componi, conjuncteque perpendi. Inſerendas ſuis locis curavi tabulas Ptolemaicas, eo id conſilio, ut lector & ſitum regionis facilius imaginari, & Strabonianas deſcriptiones cum his aliiſque comparare eo promtius poſſet. Nam Strabonianas conficere tabulas ſolis diſtantiis locorum numeris ſtadiorum annotatis, cum quidem non ubique ii ſint expreſſi, ſæpe admodum vitioſi, interdum varie & ambigue multorum è diverſis traditionibus adſignati, operam eſt ludere, pluſque habet meo judicio audaciæ quam induſtriæ. Quod idem de Plinii geographia ſentio; Nam Ptolemæi quidem facile potuit à perito rerum homine in tabulas conjici, cum is longitudines & latitudines locorum annotaverit, quæ ſi minus corruptæ ad nos perveniſſent, ipſæque tabulæ majore induſtria & pleniores factæ eſſent, minus laboraretur. Sed hac de re alias. Nova locorum nomina, etiam controverſiæ expertia, annotare nolui, cum exſtent Ptolemæo adjecta: & mihi vindicare aliena noluerim. Dominicus vero Marius Niger Venetus non ita pridem geographicum volumen edidit, digniſſimum quod ab omnibus litterarum bonarum ſtudioſis diligenter legatur, ac cum Strabone, Plinio, Ptolemæoque comparetur. Ita enim ad ſolidam omnibuſque numeris abſolutam orbis terrarum, & quæ ei acciderunt mutationum cognitionem perveniri poteſt; quam qui negligunt, non aliis, ſed ſibi ipſis faciunt injuriam. Ego incredibili & moleſtiſſimo labore hoc opus confeci; Quod (niſi fallor) multorum liberalia ſtu-

dia,

dia, juvabit, Strabonemque penitus cognoſcendum præſtabit. Eo nomine, & mei adverſus TE, Princeps illuſtriſſime atque generoſiſſime, ſtudii gratia ut tuæ placeat clementiæ, eaque noſtram tenuitatem ſuo favore & patrocinio non dedignetur, quantam animo concipere queo ſumma & addictiſſima TIBI reverentia ſubmiſſe oro: Tibique ac tuis omnia quam feliciſſima, ac propriam proſperitatem divinitus exopto: Vale. Heidelbergæ Kalend. Martii, anno repræſentati Servatoris noſtri CIↃ IↃ LXXI. T. Illuſtriſſ. Celſitudinis obſervantiſſ. ac humillimus cliens M. Guilielmus Xylander Auguſtanus, Philoſophiæ in publico Heidelbergenſi Gymnaſio Doctor.

---

Edit. Euſtath. Vignon 1587. & Pariſ. 1620.

Jacobo Lectio viro Patricio, & clariſſimo, doctiſſimoque Juriſconſulto
ISAACUS CASAUBONUS. S. D.

SI verum eſt vir clariſſime, quod omnes ſemper exiſtimavere docti & ſani judicii homines, nihil eſſe quod hominem ingenuum ac liberaliter educatum, maximeque eum qui ad Rempublicam cogitet accedere, vel erudire, vel ornare magis poſſit, quam hiſtoriarum cognitionem; digniſſima profecto ſunt ſtudio & opera noſtra, ea omnia quæ ad hiſtoriæ cognitionem præſidium aliquod & adjumentum afferre poſſunt. Quæ quum varia ſint, nec unius generis, mihi tamen primum inter illa locum merito ſibi videtur vindicare ea, quæ à Græcis ſapientibus, quod Orbis deſcriptionem polliceretur, Geographia eſt appellata. Neque hæc ſententia noſtra magis eſt, quam veterum omnium doctorum hominum, qui ad ſcribendam hiſtoriam animum appulerunt: quorum nullus eſt (eorum quidem certe qui hodie exſtant) qui non plurimis locis Geographi partes in ſuis ſcriptis ſuſcipiat. Putarunt enim doctiſſimi viri, non poſſe hiſtorias, quas narrarent recte prius intelligi, quam fuiſſet lectorum animus rudi ſaltem eorum locorum ubi res geſtæ fuiſſent, cognitione informatus. Et merito quidem ita illis viſum, Nam ſicut Imperatori locorum in quibus verſatur imperito, difficile fuerit præclarum quicquam & memorabile præſtare: ita iis qui res ab aliis geſtas legunt, difficile eſt de iis ſincere judicare, & recte ſtatuere, abſque aliqua eorum locorum, ubi res geſtæ fuerint, notitia. Ac quanquam alias quoque plurimas, eaſque maximas, ſecum Geographiæ cognitio utilitates adfert: tamen hæc mihi præcipua fuiſſe cauſa videtur, cur clariſſimi quique veteres philoſophi, hoc argumentum ſtudioſiſſime perſecuti ſint. In hac ſiquidem ſe exercuere palæſtra antiquiſſimi illi philoſophi Anaximander Mileſius, Hecatæus, Democritus, Dicæarchus, & qui hos ſecuti ſunt, Eratoſthenes, Hipparchus, Poſidonius, aliique multi, quorum hoc loco nomina recenſere longum ſit. Ipſe quoque Marcus Tullius, opus Geographicum ſe aliquando meditatum eſſe, in iis quas ad Pomponium Atticum ſcripſit epiſtolis, teſtatur. Qui ſi opus inſtitutum, rei ut ipſe fatetur difficultate permotus, non deſeruiſſet, fortaſſe minus eſſet cur hodie Græcorum Geographorum ſcripta, quæ omnium edax & conſumtrix vetuſtas abolevit, deſideraremus. Accidit enim magno noſtro damno, & inſigni eorum hominum, qui ſuperioribus ſeculis vixere, negligentia, ut ex omnibus antiquis, qui in hoc argumento ante Ciceronis tempora verſati erant, nemo interitum effugerit, ne unus quidem: quæ jactura tanta ſane eſt, ut haud ſciam an majorem aliam res literaria ſenſerit. Ac niſi divina quadam providentia iiſdem fere temporibus, fruſtra tentatum à Cicerone opus, ab alio fuiſſet perfectum, næ nos hodie in ſumma Geographiæ, hoc eſt, rerum pulcherrimarum & utiliſſimarum ignoratione verſaremur. Nunc, poſtquam Deo Opt. Max. aliter viſum eſt, unus extitit Strabo philoſophus, αἱρέσει quidem Stoicus, cæterum doctus, Deus bone, & laborioſus, prorſuſque ad unguem factus homo: qui omni doctrina eruditus iiſque omnibus præſidiis abunde inſtructus, quæ ad hanc rem deſiderari poſſunt, rem & magno animo ſuſcepit, & tanta felicitate confecit, ut perſuaſum habeam, ſi quis diligenter hujus ſcripta verſare voluerit, poſſe eum antiquiorum Geographorum jacturam patienter ferre. Opus namque relictum nobis eſt à ſummo ſcriptore, quod præter accuratiſſimam totius orbis tunc cogniti deſcriptionem, tanta doctrina, tamque varia omnium rerum ſcientia refertum eſt, ea denique arte contextum, ut ſi unius aut alterius è veteribus ſcripta excipias, nihil plane in omni vetuſtate reperiam, cum hoc opere comparandum. Quo magis dolendum, neque integrum id ad nos perveniſſe, & quæ pervenere, ita fuiſſe ab imperitis hominibus accepta, ut vix alius ſcriptor vel plura vel graviora vulnera acceperit: prorſus ut jure queas illud tragici poëtæ uſurpare, Τέτρωται δικτύου πλέω λέγειν. adeo nihil reliqui fecere imperiti quidam & barbari homines, quin hunc auctorem omnibus modis male acciperent, & quantum in ipſis eſſet, mancum & contaminatum nobis traderent. Neque vero

ro χθὲς καὶ πρώην factum eſt, cum cœpit præſtantiſſimus hic ſcriptor ab impuris illis harpiis inquinari: Anni ſunt quingenti, & fortaſſean amplius, cum cœpere Strabonis codices ita corrupti circumferri, ut ſæpe viris doctis, qui imprudentius eos ſequerentur, impoſuerint. Mirari vero ſubit, in tanto doctiſſimorum virorum numero, quos noſtra hæc & parentum ætas tulit, quum nullus jam relictus ſit vetus ſcriptor, quem non certatim emendare, illuſtrare, & interpretari, multi contenderint: vix tamen unum aut alterum adhuc extitiſſe, qui de Strabone noſtro cogitarit. Atqui rei literariæ intererat hunc potius ſcriptorem legi quam emendatiſſimum, quam vel Apulejum, vel Martialem, vel Petronium, vel alium quempiam etiam meliorem his ſcriptorem: neque hoc dico quod doctorum virorum qui in illis ſcriptoribus laborarunt, conſilium reprehendam: hoc tantum volo, rem videri indignam, nondum fuiſſe repertum aliquem, qui ex tam excellentis operis emendatione laudem ſibi & nomen parere ſtuduerit. Non enim dici hoc poteſt, ita fuiſſe ab interpretibus hoc negotium confectum, ut docti abſtinere ab eo poſtea debuerint. Imo ita infeliciter & negligenter in hoc opere verſati ſunt interpretes, ut nondum conſtituerim, fueritne illis honeſtius, negotium non ſuſcipere, quam ſuſceptum ita negligenter exequi. Nos vero quum jam ab illo tempore quo vix ex ephebis exceſſeramus, Strabonem unice amare & admirari, partim ſponte noſtra, partim optimi parentis hortatu cepiſſemus, nihil magis in votis unquam habuimus, quam ut ſuſceptam hanc provinciam ab aliquo docto viro audiremus. Itaque quum aliquando intellexiſſemus, ſummum virum Joſephum Scaligerum, principem hujus memoriæ Criticorum emendationem hujus auctoris eſſe aggreſſum, dici nequit quam grata ea res ad noſtras aures acciderit. Verum poſtquam comperimus præſtantiſſimum virum aliis ſtudiis intentum, vix hac de re quicquam cogitare, quum in dies creſceret in nobis Strabonis amor, decrevimus tandem faciendum non eſſe ut diutius ab omni ope deſtitutus, optimus & nobiliſſimus ſcriptor relinqueretur. Etſi autem eramus ipſi nobis noſtræ tenuitatis optime conſcii, tamen non dubitavimus arduum opus aggredi: partim, æquitate doctorum hominum freti, quibus noſtrum ſaltem conſilium probatum iri ſperabamus: partim, ut vel cum exiſtimationis noſtræ periculo, doctiorum ſtudia excitaremus. Quod niſi multa nobis poſt ſuſceptum hoc negotium contigiſſent, quæ alacritatem & impetum noſtrum pene frangerent, magna in ſpe eramus, poſſe nos ſtudio & diligentia noſtra, ita de hoc auctore mereri, ut etiam docti viri, qui his ſtudiis delectantur, aliquid ſe nobis hoc nomine debere eſſent agnituri. Nunc coacti ſumus opus affectum potius quam effectum (præſertim quod ad poſteriores ſeptem libros attinet) in vulgus emittere: quod, ſi alia fuiſſent tempora, adhuc premere decreveramus. Et tamen, ne ſic quidem diffidimus doctos viros conatus noſtros æqui bonique eſſe conſulturos: præſertim ſi hæc à nobis eo tempore ſcripta meminerint, quo præter publicam calamitatem in hoc concuſſi orbis motu omnibus bonis communem, multa nobis privatim contigêre, quæ animum à ſtudiis perſæpe avocarent. Quorum omnium cum tu mihi teſtis ſis locupletiſſimus, Lecti clariſſime, elegi te unum ex omni amicorum meorum numero, inter quos tu familiam ducis, cui hoc opus, qualecunque tandem id eſſet, donarem ac dedicarem. Nam ſive id ejuſmodi eſt, ut excuſatione egeat, non poſſum meliorem teſtem mearum occupationum, & eorum omnium, quæ mihi dum id molior, non ſemel contra animi ſententiam contigerunt, exhibere: Sive contra, ejuſmodi hæc ſunt ut laude aliqua poſſint digna videri, neminem habeo cui potius iſta, quam tibi oblata velim: imo debeam: debeam inquam, tum publico nomine, tum etiam privato. Publico, quia nemo eſt bonus, qui te non plurimum colat & obſervet: ut qui jam locum eum in tua civitate obtineas, quem haud ſcio an ea ætate, qua tu es, ullus alius nemo ante te ſit conſecutus, nec mirum: Nam quum eo parente naſci, cujus ſola memoria aditum tibi ad quoſvis honores patefaceret, divino munere tibi contigiſſet; tu tamen ab ineunte ætate non deſtitiſti ſedulo operam dare, non ut honores adipiſcereris: ſed ut iis quam digniſſimus piorum & bonorum omnium judicio poſſes videri. Quod etiam cumulatiſſime tibi Deus Opt. Max. ſolus ἐάων δωτήρ, ut poëtæ ajunt, conceſſit. Nam & ſapientia, & cum aliarum artium bonarum, tum Juris Romani ſcientia ita te inſtruxit, ut unus omnium repertus ſis, qui eodem tempore, & Reipublicæ, conſiliis prudentiſſimis prodeſſes, & juris ſtudioſos doctiſſimis lectionibus juvares. Privato autem, quia, quum tot argumentis fuerit mihi perſpectus & exploratus, ſingularis quidam amor, quo me jampridem conſtantiſſime proſequeris: graviter peccare mihi viderer, ſi occaſionem hanc teſtandi amoris erga te mei, prætermitterem. Habe igitur Lecti clariſſime, amoris & obſervantiæ meæ pignus fidiſſimum: &, ſiquidem gratum id tibi futurum eſt, eripe graviſſimis tuis occupationibus aliquot horas, quibus hoc opus, quod tibi parum politum trado, recognoſcas, atque pro acerrimo judicio tuo corrigas. Hoc mihi gratius contingere nihil poteſt: Vale. Datum è muſeo noſtro, pridie Kalendas Septemb. Anno ultimi temporis CIↃ IↃ LXXXVII.

I[illegible]AA-

ISAACUS CASAUBONUS

# DE STRABONE, ET EJUS SCRIPTIS.

STRABO genere Cappadox (ut eum Joſephus nominat) natus eſt in urbe clariſſima, Amaſia, ſicut ipſe libro XIV. teſtatur: quo loco Amaſiam eo ſtudio & cura depingit, ut quanta fuerit ipſius erga patriam charitas teſtatum ſatis ſuperque fecerit. Neque dubium eſt, patrem ei fuiſſe unum aliquem è principibus ejus urbis viris, quanquam ipſe paternum ſuum genus reticet. Nullus eſt enim in his quidem libris locus, ubi ejus facta reperiatur mentio. Nam quod in editione Xylandri lib. XI. legitur, Moaphernem fuiſſe patris Strabonis patruum: nos eum locum eſſe corruptum ex veteribus libris docuimus: in quibus legitur ὁ τῆς μητρὸς ἡμῶν θεῖος. non τοῦ πατρὸς, ut primus Xylander edidit: qui non meminerat iterum lib. XII. ſic ſcriptum eſſe, Ὄψε δὲ Μοαφέρνης ὁ θεῖος τῆς μητρὸς ἡμῶν. Itaque de paterno ejus genere quod dicamus amplius nihil habemus. Maternum, ut ipſe non uno loco docet, traxit à Dorylao tactico, viro forti, & claro, qui fuit unus è Mithridatis Euergetæ amicis ac ducibus. Hujus Dorylai ſtirpem ex variis Strabonis locis infrà deſcripſimus.

DORYLAUS ὁ τακτικός, Mithridatis Euergetæ amicus: Hic in urbe Cretæ Cnoſſo è Macetide muliere Sterope ſuſtulit filios duos

| 

Lagetan. cui fuit

| 

Filia, quæ nupſit fratri Moaphernis. Ex hoc conjugio nata eſt

| 

Filia, cui filius STRABO.

Stratarchan. Hic in extrema ſenectute Straboni viſus.

Philetærus Dorylai tactici frater. Huic filius fuit

| 

Dorylaus, unus è Mithridatis Eupatoris ducibus regi chariſſimus.

Atque hæc de Strabonis parentibus; qui quidem vel eo nomine laude digniſſimi ſunt, quod filium ſuum tanto ſtudio inſtituendum & erudiendum curarint. Vix enim ullus fuit illis temporibus in ulla Aſiæ ſchola clarus doctrina & literarum nomine vir, cujus STRABO γνώριμος & auditor non fuerit: idque à teneris annis, ut ipſe teſtatur. Nam admodum juvenis cum eſſet, Nyſam (quæ fuit minoris Aſiæ urbs,) ſtudiorum cauſa profectus, Ariſtodemo Ariſtarchi filio magna cum laude tunc duas ſcholas obtinenti (quum quidem mane Rhetoricam, veſperi Grammaticam profiteretur) operam navavit: poſtea etiam Tyrannionem, celebrem & ipſum Grammaticum audivit. Atque ita in Rhetoricis & Grammaticis hòrum opera eruditus, ad ſtudia philoſophiæ ſe contulit. Porrò ut variæ tunc fuere Philoſophorum ſectæ, ita variorum opera in philoſophiæ ſtudiis uſus eſt. Ipſe aliquot ex ſuis præceptoribus commemorat: ut libro XIII. Xenarchum Seleucenſem peripateticum. & lib. XVI. ſcribit, ſe τὰ Ἀριςοτέλεια συμφιλοσοφῆσαι, hoc eſt, exercuiſſe ſe in philoſophia Ariſtotelis cum Boëtho Sidonio. Unde adductus eſt Xylander, ut putaret peripateticæ ſectæ fuiſſe addictum Strabonem: idque (inquit) ex ſparſis hoc opere diſputationibus variis licet intelligere. Sanè ſi doctè & ſubtiliter ſcribere ac diſputare, ſolis peripateticis convenire & proprium eſſe concedimus: concedam ego quoque libens peripateticum Strabonem fuiſſe, & quidem ἐν τοῖς μάλιςα. Sed profectò non ita eſt: neque verè hoc à Xylandro eſt annotatum. Ipſe Strabo multis locis Stoicum ſe fuiſſe ſatis apertè niſi ἐθελοκωφοῦμεν, indicat: & veteres fere Strabonem quum laudant, Stoicum ſemper nominant. Et verò id ut non eſſet, diſputationes, quas Xylander ait, ipſum jugulant: in quibus nihil non ςωϊκώτατον, & ex penitiſſimis Stoicæ diſciplinæ fontibus hauſtum reperies: quod quia ſuis locis à nobis eſt annotatum, non refellemus hoc loco pluribus inſignem hunc Xylandri errorem. Porro quo vitæ genere uſus ſit, & ubi potiſſimum vixerit, itemque ejus mortem, quum nemo veterum ea de re ſcriptum quicquam reliquerit,

 nos

nos hodie ignorare neceſſe eſt: niſi quod ipſe de ſe, & ſuis peregrinationibus (quæ maximæ fuere, in Italiam, in Ægyptum, in Æthiopiam, & alias longinquas regiones) multa, prout dabatur occaſio, literis mandavit: quæ cum omnibus obvia ſint hos libros volventibus, non teram fruſtra tempus pluribus hoc loco ea commemorans. Scripſit præter Geographicum hoc opus etiam hiſtoricos Commentarios: quod opus ſi Suidæ credimus in libros XLIII. fuit diſtinctum: videtur autem mihi ejus pars proprium nomen habuiſſe Τὰ μετὰ Πολύβιον. Sic enim puto accipienda ejus verba lib. XI. quibus ait de Parthis plura ſe ſcripſiſſe ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱϛορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον. ut idem liber intelligatur, qui fuerit ſextus totius operis, ſecundus autem τῶν μετὰ Πολύβιον. Meminere autem Strabonis aliqui è veteribus: ſed admodum pauci, &, ut opinor, præter Plutarchum, Joſephum & Tertullianum, nemo. Nam Julianum quidem Architectum, Stephanum, Socratem, Euagrium, Suidam, Euſtatium, Jornandem, & reliquos id genus, prætermitto. Jam quod ſcribit Strabo libro ſecundo ſe ὑπομνηματίσασθαι τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις, neſcio an ita debeamus accipere, ut fuiſſe ab eo hiſtoriam Alexandri conſcriptam intelligamus. Non enim alibi factam reperio ejus operis mentionem: & videntur poſſe illa accipi de iis, quæ cum alibi multis locis, tum maximè libris tribus poſtremis, de rebus geſtis Alexandri ſcribit. Illud conſtat, poſt conſcriptos hiſtoricos Commentarios tum demum appuliſſe Strabonem animum ad ſcriptionem hujus operis, cum jam ætatem eam eſſet aſſecutus, quæ ſcientiam & experientiam rerum quam plurimarum afferre (ſtudioſis quidem certè hominibus) poteſt, ſoletque. Id enim ipſe teſtatur libro primo. Quanquam quum attentius hos libros lego, venio in hanc ſententiam, ut putem multis antè annis de hoc opere eum cogitaſſe, primaque ejus lineamenta duxiſſe, ſemperque in eo exornando perſeveraſſe, donec ad extremam ſenectutem pervenit: quo quidem tempore opus ita limatum & perpolitum in vulgus edidiſſe videtur. Id ex eo maximè intelligimus, quod multa narret Strabo, ut recens facta, vel quæ adhuc gerantur, quæ tamen hiſtoriæ eorum temporum teſtantur non mediocri temporum intervallo fuiſſe disjuncta: unde conſtat, non uno aut altero menſe conſcriptum hoc opus fuiſſe: ſed longo annorum ſpatio magna cura & diligentia elaboratum: ut jam mirum non ſit, tantam ejus eſſe præſtantiam, quantam docti viri & ſani judicii, uno ore agnoſcunt omnes & profitentur. Reſtabat ut de Strabonis ætate aliquid diceremus: quæ quidem quæſtio, & per ſe ſatis eſt difficilis (maximè ob locum Athenæi) & quorundam tenebrionum culpa ita nonnullis obſcura fuit, ut non defuerint qui negarint Strabonem eſſe, qui hodie in ſtudioſorum manibus verſatur: ſed alium, neſcio quem, quem ipſi Stratonem indigitant. Primus hujus ſententiæ auctor, Franciſcus Patricius, homo Italus: qui in ſuis Peripateticis diſcuſſionibus longa digreſſione hoc paradoxum probare conatus eſt, & ſi ſtamus quorundam ſententia, abunde probavit. Deinde ſecuti ſunt alii, qui ut omnia ſibi eſſe lecta oſtenderent, hunc præſtantiſſimum auctorem non Strabonem, ut reliqui mortales, veteres, recentiores, omnes: ſed Stratonem cum Patricio appellare ceperunt. Ac quanquam non ita diffidimus doctorum hominum judiciis, ut longa oratione ad horum ſententiam refellendam opus eſſe putemus: diceremus tamen ea de re quid nobis videatur, & Achillea illa Patricii argumenta dilueremus: niſi, & temporis premeremur anguſtiis, & factum id à nobis eſſet, in eo ſcripto quod adverſus Patricii librum paramus: quodque brevi faciente Deo Opt. Max. edemus. Interea teſtatum hoc volumus, non recuſare nos ut inepti, nullius judicii, ac planè ſtulti habeamur: ſi vel unicum verbum in hanc ſententiam ab illo magno Critico, aut magno potius errorum hamaxario, prolatum ſit, quod falſum non ſit, ineptum, & prorſus eo homine dignum, qui nullo judicio in bonis ſcriptoribus verſatur: idque ita eſſe ſuo loco, ut jam diximus, manifeſtiſſimè probabimus. Sed & ad librum XII. notare nos meminimus, videri Strabonem diem ſuum obiiſſe (aut deſiiſſe certè ſcribere, ac paullò poſt obiiſſe) ante annum A. V. C. DCCLXXVIII. qui fuit annus Tiberii XI. vel XII. quo anno Cyzicenis ademptam fuiſſe libertatem Tacitus auctor eſt; quam ipſe diſertis verbis eis tribuit. Atque hoc ante me obſervaſſe ſcripſiſſeque eruditiſſimum Taciti interpretem video.

HENRI

# HENRICI DODWELLI
# DISSERTATIO.

## De *Strabonis Excerptore*, & ætate qua vixerit.

*§. 1. Ptolemæo, Arriano, Marciano etiam Heracleota junior erat hic Strabonis Breviator.*

QUIS fuerit ille, qui *Strabonis Geographiam* in *compendium* redegerit, omnino non conſtat. Itaque, cum de *homine* nihil habeamus exploratum; de operis *ætate*, non aliter, quam *notis* ex *ipſo* petitis, ſententiam ferre licet. *Ptolemæo* ſe juniorem fuiſſe, *ipſe* teſtis eſt, quem *teſtem* advocat. Lib. II. p. 1213. & Lib. VII. p. 1252. & L. XVII. p. 1316. Similiter etiam *Arriano* L. IX. p. 143. qui *par* erat ferme *Ptolemæo*, paulo tamen, ut videtur, ætate *major*. Etiam *Marciano* juniorem fuiſſe ex ipſo colligimus *Marciano*. Geographorum enim accuratiſſimorum catalogo, præter ſuum *Artemidorum* & *Menippum*, quos ipſe in *compendia* propterea contrahendos cenſuit, *Strabonem* etiam complectebatur, p. 63. Monendus erat, hoc in loco, Lector, ſi quis alius, quod in ſuis ipſe tum præſtabat, idem in *Strabone* præſtitiſſet. Imo ab illius *Breviatoris* exemplo, id quoque, quod *ipſe* tum agitabat, Lectori commendaturus. Sic tamen loquitur, quaſi *primus* ipſe *novo* eſſet exemplo, nec *ulla* adhuc in *pretio* fuiſſent *compendia*. Cæterum, ut minus præceſſiſſent, ſecuturos tamen veriſimile erat, qui aliorum quoque celeberrimorum Auctorum, in ſuo cujuſque genere, *Breviaria* conficerent, ſi hoc ſaltem placuiſſet *primi Breviatoris* exemplum. Nec alius erat Auctor, pro conſilio *Marciani*, antea tentandus, quam quem ipſe *compendio* dignum pronunciaverat *Marcianus*, quem nempe illis *parem* judicaſſet, in quibus ipſe operam ſuam ponendam cenſuiſſet. Sed pauca admodum, ſi qua fortaſſe ulla habemus ſingulorum Auctorum *compendia* ante *quartum* à *Chriſto* nato Sæculum. Inde ſuſpicamur, nondum obtinuiſſe illam in Lectoribus deſidiam, quæ tot poſtea pepererit *Græcorum* Χρηςομαθείας, *Latinorumque Breviaria*. Nedum veſtigia *mutilati* per ea tempora *Strabonis*. *Artemidorum* quidem aliquoties, & quidem ex illa ipſa *Marciani Epitome*, advocavit *Stephanus*. Forte etiam ex ejuſdem *Marciani Menippo*. Nam ad *Geographiam* fere ſpectant loca *Menippi* à *Stephano* advocata, non ad *Hiſtoriam* quam *Geographiæ* immiſcuerat ipſe *Menippus*. Cæterum *Epitomas* ſuas ſuppleverat *Marcianus* ex aliis, & quidem *primi nominis*, Auctoribus. Ita fecit ut Auctoribus *ipſis*, dum adhuc *integri* in manibus eruditorum tererentur, hoc ſaltem nomine *anteferendæ* illæ fuerint *Epitomæ*, in illa quoque cauſa audiendæ, de qua altum fuerat ſilentium apud ipſos *Epitomarum* Auctores *primarios*. Nihil tale noſter *Strabonis breviator*. Nihil ille aliunde *ſupplet* quod deerat apud *Strabonem*. Proinde nihil habet cur ab illis conſuleretur qui *integro* Geographi textu fruebantur. Nec adeo illum unquam teſtem advocat *Stephanus*, cum nondum *gratæ* eſſent hoc *uno* nomine *Epitomæ*, ni alia complecterentur quæ in Auctore ipſo *deſiderabantur*. Hoc certe ſupponit ipſe *Marcianus*.

*§. 2. Marciani exemplum ita noſter imitatus non eſt, ut ne quidem titulum cum eo communem habeat* Ἐπιτομῆς, *ſed* Χρηςομαθειῶν *novum adſciverit.*

*Alio* itaque, quam *Marciani*, conſilio *Strabonem* contraxit, quicunque demum is fuerit, noſtri Operis Auctor. Nec proinde quicquam eſt cur *Marciani exemplum* eum imitatum eſſe credamus, qui *alio* titulo *nullo* gratiam Operi conciliandam eſſe cenſuit præterquam *compendii*; nec adeo quicquam, cur *propinquum* exiſtimemus ætati *Marciani*. Tantum abeſt ut Opus ſuum ille, exemplo *Marciani*, vel hortatu, ſuſceperit, ut ne quidem titulum Ἐπιτομῆς dederit cum *Marciano* communem, ſed alium prorſus, diverſumque Χρηςομαθειῶν. Itaque *poſtea* ſcripſerit oportet quam in uſus hominum reciperentur iſtiuſmodi Χρηςομάθειαι. Sic nempe appellari ſolebant *Collectanea* ſeu *Excerpta*, quæ quis, pro ſuo cujuſque ſtudii genere, in ſuos proprios uſus, ex Auctore aliquo delegenda cenſuiſſet. Non *brevitatis* cauſa tantummodo, ut fuſius dicta in *pauciora* contraherentur, cujus ratio erat vel præcipua in *Compendiis*; ſed omiſſis iis quæ ad Auctoris conſilium appoſitiſſime faciebant, ſi minus facere viderentur ad conſilium *Excerptoris*. Hæc enim ſola Lectores pro Χρηςοῖς habebant, quæ ſuis inſervirent Χρήσεσι, quæ, pro ſtudioſi cujuſque conſilio *diverſo*, erant ipſæ quoque *diverſiſſima*, ut jam olim obſervavit *Seneca*. Hæc itaque, ut juniores *digitis* indicibus ad marginem appoſitis inſignire ſolent, ita veteres literis χρ. in marginem ſimiliter relatis. Horum ergo Χρηςῶν farragines in uſus ſtudioſorum privatos collectæ veteribus Χρηςομάθειαι audiebant, *Collectanea* nimirum verius, quam *Compendia*, vel Ἐπιτομαὶ, quales erant illa *Marciani*. Nihil itaque *affine* habent noſtræ è Strabone Χρηςομάθειαι cum Ἐπιτομαῖς *Marciani*.

*§. 3. Is ipſe titulus* Χρηςομαθειῶν

Sic illæ nimirum *privatorum* hominum *propriæ* cenſebantur Χρηςομάθειαι, ut diu poſt ætatem *Marciani* Collectaneis in uſum publicum editis dari cœperit ti-



tulus

ex *uno* aliquo Auctore collectorum multo *recentior* erat ætate *Marciani*.

tulus Χρηςομαθειῶν. Multas iſtiuſmodi *Collectaneorum* inſcriptiones collegit in Hiſtoriæ Naturalis *Præfatione* major *Plinius*. Multas item *Gellius* in ea, quæ nunc Præfatio habetur, temere ab Operis *fine* ad ejuſdem *initium* tranſlata, tam *Romanorum*, quam etiam *Græcorum*. Nec tamen apud alterutrum legimus titulum Χρηςομαθειῶν. Primus Librorum ita inſcriptorum meminit, ni fallor, in Bibliotheca *Photius* à *Proclo* nempe Philoſopho & *Helladio Beſantinoo*. *Proclus* quinto à *Chriſto* nato Sæculo non erat antiquior, ut jam docuit præſtantiſſimus *Fabricius*. Natus nimirum A. D. 412. exſtinctus autem ejuſdem *Epochæ* anno 485. *Helladius* ſub *Licinio* vixit & *Maximiano* (*Daia*, ut videtur) ſi quidem recte *Photius*. Sic quoque *quarto* Sæculo ineunte. *Antea* neminem compertum habemus, qui hunc titulum præfixerit editis à ſe in publicum *Collectaneis*. Nec tamen ejuſdem generis erant illæ undecunque & è *variis* Auctoribus in unum Corpus collectæ *Chreſtomathiæ* cum noſtris hiſce ex *unico Strabone* Chreſtomathiis. Hæ *juniorum* adhuc videntur fuiſſe temporum quam vel *Procli*, nedum *Helladii*. *Mediæ* ſcilicet *Antiquitatis* qua primum prodierint *Latinorum deflorationes* & *florilegia*, quibus fere reſpondent *Græcorum* Ἀνθολόγια & Ἀπανθίσματα. Nec longe diſcedunt hæ, de quibus agimus, Χρηςομάθειαι & Παρεκβάσεις, quæ etiam ipſæ ad *Compendia* referendæ erant cum ex *uno* aliquo colligerentur Auctore. Ita *Suidas*: Παρεκβατικῶς, συντόμως. quæ verba ipſa ſunt *antiquioris* Suidæ *Lexicographi* nempe *Photii* MS. & tamen *Euſtathii* ad *Dionyſium* & *Homerum* Commentarii verboſiſſimi Παρεκβάσεις appellantur. Sic nempe intelligendi, ut fuerint, præ *Scholiis* atque *Interpretationibus*. Vetuſtioribus, unde excerpebantur, revera σύντομοι, tum forte *Chreſtomathiarum* titulo paulatim in deſuetudinem abeunte. Ortum dedit iſtiuſmodi *Chreſtomathiis* non modo *ſtudioſorum* mos illo tempore receptiſſimus *excerpendi* quos quiſque legerat Libros, ut fecit ipſe in *Myriobiblo* & in *Philoſtorgio Photius*; ſed *Rhetorum* præterea *Grammaticorumque* munera *publica* qui *Cleri* junioris inſtituendi cauſa, in *Eccleſiis* quibuſque inſignioribus alebantur *publicis* Eccleſiarum *ſtipendiis*. Pro *Romanorum* Principum ſcilicet exemplo, qui in *Urbibus* etiam celeberrimis ſimilia conceſſerant *ſtipendia Medicis*, *Grammaticis* & *Philoſophis*. Sic enim illi plerunque muneribus ſuis defungebantur *Profeſſores*, ut è præclaro aliquo ſuæ diſciplinæ Auctore *dictata* traderent à diſcipulis ſcribenda; & quidem eouſque progrederentur dum ad illius *finem* Excerpta ſua perduxiſſent. Hæc itaque dicantur ἀπὸ φωνῆς, quod *viva* Præceptoris *voce* tradita *diſcipuli* ſcriptis commiſiſſent. Ut nempe ita ſecernerent ab alterius generis *Excerptis*, quæ Diſcipuli *ipſi* ex Auctoribus nulla freti Præceptoris *voce* propria opera collegiſſent. Nec temere fortaſſis appellatæ *Chreſtomathiæ* quæ à *Scholæ* μαθηταῖς *Inſtitutoris* monitu pro χρηςοῖς vel χρησίμοις habita in Commentarios redacta fuerant; non *propria* collectoris ſeu *induſtria*, ſeu *judicio*. Hujus generis Χρηςομαθείας exhibet Codex MS. *Baroccianus*. Fieri ergo poteſt ut ab ejuſmodi aliquo *Grammatico* emanarint noſtræ hæ è *Strabone Chreſtomathiæ*.

§. 4. Vixit *Excerptor* cum *Macedoniam*, & *Græciam*, & *Epirum*, & *Peloponneſum* tenerent *Sclavi*. Horum primi *Avari* ignoti *Conſtantinopolitanis* uſque ad finem *Juſtiniani Magni*, ad ripas *Danubii* progreſſi ſub *Juſtino* illius ſucceſſore. Non ſub *Theodoſio* minore, ut volebat *Conſtantinus Porphyrogennetus*.

Utcunque tamen recentiorem *Excerptoris* noſtri *ætatem* arguunt illius verba *propria*, ubi in propria *Perſona* loquitur. Obſervaverat *Strabo Græciam* pleramque olim à *Barbaris* poſſeſſam, antea quam ab ipſis occuparetur *Græcis*. Hac arrepta anſa obſervat viciſſim noſter *Strabonis* Excerptor ſuo demum, quo ſcribebat ipſe, Sæculo, *Græcis* ſub jugum miſſis, maximam *Græciæ* partem occupatam eſſe à *Barbaris Sclavis*. Verba hæc ſunt: 1 Καὶ νῦν δὲ πᾶσαν Ἤπειρον, καὶ Ἑλλάδα σχεδὸν, καὶ Πελοπόννησον, καὶ Μακεδονίαν, Σκύθαι Σκλάβοι νέμονται. Hinc ergo *notas* duplices lucramur *temporis* quo vixerit horum verborum *interpolator*: Ut nec *antiquior* eſſe potuerit *Sclavorum* in regiones ibi memoratas *Imperio*, & ne *ſerior* quidem eo Sæculo quo hoc Imperium *Sclavi* amiſerint. *Scythæ* illi *Sclavi* avitas ſedes olim trans *Iſtrum* tenuerant. Inde *primus* gradus erat in *Thraciam*. Tum deinde in *Macedoniam*, *Dalmatiam*, *Epirum* atque *Græciam*, denique in *Peloponneſum*. *Sclavos* & *Sclavinos* & *Avaros* pro eadem gente cenſet 2 *Conſtantinus* Porphyrogennetus. Quod ita arbitror intelligendum, ut quanquam *alii* fuerint, præter *Avaros*, *Sclavi*, commune tamen *omnibus* fuerit nomen *Sclavorum*, quod *multas gentes* complectebatur, quarum *una* illa fuerit *Avarorum*. Certe cum primo *Romanis* Provinciis infeſti inciperent eſſe *Sclavi*, horum *Avarorum* præſidio, & *Chaganorum* (qui *ſupremi* eorundem erant *Magiſtratus*) auſpiciis merebant omnes e quacunque demum *tribu*, vel *gente*, *Sclavi*. Primas autem eorum impreſſiones in *Dalmatiam* fuiſſe ſtatuit *Conſtantinus* Porphyrogennetus. In partes nempe *Danubio* proximas, nec longe à *Salonis Diocletiani* ſeceſſu celebribus. Tum pulſos è *Salonis* colonos 3 *Romanos Raguſam* condidiſſe refert anno antea quam ipſe illa commentaretur 500. Annum vero deſignat *Mundi Conſtantinopolitanum* 6457. *Ind.* VII. Hæc notæ anni ſunt Æræ *Chriſtianæ* 949. Ita *Raguſam* migrarint pulſi à *Sclavis* coloni *Romani* anno ejuſdem *Epochæ* 449. Imperante *Theodoſio* juniore. Ne

1 L. VII. p. 1252. 2 *Conſt.* Porph. de adm. Imp. c. 29. 3 P. 1245.

aliud, ut opinor, hoc rotundo numero volebat Imperator *Conſtantinus*. Certè anno *Theodoſii* illius XVIº. *Gerides, è quibus poſtmodum diviſi ſunt Longobardi & Avares, villas quæ erant circa Singidonem & Sirmium habitaſſe*, teſtis eſt Auctor [1] *Hiſtoriæ Miſcellæ*. Habitatio illa *poſſeſſionis* Argumentum eſt. Et in illis ipſis partibus res *Avarorum* geſtas *primas* legimus. Hic annus erat Æræ *noſtræ* 424. Hic tamen diu latuerunt ut ne quidem *gentis* ſuæ vel *nomen*, ulterioribus victoriarum progreſſibus notum fecerint. Sic enim ſcribit ad annum *Juſtiniani* M. XXXI. idem Auctor [2] Hiſtoriæ Miſcell. *Eodem anno ingreſſa eſt gens Byzantium inopinata, eorum qui dicuntur Avares, & tota civitas cucurrit ad viſionem eorum, tanquam qui nunquam viderint hujuſmodi gentem*. Annus erat *Chriſti* 558. quo nondum aliis *Romanorum* Provinciis moleſti fuerint, adeo extra ſuos fines ignoti. *Legationem* præterea ab eadem gente *Avarorum* ad eundem *Juſtinianum* anno illius XXXVIº. *Chriſti* nempe 563. memorat *Victor Tununenſis*. Sub *Juſtino* IIº. certa habemus *Avarorum* in *Romanos* hoſtilia deſignantium Argumenta. Imo ſic loquuntur Auctores, quaſi tum primum *Danubium Romani* Imperii limitem trajecerint. Hujus enim *Imperii* initio *Juſtinum* conſanguineum à *Juſtino* Imperatore accerſitum teſtatur [3] *Evagrius*, ἀμφὶ τὸν Ἴςρὸν τὰς διατριβὰς ποιούμενον, καὶ τὰς τῶν Ἀβάρων διαβάσεις ἀνείργοντα Hic ſane manifeſtum eſt, nondum illos *Danubium* tranſiiſſe, cum cuſtoditis *Danubii* vadis à *Romano* Imperio excluderentur. Nec enim falli in eo potuit *Evagrius* ſub *Juſtiniani* initium *natus*, ut tum *virilem* maturamque ætatem aſſecutus fuerit, quod ipſo quoque *Evagrio* teſte probavit, ſatis feliciter, *Valeſius*. Inde ratio manifeſta eſt, cur anno *Juſtiniani* XXXIº. nomen eorum ne quidem maleficiis *Conſtantinopolitanæ* Urbis civibus innotuerit. Quod ſcilicet tum primum ἠϊόνας τοῦ Ἴςρου attigerint (ſic enim loquitur ibidem *Evagrius*) cum illam legationem decernerent. Hanc etiam ſententiam firmant [4] *Theophylactus Simocatta* & *Menander Protector* Auctores graves, & *Conſtantini* Imperatoris *Traditionibus* anilibus longe anteferendi. *Menandrum* ipſi debemus *Conſtantino*, qui eam *legationem* conſilio *Juſtini*, qui tum tranſitum *fluvii* tuebatur, miſſam fuiſſe docet, cum nondum in *Dalmatia* poſſeſſione eſſent *Avari*. Et ne quidem anno *Juſtini* Iº. (qui *Chriſti* erat 565) *Avaros Danubium* trajeciſſe, docuit, ut jam oſtendimus, *Evagrius*. Tum vero *primum* imminebant *Romanis Avari*, quod ad *Theodoſii* junioris tempora falſo retulerant fabulatores, quorum fidem ſequebatur *Conſtantinus Porphyrogennetus*. Jam vidimus in Expeditione illa fictitia ſub *Theodoſio Avarorum* ſocios *Longobardos* agnoſcere *Paulum Diaconum* Hiſtoriæ Miſcellæ collectorem. Sed *verum* hoc de temporibus *Juſtini* II. conſtat è *Menandro*. Imo ipſe etiam agnoſcit Hiſtoriæ Miſcellæ collector, Libri XVI. fine. *Res* denique *ipſa* hoc verum eſſe clamat. Sic enim *Singidonem* atque *Sirmium* hoc tempore tractabant *Avari*, ut facile intelligamus pro *hoſticis* habuiſſe, non pro poſſeſſionibus *ſuis* nedum *avitis*. Vaſtabant enim atque incolis vacuas fecerunt, ſpoliiſque pro arbitrio actis, *Danubio* trajecto ad propria remeabant. Inde manifeſtum eſt, hucuſque trans *Danubium* proprias gentis fuiſſe *ſedes*, nec ante hoc *Juſtini* Imperium, in *Romanorum* ditione habitaſſe. Poſtea ergo quærenda erit Epocha *Sclavorum*, de qua loquitur noſter *Strabonis* Excerptor, cum *Epirum*, *Macedoniam*, *Græciam*, ipſam quoque *Peloponneſum* jugo ſuo premerent.

§. 5. Ne quidem uſque ad finem *Mauricii*, ultra *Iſtrum poſſeſſiones* habebant *Avari*.

De hujus *Imperii* anno Xº. (qui *Chriſti* erat 575.) ita *Joannes Biclarienſis*. *Sclavini in Thracia multas urbes Romanorum pervadunt, quas depopulatas vacuas reliquere. Abares litora maris captioſe obſident, & navibus litora Thraciæ navigantibus ſatis infeſti ſunt*. Nempe *ſuperioris anni* fine *Cæſar* factus eſt *Tiberius Sept.* VII. *Ind.* 8. teſte Auctore Chronici Paſchalis. Tum hujus anni initio miſſus rem geſſit in *Avaros* infeliciter, victus ab illis fugatuſque. Negaverat enim illis *Juſtinus* ſtipendia *annua* à deceſſore *Juſtiniano* conceſſa. Inde *prior* impetus in *Sirmium*, tum deinde in *Thraciam*, ut docet *Menander*. Sequenti anno *Imperii* XIº. *Longobardorum* Expeditionem in *Italiam* è *Pannonia*, in qua *Avarorum* ſocii fuerant, tribuit *Hiſtoria Miſcella*. Sed notæ aliæ ibidem aſſignatæ omnes annum deſignant *Juſtini* IV. *Chriſti* 569. Quod nempe fuerit *Kal. Aprilis*, quod *Indictione etiam* I. Imo quod ipſo illo *Chriſti* anno 568. rem geſtam fateatur *Paulus* ipſe Diaconus. Et *notæ* etiam è *Gregorio* M. à *Baronio* obſervatæ. Hæc tamen quoque nota, ita etiam explicata, ſufficit ad ſententiam ejuſdem *Hiſtoriæ Miſcellæ* falſi convincendam, quæ illam Expeditionem ad *Theodoſii* minoris tempora retulerat, in qua pars fuerit *Longobardis Avarorum* ſociis in illa ipſa Provincia *Pannoniæ Tranſdanubianæ*. Sed ne tum quidem captas à ſe urbes, etiam in *Dalmatia*, habitabant, aut *propria* aliqua *poſſeſſione* tenebant. *Sirmium* primo *Hunnis*, ut videmus è *Menandro*, tum deinde Imperatori *Juſtino* reddiderunt, teſte *Evagrio* L. VI. c. 12. Et facta pace ἐς τὰ οἰκεῖα rediiſſe, Auctor idem eſt [5] *Menander*. Sub Tiberio IIº. audaciores facti ulterius progreſſi ſunt. Sic enim de Iº. illius anno, *Chriſti* 579. *Joannes Biclarienſis*: *Abares Thracias vaſtant, & Regiam urbem à muro longe* [l. longo] *obſident*. De IIIº. qui *Chriſti* erat 581. ita:



1 Hiſt. Miſcell. XIV. p. 408. 2 L. XVI. p. 466. 3 *Evagr.* Eccl. Hiſt. L. V. c. 1. 4 *Theophyl. Sim.* L. VIII. c. 7, 8. 5 *Menand.* p. 94. Ed. *Hœſch.*

581. ita: *Abares à finibus Thraciæ pelluntur*, & *partes Græciæ*, *atque Pannonis* [l. Panoniæ] *occupant*. Hæc *Pannonia* erat, ni fallor, *Ciſdanubiana*. In anno ejuſdem v°. ita: *Sclavinorum gens Illyricum*, *& Thracias vaſtant*. Sed v^m. *Imperii* annum non attigit *Tiberius* ille, nedum vi^m. ut vult *Abbas Biclarienſis*. Plures autem tenuit, ſi à *Cæſarea* illius dignitate calculus proceſſerit. Utcunque tamen infra *Aug*. XIV. anni *Chriſti* 582. hæc omnia continenda erunt, quo *mortuus* eſt *Tiberius*. Tum quoque *Illyricum*, quæ poſtea ſedes eorum erat *Dalmatia*, *vaſtabant*, nondum *incolebant*. Nec aliam fuiſſe veriſimile eſt partium *Græciæ*, de quibus ibi loquitur, *occupationem*. Idque palam faciunt res eorundem geſtæ ſub *Mauricio*, 1° illius anno, *Chriſti* 582. ſic habet [1] Hiſtoria Miſcella: *legatione funguntur Avares ad Imperatorem Mauricium*, *qui ante breve tempus Sirmium ſubegerant inſignem civitatem Europæ*. Poſtea: [2] *Chajanus ſiquidem civitatem ſubvertit*, *& multas alias urbes cepit*, *Illyrico ſubjacentes*. De II°. qui *Chriſti* erat 583. ita: *Porro Chajanus Avarum pacem ſolvere feſtinabat*. *Nam Sclavinorum gentes contra Thracem armavit*, *qui pervenerunt uſque ad longos muros multum facientes excidium*. Idem de [3] *Sclavinis Menander*. Sed vario eventu tum pugnatum. Victi enim à *Commentiolo* viciſſim *Andragaſto* prædam eripiunt *Sclavini* v°. *Mauricii*, *Chriſti* 585. Alios habet Hiſtoria eadem Miſcella à *Theophane Avarorum* progreſſus, ſed verſus *Septentrionem* quæ ad cauſam noſtram non faciunt. Sic autem de IX°. *Chriſti* 590. *Bellum circa Europam Avaricum incumbebat*. Ut tum demum ſero graviterque rem geſtam intelligamus. Proximo ergo anno *Mauricii* x. *Chriſti* 591. vel 592 ita ſcribit: [4] *Chajanus iterum bellum agit*, *& devaſtat Singidonem*, *& contra Sirmium caſtra movet*. Sed literis [5] *Mauricii* ad Priſcum interceptis territus *in terram ſuam cum fuga potenti regreſſus eſt*. Addit [6] *Evagrius* plura, quæ tacuit *Hiſtoria Miſcella*: Οἱ Ἄϐαρες δὶς μέχρι τοῦ καλȣμένȣ μακροῦ τείχȣς διελάσαντες, Σιγγιδόνα, Ἀγχίαλόν τε, καὶ τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν καὶ ἑτέρας πόλεις τε καὶ Φρούρια ἐξεπολιόρκησαν καὶ ἠνδραποδίσαντο, ἀπολλύντες ἅπαντα καὶ πυρπολοῦντες, τῶν πολλῶν στρατευμάτων κατὰ τὴν ἑῴαν ἐνδιατριϐόντων. *Temporis* nota eſt in mentione expugnatæ *Singidonis*, quam huic anno imputavit *Hiſtoria Miſcella*. Et in eo quoque quod *abſentibus* in *Oriente* exercitibus factas fuiſſe refert has in *Occidente* deprædationes. Anno enim *Mauricii* XI. *Chriſti* 593. ſic Hiſtoria Miſcella: [7] *Idem Imperator Priſcum cum omnibus Romaicis potentatibus ad Iſtrum fluvium miſit*, *ut Sclavinorum nationes tranſire prohiberet*. Ait *omnibus*, quia aderant *jam*, qui *ſuperiori* anno aberant, *Orientis* exercitus. Metumque illum, è literis *Mauricii* interceptis ortum, in cauſa fuiſſe veriſimillimum eſt, cur fugerit potius cum ſuis *Sclavis Avarorum* Chaganus, quam domum ſe *receperit*. Sic erat neceſſe ut *ſuperiori* anno geſta fuerint quæcunque geſſerit *Chaganus* dum *nondum* intereſſent *novæ* illi ex *Oriente* copiæ. Appulſæ enim fecerunt ut *verteretur* Belli alea. Tum ſeſe intra *fines* ſuos continebant *Avari*, & *vim* contra inferebant *Romani*. Hoc nempe anno accerſitos à Chagano *Sclavinos Iſtrum* tranſire prohibuit *Priſcus*. Nec illud modo. Populantem cum ſuis *Sclavinis Ardagaſtum*, trajecto *Iſtro*, media nocte adoritur inopinatus, funditque, ereptamque prædam mittit *Byzantium*, ægre ipſo evadente *Ardagaſto*. Rurſus dum prædam recuperare conantur *Sclavini*, vincuntur iterum à *Romanis*. Inde fiducia tanta *Priſco* ut *Muſacium Regem* inter ſuos ſecurum opprimeret; ingenti edita Barbarorum *cæde*. Proximo anno *Mauricii* XII°. *Chriſti* 594. *Sclavinos* prædatur [8] ipſe *Priſcus*, & in eorum ditione, Imperatoris juſſu, *hyemavit*. Prædâ tamen ceſſit *Chagano*, ut ſalvus *Iſtrum* trajiceret ad ſuos rediturus. Tum *Pax* cum *Chagano* denuo renovata, dum cauſam *Sclavinorum* aperte non agnoſceret. Hujus anni fine *Petrum* in *Sclavinos Priſci* loco ſufficit *Mauricius*. [9] Hæc anno *Mauricii* XIII°. *Chriſti* proinde 595. Inde [10] in *Sclavinos* ſolos procedit Bellum, quos vincit anno *Mauricii* XIV°. *Chriſti* 596. *Petrus*. Et viciſſim anno ejuſdem *Principis* XV°. *Chriſti* 597. in *Bulgaros Sclavinorum* ſocios. Ita factum ut rurſus ſuccederet in *Petri* locum *Petri* deceſſor *Priſcus*. Is anno *Mauricii* XVI°. *Chriſti* 598. *Bulgaros* pellit Singidone, nequicquam reluctante Chagano. [11] Anno *Mauricii* XVII°. *Chriſti* 599. prædam *Chagani* è XL. civitatibus à ſe populatis collectam eripit Priſcus. [12] *Chaganus infortunio comperto in regionem ſuam regreſſus eſt*. Anno XVIII. *Chriſti* 600. *Captivos*, ob negatum redemptionis pretium, occidit *Chaganus*, quæ res odium invidiamque creavit *Mauricio*, & *Phocæ* anſam dedit ſceleris poſtea admittendi. [13] Anno XIX°. *Chriſti* 601. multæ erant *Romanorum* in *Barbaros* victoriæ, nec modo in *Avaros*, verum etiam in *Sclavinos*. E quibus omnibus intelligimus, *prædationem* illam fuiſſe *Barbarorum*, quam per *Græciam univerſam* agnoſcit *Evagrius*, potius quam *poſſeſſionem*. Nam & *receſſiſſe* illos legimus, nec *pulſos* ex *Imperio*, ſed *excluſos*, occupatis *Iſtri* vadis. Imo diſertiſſima habemus teſtimonia quibus *Iſter* terminus hoc Sæculo communis inter *Avaros Romanoſque* fuiſſe vincitur. Huc ſpectant verba *Chagani Avarorum* apud *Theophylactum Simocattam*:

1 L. XVII. p. 482. 2 P. 483. 3 *Menand*. p. 96. Ed. *Hæſch*. & *Theophanes*. 4 L. XVII. p. 501. è *Theophane*. 5 P. 503. 6 L. VI. c. 10. 7 L. XVII. p. 503. è *Theophan*. 8 *Theophanes* & ex eo *Hiſt. Miſc*. 9 *Theophan*. & ex eo *Hiſt. Miſc*. 10 *Theophan*. & *Hiſt. Miſc*. 11 *Theoph*. & ex eo *Hiſt. Miſc*. 12 *Theophan*. & *Hiſt. Miſc*. 13 *Theophan*. & *Hiſt. Miſc*.

*eatum:* Ξένος ὁ Ἴστρος ὑμῖν, τὸ ῥόθιον τούτῳ πολέμιον. L. VII. c. 10. p. 178. Huc verba ipſius Auctoris: *Διομολογεῖται δὲ Ῥωμαίοις καὶ Ἀβάροις ὁ Ἴστρος μεσίτης.* L. VII. c. 15. p. 184. Huc *Theophanes:* *Τὸν Ἴστρον ποταμὸν μὴ διαβαίνειν ὡμολόγησαν.* p. 235. Edit. *Pariſ.* Loquuntur ambo de his ipſis, in quibus verſamur, temporibus *Mauricii.* Huc uſque ergo nullam *Sclavorum poſſeſſionem* legimus, vel in *una* aliqua illarum Provinciarum, quas *Sclavis* ſubditas agnoſcit, quo tempore ſcribebat ipſe noſter *Strabonis* Excerptor. Itaque temporibus *Mauricio* recentioribus *poſſeſſio* illa, quæcunque demum fuerit, quærenda eſt.

§. 6. Sub *Heraclio* demum ultra *Iſtrum* migrabant, & *Dalmatiam* ſibi vendicabant *Avari*, à *novis* inde *Avaris* pulſi penituſque *excisi* eodem imperante *Heraclio.*

Perſtabat tamen idem illud *Romanorum* Bellum cum *Avarorum* Chagano, ſub quo merebant *Romano* Imperio infenſi *Sclavi.* 1°. certe *Phocæ*, *Chriſti* 602. *Avares Thracem devaſtaſſe* refert *Hiſtoria Miſcella.* 11°. *Phocæ* anno *Chriſti* 603. ita habet: 1 *Phocas autem potentatus ab Europa in Aſiam tranſtulit, Chagano pactis additis, arbitratus Avarum quieſcere nationes.* Tenuitque, ut videtur, *emptitia* illa *Pax* uſque ad tempora *Heraclii.* Tum vero rurſus pro more ſolito graſſabantur. Anno enim *Heraclii* 11°. *Chriſti* 612. *Europam Avares deſertam reddidiſſe* dicuntur. Unde intelligimus Provincias *Europæ* pleraſque eorum populationibus *incultas* jacuiſſe, non autem ab *Avaris* ipſis fuiſſe *poſſeſſas.* Hæccine vox erat noſtri Excerptoris, ut ad *vaſtationem* potius, quam ad *culturam* fuerit referenda? Plane non exiſtimo. Ad *nomen* potius *Scytharum Nomadum* noſtrum alluſiſſe crediderim, quod à ſtudio fuerint *Agriculturæ* alieni, & *Paſtoritiæ*, pro more *patrio*, addictiores. IX°. deinde *Heraclii*, *Chriſti* 619. novæ erant *Chagani* in *Imperatorem* inſidiæ. X°. deinde *Heraclii*, *Chriſti* 620. *pacem* initam memorat *Hiſtoria Miſcella.* Anno ejuſdem XI°. *Chriſti* 621. cum *Avaribus pace, ut putabat, contracta, tranſtulit militias Europæ in Aſiam.* Verba ſunt *Hiſtoriæ Miſcellæ* de *Heraclio.* XII°. autem, menſe *Aprili*, *Ind.* 10. expeditionem *Perſicam* ipſe ſuſcepit *Heraclius.* Sic illa invicem *connexa* ſunt ut *temporum* rationem admodum confirment. Ultimus *Avarorum* ſub hoc *Imperio* impetus anno erat *Heraclii* XVI. *Chriſti* 626. qui *annus* multis *notis* certiſſimis deſignatur in Chronico *Paſchali.* A *Perſis* nempe ſolicitati, quos fide *Avarorum* data fretus adortus fuerat *Heraclius.* Hæc cauſa erat cur etiam in *Avaros* hoſtes *Chrobatos* ipſe ſolicitarit *Heraclius.* Erat enim *mos* ille apud *Romanos* per ea tempora receptiſſimus, ut Barbaros *alios* in *aliorum* Barbarorum perniciem *mercede* converterent. Sic *Theodoricum* cum *Gothis* in *Odoacrem*, *Herculorum* Principem, armavit *Zeno.* Sic ipſos hos *Avaros*, cum ad ripam *Danubii* nuper appuliſſet, in Barbaros *alios Romanis* finibus imminentes donis & ſtipendiis conduxit M. *Juſtinianus.* Sic ipſos hos *Avaros* hac ultima *Conſtantinopolis* oppugnatione odioſiſſimos, *Chrobatorum* opera, qui ſeſe nuper in fidem *Imperatoris* receperant, expulit è *Dalmatiæ* finibus *Heraclius.* Poſſederunt enim aliquantiſper *Dalmatiam*, licet non ab eo uſque *initio*, quo illam rapinis & cædibus *devaſtarunt.* Cœpit *poſſeſſio* illa ſub *Tiberio* 11°. *Mauricii* deceſſore. Tum primum *pontem Danubio* impoſuerunt, hoc ſcilicet obtentu, ut *Sclavinos* ipſi inde pellerent, communes *ſibi* hoſtes atque *Conſtantinopolitanis*, cum tamen fere quæcunque mala *Romanis* Provinciis intulerunt *Sclavi*, ea omnia, non aliis quam ipſorum *Avarorum* auſpiciis intulerint. Tum primum *Sirmium*, incolis pactione dimiſſis, ſibi incolendam vendicabant *Avari.* Et quidem *Belli*, ut inquiebant, jure quod inde *Gepides* ipſi à ſe victos expuliſſent. Hos ergo intellexit *Conſtantinus Porphyrogennetus* aliique, cum *Avarorum* in *Dalmatia* poſſeſſionem *Theodoſii* junioris anno XVIo quæſitam *Avaris* imputant. Teſtem habemus non *Menandrum* modo *Protectorem*, verumetiam *Hiſtoriam Miſcellam*, cujus ea *verba* ſunt in anno illo *Theodoſii* XVI°. 2 *Et Gepides quidem, ex quibus poſtmodum diviſi ſunt Longobardi & Avares, villas, quæ ſunt circa Singidonem & Sirmium, habitavere.* Hoc ergo jus præ ſe ferebant orti ab illis, eorundemque tamen imperio *Belli* jure hæredes *Avari.* Ab eo certe tempore, quo *ponte* junxerant *Danubium*, pro *ſua* ſibi vendicabant *Dalmatiam.* Inde illa *Chagani* cum *Priſco* expoſtulatio in his locis venaturo: *Non eſt juſtum*, inquit, 3 *in alieno loco venari.* Et poſtea: *Quid tibi Priſce, ac terræ meæ? an hanc vis accipere de manibus meis?* Pergit Hiſtoria Miſcella: *E contra Priſcus: Singidonem inquit, civitatem redde Romanis. Qui ait: Unam civitatem à nobis conaris accipere? Videbis poſt paulum quinquaginta civitates Romanas Avaribus ſervituti redactas. Priſcus autem per amnem navibus Singidoni exhibitis hanc depopulatus eſt, & ex ea Bulgares pepulit. Hæc anno ſequenti Chaganus quadraginta Dalmatiæ civitatibus depopulatis ultus eſt.* Inde conſtat, *Dalmatiam* univerſam ſibi vendicaſſe *Chaganum.* Sic *alibi* ſeſe ad *hiberna* conferens jurat ſeſe *Danubium* minime tranſmiſſurum. Manſurus ſcilicet in illa, quam *ſuam* cenſebat, *Dalmatia*, dolis perfidiſque artibus *Romanis* ereptam. Sed tamen ultra *Dalmatiæ* fines nullam huc uſque reperimus *Avarorum*, nec *Sclavorum* ſub *Avarorum* patrocinio *Romana* occupantium, poſſeſſionem *Romano* jugo liberam. Nedum in *illis*, de quibus *noſter* meminit, *regionibus.* [illegible] *deſertam* fuiſſe maxima ſui parte ipſam illam *Dalmatiam* docet *Conſtantinus Porphyrogennetus*,

1 L. XVII. p. 525. 2 *Hiſt. Miſc.* L. XIV. p. 408. 3 L. XVII. p. 509.

*tus*, dum ab *Avarorum* Chagano, qualicunque illa *poſſeſſione*, teneretur, propter ultimas præſertim illas *Chagani*, de erepta ſibi *Singidone* iraſcentis, *populationes*. Novis ergo illam coloniis ſupplevit *Heraclius*, quæ tamen *Dominos* Imperatores *Conſtantinopolitanos* agnoverint. Progrediendum ergo ut *Sclavorum poſſeſſionem* reperiamus, quæ à noſtro deſignatur *Strabonis* defloratore. Obiter tamen monendum in *Heraclii* poſtrema tempora, multis poſt *reditum* illius ex *Oriente*, annis incidiſſe *novam* hanc coloniam, quam in *Avarorum* locum ſuffecit *Heraclius*. Vix enim dubito, quin eo referenda ſint verba *Nicephori* Patrarchæ illa: 1 Ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὸν καιρὸν ἐπανέστη Κούβρατος ὁ ἀνεψιὸς Ὀργανᾶ Οὐννογουνδούρων κύριος τῷ τῶν Ἀβάρων Χαγάνῳ, καὶ ὃν εἶχε παρ' αὐτοῦ λαὸν περιϋβρίσας ἐξεδίωξε τῆς οἰκείας γῆς. Διαπρεσβεύεται δὲ πρὸς Ἡράκλειον καὶ σπένδεται εἰρήνην μετ' αὐτοῦ, ἥνπερ ἐφύλαξαν μέχρι τέλους τῆς ἑαυτῶν ζωῆς. Vix eſt cur dubitemus quin *iidem* hi ſint cum *Porphyrogenneti Chrobatis*. Quid ſi ergo pro Κούβρατος reponamus Χρώβατος? Principem certe illo ipſo nomine *Chrobatum* habet 2 *Porphyrogennetus*, *Chrobatum Theophanes*, à quo novum *Chrobatorum* nomen emanaſſe veriſimile eſt, pro more illis temporibus non admodum inuſitato. *Novum* enim erat duntaxat *nomen* in *gente* non *nova*. *Bulgaros* fuiſſe agnoſcit 3 *Conſtantinus Porphyrogennetus*, & *Hiſtoria* etiam *Miſcella*. Erantque in *Singidone Dalmatiæ* urbe *Bulgari* cum illos inde pelleret *Priſcus*, Hiſt. Miſc. L. XVII. p. 510. *Hunnos* porro memorat *Hiſtoria Miſcella*, *quos Avaros*, inquit, *vocant*. L. XVIII. p. 552. 4 Hujus, ni fallor, nominis *veſtigia* in vocis *Hunnogundurorum* initio habemus. Et ab his *Avaris* nomen *Avariæ* fluxiſſe crediderim, cujus mentio in *Hiſtoria Miſcella*, temporibus *Heraclio* recentioribus, pulſis è *Dalmatia* prioribus *Avaris*. L. XIX. p. 604. Inde etiam *Pannonia Avariæ* p. 601. ſub *Avariæ Chagano*. *Affines* certe hos *prioribus Avaris* fuiſſe innuunt verba illa *Nicephori* Patriarchæ; ὃν εἶχε παρ' αὐτοῦ λαὸν ὑβρίσας. Et *Abaros* inter *Chrobatos* agnoſcit etiam *Porphyrogennetus*. Imo *veros* hoſce *poſteriores Avaros* duntaxat agnoſcit *Theophylactus Simocatta*. Nec tamen obſtabat tam arcta illa inter *gentes* illas *Septentrionales* Ponti *Euxini* accolas (quæ fere *omnes* communi *Sclavorum* nomine veniebant) *affinitas*, quo minus invicem ſeſe nunc *juvarent*, nunc *expellerent*. Hos enim novos *Dalmatiæ* incolas *Sclavos*, pro *ſuis* pariter ac Imperii *Romani* hoſtibus habebat *priorum* quoque *Avarorum* Princeps *Chaganus*, idque ſibi in animo eſſe profitebatur, ut ponte juncto *Danubio* eos inde pelleret. Monendum tamen neceſſarium erat, ne *nominum* tanta in diverſis *Sclavorum* factionibus ſimilitudine in *ſequentium* Hiſtoria hallucinemur.

§. 7. Sub *Conſtantino Pogonatô* novi irruperunt in Provincias Romanas *Sclavi Bulgari*, aliorum *Sclavorum* domini, quorum partem in *Strymonem*, partem in *Macedoniam* tranſtulit *Juſtinianus Rhinotmetus*. Novi deinde nulli *Bulgarorum*, vel *Sclavorum* progreſſus in Provincias *Romanas* uſque ad finem *Conſtantini Copronimi*.

*Deletis* jam *prioribus* illis *Dalmatiæ Avaris* (ſic enim rem fuiſſe docet *Suidas* voce Βούλγαροι) ſupererant tamen *Romano* nomini moleſti *Sclavi*. Sic enim Auctor Hiſtoriæ Miſcellæ: *Anno decimo ſexto Imperii Conſtantis, exercitum movit contra Sclaviniam Imperator, & captivos duxit plurimos, & ſubegit*. L. XIX. p. 589. Hic annus erat *Chriſti* 657. Sed *Sclavinia* illa erat *trans Iſtrum*, ubi ipſos illos *Sclavinos* aggreſſus fuerat deprædatuſque, ſub *Mauricio*, *Priſcus*. Inde illos invitare ſolitus fuerat *priorum* Avarorum *Chaganus*, ſed *clanculum* ſubdoleque, ne quid *fœderibus*, quæ cum Imperatoribus *Conſtantinopolitanis* inierat, adverſum committere videretur. Nec alii fere proprie *Sclavi Sclavinique* appellari ſolent, qua ab *Avaris* ipſis *Ciſdanubianis* internoſcuntur, quam accititii illi è regionibus illis extra *Iſtrum* ſitis *Sclavi*. His ergo nihil quicquam cum Provinciis illis *Romanis* erat, de quibus noſter loquitur *Strabonis* mutilator. Et ne quidem *metus* ab illis *propinquus* imminebat cum à *Conſtante* ſubigerentur. *Proximo* tandem *Imperio Conſtantini Pogonatæ*, novi acceſſere *Conſtantinopolitanorum* hoſtes, novique è *Bulgaria* (quam *magnam* appellabant). *Bulgari* 5 ipſi etiam *Sclavi*, & *Sclavorum*, in Principes *Conſtantinopolitanos* quippiam audentium, *duces*. Quinque autem fratrum duo erant præſertim à *Conſtantinopolitanis* Imperatoribus metuendi. Quartus *Danubio* ſuperato *in Avariæ Pannonia Chagano Avaro ſe ſubdens, manſit illic cum potentatu ſuo*. Sic loquitur Auctor *Hiſtoriæ Miſcellæ* 5. Nec aliter *Nicephorus* 6 Patriarcha. Ὁ δὲ τέταρτος τὸν Ἴστρον ποταμὸν διαβὰς ἐν Παννονίᾳ τῇ νῦν ὑπὸ Ἀβάροις κειμένῃ αὐλίζεται ὑπόσπονδος τῷ ἐγχωρίῳ ἔθνει γενόμενος. Ex ambobus intelligimus novi *Avarorum* Chagani, quem ipſum *Bulgarum* fuiſſe vidimus, vires factas novo hoc contribulium adventu auctiores. Sed tertius frater erat, quem *Provinciis* trans *Iſtrum* ſitis infeſtum adortus eſt *Conſtantinus* Imperator. Cæterum eventu admodum infelici. Fuſus enim ab illis fugatuſque hos etiam ſeſe inſequentes traxit in *Provincias* cis *Iſtrum* poſitas. Has, ut tuerentur, ſuis copiis copias *Sclaviniæ trans-Iſtrianæ* jungunt, quibus, dum ultra *Iſtrum* agerent, dominabantur. Ita factum ut Provincias *Romanas* *cis-Danubianas* omnes à *Dalmatia* ad Pontum uſque *Euxinum* continua poſſeſſione tenuerint *Bulgari* cum *Sclavis* ſociis (*Septentrionales* nimirum omnes) *Romanis* proinde multo, quam fuerant *Avari* ſoli, magis formidandi. Nondum tamen aliquam *earum*, de quibus noſter loq

1 Edit. *Petav.* p. 72. 2 *Porphyr.* de Adm. Imp. c. 30. p. 92. 3 *Conſt. Porph.* Lib. II. Them. I. p. 81. 4 *Hiſt. Miſc.* L. XIX. p. 600. 5 *Hiſt. Miſc.* L. XIX. p. 601. 6 *Niceph.* Patr. Hiſt. p. 103.

tur Excerptor. Sic nempe res habebat poſt annum *Conſtantini Pogonatæ* x$^{m}$. (quo novam impreſſionem novi illi fecerunt hoſpites *Bulgari*) qui annus erat *Chriſti* 679. Huic enim anno illam tribuit *Hiſtoria Miſcella.* Sed vim illam tantum *Bulgarorum* fregit magnopere filius *Conſtantini Juſtinianus Rhinotmetus.* Anno Imperii II°. *Chriſti* 678. 1 *pacem deſtruxit* ille Juſtinianus, *juſſitque tranſire in Thracem equeſtres militias, volens tam Bulgares quam Sclavinos deprædari*, inquit Auctor *Hiſtoriæ Miſcellæ.* Additque: 2 *Anno tertio Imperii ſui movit exercitum Juſtinianus contra Sclaviniam & Bulgariam. Et Bulgares quidem ad præſens ſibi occurrentes impulit. Exſurgens autem uſque Theſſalonicen copioſas multitudines Sclavinorum partim bello peremit, partim, cum ad ſe confugerent, in partibus Obſicii, cum per Abydum transfretaſſet, conſtituit.* Tum *Sclavenorum* colonia deducta in Provinciam *Strymonem* quam huic *Juſtiniano* tribuit *Conſtantinus Porphyrogennetus.* Idem agnoſcit *Macedoniæ* partem olim fuiſſe. Hic ergo primos *Macedoniæ* poſſeſſores *Sclavos* tenemus. Hæc anno *Chriſti* 688. Nec magnum erit in *reditu* incommodum. Inde certe, ſua propugnaſſe contenti arma *Romanis* infenſa ipſi minime intulerunt. *Græciæ* autem, ſub hoc ipſo Principe, præerat *Leontius*, & quidem poſt *tertium* illius annum. Inde certum eſt nondum illam paruiſſe *Bulgaris.* Tantum aberat ut *Peloponneſo* fuerint potiti, cui nullus patebat, niſi per *Græciam*, aditus. Imo modeſtiores fuiſſe manifeſtum eſt multoque majeſtatis *Romanæ* reverentiores, dum *Sclavis* præeſſent, *Bulgaros*, quam fuiſſent eorum deceſſores priores *Avari.* His certe præſertim, de quibus agimus, temporibus. Teſtatum hoc fecerunt, cum ipſum hunc *Juſtinianum* Imperio reſtituerint, ab eo antea laceſſiti, & multa mala paſſi. Factum hoc anno *Tiberii Apſimari* VII°. *Chriſti* 705. Teſtatum etiam, cum poſtea, ne quidem ejus *ingratitudinem* experti, in *Provincias* ſævirent. Hæc anno illius III°. *Chriſti* 708. Et tamen illum, anno *illius* ultimo, *Chriſti* 711. rurſus auxiliis juvarunt. Heroico prorſus in *immerentem* animo. Erant etiam ſub *Philippico Bardane Bulgarorum* prædationes. Sed non ultra *Thraciam*; quæque *novas* nullas, vel in ipſa *Thracia*, poſſeſſiones acquiſierint; I°. nempe *illius* anno, *Chriſti* autem 712. Inde amicitia cum Principibus *Conſtantinopolitanis* ſancte adeo obſervata eſt ut *Artemium*, (cum coronam, quam libens abdicaverat, vendicare conaretur) *Bulgari Leoni Iſauro* tradiderint, III°. *Leonis* anno, *Chriſti* 720. Et VI°. *Conſtantini Copronymi* anno, *Chriſti* 746. ſic habet Hiſtoria Miſcella. 3 *Eodem vero anno peſtilens mors à Sicilia & Calabria incipiens, veluti quidam ignis depaſcens, ad Monobaſiam & Helladem, atque interjacentes inſulas venit per totam quartam decimam Indictionem, flagellans impium Conſtantinum, & cohibens ab inſania, quam adverſus ſanctas Eccleſias & ſanctas ac venerabiles imagines irritabat.* Si ut *Conſtantinum* flagellaret, erat certe tum in *Conſtantini* poteſtate *Hellas*, non *Bulgarorum*, aut *Sclavorum.* Idem *Conſtantinus* anno *ſuo* XV°. *Chriſti* 756. novos in urbem *Conſtantinopolitanam* incolas ex *Hellade* tranſtuliſſe dicitur, eodem Auctore teſte, in locum eorum, quos *peſtis* abſumpſerat. Eodem anno erant nonnullæ *Bulgarorum*, ob negata *ſtipendia*, deprædationes, ſed in *Thracia* tantummodo. Anno XVIII°. *ſuo*, *Chriſti* 758. *Sclavinas penes Macedoniam poſitas captivavit, & reliquos ſubjugavit.* Verba ſunt *Hiſtoriæ Miſcellæ. Macedoniæ* gentes *Sclavinas* ab iis ſecernit quos *ſubjugavit.* Ut ſcilicet indicaret, jam *olim* ſub *Conſtantinopolitanorum* Principum jugo fuiſſe *Macedoniam.* Inde intelligimus captivos illos è *Macedonia Sclavos*, non *poſſeſſores* fuiſſe *Macedoniæ*, ſed tantummodo *prædatores.* Intelligimus & reliquos, quos à *Bulgaris Conſtantinum Pogonatum* victum perſequentibus in partes *ciſ-Danubianas* tranſlatos fuiſſe vidimus, *Sclavos* ita ab hoc illuſtri Principe domitos fuiſſe, ut non deinceps, ut antea, *Bulgaros* Dominos agnoverint, ſed tantummodo *Conſtantinopolitanos.* Hæc enim *ſubjugatio* erat, qua à *captivitate* diſtinguitur. Cauſam enim *Sclavorum* auxiliarium ſemper à *ſua* ſeparatam haberi volebant, tam antiquiores *Sclavorum* domini *Avari*, quam recentiores etiam *Bulgari.* Inde factum ut *ſeorſim* vinci potuerint. Proximo anno Imperii XIX. *Chriſti* 759. novam ſuſcepit Imperator in *Bulgaros* ipſos expeditionem. Exitu quidem minus felici, nullo tamen *aliarum Provinciarum* damno. Anno *Imperii* XXII. *Chriſti* 762. *Bulgaris* domeſticis tumultibus gliſcentibus, multi confugiunt ad Imperatorem *Sclavini.* Deinde *Bulgaros* vincit, multis captis, multis etiam ſubditis. Nempe, ut videtur, in *Romanorum* fidem redactis. Anno *Imperii* XXIV. *Chriſti* 764. inita cum *Bulgaris* Pax, ut volunt, ſubdola. Anno XXV. ſed *Chriſti* 766. menſe *Januario*, expeditio erat in *Bulgaros* infelix, nullæ tamen viciſſim *Bulgarorum* in *Provincias* impreſſiones. *Imperii* anno XXXIII°. menſe *Martio Ind.* 12. *Chriſti* proinde 774. 4 *Pax* cum *Bulgaris* hac lege facta, ut *neque Bulgares exirent contra Romaniam, neque Imp. ſtuderet contra Bulgariam intrare.* Ita *Hiſtoria Miſcella.* Cæſam tamen narrat ab Imperatore partem exercitus *Bulgarici.* Ultimis porro duobus hujus Principis annis novæ erant in *Bulgaros* expeditiones, ſub eo finibus ſuis periculum propulſaſſe contentos, vel *prædationibus* in *Thraciam* ulciſci. Proinde ad *annum*, quo exceſſit *Conſtantinus*, 775. nec *Sclavis* licuit,



1 *Hiſt. Miſc.* L. XIX. p. 608. *Theophan.* 2 *Et Niceph.* Patr. p. 111. *Theophan.* 3 L. XXII. p. 683. 4 *Theophan. Hiſt. Miſc.*

nec *Bulgaris* Provincias *illas*, de quibus *noſter*, ſibi vendicare. *Sclavorem Principum* quis fuerit in *Conſtantinum* animus oſtendit ipſe [1] *Nicephorus* Patriarcha, utcunque memoriæ illius infenſus, cum *ſervos Chriſtianos*, quotquot habebant, illius *rogatu*, dimitterent.

§. 8. Sed nec uſque ad finem *Nicephori Phocæ*. Sed vero III°. & IV°. annis *Conſtantini* & *Irenes* ita ſcribit collector Hiſtoriæ Miſcellæ: *Eirena mittit Stauracium Patricium & Logothetam Dromi cum virtute multa contra Sclavinorum gentes. Qui cum deſcendiſſet in Theſſaliam & Græciam, ſubjecit omnes, & tributarios fecit Imperio. Introivit autem & in Peloponneſum, & multam captivitatem & exuvias Romano Imperio attulit. Anno quarto Imperii Conſtantini & Eirenæ rediit Stauracius, de quo ſupra dictum eſt, à Sclavis, & triumpho manifeſtavit trophæa in Hippodromo.* L. XXIII. p. 727. Sic & *Theophanes*. Hæc expeditio, quæ in *tertium quartumque* incidebat hujus *Imperii* annos, anni Æræ *Chriſtianæ* alterius eſſe non potuit, præterquam 783. Fieri vix poteſt, ut tam brevi ſpatio contuſi à *Conſtantino Copronymo Bulgari* adeo convaluerint ut has *Romanorum* Provincias *poſſederint*. Nec ſane prælia eorum cum *Romanis* ſecunda, & ne quidem res geſtas eorum ullas, produnt horum temporum *Annales*, quibus *Romanorum* præſidia inde fugaſſe veriſimile ſit. Nec porro ad proprias *Sclavorum* Provincias ſpectant victoriæ *Stauracii*. *Prædones* ergo *Sclavos* illos fuiſſe ſuſpicor, aut *rebelles*, potius quam legitimos exercitus. Erant enim etiam in *Romanis* Provinciis *Sclavi*, quos à communi *Sclavorum* corpore ad *Romanos* jam olim defeciſſe vidimus. Ubinam, quæſo, potius quam in Provinciis *Romanorum* quærendi, ſi tuti eſſe vellent à fratrum deſertorum ira & vindicta. *His* quoque victis *tributa* imperanda erant, pro exemplo alterius rebellionis eorundem ab iiſdem *Romanis* repreſſæ, cujus meminit Imperator [2] *Conſtantinus Porphyrogennetus*. Fecit autem hæc ipſa *Stauracii* victoria ne de temporibus *Stauracio* proximis intelligi potuerint noſtri *Excerptoris* verba, dum *novis victoriis* inſtaurarentur fractorum jam *Sclavorum* vires. Atqui *novas* iſtiuſmodi *Sclavorum victorias* nullas legimus vel *proximis* Stauracio *temporibus*. *Bulgaros* anno Æræ *Chriſtianæ* 790. aggreſſus eſt *Conſtantinus* filius *Eirenes*. Victoria tamen nulla, fugientibus utriſque, mutuo metu, tam *Romanis* quam *Bulgaris*. E metu illo *Bulgarorum* facile colligimus nullas fuiſſe *Bulgarorum* victorias *nuperas*, quæ animos illorum fecerint elatiores. Proximo quidem anno *Chriſti* 792. victus eſt à *Bulgaris* Imperator. Sed *fructu* victoriæ *nullo*, contentis ſui defenſione *Bulgaris*, nec fuſos in acie hoſtes ultra limitem perſequentibus. Contra, anno *Chriſti* 796. fugit *Bulgarus*. Anno *Eirenæ* II°. menſe *Martio*, *Indictione* VII. *Chriſti* proinde 799. [3] *pulſatus ab Helladicis Achamirus Belzitiæ princeps, de filiis Conſtantini à matre occiſi ad Imperium promovendis cogitabat.* Tum ergo adhuc *Hellade* potiebantur *Conſtantinopolitani*. Sic etiam anno *Eirenæ* V°. *Chriſti* 802. *Aëtius* [4] Patricius fratrem *Monoſtrategum* fecit in *Thrace* ſimul & *Macedonia*. Itaque penes *Romanos* erat tum quoque *Macedonia*. Mitto breviores ſub *Nicephoro Phoca Bulgarorum* cum *Romanis* pugnas, nedum *Sclavorum* his certe temporibus *Romanis* obnoxiorum. Id certe conſtat è verbis *Hiſtoriæ Miſcellæ* illis, [5] *Chriſtianos exſules ex omni thémate in Sclavinias ferri juſſit.* Sic anno *Nicephori* VIII°. *Chriſti* 810. *Sclaviniæ* ipſæ, à *Sclavis* incolis ita appellatæ, *Romanis* parebant. Tantum aberat ut *Romanis* Provinciis *Sclavi* dominarentur. Erant nempe illo tempore plures una *Sclaviniæ*. Non certe *Theſſalia* & *Macedonia*, nedum *Peloponneſus*, in quibus rem paulo antea geſſerat *Stauracius*. In illis enim, quicunque agebant, *Sclavi* permiſti aliis gentibus incolebant, & ſub *Romanorum*, non autem *proprio* aliquo gentis propriæ, Imperio. Non itaque propter illos incolas Provincias illas *nomina* mutaſſe veriſimile eſt. Imo adhuc *propria* ſua & *vetuſta* nomina retinuiſſe certum eſt. Erant tamen regiones, & quidem *ciſ-Danubianæ* illæ, & ad invicem diſſitæ, *Sclavis* proprie ſic dictis aſſignatæ, quæ recte adeo *Sclaviniæ* fuerint appellandæ. Initio quidem *Conſtantini Pogonatæ* unica erat trans-*Iſtrum Sclavinia*, quæ ab univerſo *Sclavorum* corpore incolebatur, Dominiſque parebat *Bulgaris*. Victo autem Imperatore, *Sclavi* illius *Sclaviniæ* incolæ omnes in ſedes, una cum *Bulgaris*, *ciſ-Iſtrianas* tranſlati ſunt, eaſque ne *contiguas* quidem. Hoc nempe, ut videtur *conſilio*, ut *medio* ſitos *Bulgaros* tuerentur, nec tamen ſibi *invicem* auxiliari poſſent, ſi *defectionem* meditarentur. *Severi* nempe *Sclavi ab anteriore clauſura Veregaborum ad partes Orientales locati* (verba ſunt [6] *Hiſtoriæ Miſcellæ*) ὃς τὰ πρὸς Ῥωμαίυς ἐγγίζοντα τηρεῖν ἐπιτάττυσιν, ſic enim habet *Nicephorus* Patriarcha [7]. *In locis autem quæ ſunt ad Meridiem & Occidentem uſque ad Avariam reſiduas ſeptem generationes quæ ſub pacto erant.* (Sic rurſus *Hiſtoria Miſcella*) quibus reſpondent Patriarchæ illa: ὃς μὲν τὰ πρὸς Ἀβάρυς πλησιάζοντα φρυρεῖν. Vix eſt cur dubitemus, quin hæ *duæ* fuerint *Sclaviniæ*, quas *Romanis tributarias* fecerit *Stauracius*, quo cautius Paci *Sclavorum* in *Romanis* Provinciis agentium conſuleret, in quas *exſules* contulerit *Nicephorus*. Tum ergo certe *Romanis* Provinciis dominari non poterant *Sclavi*, ipſi *Romano* Imperio parentes. Erant quidem, ſub hoc ipſo *Nicephoro*, etiam in *Peloponneſo Sclavi*, qui *Romanum* jugum excutere conabantur. *Soli* tame

1 *Niceph.* Patr. p. 236. 2 *Conſt. Porph.* de adm. Imp. c. 49. 3 *Hiſt. Miſc.* L. XXIII. p. 749. 4 P. 751. 5 *Hiſt. Miſc.* L. XXIV. p. 765. 6 *Hiſt. Miſc.* L. XIX. p. 684. 7 *Niceph.* p. 107.

men, & ſine harum *Sclaviniarum* ſociis. Victi proinde, Eccleſiæque *Patrenſi* Metropolitanæ *tributarii* facti, ut nos docet *Porphyrogennetus* [1] Imperator. Hucuſque ergo *nondum* vera erant quæ habet noſter *Strabonis* mutilator. Itaque pergendum ulterius.

§. 9. Necuſque ad finem *Baſilii Macedonis.*

Poſt cædem *Nicephori*, caput illius *Crumnus Bulgarorum* Princeps *denudans*, *argentoque forinſecus induens*, *bibere in illo Sclavinorum Principes fecit gloriatus.* Verba ſunt *Hiſtoriæ Miſcellæ.* XXIV. p. 773. Hi *Sclavinorum* Principes *duarum* erant, quas dixi, *Sclaviniarum Bulgarorum* ſatellites, quibus *finium* tutelam à *Bulgariæ* Dominis commiſſam fuiſſe probavimus. Inde quoque manifeſtum eſt in *Bulgarorum* victoriis partes fuiſſe *Sclavis*, etiam illis *proprie* ſic dictis. Tum, *compertis* [2] *militiarum ſimultatibus metuque, confortati Bulgari prævaluerunt adverſus Thracem & Macedoniam.* Verba ſunt *Hiſtoriæ Miſcellæ.* Hæc anno *Michaëlis Rangabe* 10. *Chriſti* 812. 110. autem, qui *Chriſti* erat 813. progrediuntur *Bulgari*, vincuntque iterum *Michaëlem.* Hoc ipſo anno *Macedoniæ* ϛρατηγὸν *Aplacem* memorat *Theophanes* p. 525. Inde intelligimus nondum ea potitos eſſe, ſeu *Bulgaros*, ſeu etiam *Sclavos.* Ejuſdem mentionem habemus in Auctore *Byzantini* corporis *Anonymo* p. 429. Ubi etiam *Leonis Scleri*, qui ϛρατηγὸς fuerit *Peloponneſi.* Idem tamen Anonymus *Sclavinias omnes Avaroſque* à *Crumni Bulgari* partibus ſtetiſſe docet. Hos tot victoriis ferocientes, Urbemque ipſam aggredientes vicit *Leo Armenus*, induciaſque annorum XXX. impetrat. Deſinebant illæ anno *Domini*, ad minimum, 843. Nempe ad initium *Michaëlis Theophili* filii cum matre *Theodora*, quod illo ipſo anno contigit. Antea novos *Bulgarorum*, vel *Sclavorum*, motus *nullos* legimus, *tum* vero legimus. *Michaëlem Balbum* harum induciarum fide juvarunt, ut eorum potiſſimum opera *Thomam* Imperium ſibi vendicantem profligarit. Tum vero *nova* erant *Bulgarorum* minæ, quas compeſcuit *Theodora.* Poſtea firma *Pax* inita, *Bulgaris* ad fidem *Chriſti* venientibus. Firmat hæc [3] *Conſtantinus* Imperator *Porphyrogennetus*, qui fine *Theophili* & initio *Michaëlis* filii novos *Sclavorum* in *Peloponneſo* tumultus fuiſſe teſtatur. Poſt illos nimirum quos *Nicephori* temporibus ipſe aſſignaverat. Sed *ſoli* erant in hac etiam poſtrema defectione *Sclavi Peloponneſii.* Nullis nimirum freti *Bulgarorum* auxiliis, nec gentilium ſuorum *Sclavorum*, ſeu è *Sclaviniis*, ſeu è *Macedonia*, quos ſubegerat *Stauracius.* Facile proinde in ordinem redacti. Imo *Thracum Macedonum*, cæterorumque thematum *Occidentalium* copias cum *Theodiſto* fuiſſe teſtatur *Porphyrogennetus*, quibus rebelles in *Peloponneſo Sclavos* ipſe ad officium redegerit. Erant ergo etiamnum in *Romanorum* poteſtate alia quoque themata *Occidentalia* præter *Thracem*, *Macedoniam* atque *Peloponneſum.* Nec adeo admodum *laxi* fines eſſe poterant in quibus dominabantur ſeu *Sclavi*, ſeu *Bulgari*, qui *Romanos* dominos non agnoverint. Imo ex quo *Chriſto* nomen dabant *Bulgari*, & *ſpontanea* finium *auctione* plane neceſſaria, placati ſunt à *Michaële* & *Theodora*, pacem *ex animo* coluiſſe videntur *Bulgari*, quæ erat proinde ſane *diutina.* *Sclavinias* autem *tributarias* fecerat *Stauracius.* Certe ſub *Baſilio Macedone*, poſt annum circiter à converſione *Bulgarorum* XLm. inter copias in *Italiam* [4] miſſas *Thracibus* & *Macedonibus* præerat *Leo*, *Sclavinis* autem & *Occidentalibus Procopius.* Adhuc *Romanis* parebant *Sclavini* ex *utraque* illa, (quam dixi) *Sclavinia*, & *Macedones*, cum aliis etiam *Occidentis* thematibus. Sub eodem mentionem [5] ϛρατηγȣ͂ Ἑλλάδος, ſub eodem *Peloponneſi* tanquam Ῥωμαϊκῆς [6] ἐπικρατείας, ſub eodem ϛρατηγοῦ Πελοποννήσȣ [7], ſub eodem rurſus *Thraces* & *Macedones* [8], ſub eodem iterum *Sclavinos* [9], & non parvam [10] *Peloponneſi* partem ei ab anu legatam, quæ eum ante *Imperium* adoptaverat. Horum, inquam, omnium mentionem habemus in *vita* hujus *Baſilii*, quam quidem ſcripſit *Baſilii* nepos *Conſtantinus Porphyrogennetus*, edidit autem in Συμμίκτοις ſuis *Allatius.* Ex eadem vita etiam intelligimus, quanta fuerit cura *Baſilii*, ne à *Chriſti* fide, quam receperant, deficerent *Bulgari*; & quam *chara* illi fuerit, hoc ipſo nomine, *Bulgarorum* concordia. Nondum ergo ſupradictis Provinciis ceſſerant *Græci.* Nedum illis potiebantur, ſeu *Bulgari*, ſeu etiam *Sclavi*, ut potitos ſupponit, cum ipſe ſcriberet, noſter *Strabonis* deflorator.

§. 10. Nec ſub *Leone Sapiente.*

Anno *Chriſti* 886. ſucceſſit *Leo* Sapiens *Baſilii* filius, ſub quo tandem novum Bellum concitabant *Bulgari*, in quo fateor *inferiorem* diſceſſiſſe *Leonem.* Urbem *Berœam* à Barbaris *captam* fuiſſe docet *Joannes Cameniotes*, paulo antea quam obſideretur ipſius patria Urbs *Theſſalonicenſis* à *Saracenis.* *Bulgaros* illos *Barbaros* fuiſſe vix dubito, cum ab illorum oppugnationibus *terreſtribus* maritimarum ſuarum inſidiarum occaſionem captarint *Saraceni.* Sic in eundem inciderit *annum* excidium *Berœæ*, in quem & aliud illud *Theſſalonicæ.* Annus erat *Mundi* pro Epocha *Conſtantinopolitanâ* 6412. quo *Julii* dies XXIX. fuerit *Dominicus.* *Chriſti* nimirum 904. Lit. Dom. A. G. Tum demum *finis* erat Pacis diutinæ, quæ cœperat à

*B* 2 conver-

1 *Conſtant.* de adm. Imp. c. 49. 2 *Hiſt. Miſc.* L. XXIV. pag. 779. 3 *Conſtant. Porph.* de adm. Imper. cap. 50. 4 *Conſtant. Porphyr.* vit. *Baſil. Macedon.* n. 40. p. 119. 5 n. 42. p. 112. 6 n. 43. p. 114. 7 n. 44. pag. 116. 8 n. 46. pag. 118. & n. 50. pag. 127. 9 n. 40. pag. 104. 10 n. 53. p. 135. 11 n. 65. p. 164.

converſione *Bulgarorum*, ut innuit [1] *Cameniates*. Tum quidem ſubleſtam fidem [2] *Sclavinorum* experti ſunt *Theſſalonicenſes*, tam eorum qui ſub ditione agebant ſuorum *Conſtantinopolitanorum*, quam eorum qui *Strymonis* ducibus parebant, nondum tamen *apertam* inimicitiam. Vel inde conſtat, tum quoque *Græcos* Dominos agnoviſſe *Macedoniæ Sclavenos*, quos τοὺς ὑφ' ἡμᾶς τελοῦντας appellat *Cameniates*, quam & alios illos *Strymonis* ſuæ gentis ducibus ſubditos, quos *tributarios* fecerat *Stauracius*. Citerioris enim proximæque *Conſtantinopolitanis Sclavoniæ* limes potuit eſſe *Strymon*, ſi quidem *Strymon fluvius* hoc in loco intelligatur, unde nomen *Provinciæ* acceperat. *Fœderatos* illos, non hoſtes *Græcorum* fuiſſe *Sclavinos Strymonios*, exinde intelligimus, quod *auxilia* inde exſpectarint *Theſſalonicenſes*. Exinde etiam quod *pecuniam* publicam apud *Strymonis* ϛρατηγὸν [3] depoſuerit *Rhodaphyllus* Eunuchus. *Perfidiam* autem eorundem *Sclavinorum*, animumque *inimicitiæ* ſuſcipiendæ proclivem arguunt, quod & *fidem* de auxilio exſpectato magna ex parte fefellerint, & quod fugam *Græcorum* ex Urbis jam captæ clade intercluſerint, [4] idque, dedita opera, ut credidit *Joannes Cameniates*. Facile ergo fieri potuit ut *faverent* florentibus *Bulgaris*, bellumque, pro voto, adminiſtrantibus. Ita quidem, ſi modum ferociæ ſuæ nullum poſuiſſent ipſi *Bulgari*. Sed inſidiabantur illi, captabantque, quæ ſatis frequentes erant, è *Græcorum* inter ſe diſſidiis natas occaſiones. Imo *aliam* cauſam docet *Leonis* filius ipſe *Conſtantinus Porphyrogennetus*, quo minus licuit *Bulgaris* impreſſiones ſuas in ditionem Principum *Conſtantinopolitanorum*, pro voto ſuo, proſequi. Id enim *Græcis* ſolenne erat, ut *propriis* viribus diffiſi Barbaros *alios* in *alios* armarent, quo illos ad *domeſticarum* rerum tutelam revocarent. Hujuſmodi multa habemus in horum temporum Hiſtoriis exempla. Multa in hoc ipſo *Conſtantini* ad *Leonem* filium de *Imperio adminiſtrando* opere præcepta. Imo ita rem fuiſſe aperte teſtatur. Vocati enim à *Leone* [5] Sapiente *Cabari Bulgariam* ipſi aggreſſi fuerant, victumque *Simeonem* ad *Pacis* conditiones cum *Leone* ſuſcipiendas coëgerant. Siſtebat ergo hæc domeſtica *Bulgarorum* clades nutantes in *Romanorum* fide *Sclavenos*, quo minus in *apertam* inimicitiam proditionemque prorumperent.

§. 11. Nec Uſque ad *Conſtantinum Porphyrogennetum*. Sub illo *primi in Nicopoli* Epiri Urbe *Sclavi*. Nondum tandem cum ſcriberet de *Thematibus*.

Succeſſit *Leoni* Sapienti frater *Alexander* anno 911. ad quem legatio miſſa eſt a *Bulgariæ* duce *Simeone*, rogatura, num *Pacis* conditionibus ſtare vellet? Inde quoque conſtat *Pacem* cum *Simeone* pactam ad *Leonis* obitum inviolatam perſtitiſſe. Eam cum ſuperbe excepiſſet *Alexander*, ſequebantur *Simeonis* minæ. Sed nihil, ut videtur, præter *minas*, propter maturum *Alexandri* diſceſſum, defuncti *Jan.* VI. anni 912. Tum res novas moliebatur *Conſtantinus Alexii* Ducis filius, Legionum Domeſticus, brevi ipſe etiam oppreſſus. Hæc videns nova conatur etiam *Simeon Bulgarus*, nunc *Paci*, nunc *Bello*, pro re nata, faventior, exciſa *Hadrianopoli*, & *Conſtantinopoli* etiam tentata. Ita factum ut Reipublicæ gubernaculo admoveretur *Zoë Conſtantini* mater, quæ *Hadrianopolim* recepit, & variis victoriarum cladiumque vicibus *Simeonem* oppugnavit. Tandem illam Regia expulit *Romanus*, *Cæſar* factus *Sept.* XXIV. *Decembri* autem coronatus anni 918. Tum quoque moleſtus erat *Simeon*, nec *Thraciæ* modo, ut antea, verum etiam in *Macedonia*. Imo ad fluvium etiam *Acheloum* rem cum *Simeone* geſtam narrat *Leo Grammaticus*, p. 492. Sic tamen ut Provincia *prædonis* modo, potius quam victoris, percurrerit. Victus tamen iterum à *Crabatis* paulo poſtea interiit. *Petrus* autem illius ſucceſſor *Pacem* pactis nuptiiſque neptis *Romani* è filio *Chriſtophoro* confirmavit. Quieſcente ergo *Petro*, alia nihilominus erat *Bulgarorum* factio *Romanis* Provinciis infenſa. Frater enim *Petri Michaël* à *fratris* fide diſceſſit, diviſis inter ſe ex utraque parte *Bulgaris*. Eo autem *moriente*, nec *Petri* fidem experiri auſi quem fefellerant, nec *Græcorum*, qui pacem cum *Petro* colebant; ſedes proinde alias ſibi quærendas exiſtimabant. Vim itaque *Græcorum* Provinciis inferunt, *Macedoniamque & Strymonem* (quam *Sclaviniam* fuiſſe vidimus) *& Græciam populati*, *Nicopolin tandem occuparunt*, *in eaque ſubſederunt*, teſte *Cedreno*. Quæ hanc præceſſerit, nullam, ut opinor, legimus *Sclavorum* irruptionem in *Epirum*, in qua *Nicopolin* cenſet, non *Stephanus* duntaxat, verum etiam *Ptolemæus*. Et ad *poſſeſſionem* plane ſpectat, quod ibi *ſubſederint*, vagi illi & duce deſtituti *Bulgari*. Hac ergo *Epocha* noſter *antiquior* eſſe ne quidem potuit, ſi *primi* illi fuerint *Epiri* incolæ *Sclavi*. Erat tum in Imperio, vel Tyrannide potius, *Romanus*, qui verum germanumque Principem *Conſtantinum Porphyrogennetum* in infimum locum dejecerat, quod poſt annum Æræ noſtræ *Chriſtianæ* 918. contigiſſe diximus. Imo eodem fuiſſe fere tempore innuit *Cedrenus*, quo exceſſit *Stephanus Conſtantinopolitanus* antiſtes, *Æræ* nimirum ejuſdem anno 927. præter propter. Tum porro juris *ſui* fuiſſe ſupponit, cum addit, *poſtea variis bellis à Romanis fuiſſe ſubactas*. Cæterum ſub *Conſtantino Porphyrogenneto Græcis* Imperatoribus parebant Provinciæ à noſtro Excerptore recenſitæ omnes: [6] *Macedonia*, *Hellas*, *Peloponneſus*, *Epirus*, ipſa etiam *Nicopolis*. Omnes *Thematibus* accenſet *Græcos* Imperatores

1 *Joan. Cam.* excid. *Theſſ.* n. 5. p. 195. 2 n. 12. p. 213. 3 n. 33. p. 280. 4 n. 24. p. 251. 5 [illegible] 40. p. 125. 6 L. II. de *Them.*

ratores Dominos agnoſcentibus, & quo *titulo* Præfecti earum omnes inſignirentur oſtendit. Nondum itaque vel *Nicopolia* tenuerant *Bulgari* cum illa commentaretur *Conſtantinus*. *Romani* certe æmuli ſui filiique *Chriſtophori* meminit in 110. illo *Thematum* Libro honoratiſſime. Ut vel inde colligimus *Romano* etiam ſuperſtite, & *Imperii* gubernacula moderante, illa ſcripſiſſe *Conſtantinum*. Fateor tamen in Libro de *Adminiſtrando Imperio*, cum jam in ordinem redactus privatam vitam ageret, humanius, quam merebatur, tractatum eſſe à *Conſtantino Romanum*. Duæ enim ſunt in illo Opere notæ temporis, ambæ *Romano* illo *ſeniore* recentiores: Altera [1] *Ind*. VII. anni Æræ *Conſtantinopolitanæ* 6457. qui *Chriſti* erat 947. *Tertius* erat *annus* ex quo *Imperio* pulſus fuerat *Romanus*. Altera *Ind*. X. anni *Mundi* 6460. qui *Chriſti* erat 952. Cæterum in illo altero [2] de *Imper. adm.* Libro multa ſunt *Conſtantini* proprio in Imperio jure *fruentis* indicia. In hoc autem de *Thematibus* ſic loquitur Imperator quaſi nihil *Ipſe*, ſolus autem poſſet omnia *Romanus*. Scripſit ergo de *Thematibus*, cum nondum *Nicopolin* occupaſſent *Bulgari*, & tamen antea quam ceſſiſſet Imperio *Romanus*. Vel inde intelligimus *primos* fuiſſe, qui jugum Imperii *Græci* excuſſerant, *Bulgaros* illos *Nicopolitanos*. Nempe in *Epiro*. Hoc enim ſedulo curavit *Conſtantinus*, ut, ſi quam mutationem in *Romanis* Provinciis feciſſent Barbarorum incurſiones, de ea Lectorem moneret. In *Thraces* Themate oſtendit quanto tum, quam olim, fuerit contractius. *Bulgariam* enim & *Æmi montis* & *ripas Iſtri*, Provincias nimirum ita olim appellatas, è *Thrace* abreptas, *tum* alienas ab *Imperio* fuiſſe, ἀλλότρια χρηματίζεσθαι, refert, cum ipſe ſcriberet. A tempore nempe *Conſtantini Pogonatæ*. Sic, & in Themate *Strymonis*, illud ſub *Macedonia* cenſeri dicit, ſed *proprio* quodam *jure* frui à tempore *Juſtiniani Rhinotmeti*. Ex quo ſcilicet *Sclavenis* è *Sclavinia Bulgarorum* pars illa *Macedoniæ* ab illo ipſo *Juſtiniano* aſſignata eſt, Κλεισούρας rectius quam Θέματος titulo, pro *recentioris* Imperii diſciplina, inſignienda. Similiter monet in *Sicilia* & *Longobardia*, quæ *ſuo* quoque *tempore* poſſederint *Græci*, & quæ *Græcis* erepta tenuerint *Græcorum* hoſtes, quocunque demum *aliarum* gentium *nomine* appellarentur. Non aliter proculdubio facturus in *Nicopoli*, ſi tum ulli fuiſſent in *Nicopoli Sclavi Bulgari*. Contra ille ἡγεμόνι *Nicopolitanos* paruiſſe docet, cum tamen primi *Nicopolis* incolæ *Bulgari ſui* fuerint *juris*, nec *Græcos* Imperatores alioſve quoſvis *Dominos* agnoverint. *Nicopolin* autem occupaverant *Bulgari* ante A. D. 944. quo *Imperio* per fas & nefas occupato *amotus* eſt ipſe *Romanus*. Et tamen *poſt* Scriptum illud, uti dixi, *Porphyrogenneti*.

§. 12. Sub *Conſtantino Porphyrogenneto* parebant *Conſtantinopolitanis* Provinciarum ab *Excerptore* memoratarum pleraumque etiam *Sclavi*.

Et ne quidem Imperante *Conſtantino Porphyrogenneto* progreſſus illos *Sclavorum* fuiſſe arbitror quos ſupponit noſter Auctor. Res eorum in *Peloponneſo* geſtas deſcribit ipſe Imperator, à temporibus prioris *Nicephori*, ad annum *Chriſti*, ut videtur, antea à ſe in eodem Opere deſignatum, quem nos *Chriſti* 952. fuiſſe oſtendimus. Sub illo ergo, qui *Eirenæ* proxime ſucceſſit, *Nicephoro* ann. *Chriſt*. 802. tenuitque ad annum ejuſdem *Epochæ* 810. *Sclavos Peloponneſios* defeciſſe docet, urbemque *Patrenſem* obſediſſe, ſed *Andreæ* Apoſtoli ἐπιφανείᾳ victos, victoſque proinde *Eccleſiæ* S. *Andreæ* Metropoliticæ *Patrenſi* factos fuiſſe tributarios. Addit [3] eoſdem ſub *Theophilo*, qui circa annum 840. diſceſſit, & *Michaële*, qui tum ſucceſſit, *Theophili* filio, rurſus deſciviſſe, rurſuſque *victos* ſub eodem illo *Michaële*, opera *Theoctiſti* cum magna manu *Thracum* & *Macedonum* Ita ſcilicet, ut *alii* penitus *ſubjicerentur* Præfecto *Thematis*, aliis *ſuo* quidem *Jure* uti permiſſum fuerit ſub *propria gentis* Præfectis. Ea tamen lege ut *tributa* penderent Principibus *Conſtantinopolitanis*. Denique ne quidem ita contentos *tributarios* illos *Sclavos*, ſub *Romano* nova molitos, redactos tamen in ordinem *nova* tributa *acceſſione* mulctatos. Mox tamen de novo onere querentes, *remiſſam* illam *tributi* acceſſionem ab eodem *Romano*, metuente ſcilicet, ne, ſi non impetraſſent, novis, qui tum *Peloponneſo* imminebant, *Sclaveſianis* ſe adjungerent, & jugum *Romanorum* excuterent. Hucuſque ergo *nondum* libertatem ſuam amiſerant *Græci*, ſeu *Macedones*, ſeu *Peleponneſii*. Contra ſerviebant *Græcis* utrobique *Sclavi*. Plena tamen erat *Sclavis Peloponneſus*, tum quoque cum de *Thematibus* commentaretur Imperator *Conſtantinus*. Huc illa illius verba retulerim prædicto Opere de *Thematibus* [4]. Ἐσθλαβώθη δὲ πᾶσα ἡ χώρα, καὶ γέγονε βάρβαρος. Quid ſibi quidem velit vox ἐσθλαβώθη, ſcio mirari *Morellum*. Ego ad *Sclavorum* nomen in *Peloponneſo* tum maximo numero ſcatentium effictam arbitror, ut pro incolarum numero *Peloponneſus*, non *Græcia*, ut olim, ſed *Sclavia* potius fuerit appellanda. Sic & *Barbariæ* accenſenda fuerit, cujus pars longe maxima à *Barbaris* culta fuerit. Imo ut, præ *Græcis* aliæ quæque gentes *Barbararum* cenſu veniebant; ita inter gentes *Barbaras* locum vel *primarium* habebant *Scythæ* à quibus oriundi *Sclavi*. Sic in Apoſtolo *Græci Scythis* opponuntur, qui tamen *propriam* aliam *nullam* rationem habebat, cur *hanc* potius gentem præ aliis ſeligeret, quam quod *propria* quadam *Barbariæ* infamia laborarit, ut præ *illa* gentes aliæ *Græcæ* potius, quam *Barba-*



1 de Adm. *Imp*. c. 27. p. 67. c. 29. p. 85. 2 c. 45. p. 152. 3 *Conſt. Porphyrog*. de adm. Imp. c. 49, 50. 4 L. II. de Them. p. 94.

*ræ*, exiſtimarantur. *Opponit* nempe *Græcis* gentem à *Græciſmi* juribus remotiſſimam. Sic *Æſchines Demoſtheni* ſtirpem maternam *Scythicam* ſummi probri loco objicit. Fluxit nimirum contumelia ab *Anacharſide*, quem *cætera* parem ſummis *Græciæ* Philoſophis, *ſtirpis* tamen, licet *Regiæ* (quod tamen *Scythica* fuerit) nomine dehoneſtandum cenſuerant. Eſt tamen in *Proverbio* & ῥῆσις quoque *Scythica*. Hoc ergo eodem nomine *Nicetæ Chriſtophoro* (quem *Conſtantino* noſtro antetulerat *Romanus* pater) ſocero generis *ignobilitatem* exprobrabat *Euphemius* horum temporum *Poëta*, dum ei ὄψιν tribuit ἐσθλαβωμένην, teſte ipſo *Porphyrogenneto*. Nec vero eſt quod quis miretur in *Sclavorum* nomine tam varias deflectiones. Nam & *Sclavi* iidem & *Sclavini*, & *Sclaveſii*. Quidni itaque & *Sthlabi?* Imo hoc in *nominibus* frequentius erat, ut videtur. Sic *Sphendoſthlabus*, *Bladiſthlabus*, *Boiſthlabus*, *Ladiſthlabus*, *Primiſthlabus*, *Rhiſiſthlabus*, *Hieroſthlabus*, *Noſiſthlabus*. Et tamen de *gente* & quidem *Barbara* illa, uſurpari nomen *Sthlabi*, multis exemplis probat è recentioribos Scriptoribus Cl. Dominus *du Freſne* in ſuo Gloſſario. Nec denique *alterius* fuiſſe *gentis*, quam *Sclavorum*, exinde intelligimus, quod *nomina* illa in *Sthlabum* deſinentia ſint plerumque *Bulgarorum* aliorumque quos *Sclavos* fuiſſe manifeſtum eſt. Hoc itaque volebant fortaſſe tam *Conſtantinus*, quam *Euphemius*, teſtimonium *ſtirpis* omnium *Barbariſſimæ* fuiſſe in pleriſque *Peloponneſi* nominibus, quod in terminationem *Sthlabus* plerumque deſinerent. Itaque vel inde intelligimus, hoc ipſo *Conſtantini* noſtri *Porphyrogenneti* Sæculo, quam rari fuerint in *Peloponneſo*, præ *Sclavis*, genuini *Græci*; & quam *propinquos* habuerint novos *alios* è *cognata* proculdubio gente *Sclaveſianos*. Cauſam enim hanc agnoſcit cur *Sclavis* etiam *rebellibus* æquiores *Pacis* conditiones conceſſiſſet ſocer ſuus, dum eſſet in tyrannide, *Romanus*. Nec ſpatium deerat tantis illis *Sclavorum* in *Peloponneſo* progreſſibus. Nam *Conſtantino Copronymo* Imperante *cœpiſſe* primos illorum in *Peloponneſo* colonos, teſtem eundem habemus *Conſtantinum Porphyrogennetum*. Quanquam ergo hactenus *Græcorum* jugum utcunque tolerarint *Sclavi*; facile tamen erat ut leviſſimis rerum viciſſitudinibus illud excuterent in *Peloponneſo*, & *vicinis Peloponneſo* regionibus. Nam & *Macedoniæ Strymonem*, & *Epiri Nicopolin*, tum quoque *tenuiſſe* probavimus *alios* ejuſdem *gentis* colonos, qui vel *auxilium* mittere poſſent, vel viciſſim auxilia ab illis mittenda *accipere*, ad nomen, quod commune habebant, locupletandum.

§. 13. Sub *Baſilio* demum *Bulgaroctono* Provincias *illas* tenuiſſe videntur *Bulgari*, & proinde ſub *eodem* noſter vixiſſe videtur *Auctor*.

Sub *Romano Conſtantino* filio & *Nicephoro Phoca* Pax erat *Bulgaris*. Sub *Joanne Tzemitze* (qui ipſis *Natalitiis* ann. 970. coronatus eſt,) *Bulgaros*, cum à *Roſſis* patria ſua exuerentur, juvabat etiam *Conſtantinopolitanus* Imperator. Sic tamen, ut *Bulgarorum Regnum* penitus *exſtinxerit*, teſte *Cedreno*. Novi autem erant eorundem motus ſub *Baſilio Romani* junioris filio, dum *Bardæ Scleri* Bello *Civili* diſtraheretur ipſe *Baſilius* quo minus *Bulgaris* tumultuantibus vacaret. Exſtincta familia *Bulgarorum* Regia, ad quatuor fratres devolvebatur Imperium. Horum tribus ſublatis, ſolus deinde ſupererat cum ſuprema omnium poteſtate *Samuel*. Hic, Bellorum cum *Barda* Civilium occaſione captata, Occidentales *Romanorum* Provincias *omnes* impune circuibat. Nec populabatur tantum, ſed & *regiones* & *urbes ſuæ ditionis* faciebat: *τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡγεμονίας ἑσπέρια ξύμπαντα περιῄει, ού ληϊζόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς Χώρας ἅμα καὶ τὰς πόλεις περιποιούμενος ἑαυτῷ.* Ita *Zonaras*. Hoc demum tempore, nec antiquiori aliquo, *vere* ſcribere *potuit* quod ſcripſit noſter. Poſtea diſertis verbis *Thraciam* & *Macedoniam*, & *Græciam*, ipſamque *Peloponneſum* recenſet: *ού τὰ Θρακῶν ούδὲ τὰ Μακεδόνων μόνα ληϊζόμενος, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ αὐτὴν δέ γε τὴν Πελοπόννησον*, &c. Unica hic *deeſt* duntaxat *Epirus* Provinciarum à noſtro *Breviatore* memoratarum. Sed vox prioris teſtimonii *omnes* illam quoque complectitur. Et *colonia* erat in *Epiro Nicopolitica Bulgarorum*, quæ illos in *Epirum* traheret. Suffragatur *Cedrenus* de eodem loquens *Samuele*. *Κατέδραμε πᾶσαν τὴν ἑσπέραν, ού μόνον Θράκην καὶ Μακεδονίαν καὶ τὰ τῇ Θεσσαλονίκῃ πρόσχωρα, ἀλλὰ καὶ Θετταλίαν καὶ Ἑλλάδα, καὶ Πελοπόννησον, καὶ πολλὰ Φρούρια παρεστήσατο, ὧν ἦν τὸ κορυφαῖον ἡ Λάρισσα.* Hac etiam expeditione *Bulgaros* legimus *ſuæ ditionis* feciſſe *regiones Urbeſque* à ſe devictas. *Græcis* nimirum pleriſque, ut videtur, *expulſis*. Expulerunt certe pro virili ſua *Græcos* rebelles *Sclavi* in *Peloponneſo*, teſte *Porphyrogenneto*. Eaque erat proinde cauſa cur *veteris* proſapiæ *Græcæ* paucos admodum agnoverit *Euphemius* ille Poëta, cujus verba ibidem ſervavit Imperator, ut ne quidem *Nicetam* Principis *Conſtantinopolitani* ſocerum hoc nomine laudandum cenſuerit, quod ortum duxerit è *Peloponneſo*. Et ſane ſic in *Græcorum* locum ſucceſſiſſe *Sclavos* innuit *Strabonis* Anthologus, ut in *Barbarorum* olim à ſe pulſorum fugatorumque locum ſucceſſerant *Græci* ipſi, obſervante ipſo *Strabone*. Hoc ergo *Baſilii Bulgaroctoni* Sæculo noſtrum vixiſſe veriſimillimum eſt, quo & latiſſime *extra* fines olim ſibi aſſignatos evagati ſunt, cum *Sclavis* reliquis ſibi obſequentibus, *Bulgari*, nec *vaſtatis* duntaxat, ut antea, ſed *poſſeſſis* regionibus in ſuam ditionem redactis; & rurſus arctiſſime coërciti, ut poſtea nunquam ad tantam potentiam excreverint. *Exutos* enim Provinciis *adſcititiis*, penituſque *devictos* intra *Myſiam* tantummodo *inferiorem* tranſtulit victor *Baſilius*, ut prioris *Bulgariæ*,

*riæ*, infra *Romanorum* limites à ſe poſſeſſæ (in qua *Regiam* habuerant, cum *ſui juris* eſſent, & *Romanæ* potentiæ æmuli) tum demum ne *veſtigia* quidem apud *poſteros* exſtiterint, præterquam in *Archiepiſcopatu* & *ſede Archiepiſcopali*, teſte *Nicephoro* [1] *Gregora*. Breve certe admodum fuiſſe in his Provinciis, *Macedoniæ*, *Græciæ*, *Epiri*, & *Peloponneſi*, dominium ſeu *Bulgarorum*, ſeu *aliorum* quorumcunque *Sclavorum*, vel inde colligimus, quod *nomen* harum Provinciarum non mutarint, quod fecere tamen in Provinciis diu *poſſeſſis*. Nuſpiam enim in illis nomen *Bulgariæ* legimus, vel *Sclaviniæ*, ſi unicam excipiamus Provinciam *Strymonem*, quæ *pars* olim fuerat *Macedoniæ*. Alii autem erant in illis *Domini*, cum *poſtea* illas amitterent *Conſtantinopolitani*, vel *Franci*, vel *Turci*. Non certe *Sclavi*, quorum pene *memoriam* apud *vulgus* abolevit *temporis* diuturnitas. Si qua eſſet *Græcorum recentiorum* fides, non *Sclavis* ſe, ſed *veteribus Græciæ* incolis, ortum debere profitentur. Et certe *dictio* ipſa Auctorem indicat aliquanto clade *Conſtantinopolitana* antiquiorem. Proinde *Turcas*, licet etiam ipſos olim communi *Sclavorum* nomine venire potuiſſe vix dubitem; *nomen* tamen illud ſibi vendicaſſe recentioribus *Baſilio Bulgaroctono* temporibus nemo eſt, ut opinor, idoneus Auctor, cujus teſtimonio poſſit comprobari. Proinde *juniorem* noſtrum hac hujus *Baſilii* Epocha *non* fuiſſe crediderim.

Videamus autem paulo accuratius quibus demum *limitibus* concludenda ſit tanta illa *Bulgarorum* poteſtas. *Exſtinxerat* penitus *Bulgarorum* Regnum deceſſor *Baſilii Joannes Tzemitzes*. Et tamen mox à *Joannis* morte, & initio *Baſilii*, novis rebus operam dediſſe *Bulgaros* agnoſcunt *Glycas* & *Cedrenus*. Mortuus eſt *Tzemitzes* menſe *Decembri Indictionis* 4. anno *Mundi* 6484. pro Epocha *Conſtantinopolitana*. Sic enim recte habet *Cedrenus*, pro quo annum *Mundi* 6494. male habet *Glycas* ab illa *Indictione* 4. plane *alienum*. Hic annus erat Æræ noſtræ *Chriſtianæ* 975, ante quem noſter ſcribere ne quidem *potuit*. Solus autem in Regno *Bulgarorum* dicitur fuiſſe *Samuel*, cum tot *Romanorum* Provincias *Romanis* ereptas in *Bulgarorum* poteſtatem redigeret. Itaque *poſt* mortem *fratrum* (quos *tres* habuerat in ſupremo *Bulgarorum* Imperio *collegas*) has Provincias *ſibi* vendicarit. Hi certe *omnes* ante annum ſequentem *Chriſti* 976. perire vix poterant. Nec potuit adeo *Samuel* Regni limitibus *promovendis* ſerio incumbere, nec noſter illum in illarum poſſeſſione videre, ante illum, quem dixi, annum. Et tamen *antea* limites auxerit quam ad *exitum* perveniret defectio *Bardæ Scleri*, ſi quidem *inde* rei ſuæ bene gerendæ *occaſionem* captavit, quod *fatentur* illorum temporum Hiſtorici. Cæterum ad *Indictionem* 8. occupatis in Themate Θρακησίων præſidiis ἀντεῖχον. Sic enim de *Bardæ Scleri* ſociis idem loquitur *Cedrenus*. Vox ἕως *Indictionem* indicat, ni fallor, *ineuntem*. Sic annus erit *Chriſti* 979. Tum aggrediebatur Imperator *Baſilius*, ἐπείπερ ἀπετινάξατο τὰς περὶ τῦ Σκληρῦ φροντίδας. Mox autem *Contoſtephani* fraude revocatus. Poſtea defecit *Bardas Phocas Aug.* xv. *Indict.* 15. anni *Conſtantinopolitanæ* Mundi Epochæ 6495: (ſic reponendum in *Cedreno*) exſpectabaturque iterum redux è *Perſia Bardas Sclerus*. Hic annus erat *Chriſti* 987. Tenuerunt ergo Principem novæ hæ ex utroque *Barda* curæ ad annum Mundi *Conſtantinopolitanum* 6497. cujus *Aprili* menſe *Indictionis* 2. deceſſit *Bardus Phocas*. Paulo *poſtea* pacatus eſt *Bardas* alius etiam *Sclerus*. Hic annus erat *Chriſti* 989. ante quem ne quidem *otium* erat Imperatori *Bulgaros* impetendi. Ita factum ut Provincias *Romanis* ereptas hucuſque tenuerint, ſine Adverſario, *Bulgari*. Tum quoque præſidio in *Theſſalonica* diſpoſito *Bulgaros* coërcuiſſe contentus Imperator eſt, novo in *Iberia* bello diſtentus quo minus *Bulgaros* ulciſceretur. Moritur deinde *Siſinnius*, ſuccedente in ſede *Conſtantinopolitana Nicolao Chryſoberge*, anno Mundi *Conſtantinopolitano* 6503. *Ind.* 8. Si quidem *Indictione exeunte*, annum *Chriſti* 995. fuiſſe neceſſe erat, & xx^m. proinde *Baſilii*. Tum demum *nova* erat *Samuelis Bulgari* in *Romanas* Provincias expeditio, qua *Gregorium Taronetum* vicit occiditque. Poſtea *Theſſalica Tempe* emenſus, *Peneo* fluvio ſuperato, per *Theſſaliam* & *Bœotiam* & *Atticam*, ipſamque *Peloponneſum*, incendiis prædationibuſque graſſatur, eodem teſte, è quo hæc omnia hauſimus, *Cedreno*. Victus tamen poſtea à *Nicephoro Urano* in ſuam fugit *Samuel Bulgariam*. Inde firmam *Bulgaris* in Provinciis *Græcis* poſſeſſionem *nullam* fuiſſe veriſimile eſt. Nedum in *omnibus* illis quarum noſter meminit *Florilegus*. Paulo certe poſtea *Dyrrachium Græcis* proditum legimus, quod ſignum eſt in propinquo tum fuiſſe *Conſtantinopolitanos*. Verſa eſt deinceps belli alea, *Bulgaris* inde ad propriam *defenſionem* converſis. Nam in ipſam *Bulgariam* mox penetrabat Imperator, everſis pro arbitrio *Serdicæ* caſtellis. Iterum anno Mundi *Conſtantinopolitano* 6508. *Ind.* 13. exercitum mittit Imperator κατὰ τῶν πέραν τοῦ Αἵμȣ Βȣλγαρικῶν κάςρων, inquit *Cedrenus*. Hæc erat, ni fallor, *Provinciæ* quæ *Æmimontis* nomine paſſim venire ſolet in illorum temporum Scriptoribus. Si *vere* expeditio fuerit, & *Indictione* ad *finem* vergente, ſic anno contigerit à *Chriſto milleſimo*. Ἐπιόντι ἔτει, *Chriſti* proinde 1001. *Berrhœam* & *Serviam* expugnat Imperator, reficitque *diruta* à *Samuele* caſtella *Theſſaliæ*, expugnatque, ea quæ etiamnum *præſidiis* tenebantur. Supererant ergo adhuc pauca quædam *Bulgarorum* in *Theſſalia* præſidia *brevi* admodum

§. 14. Et quidem *inter* annum Chriſti 976. & 996.

1 *Niceph. Greg.* L. II. p. 12. Ed. 1562.

modum ſpatio in fidem *Græci* Imperatoris redacta, *deſperantibus* de reliquis, ne teneri poſſent, ipſis *Bulgaris*. Ultra *Theſſaliam* nulla tum fuiſſe, exinde colligimus, quod non *ultra* progreſſus fuerit Imperator, in *Epirum* vel *Græciam*, nedum in *Peloponneſum*, progreſſurus utique ſi quæ *ultra Theſſaliam* Provinciæ fuiſſent penes *Bulgaros*. Proinde neque jam neque paulo *antea*, potuit vixiſſe noſter. *Poſtea* vero multo *minus*, cum res adverſus *Bulgaros* vix alibi gererentur præterquam in ipſa *Bulgaria*. Ita certe anno ſequenti *Ind.* 15. *Chriſti* proinde 1002. in *Bulgaria* præſidiis oppugnandis totus erat Imperator, dum die, quo *Deipara aſſumpta* fuiſſe creditur *Aug.* XV. *Samuel Adrianopolitanos* prædaretur. Addit præterea *Cedrenus* 1 ὁ δὲ βασιλεὺς ȣ̓ διέλιπε, καθ' ἕκαςον ἐνιαυτὸν εἰσιὼν ἐν Βȣλγαρίᾳ, καὶ τὰ ἐν ποσὶ κείρων τε καὶ δῃῶν. ne quidem ibi quoque *prælii* copiam auſo facere *Samuele*. Tandem *Ind.* 12. *Julii* XXIX. (anno *Chriſti* proinde 1014.) fatali demum & *decretorio* prælio *Samuelem* ita vicit *Baſilius*, ut brevi poſtea *dolore* ſit *exſtinctus*. Succeſſit *Samueli Gabriel* qui & *Romanus*, *Sept.* XV. *Ind.* 13. eodem proinde *Chriſti* anno 1014. Nunciuſque de morte *Samuelis Conſtantinopolim* appulit *Oct.* XXIV. Sequenti *vere* iterum *Bulgariam* impetebat *Baſilius*, dedente ſe *Gabriele*, qui *ante annum* elapſum à *Joanne Bladiſthlabo* occiſus eſt, ipſo quoque ſe Imperatori *obnoxium* profitente. Hic annus erat *Chriſti* 1015. Anno deinde Mundi *Conſtantinopolitano* 6524. *Ind.* 14. *Bulgariam* denuo petiit *Baſilius*, anno ſcilicet adhuc *Chriſti* 1015. exeunte. Et *ſequenti* item *Vere*, anni *Chriſti* 1016. Rediit autem *Conſtantinopolim Januarii* die IX *Ind.* 15. *Mundi* 6526. Hic annus erat *Chriſti* 1017. *Triumphavit* autem de *Bulgaris* anno Mundi *Conſtantinopolitano* 6527. *Ind.* 2 anno *Chriſti* 1018. ut videtur, *exeunte*. Tum nempe penitus *profligato* bello *Bulgarico*. Poſtea noſter ſcribere vix potuit, cum tantam illam, de qua loquitur, potentiam in his regionibus nunquam *rurſus* aſſecuti fuerint *Bulgari*, ſed nec alii aliqui, qui communi illo *Sclavorum* nomine venirent, ante *Turcas*, quibus noſtrum antiquiorem fuiſſe vix eſt cur dubitemus. Imo ne quidem *antea* cum *Bulgarorum* præſidia expugnaſſet *Baſilius*, cum illos intra *Bulgariam* ſuam coërcuiſſet. Ægre certe *poſt* annum *Baſilii* XX^m^. quo *ultimas* legimus *Bulgarorum* in his Provinciis *prædationes*. Proinde inter annum Æræ noſtræ *Chriſtianæ* 976. & 996. noſtrum ſcripſiſſe arbitramur, dum *Provincias* illas *poſſiderent* ſine æmulo *Bulgari*.

§. 15. Vox *unica* in noſtro Excerptore *Barbara* eſt ῥιχία, quæ illum *Barbarorum* incurſionibus *juniorem* fuiſſe doceat.

*Recentiorem* illum non fuiſſe exinde veriſimile eſt, quod tam *pauca* apud illum legamus *Græciæ* in *barbariem* degenerantis vocabula, etiam ubi *ipſe* loquitur, nec *verba* repetit *Strabonis*. *Unicum* tamen ſaltem habemus à *puriori Græcia alienum*, nec aliunde, ut videtur, quam à gentibus *Septentrionalibus*, quæ linguam *Sclavicam*, vel (ut jam loqui didicimus) *Sclavonicam*, communem invicem habebant. *Medium* maris *quieſcentis* inter fluxuum refluxuumque, πλημμυρίδος & ἀμπώτιδος, reciprocationes, ſtatum *Strabo* (vel potius apud *Strabonem Poſidonius* Philoſophus) κατάςασιν appellat. Noſter, neglecta *Strabonis* voce, aliam reponit 2 ῥιχίαν. *Dedita* certe *opera*, pro more *ſui*, quo vixit ipſe, *ſæculi*, gentiumque, cum quibus tum verſabatur, *Sclavicarum Septentrionalium*. De *lectione* nihil eſt profecto cur dubitemus, quippe quam *tertia* vice repetit. Agnoſcit etiam Auctor *Etymologici Magni*, eademque, qua & noſter, ſignificatione. Κυρίως δὲ ἄμπωτις ἡ ἀναπέμπȣσα, ἡ ξηρασία, ἡ ΡΙΧΙΑ. Sic ille voce Ἄμπωτις. Sunt & alia ejuſdem vocis veſtigia apud *Heſychium* voc. Ῥιχνοῦται & Ῥόχανον. Id vero denotare videbatur quod *recte* ſe habebat, nec *defectu* peccans, ut in ἀμπώτιδι, nec *redundantia*, ut in πλημμυρίδι. Vocem habet *Kilianus* non longe diſcrepantem quæ *Regulam* ſignificat. Senſu ſane in *hanc* ſententiam appoſitiſſimo. Cæterum hæc *Septentrionalium* linguarum peritis commendamus. Illarum præcipue, quæ in ora *Ponti* obtinent *Euxini*, in qua olim habitabant *Sclavi*.

1 P. 707. 2 L. III. p. 31. 32.

JUDI

# J U D I C I A
## E T
# T E S T I M O N I A
## D E
# S T R A B O N E.

*Suidas.*

Στράβων, Ἀμασεὺς φιλόσοφος καὶ γεωγράφος.

*Fr. Patricius de Regno & Regis Inſtitut. p.* 170. *Edit. Pariſ.*

Geographorum princeps Strabo.

*Idem pag.* 194.

Strabo Cretenſis (male pro *Cappadox*) Vir plurimæ lectionis, ſumma diligentia, uberique doctrina omnia complexus eſt, adeo, ut conſummato operi nihil adjici poſſit.

*Lud. Cæl. Rhodigin. Lection. Antiq. L.* XXI. *c.* 25.

Strabo non Hiſtoricus modo præſignis, ſed Philoſophus quoque & Mathematicus, adeo celebris & pervulgati nominis, ut eum Theſſalonicenſis Euſtathius, per quandam exochen geographi nomine perſæpe ſignificet.

*Budæus de Aſſe Libr.* 1. *p.* 86. *ed.* 1542.

Is erit potiſſimum Strabo, genere Cappadox, eruditione Græcus, judicio priſcus, converſatione incolatuque Romanus, terrarum multarum peragrator, ut ex geographia ejus patet.

*Petrus Victorius Var. Lect.* VIII. 17.

Strabo gravis & eruditus ſcriptor.

*Idem Lib.* XIII. *c.* 3.

Strabo etiam diligentiſſimus ſcriptor.

*Delrius ad Solin. Polyhiſt. c.* 41.

Strabo etiam magnus auctor.

*Caſaubon. ad Matth. cap.* 11.

Gravis auctor. & Præſtantiſſimus ſcriptor & Geographorum princeps.

C *Caſau-*

# JUDICIA ET TESTIMONIA

*Caſaubonus ad Athenæum Lib.* XIV. *c.* 21.

Strabo γεωγραφουμένων eruditiſſimus ſcriptor.

*Idem Exercitat. ad Annal. Eccleſ. Baron. Ann.* XXXIV.
*N.* CXVI. *pag.* 552. *ed.* 1655.

Sed Strabo ſcriptor apprime ſerius.

*Lipſius ad Tacit. Ann.* II. *c.* 60.

Strabo pleraque refert oculata fide: egregius me hercules, & non ad vulgi guſtum ſcriptor.

*Idem Manuduction. ad Philoſ. Stoicam L.* I. *diſſert.* 7.

Addo Strabonem Geographum, inſignis judicii & prudentiæ virum.

*Idem Epiſtol. Miſcell. cent.* II. *ep.* 84.

Strabonem tuum vidimus, & multa in eo proba. Perge per Deum, & quoniam Scaliger noſter in hoc genere ſilet, Tu prodi, & age hanc perſonam.

*Goropius Becanus Hiſpanic. Lib.* V. *pag.* 75.

Neminem eorum novi, qui ante Ptolemæum fuerunt a docta terrarum deſcriptione nobiles, qui plurium auctorum in hoc argumenti genere cum laude verſatorum monumenta nobis & teſtimonia reliquerit quam Strabo; qui propter excellentiam, qua ceteris prævertit, frequenter apud Græcos poëtarum interpretes non expreſſo nomine, Geographus vocatur.

*Camerarius in Homerum pag.* 196. *Edit. Scherpezeelianæ.*

Quæ (*Strabonis ſcripta*) utinam edita eſſent incorruptius. Ita enim ſcatent mendis, ut non ſolum diligentem, ſed etiam eruditum lectorem, inſiſtere innumerabilibus in locis & hærere neceſſe ſit.

*Chriſtoph. Colerus Epiſt. de ſtudio Politico.*

Ad Miſcellos tuos venio. Varium illud & naturæ æmulum Plinii opus habendum. Vel illa quæ de mundo & ejus partibus ſcripſit, quam tibi cognoſcenda neceſſarios. Idem de Strabone cenſeo, quo nemo γεωγραφικὰ diligentius ſcripſit. Cura ei non τόπων tantum, ſed etiam τῶν τρόπων. Reſpublicas varias recenſet, militiam attingit, Hiſtoricos ac poëtas perpenſat.

*Philip. Cluverius in Præf. Germaniæ Antiq.*

Talis itaque fere eſt geographia Plinii. Straboni, Græco ab Aſia ſcriptori, merito omnium Latinorum pariter ac Græcorum Geographorum principatum detuleris, ſi hiſtoriam cum Geographia conjungere optimi eſt geographi. Namque hic unus, non nuda tantum fluminum, montium, litorum, locorum, ac regionum incolarumque tradit vocabula, ſed quæ varie ac diverſe ab ſuperioribus auctoribus tradita fuerunt, ipſe ſedulus diſputat, falſa diſcutit, veraque adſerit. Dein origines gentium, mores & ritus, item regnorum rerumpublicarumque nobiliorum ortus, incrementa, ſumma faſtigia, mutationes, atque interitus, nec non res geſtas, & alia cognitu vel neceſſaria vel digna, ubique adnotat.

*P. Ber-*

# DE STRABONE.

## *P. Bertius in deſcriptione Galliæ pag.* 203.

Operæ pretium eſt de bellica eorum virtute audire Strabonem Virum peritiſſimum, genere Cappadocem, eruditione Græcum, judicio priſcum, incolatu Romanum, terrarum multarum peragratorem.

## *Gerardus Joannes Voſſius de Hiſtor. Græc. Lib.* II. *cap.* 6.

Venio nunc ad hiſtoricos illos, quos ultra Auguſti tempora extendiſſe vitam ſuam conſtet. Eſt inter eos Strabo, vir profecto maximus. Ad patriam quod attinet, Cnoſſo quidem, Cretæ civitate, oriundus erat; ut lib. x. ipſe refert: (unde Cretenſem alicubi vocat Joannes Aventinus 1) ſed natus fuit Amaſiæ, civitate Ponti. Cujus non eſt, quod Suidam laudemus auctorem; quandoquidem ipſe hoc de ſe profitetur in duodecimo Geographiæ; ubi exponens quandam Ponti partem, ait: *Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν προσάρκτιον πλευρὸν ἡ Γαζηλωτὸς συγκλείει, καὶ ἡ τῶν Ἀμασηνῶν τὸ δὲ ἑσπέριον, ὁ Ἅλυς. τὸ δ' ἑῷον ἡ Φαναροία· τὸ δὲ λοιπὸν ἡ ἡμετέρα ἡ τῶν Ἀμασέων, πολὺ πασῶν πλείστη καὶ ἀρίστη. Hujus regionis Septentrionale latus Gazelotus, & Ager Amaſenus, includunt: occiduum, Halys; orientale, Phanaræa: reliquum,* NOSTRA *Amaſenſium terra, omnium multo ampliſſima, & optima.* Exſtant ejus XVII. Geographiæ libri; quos non una de cauſſa maximi facere oportet. Fuit enim egregius philoſophus: ac, Xylandrum quidem ſi audimus, ſecta Peripateticus erat. Quam ſententiam refellit Stephanus his verbis: *Ἀμασεία 2 πόλις Ποντικὴ, ἀφ' ἧς Στράβων ὁ Στωικὸς φιλόσοφος.* Idem Suidas 3 teſtatur. Poſſem & alios adferre. Sed nihil opus eſt teſtibus, quando hoc indicat ipſe Strabo lib. II. ubi dicit, Poſidonium ſæpe de cauſſis diſputare, inque multis Ariſtotelem imitari: ſuæ vero ſectæ homines fugere iſtæc ob cauſſarum obſcuritatem. Græca ſiquis malit, en verba: *Πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρὰ αὐτῷ, καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν·* Et ſane Stoico magis, quam Peripatetico, conveniunt verba illa lib. IV. *Καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς προνοίας, καὶ τῆς εἱμαρμένης λόγοις, εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν φύσει γενομένων, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν φάναι, πολὺ κρεῖττον εἶναι τόδε ἢ τόδε γενέσθαι· οἷον ἔυομβρον εἶναι τὴν Αἴγυπτον· ἀλλὰ μὴ τὴν Αἰθιοπίαν ποτίζειν τὴν γῆν· καὶ τὸν Πάριν, εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα, ναυαγίῳ περιπεσεῖν· ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα, δίκας τίσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἡνίκα τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· ὅπερ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία,*

*Ζεὺς γὰρ κακὸν μὲν Τρωσὶ, πῆμα δ' Ἑλλάδι*
*Θέλων γενέσθαι, τοῦ ἐβούλευσεν πατήρ.*

Hoc eſt, *Nam ubi de providentia, & fato, diſputatur, multa inveneris alioqui in rebus humanis ac naturalibus; de quibus diceres, præſtitiſſe alio, quam hoc modo, ea fieri. Ut, verbi gratia, imbribus potius irriguam Ægyptum debuiſſe eſſe, quam ab Æthiopia humorem accipere: & Paridem, cum Spartam peteret, debuiſſe potius naufragium facere; quam, rapta Helena, pœnas poſtmodo ſceleris dare, auctorem tantæ cladis Græcorum, ac Barbarorum; quam Euripides Jovi imputat:*

*Teucris malum, Helladique cladem Jupiter*
*Contingere volens, iſta decrevit pater.*

Hactenus Strabo. Nec tamen philoſophiæ Peripateticæ ignarus fuit. Siquidem in ea ſe cum Boëtho Sidonio exercuit: ut ipſe ait lib. XVI. ac libro XIV. præceptorem ſuum vocat Xenarchum Seleucienſem, peripateticum. Alterum etiam eſt, quod labores Strabonis maximopere nobis commendet. Siquidem priorum geographorum nemo plus terrarum luſtravit: ut ex his cognoſcimus, quæ ſcripſit lib. II. Ea Latinè ſic ſonant: *Exponemus, tum, quæ ipſi obivimus terra, marique; tum de quibus aliorum ſermonibus, aut ſcriptis, nobis fides eſt facta. Ipſi obivimus verſus occaſum ab Armenia uſque ad Etruriæ loca Sardiniæ oppoſita: verſus meridiem ab Euxino ponto uſque ad fines Æthiopiæ. Neque vero reliquorum, qui ſitum deſcripſerunt, quemquam invenies, qui dicta intervalla obeundo multo plura, atque nos, præſtiterit. Nam qui in occidua plaga plura viderunt, orientalium non tantum, quantum nos, attigerunt: contra alii pauciora in occaſu: quod idem de ſeptentrione, & meridie, affirmo.* Priuſquam vero hos libros ſcriberet, ediderat



ipſe

1 *In iis, quæ de auctoribus primo annalium ſuorum libro præmittit.* 2 *Amaſia, civitas Pontica; ex qua Strabo, philoſophus Stoicus.* 3 *In* Amaſia, *juxta interpretationem Wolfii, neſcio ex quibus codd. Græcis. Nam in vulgatis id deſideratur.*

ipſe ὑπομνήματα [1] ἱϛορικὰ, χρήσιμα εἰς τὴν ἠθικὴν, καὶ πολιτικὴν φιλοσοφίαν, quemadmodum ipſe teſtatur lib. I. Geographiæ. Scripſit etiam, quæ conſecuta ſunt poſt illa, quæ Polybius conſignavit. Nam lib. XI. de Parthis ſe plura ait ſcripſiſſe ἐν [2] τῇ ἕκτῃ τῶν ἱϛορικῶν ὑπομνήματα βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον. Nempe geminum opus adſignat, quorum utroque de Parthis non minus, quam in geographicis, tractarit. Poſſis tamen cum doctiſſimo Caſaubono aliter etiam hæc verba capere. Nempe ut idem liber intelligatur, qui ſextus fuerit commentariorum hiſtoricorum, hoc eſt operis univerſi: ſecundus vero partis ejus, quæ perſequebatur res geſtas poſt illa Polybii. Fortaſſe & in hiſtoricis commentariis egerat de rebus ab Alexandro geſtis. Nam libro ſecundo ait ſe ὑπομνηματίσασθαι [3] τὰς Ἀλεξάνδρε πράξεις. Niſi, cum Caſaubono, malis ea capere de iſtis, quæ, cum aliis, tum imprimis tribus poſtremis de Alexandro libris adfert. Sed mihi altera ſententia non minus veriſimilis videtur. Quando vixerit, oſtendit lib. XIII; cum ait, Ἡ δὲ Τιβερίε [4] πρόνοια τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνος. Et lib. IV; ubi ait, ſcribere ſe iſtæc anno XXXIII. poſt Noricos, Carnos, atque alias gentes Inalpinas, à Tiberio, & Druſo, devictas. Accidit vero hoc anno ab U. C. IƆCCXXXVIII. qui primus fuit Olympiadis CXCI. Ergo Geographiam ſuam ſcribebat anno U. C. IƆCCLXXI. quarto anno imperii Tiberii Cæſaris. Fuiſſe vero tum ætatis admodum provectæ, inde videmus, quod libro II. dicat, amicum ac ſodalem ſuum fuiſſe Ælium Cornelium Gallum, qui primus Ægypto præfuit: quicum & Memnonis ſtatuam, tantopere ſcriptoribus antiquis celebratam, vidiſſe ſe ſcribit libro XVII. Atqui Gallus iſte præeſſe Ægypto cœpit mox poſt Antonii, ac Cleopatræ mortem; à quo anno cœpit nova æra Ægyptiaca. Præfuit vero Ægypto quadriennium. Nam interemit ſe, Cæſare Octaviano VIII. & L. Statilio Tauro coſſ. Unde uſque ad quartum Tiberii annum, quo Strabo ſcribebat, anni ſunt tres, & quadraginta. Atqui jam tum, cum Gallus, vir tantæ & eruditionis, & dignitatis, Strabone amico adeo & familiari uteretur, alicujus hunc nominis fuiſſe, nemo, ut puto, inficiabitur. Quare vel ex eo, quod dixi, argumento, grandem ætate fuiſſe Strabonem, cum geographiam ſuam ederet, ſatis evidens eſſe arbitror.

1 *Commentarios hiſtoricos, utiles ad moralem ac civilem philoſophiam.* 2 *In ſextò quidem commentariorum hiſtoricorum; ſecundo autem illorum, quibus hiſtoriam Polybii continuat.* 3 *Commentatum eſſe de geſtis Alexandri.* 4 *Tiberii autem Cæſaris providentia, qui noſtra ætate rerum potitur.*

### *P. D. Huetius Demonſtr. Euangel. Propoſit.* IV. *cap.* 2. § 42.

Huic ſubjiciemus Strabonem, virum pretii quantivis, qui de Moſe & Judæis ſummo candore diſſeruit.

### *Sam. Bochartus Hieroz. L.* III. *c.* 31.

Strabo Acerrimi judicii ſcriptor.

### *Marſilius Cagnatus Obſervationum Lib.* III. *cap.* 20.

De Ætate & Patria Strabonis multa præclara & egregia congeſſit.

# ΕΙΣ
# ΙΣΑΑΚΟΝ ΚΑΣΑΒΩΝΑ,

*Καὶ τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ διορθωθέντα*

ΣΤΡΑΒΩΝΑ.

Ἱστορίαι μὲν ἔσαν τὸ πάρος Στράβωνος ἀφεγγεῖς·
Καὶ πολλοῖς πάντη οἱονεὶ ἀπρόσιτοι.
Οὕνεκα παμπόλλους ἔνιοι καμάτους ὑπέμειναν·
Αὐτὰρ πλεῖστα λίπον σφάλματα πολλαχόθι.
Ταῦτα κατώρθωσεν σπουδῇ ΚΑΣΑΒΩΝ πολύμοχθος,
Καὶ τῷ Γαιογράφῳ λαμπρὸν ἔνεγκε φάος.
Ἀνθ᾽ ὅτου οἱ μείζω χάριν ἴδμεναι ἄμμας ἔοικεν·
Ἀϊδίως τ᾽ αὐτοῦ ἀειρέμεναι τὸ κλέος.

Ι. Αντ. τοῦ Σαρακήνου.

# IN STRABONEM
# ISAACI CASAUBONI

SOLERTIA EMENDATUM.

*ILle STRABO totumque videns viſuſque per orbem,*
*Nec viſus tandem, nec fuit orbe videns.*
*Ille STRABO ſophiæ poſſis quem dicere lumen,*
*Lumine caſſus erat: lumine clarus adeſt.*
*Abſtulit huic oculos tempus, rurſumque revertens*
*Ablatos tempus reddidit huic oculos.*
*Namque ſalutifera dexter CASAUBONUS arte,*
*Excîtus genio Phœbe perite tuo,*
*Commoda fœlici miſcens collyria dextra,*
*Hunc ſemel exceptum luce recente beat.*
*Artificis miranda manus, medicamina mira!*
*Nempe STRABO ut rectum contueatur agunt.*

ANT. FAJUS.

# IN STRABONIS GEOGRAPHICOS LIBROS AB ISAACO CASAUBONO FELICISSIME ET ERUDITISSIME EMENDATOS,

## TH. BEZÆ CARMEN.

*PER ſenos agerem vitæ quum fervidus annos,*
*Viſendique orbis pulchro ſuccenſus amore:*
*Hoc duce fretus ego, quo nullus certius uno*
*Monſtravit mundo viſendum quidquid in omni,*
*Et maria & terras Hiſpanis orſus ab oris,*
*Impiger inſpexi, gelidum quà ſe uſque ſub Arctum,*
*Porrigit Europa, & Tanais ſe littore claudens*
*Inde petit variis ſinuoſum amfractibus Auſtrum,*
*Limitis Eoi quâ ſervat Barbarus oras*
*Sauromata, inde Thraceſque truces, Macedoque ſuperbus,*
*Et qua Cycladibus colliſum funditur æquor*
*Ægeum, Euripique diu latrantibus undis*
*Infractum doctas verſus deflectit Athenas:*
*Et bimaris tandem elapſum de faucibus Iſthmi,*
*Hinc Maleam, hinc contra Minoia littora pulſat.*
*Jonio exceptum, quo tota infraque ſupraque*
*Itala terrarum domitrix prætexitur ora,*
*Gallica perpetuo dum radens littora curſu,*
*Heſperiaſque legens Eoi limitis urbes*
*Herculeis qua porta patet ſuffulta columnis*
*Oceani noſtrum pelagus ſe mergit in undas.*
*Quid plura? Europe ſuperato limite latos*
*Sarmatiæ alterius campos, duce fretus eodem*
*Ingredior, Scythicumque gelu, nec me Immaus ingens,*
*Non Colchis, Chalybeſque feri, non ferrea clauſtra,*
*Non illæ infames æterno frigore cautes*
*Caucaſiæ, Hyrcanæ aut tigres potuêre morari*
*Extremos hominum properantem viſere Scythas,*
*Et ſua ab arboribus pectentes vellera Seres.*
*India dein, medio findit quam gurgite Ganges,*
*Gedroſiſque ingens diſterminat Indus ab oris,*
*Perluſtrata mihi, Brachmanum & turma ſophorum.*
*Quid Gentes memorem innumeras? quid flumina? montes?*
*Oppida? perpetuo ſpectat quæ vertice Taurus,*
*Ille Aſia Taurus late dominator utraque,*
*Horreſcunt Latiæ quorum fera nomina Muſæ?*
*Perſida quin etiam, & Babylonis vidimus arces,*
*Pene unis urbem complexam mœnibus orbem,*
*Et volucrem Tigrin, contento qualis ab arcu*
*Miſſa ſagitta volat, curvatæ cortice cimbæ,*
*Trajeci: nec me innumeris ſinuoſus aquarum*
*Euphrates gyris tenuit remoratus, euntem*
*Cappadocum in campos, ubi dives Apollinis aſtu*
*Crœſus Halyn ſuperans, regno eſt ſpoliatus avito;*
*Hinc Galatas noſtros ſpectavi, & inhoſpita Ponti*
*Littora luſtravi trepidans, equiteſque Bithynos,*
*Perſarumque diu rubuit qui ſtrage cruentus*
*Granicon, & Xerxi quondam aquora grata ſuperbo,*
*Et campos ubi Troia fuit, Xantique fluenta,*
*Exigua illa quidem, magno ſed maxima vati:*
*Hellas ubi eſt Aſiæ lento colliſa duello*
*Ionicum hinc littus, magnæ & delubra Dianæ*
*Inſpexi, famæ cupido ſuccenſa latroni.*
*Æolis hinc ſpectata mihi, & quas Hermus arenas*
*Aurifer, & Lesbi voluit Pactolus in æquor:*
*Quique recurvatis ludit Mæander in undis,*
*Venaleſque Cares animæ, & poſt Doridos iſthmum,*
*Clara Rhodos, Lycia & quidquid complectitur ora,*
*Pamphylii deinceps montes, Ciliciumque beatæ*
*Meſſes, & latrociniis infamis Iſauras.*
*Inde mihi portas rigidus patefecit Amanus.*
*Venimus hinc Iſſum Perſarum ſtrage madentem:*
*Inde cavas Syriæ valles, campoſque beatos,*
*Et gemini cedros Libani, priſcamque Damaſcum,*
*Et, Cypro oppoſitum qui fertur in æquor Orontem,*
*Sidona hinc, verſamque Tyri devenimus oram,*
*Et claras Jordanis aquas, infamia donec*
*Stagna petens fœdo totum ſe ſulphure condat.*
*Balſama quin etiam miris Jerichuntis in hortis*
*Vidimus, & ſanctas Solymorum aſcendimus arces:*
*Templa meo male nota duci: & ſaxoſus Idumes*
*Quidquid ager nutrit, Nabathææque paſcua quidquid:*
*Æquoris inde ſinus geminos pervenimus inter,*
*Cinnamaque & Panchæa metunt ubi thura Sabæi.*
*Et fuit iſte viæ longæ mihi terminus alter.*
*Perrexi fortis tamen, &, duce fretus eodem,*
*Iſthmum trangreſſus, biſidum qui dividit orbem*
*Oceanumque mari à noſtro diſcrimine parvo*
*Diſſociat, Peluſiacas ſuperare paludes*
*Auſus ego, & ſeptem exundantis flumina Nili.*
*Hic & Alexandri celebrata ex nomine Magni*
*Mœnia, & ad portum Pharias ſpectavimus arces.*
*Miratique diu ſpectacula barbara Memphis,*
*Pyramidas, quantum toſtas Lybiæ inter arenas*
*Nilus abit, tantum adverſo nos flumine nixi.*
*Mœnia Thebarum centum circumdata portis*
*Vidimus, & Meroës urbes umbraſque Syenen*
*Solſtitii penitus jacientem tempore nullas.*
*Æthiopas hinc occiduos, Lybiamque peruſtam*
*Emenſi ſurſum, media inter monſtra ferarum,*
*Littora Marmaricæ, Pſyllos, Battique Cyrenen,*
*Inde Afros, Numidaſque vagos, Mauroſque feroces*
*Viſimus, Herculeis donec celebrata columnis*
*Feſſos excepit, quæ nos emiſerat, ora,*
*Imponens finemque viæ, metamque labori.*
*At vero amfractus cæcos, ſalebraſque viarum,*
*Pervia quæ fuerant, nunc ſentibus obſita denſis,*
*Ambages varias, limum, turpeſque lacunas,*
*Quis fando enumeret? quoties dux optimus ipſe,*
*Trita ſibi non jam agnoſcens veſtigia, mecum*
*Subſtitit? incertique viæ conſedimus ambo?*
*Deerat enim nobis dux hic* CASAUBONUS *alter,*
*Ille duci quem fata meo juſſere benigna*
*Eſſe ducem, dumiſque vias purgare revulſis,*
*Limoſaſque ſitu longo detergere foſſas,*
*Et quibus obſtructi fuerant hinc indeque calles,*
*Ingeſta ſolerter humo complere lacunas.*
*Quod niſi me hæc alio revocaret ſerior ætas,*
*Non equidem addubitem, tanto duce fretus utroque,*
*Rurſus inire vias, totumque reviſere mundum.*
*At vos, ô juvenes, felici ſidere nati,*
*Incoctum quibus eſt generoſo pectus honeſto,*
*Carpite iter tutum fortes experſque pericli,*
*Ignorat quod quiſquis iter, verſatur avorum*
*Cæcus in hiſtoria, & ceu lumine caſſus oberrat.*
*Diſcite ſed memores ſemper, quum numinis omne*
*Hoc ſit opus, vero vos, & veſtra omnia ſoli*
*Conſecrare Deo: neque ſic terrena morari,*
*Quin cælos animum ſemper tollatis in altos.*

AUCTO-

# AUCTORUM
## QUI A
# STRABONE
## CITANTUR CATALOGUS:

*Quorum citationes, & locos earum, pete ex Indice ad calcem operis ſubjuncto.*

### A.

ACUSILAUS Argivus
Adeimantus Lampſacenus.
Adelphius Antonii hiſtoriographus.
Æſchylus poëta.
Alcæus.
Alcmæonidis auctor.
Alcman.
Alexander Ætolus.
Alexander Lychnus orator, poëta, aſtronomus, hiſtoricus.
Anacreon poëta.
Anaxarchus Homeri corrector.
Anaxicrates.
Anaximenes rhetor.
Andro.
Andron.
Androſthenes Thaſius.
Anticleides.
Antimachus.
Antiochus.
Apollodorus de navium recenſione.
Apollodorus Parthicarum rerum ſcriptor.
Apollonides.
Apollonius Adramyttenus.
Apollonius Argonauticorum conditor.
Aratus Solenſis.
Archemachus Eubœenſis.
Archilochus.
Archimedes.
Ariſtarchus Homeri interpres.
Ariſteas Proconneſius.
Ariſto Peripateticus philoſophus.
Ariſtobulus.
Ariſtonicus grammaticus.
Ariſtoteles.
Ariſtoxenus.
Ariſtus Salaminius.
Artemidorus.
Aſclepiades Myrleanus, grammaticus & chorographus.
Aſclepiades Pruſienſis, medicus.
Aſius poëta.
Aſinius.
Athenodorus.
Attalus.

### B.

BAcchylides Lyricus.
Bathon Perſicarum rerum ſcriptor.
Bergæus.
Bio Aſtrologus.

### C.

CAdmus.
D. Cæſar.
Callias Sapphus interpres.
Callimachus grammaticus.
Callimachus poëta.
Callinus primus elegiarum conditor.
Callipedes.
Calliſthenes.
Carneades Cyrenaicus.
Cecilius rerum Romanarum ſcriptor.
Charon Lampſacenus.
Chærilus.
Chryſippus Solenſis.
M. Cicero.
Cineas.
Cleanthes Stoicus.
Cleophanes Myrleanus rhetor.
Clitarchus.
Copis poëta.
Crates.
Crates Mallotes.
Crates Homeri interpres.
Crates philoſophus.
Craterus de rebus Indicis.
Creophylus.
Cretenſis hiſtoria.
Cteſias medicus.
Cteſias hiſtoricus.
Cyrſilus Pharſalius.

### D.

DAës Colonenſis.
Daïmachus geographus.
Damaſtes Cypriarum rerum ſcriptor.
Damaſus Scombrus.
Daphitas grammaticus.
Demetrius Calatianus de terræ motibus.
Demetrius Phalereus.
Demetrius Rhateni Amiſenus.
Demetrius Scepſius.
Democles de terræ motibus.
Democritus philoſophus.
Demoſthenes.
Dicæarchus.
Diodorus Sardius hiſtoriographus.
Diogenes Cynicus philoſophus.
Dionyſius dialecticus.
Dionyſiodorus mathematicus.
Dionyſocles orator.
Diophanes rhetor.
Diphilus comicus.
Diotimus.
Duris.

### E.

EMpedocles.
Ennius poëta.
Ephorus.
Epicharmus.
Epicurus.
Eraſiſtratus medicus.
Eratoſthenes.
Eudorus.
Eudoxus.
Eumereus.
Eumerus Bergæus.
Euphorio poëta.
Euphorion.
Euphronius Priapeiorum ſcriptor.
Euripides Tragœdus.

### F.

FAbius hiſtoricus.

### G.

GAbinius hiſtoricus.

### H.

HEcatæus.
Hedelus elegiographus.
Hegeſias.
Hegeſianax.
Hellanicus hiſtoricus.
Heraclides Ponticus.
Heraclides Platonicus.
Heraclitus.
Heracleitus Scoteinus.
Herodotus.
Heſiodus.
Heſtiæa Alexandrina.
Hieronymus.

Hippar-

Hipparchus.
Hippocrates medicus.
Hipponax.
Homerus.
Hypſicrates.

I.

JAſonei commentarii.
Ibycus.
Icenes geometra.
Ion poëta.

L.

LYcurgus orator.
Lyſis.

M.

MÆandrius.
Mnaſalces poëta.
Medius Lariſſæus.
Megaſthenes.
Megillus hiſtoricus.
Menander Comicus.
Menecrates Elaita.
Meſſenius.
Metrodorius Lampſacenus.
Mimnermus.
Molon Rhodius.
Myrſilus.

N.

NEanthes Cyzicenus.
Nearchus.
Nearchus hiſtoricus.
Nicander.
Nicolaus Damaſcenus de rebus Indicis.

O.

OEchaliæ excidii ſcriptor.
Oneſicritus hiſtoricus.
Orthagoras.

P.

PAlæphatus.
Parmenides.
Patrocles geographus.
Pherecydes poëta.
Philemon comicus.
Philetas.
Philetas poëta.
Philippus Caricarum rerum ſcriptor.
Philo de navigationibus in Æthiopiam.
Philochorus.
Phrynichus Tragœdus.
Pindarus poëta.
Piſander Heracleæ poëmatis auctor.
Cn. Piſo.
Plato.
Polemo.
Polemo periegetes dictus.
Polycletus.
Polycritus de Perſarum moribus.
Poſidonius.
Ptolemæus Lagi filius.
Pytheas hiſtoricus.

S.

SAppho.
Scylax Coryandrenſis.
Seleucus Babylonius.
Seleucus mathematicus.
Silanus hiſtoricus.
Simmias grammaticus.
Simonides Lyricus.
Simus medicus.
Socrates.
Solon.
Sophocles Tragœdus.
Soſicrates Creticarum rerum ſcriptor.
Sotades Hom. interpres.
Staphylus.
Steſichorus.
Steſimbrotus Thaſius.
Strabonis hiſtorici commentarii.
Strato phyſicus.
Stratonicus Citharœdus.
Suidas.

T.

THeocritus ſophiſta.
Theodectes.
Theodoſius mathemat.
Theophanes Mitylenæus.
Theophraſtus philoſ.
Theopompus hiſtoricus.
Thraſyalces.
Thucydides.
Tyrannion grammaticus Strabonis præceptor.
Tyrtæus poëta.
Timagenes.
Timæus geographus.
Timoſthenes Pythici hymni auctor.
Timotheus Patrio.

X.

XAnthus Lydius.
Xenocrates philoſ.
Xenophon.

Z.

ZEno.
Zenodotus.
Zoilus orator Homeromaſtix.

SYNO-

# SYNOPSIS

## LIBRI PRIMI

# GEOGRAPHICORUM

# STRABONIS.

*LIBER Primus & Secundus in tres partes dividuntur. PRIMA pars continet hæc: Geographiam philoſopho dignum eſſe argumentum tribus argumentis probatur. I. Quod, qui primi Geographiam attigerunt, erant philoſophi. De Homero, & ejus peritia rerum Geographicarum. De iis, qui Homeri ætatem ſunt ſecuti: qui Philoſophi ſimul & Geographi fuēre. II. ratio, Quòd Geographia ſine plurimarum rerum cognitione, (quæ Philoſopho convenit) parari nequeat. III. ratio eſt, Quòd maximè conducat Geographia, ad quaſlibet philoſophiæ partes rectè intelligendas. De uſu Geographiæ* πρὸς τὴν πολιτικήν. *De ejuſdem uſu* πρὸς τὰ μαθήματα, *& phyſica. Corollarium, Quatenus* τῆς μαθηματικῆς καὶ φυσικῆς *cognitio ſit neceſſaria ei, qui ſit futurus idoneus Geogr. auditor. SECUNDA pars continet hæc: Cauſam Straboni juſtam fuiſſe, cur poſt plurimos ſummoſque viros terræ deſcriptionem denuò aggrederetur: quam veteres vel minùs rectè, vel minus perfectè tradidiſſent. De Eratoſthene. Inquiritur in quaſdam ejus* ἀποφάσεις *ex libris ipſius Geographicis. Ex libro I. An rectè dictum ſit ab eo, poëtas* στοχάζεσθαι ψυχαγωγίας μόνον, οὐ διδασκαλίας. *De Homericis fabulis, & recta interpretatione locorum ejus quamplurimorum. De iis quorum auctoritate utitur Eratoſthenes in ſuis libris, & ejus erroribus qui ex eo fonte manarunt. De terræ forma, & ejus partium variis mutationibus, ac* μετασχηματισμοῖς, *accurata diſputatio: cum exemplorum congerie. Quàm rectè Herodotum & alios quoſdam reprehenderit. Ex libro II. De emendatione* τῆς γεωγραφίας *Eratoſthenica. De dimenſione totius terræ. De dimenſione latitudinis* τῆς οἰκουμένης. *De diviſione* τῆς οἰκουμένης.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ

## βιϐλίον πρῶτον.

Pag. 1. 1. THΣ τȣ̃ φιλοσόφȣ πραγματείας εἶναι νομίζομϑυ, εἴπερ ἄλλην τινὰ, καὶ τὴν γεωγραφικὴν, ἣν νῦν προῃρήμεϑα ἐπισκοπεῖν. Ὅτι δ' ȣ̓ φαύλως νομίζομϑυ, ἐκ πολλῶν δῆλον. 2 Οἵ τε γὰρ πρῶτοι θαῤῥήσαντες αὐτῆς ἅψασθαι, B τοιȣ̃τοί τινες ὑπῆρξαν. Ὅμηρός τε ϗ 3 Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, καὶ Ἑκαταῖος ὁ πολίτης αὐτȣ̃, καθὼς ϗ Ἐρατοσθένης φησί. ϗ Δημόκριτος δὲ, ϗ Εὔδοξος, 4 ϗ Δικαίαρχος, 5 καὶ Ἔφορος, καὶ ἄλλοι

p. 2.

# STRABONIS GEOGRAPHICARUM

## rerum Liber primus.

TERRÆ deſcriptionem, quam in præſentia inſtituimus, philoſopho non minus ulla alia re, quam is ſuæ tractationis eſſe ducit, conſiderandam cenſemus. Quod nos haud ab re ſentire, multis argumentis liquet. Qui enim primi geographiam attingere auſi ſunt, philoſophi ii fuere: Homerum dico, Anaximandrum Mileſium, ejuſque civem Hecatæum (ut Eratoſthenes etiam ait) item Democritum, Eudoxum, Dicæarchum, Ephorum, alioſque

BIBΛION πρῶτον) Libri duo iſti priores, ut inter ſe optimè cohærent, ita magnam partem diverſum argumentum habent à reliquo corpore, cujus ſunt veluti caput. Placuit enim Straboni, antequam ad ſingularum orbis partium deſcriptionem accederet, de quibuſdam priùs diſſerere, quæ partim ad operis commendationem, partim ad eorum intelligentiam quæ ſequentibus deinceps libris exponentur, faciunt. C Sunt autem tria in ſumma, quæ duobus iſtis libris tractantur. Primùm docet, Geographiæ tractationem argumentum eſſe philoſopho, ut ſi quod aliud, dignum. Deinde cauſas explicat, quibus adductus fuerit ut poſt tot tantoſque viros, qui in hoc ſtudio ſe exercuerant, ipſe quoque in eodem ſibi laborandum exiſtimaret: Eſtque hæc pars omnium maxime prolixa. Nam ut obtrectatorum calumniis obviam iret, qui dicturi erant, nihil fuiſſe cauſæ cur poſt Eudoxos, Dicæarchos, Ephoros, itemque poſt Eratoſthenes, Polybios ac Poſidonios, hoc argumentum quiſquam attingeret: & poſſe ſe novi aliquid afferre docet, quod illis prioribus notum ne potuerit quidem eſſe: Et hoc amplius, aliquot inſignes horum errores recenſet arguitque Strabo. Sic Ptolemæus, antequam ipſe ſua promat, Marini placita & errores priùs confutat. Ac Ptolemæo quidem cum uno Marino res eſt: Straboni, primum cum Eratoſthene, cujus tres Γεωγραφικῶν libros à capite percurrit, ſingula annotans & ἐπανορθῶν, D in quibus peccaſſe videbatur: primum quidem & ſecundum hoc libro: tertium verò initio ſequentis: ubi ſimul & in Hipparchum inquirit. Deinde ad Poſidonium, tum ad Polybium ſtylum convertit: quorum ſimiliter aliquot errores profert atque corrigit. Eſt enim tota fermè hæc pars, ἀνασκευαστική. Tertia deinceps ſequitur, quæ eſt κατασκευαστική: continetque hæc portio præclaram totius Geographiæ καθολικὴν ὑποτύπωσιν. Ac primùm hujus ſcientiæ (liceat enim ita appellare, aut cum Ptolemæo μέθοδον) principia & ὑποθέσεις explicat: quod etiam à Ptolemæo ſimillima ratione factum eſt, libro primo. Deinde rudem omnium orbis totius cogniti partium deſcriptionem eodem proponit ordine, quo deinceps ſingulas eſt explicaturus. Poſtremò, de univerſa terra ejuſque forma, & aliis id genus, quædam μαθηματικώτερον diſputat. Hæc eſt duorum iſtorum librorum ſeries, hæc τάξις. Nunc de prima parte agamus, de reliquis ſuo loco dicturi. Casaub.

1. Τῆς τȣ̃ φιλοσόφου.) Proponit iſtis verbis id quod probandum ac rationibus confirmandum initio hujus libri ſuſcipit. Eſt autem hoc, Geographiam argumentum eſſe philoſopho dignum. Priùs autem rationes ſimul omnes profert, quibus id vult probare: Deinde ſigillatim argumenta omnia expendit, ac fuſiùs explicat. *Idem.*

2. Οἵ τε γὰρ πρῶτοι.) Hoc eſt primum argumentum: Nam ſi & ii, qui primi in hoc argumento ſe exercuerunt, & quotquot deinceps in eodem cum laude ſunt verſati, philoſophi omnes fuerunt, iniquum fuerit & ineptum negare philoſopho dignum eſſe hoc argumentum. Jam verò philoſophos eos fuiſſe, longa poteſt inductione probari. Quis enim philoſophum Homerum fuiſſe neget? Quis Anaximandrum? quis Hecatæum? &c. Porro hos omnes inſignes fuiſſe Geographos, hîc quidem ſumit: mox verò rationibus idipſum evincet: ſi quis de quoquam dubitet, ut de Homero. Cùm ait θαῤῥήσαντες, rei difficultatem innuit: verbo utitur aptiſſimo, ἅπτεσθαι: Nam leviter Geographiam illos veteres attigiſſe indicat: fueruntque ea veluti incunabula Geographiæ ἐν σπαργάνοις ἔτι ȣ̓́σης καὶ γάλαξι, quæ poſtea adolevit: necdum tamen ad perfectam ejus cognitionem eſt perventum: licet noſtrâ ætate tantum ei acceſſerit, quantum potuiſſe accedere, nunquam veteres credidiſſent. *Idem.*

3. Ἀναξίμανδρος.) De Anaximandro & Hecatæo ut & de Homero mox plura. Democriti Κοσμογραφίην Laërtius commemorat: itemque Γεωγραφίην. Eudoxi autem Γῆς περίοδον paſſim veteres laudant. *Idem.*

4. Καὶ Δικαίαρχος) Scripſit hic varios libros. Suidas verò ait ſcripſiſſe Dicæarchum Καταμέτρησιν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν: quod opus ad Geographiam maximè pertinet. Plinius libro ſecundo capite LXV. *Cui ſententiæ adeſt Dicæarchus, vir in primis eruditus, regum cura permenſus montes.* [ *Fuit Ariſtotelis diſcipulus, Peripateticus, magnus acerrimuſque immortalitatis animorum impugnator, Ciceronis deliciæ* ] Idem.

5. καὶ Ἔφορος) Scripſerat Ephorus hiſtoriam rerum

tam

complures: nec non iis ætate poſteriores, Eratoſthenem, Polybium, Poſidoniumque, homines & ipſos philoſophos. Jam multarum rerum cognitio, qua ſola hoc opus confici poteſt, non eſt niſi ejus, qui divinas humanaſque res contemplatur: quarum rerum ſcientia philoſophiam definiunt. Tum utilitas quoque multiplex, quæ partim ad negotia civilia actioneſque principum virorum conducit, partim ad cognitionem 7 cœleſtium, terreſtrium, maritimorumque animantium, ſtirpium, frugum, atque aliarum rerum quæ ſingulis viſuntur locis, virum deſignat eum, cui vitæ ars & beatitas curæ ſit. Verùm ſingula hæc denuò orſi accuratiùs perpendamus: ac primo loco id, rectè & à nobis, & à majoribus noſtris, quos inter eſt etiam Hipparchus, exiſtimatum fuiſſe, primum geographicæ peritiæ auctorem eſſe

A πλείους. ἔτι δὲ οἱ μετὰ τούτους Ἐρατοσθένης τε καὶ Πολύβιος, καὶ Ποσειδώνιος, ἄνδρες φιλόσοφοι. [1] Ἥ τε πολυμάθεια, δι' ἧς μόνης ἐφικέσθαι τοῦδε τοῦ ἔργου δυνατὸν, [2] οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν, [3] ἢ τοῦ τὰ θεῖα καὶ * τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντος. ὧνπερ τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην φασίν. [4] Ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ὠφέλεια ποικίλη τις οὖσα, [5] ἡ μὲν πρὸς τὰ πολιτικὰ, καὶ τὰς ἡγεμονικὰς πράξεις, [6] ἡ δὲ πρὸς ἐπιστήμην [7] τῶν τε οὐρανίων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης ζώων, καὶ φυτῶν, καὶ καρπῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἰδεῖν παρ' ἑκάστοις ἐστὶ, τὸν αὐτὸν ὑπογράφει ἄνδρα, τὸν φροντίζοντα [8] τῆς περὶ τὸν βίον τέχνης, καὶ εὐδαιμονίας. [9] Ἀναλαβόντες δὲ καθέ-
B καστον ἐπισκοπῶμεν τῶν εἰρημένων * [10] ἔτι μᾶλλον. [11] Καὶ πρῶτον, ὅτι ὀρθῶς ὑπειλήφαμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν, ὧν ἐστι καὶ Ἵππαρχος, ἀρχηγέτην εἶναι τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας

* Vett. ll. τὰ ἀνθρώπεια.

* Vetus lectio ἔτι δὲ μ. Lego ἔτι καὶ μ.

tam à Barbaris, quam à Græcis geſtarum, annis fermè ſeptingentis & quinquaginta: eamque hiſtoriam totam libris xxx. erat complexus. Orſus enim à reditu Heraclidarum, ad annum uſque ultimum Olympiadis CIX. continuam rerum ſeriem pertexuerat. Hos libros quin hîc innuat Strabo non eſt dubium. Ephorus enim, ut & Polybius fecit, in ſuos hiſtoricos Commentarios plurimarum orbis partium deſcriptionem inſeruerat. Vide initium libri VIII. De Eratoſthene, Strabo mox plura, & libro XVII. Scripſit in omni fermè ſcientiarum genere non pauca; tum ſoluta oratione, tum adſtricta. Polybii autem libros habemus in manibus: nec de ejus ſtudiis Geographicis dubitabit, qui eos evolverit. Poſidonii qui hiſtoriarum volumen ingens ediderat, habemus nihil præter ea fragmenta, quæ apud Athenæum & alios exſtant. *Idem.*

1. Ἥ τε πολυμάθεια) Alterum argumentum: Geographia abſque rerum quamplurimarum cognitione parari nequit: Hæc non niſi philoſopho convenit: Ergo & Geographiæ tractatio philoſopho convenit. Potes ita breviùs concludere, Ἡ πολυμάθεια philoſophi eſt propria: Geographia eſt πολυμάθεια: Ergo & Geographia eſt philoſophi. *Idem.*

2. οὐκ ἄλλου τινὸς ἐσ.) Ait πολυμάθειαν philoſopho propriam eſſe. Sed eorum, qui ita ſentiunt, opinionem oppugnat Socrates ἐν Ἐρασταῖς. quem vide. *Idem.*

3. ἢ τοῦ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντος) hoc eſt, quàm philoſophi. Poſuit enim philoſophi definitionem, quæ cum ſuo definito debet ἀντιστρέφειν. Itaque contemplari res humanas ac divinas, ἰσοδυναμεῖ τῷ philoſophari, ex eorum ſententia qui philoſophiam definiunt ſcientiam rerum divinarum & humanarum. φασὶν autem, Plato videlicet & Stoici. *Idem.*

4. Ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ὠφέλεια.) Tertia ratio. Quæ plurimum poſſunt, & ad rerum cognitionem inveſtigandam conducere, & ad res bene gerendas, ea tractare philoſophi eſt: Geographia autem eſt ejuſmodi. Quid inde ſequatur, manifeſtum eſt. Eſt autem animadvertendum, parum differre hoc argumentum à ſuperiore, ſi utriuſque vim ſpectes. Ibi probabatur Geographiam philoſophicum eſſe argumentum, quia ἄνευ τῆς πολυμαθείας, quæ philoſophi eſt, parari non poteſt: hîc idem probatur, quia philoſophia abſque iis conſtare nequeat, quæ plurima complectitur ἡ Γεωγραφία. *Idem.*

5. ἡ μὲν πρὸς τὰ πολ.) hoc eſt, πρὸς τὸν πρακτικὸν βίον. *Idem.*

6. ἡ δὲ πρὸς ἐπιστήμην) hoc eſt, πρὸς τὸν θεωρητικὸν βίον. *Idem.*

7. Cœleſtium.] Οὐρανίων. *Ambiguitas eſt in ſtructura; & vel ſeorſim hoc accipiendum, ut cœleſtium motuum ac* φαινομένων *notet obſervationem: vel ad* ζώων *referendum, ut volucres intelligantur. Ego itidem ambiguum reliqui. Proximè ſequente periodo interpres ſenſum aliquot paginarum corrupit, quibus Strabo demonſtrat Homerum fuiſſe geographiæ principem: quarum propoſitionem dum pervertit interpres, hoc effecit, ut Latina legens aliquis ſcopum ipſum & inſtitutum auctoris minimè poſſit aſſequi.* Xyland.

7. τῶν τε οὐρανίων] Quomodo hic locus ſit accipiendus, ipſe Strabo pluribus infrà explicat. Nam etſi & ita hæc verba accipi poſſunt, ut dicatur Geogra-
C phia conducere ad rerum cœleſtium cognitionem, quomodo infrà dicitur habere θεωρίαν μαθηματικήν: & cum ζώων etiam conjungi, ſicut apud Græcos paſſim ζῶα dividuntur εἰς τὰ ἐν γῇ, ἐν θαλάττῃ, ἐν οὐρανῷ (οὐρανὸν enim pro aëre, & eo quod μεσουράνημα vocat Joannes Apoc. 19: 17. accipiunt.) tamen quia verſatur Geographus περὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, non περὶ τὸν οὐρανὸν, non dubito poſteriorem interpretationem magis eſſe ex mente Strabonis. *Caſaub.*

8. τῆς περὶ τὸν βίον τέχνης) hoc eſt; philoſophiæ. *Ars eſt enim* (inquit Cicero) *philoſophia vitæ.* βίος autem κατ' ἐξοχὴν ὁ πολιτικός. Nam alioquin tot ſunt artes vitæ, quot vitæ genera: qua de re vide philoſophum, Nicomacheorum primo. Addit, καὶ εὐδαιμονίας: ubi τὸ καὶ eſt ἐξηγηματικόν. Nam tractare de vita bene inſtituenda, & de beatitudine, ταυτόν. *Idem.*

9. Ἀναλαβόντες δὲ) Nunc ſingula accuratiùs expendere aggreditur: Utitur autem verbo Ariſtoteli-
D co: Sic ille non procul ab initio primi Nicom. Λέγωμεν δὲ ἀναλαβόντες, *Idem.*

10. ἔτι μᾶλλον) Libri manu exarati habent, ἔτι δὲ μᾶλλον. Lego ἔτι καὶ μᾶλλον. Nam quod Latinis eſt *etiam atque etiam*, vel, *magis ac magis*, Græcis eſt ἔτι καὶ μᾶλλον, vel ἀεὶ καὶ μᾶλλον: Dicunt & μᾶλλον μᾶλλον, ἀσυνδέτως, ut annotat Suidas, afferens ex Atthide Alexidis exemplum. Euripides Iphig. in Tauris:

Μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ᾔει σκάφος.

Dicunt & μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον, ut Strabo lib. XI. & Laertius in Epigrammate Anaxarchi. D. Paulus dixit ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον. *Idem.*

11. Καὶ πρῶτον, ὅτι ὀρθῶς) Probat nunc quod in primo argumento ſumere eum indicavimus, Homerum Geographiæ eſſe principem. Affert primùm Hipparchi & aliorum, qui ita ſenſerunt, auctoritatem.

A Ὅμηρον· ὃς οὐ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται τοὺς πάλαι, καὶ τοὺς ὕστερον, ἀλλὰ σχεδόν τι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ * τὸν [1] πολιτικόν· ἀφ' ἧς οὐ μόνον περὶ τὰς πράξεις ἐσπούδασεν ἐκεῖνος, ὅπως ὅτι πλείστας γνοίη καὶ παραδώσῃ τοῖς ὕστερον ἐσομένοις· ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τοὺς τόπους τούς τε καθ' ἕκαστα, καὶ τοὺς κατὰ σύμπασαν τὴν οἰκουμένην γῆν τε, καὶ θάλατταν. [2] Οὐ γὰρ ἂν μέχρι τῶν ἐσχάτων αὐτῆς περάτων ἀφίκετο τῇ μνήμῃ κύκλῳ περιϊών. Καὶ πρῶτον μὲν τῷ Ὠκεανῷ περίκλυστον, ὥσπερ ἐστὶν, * ἀπέφηνεν αὐτὴν ἔπειτα δὲ τῶν χωρίων τὰ μὲν ὠνόμαζε, τὰ δὲ ὑπηνίττετο τεκμηρίοις τισί· B Λιβύην μὲν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβοὺς (οὓς εἰκὸς λέγειν τοὺς Τρωγλοδύτας Ἄραβας) ῥητῶς λέγων· τοὺς δὲ πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς, καὶ δύσεσιν αἰνιττόμενος ἐκ τοῦ τῷ Ὠκεανῷ κλύζεσθαι. * ἐνθένδε γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον· ὡς δὲ αὕτως καὶ τὰ ἄστρα·

Ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας
Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυῤῥόου Ὠκεανοῖο.
Ἐν δ' ἔπεσ' Ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν.

Καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ Ὠκεανοῦ λέγει. C [4] Τῶν δ' ἑσπερίων ἀνδρῶν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐμφανίζει, καὶ τὴν εὐκρασίαν τοῦ περιέχοντος. πεπυσμένος, ὡς ἔοικε, * [5] τὸν Ἰβηρικὸν πλοῦν, ἐφ' ὃν καὶ Ἡρακλῆς ἐστράτευσε, καὶ οἱ Φοίνικες ὕστερον, οἵπερ καὶ κατέσχον τὴν πλείστην ἀρχήν.

* Vett. cod. τῶν πολιτικῶν.

* Vetus lectio, ἀπέφαινεν, ut mox, ὀνόμαζε.

* Vett. lib. ἐντεῦθεν.

Iliad. η. 421.

Iliad. θ. 485.

* Lego Ἰβηρικὸν πλοῦτον.

A Homerum: qui non modò poëtica virtute omnes &. priores & poſteriores ſuperavit, ſed ferè etiam vitæ civilis experientia: qua is adjutus, non in hoc modò operam dedit, ut actiones plurimas cognoſceret, eaſque ad poſteritatem tranſmitteret, ſed & in locorum, cùm quæ ſingularum ſunt regionum, tum totius quatenus incolitur terrarum orbis mariſque explorationem ac deſcriptionem idem impendit induſtriæ: Abſque enim hoc fuiſſet, nunquam ille in orbem rediens commemorando terræ ſitu, ad extremos uſque ejus fines pertigiſſet. Enimvero primò omnium [3] terram, ita ut res habet, undiquaque Oceano cinctam B allui pronunciavit. Deinde regionum alias nominatim, alias certis quibuſdam notis per ambages indicavit: Libyam, Æthiopiam, Sidonios, & Erembos (quos Troglodytas Arabes rectè dixeris) apertè: qui verò ad ortum & occaſum ſolis habitant, involuto ſermone notat; allui eos Oceano innuens. Nam Solem ex Oceano oriri, & in eundem occidere ait, itemque ſtellas:

*Jamque recens terras tangebat lumine Titan*
*Oceani liquidis placidi ſubvectus ab undis.* &
*Fulgida Latoidæ ſimul incidit Oceano lux,*
*Attraxitque nigram noctem.*

C Aſtra quoque dicit lavari Oceano. Cæterùm eorum qui Occidentem incolunt, fœlicitatem etiam, bonamque aëris temperiem demonſtravit: quia (ut apparet) 18 inaudiverat de Hiſpanica navigatione, quò & Hercules expeditionem fecit, & poſtea temporis Phœnices, (qui & ampliſſimo ſunt potiti imperio

Deinde ait, Homerum non poëtices arte tantùm excelluiſſe, ſed etiam cognitione ejus partis philoſophiæ, quæ Πολιτικὴ vocatur: cujuſmodi ſunt quæ vulgo Ethica, Politica, & Œconomica nuncupantur: Nam hæc omnia, itemque Rhetoricam unius Πολιτικῆς nomine cùm alii philoſophi complectuntur, tum ipſe in primis Ariſtoteles. Hujus igitur peritiſſimum vult fuiſſe Homerum. Jam verò id aſſequi non potuit abſque rerum Geographicarum cognitione: unde efficit; etiam harum notitia Poetam excelluiſſe. De propoſitione, itemque de aſſumptione infrà pluribus quæretur. Sequitur concluſionis demonſtratio. *Idem.*

1. τὸν πολιτικὸν) Vet. lib. τῶν πολιτικῶν, quod non probo. Quid ſit autem vita civilis, diſces ex Ariſtotele: ita enim hîc accipitur: Alibi verò opponit Strabo τὸν πολιτικὸν βίον militiæ: Sed hîc latiùs patet. *Idem.*

2. οὐ γὰρ ἂν μέχρι.) Non diſpliceret ita legere, οὐ γὰρ οὖν cum interrogationis nota poſt vocem περιϊών. Ut probet Homerum rerum Geographicarum fuiſſe peritiſſimum, orditur ab ipſis principiis hujus ſive ἐπιστήμης ſive ἐμπειρίας. Nam qui de Geographia ſcribunt, non antè ſingulas partes exponunt, quàm rudem totius orbis cognitionem in animo diſcentis informarint. Simili ratione probat nunc Strabo, noviſſe Homerum totam terram Oceano circumfundi. De tribus plagis Orientali, Occidentali, & Meridionali, quia res erat perſpicua, ſimul agit: de Septentrionali mox ſeorſim. *Idem.*

3. Terram undiquaque Oceano cinctam.] *Ut in Achillis clypeo, ubi Oceano eam ob cauſam oram ejus clauſit. Iliad. σ. 606. Item Iliad. ξ. 200. ut infra Strabo exponit. Per eos qui mari alluantur Æthiopes intelligo, de quibus mox ipſe ex Homero.* Xyl.

D 4. τῶν δ' ἑσπερίων) Probat, non hoc tantùm ſciviſſe Homerum, plagam Occidentalem Oceano circumfundi: ſed & quæ ſint illius tractus ἰδιώματα. Ὁ περιέχων apud bonos ſcriptores eſt aër. πεπυσμένος autem eſt legendum, ut eſt apud Euſtathium, qui hunc locum profert in IV. Odyſſeæ commentario. *Caſaub.*

5. Inaudiverat de Hiſpan. navig.] *Πεπυσμένος lego non πεπεισμένος. & πλοῦς eſt navigatio. Puto autem locum intelligi, ad quem navigârat Hercules, nimirum fretum per quod Oceanus intra Hiſpaniam & Africam irrumpens, mare mediterraneum efficit. per quod fretum in mare Atlanticum egreſſis non eſt longa ad fortunatas inſulas navigatio.* Xyl.

τὸν [illegible]βηρικὸν πλοῦν) Legendum eſt πλοῦτον.

Ἰβηρικὸν

æ tandem Romani. Ibi enim ſpirat Favonius: atque eò poëta collocat Elyſium campum, in quem à diis miſſum iri Menelaum fingit.

*Sed te, quà terræ poſtremus terminus exſtat,*
*Elyſium ad campum cæleſtia numina mittent,*
*Quem Rhadamanthus habet, quà vita facillima longè*
*Ducitur, haud campos Jupiter nive conſpuit illos,*
*Miſcetur gelidis neque tempeſtatibus aër,*
*Nulli imbres: tantum ſpirat levis aura Favoni*
*Miſſaque ab Oceano nimios demitigat æſtus.*

Etenim Fortunatæ inſulæ ante Mauruſiam ſitæ ſunt, quà ejus extrema verſus Occidentem exſtant: eodemque Hiſpaniæ etiam occidui fines pertinent. 3 Ex nomine autem conſtat eas quoque fortunatas ideò creditas, quòd iſtis eſſent locis vicinæ. Porrò Aethiopes ultimos ad Oceanum eſſe docet: Ultimos, hoc carmine:

*Extremos hominum Aethiopas, geminiſque diremtos*
*Partibus.* ---

Ubi ne id quidem ocioſum eſt, & eos bifariàm diviſos ſcribit, ſicut infrà demonſtrabitur: Ad Oceanum habitare, his:

*Namque heſternus ad Oceanum eſt, juſtoſque profectus*
*Juppiter Aethiopas, quorum convivia viſit.*

Extremam quoque terræ verſus Septen-

A * μετὰ ταῦτα δὲ Ῥωμαῖοι· ἐνταῦθα γὰρ αἱ τοῦ Ζεφύρου πνοαί. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Ἠλύσιον ποιεῖ πεδίον ὁ ποιητὴς, εἰς ὃ πεμφθήσεσθαι τὸν Μενέλαόν φησιν ὑπὸ τῶν θεῶν. (* Manuſſ. μετὰ δὲ ταῦτα) p. 3.

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης (Odyſſ. δ. 563.)
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν.
Οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτέ ποτ' ὄμβρος,
Ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο * λιγὸ πνείοντας ἀήτας (* Lego λιγυ.)
B Ὠκεανὸς ἀνίησι.

1 Καὶ αἱ τῶν μακάρων δὲ νῆσοι πρὸ τῆς Μαυρουσίας εἰσὶ τῆς ἐσχάτης 2 πρὸς δύσιν, καθ' ὃ μέρος συντρέχει καὶ τὸ τῆς Ἰβηρίας * τὸ ταύτῃ πέρας. (* Vett. lib. τὸ ταύταις) 3 Ἐκ δὲ τοῦ ὀνόματος δῆλον, ὅτι καὶ ταύτας ἐνόμιζον εὐδαίμονας, διὰ τὸ πλησιάζειν τοιούτοις χωρίοις. Ἀλλὰ μὴν ὅτιγε καὶ Αἰθίοπες ἔσχατοι ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ, δηλοῖ. ὅτι μὲν ἔσχατοι,

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. (Odyſſ. α. 23.)

Οὐδὲ τοῦ, διχθὰ δεδαίαται, φαύλως λεγομένου, ὡς δειχθήσεται ὕστερον. ὅτι δ' ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ.

C Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας (Iliad. α. 423.)
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα.

4 Ὅτι δέ καὶ ἡ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἐσχατιὰ παρω-

Ἰβηρικὸν πλοῦτον dixit Strabo etiam lib. III. ubi pluribus hanc eandem quæſtionem tractat. Ibi igitur ait Homerum πυνθανόμενον τὸν πλοῦτον καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς Hiſpaniæ, ἐνταῦθα τὸν τῶν εὐσεβῶν πλάσαι χῶρον. Vide locum. Nec verò me movet quòd apud Euſtathium quoque πλοῦν legitur. Nam Euſtathius quidem certè πλοῦτον ſcripſerat: quod acutus lector ex ejus verbis facilè intelliget. Quis autem ita loquitur? στρατεύειν ἐπὶ πλοῦν. Jam verò quum dicit Herculem στρατεῦσαι ἐπὶ πλοῦτον Ἰβηρικὸν, intelligit τὴν ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας στρατιὰν, ut loquitur lib. III. vides in eadem re, idem eſſe ſervatum loquendi genus. Quare legendum eſt, ut dixi, πλοῦτον, non πλοῦν. *Caſaub.*

1. Καὶ αἱ τῶν Μακάρων δὲ νῆσοι) Hæc ad Homerum propriè non pertinent: [niſi qui dicat Elyſios campos & Fortunatorum inſulas idem eſſe.] Nam apud Homerum quidem, nullæ ſunt Fortunatorum inſulæ: Sed hoc addit, ut doceat mirum non eſſe, ſi Homerus vir tantus, Hiſpaniæ habuerit cognitionem, quum reliqui poetæ, qui Homerum proximè ſecuti ſunt, quorum πλάσμα ſunt iſtæ Μακάρων inſulæ, idem cognoverint. Nam quia de felicitate illarum regionum plurima, eaque mira, audiverant, ideo Beatorum inſulas ibi confixerunt. Sic hunc locum eſſe accipiendum apparet ex lib. III. & Euſtathius quoque ita accipit. Xylander ut ex ejus interpretatione apparet, non videt quò hæc pertinerent. *Idem.*

2. πρός δύσιν) Teſtatitur hoc ſcriptores quam pluximi. Quòd autem beatorum iſtas inſulas ad Septentrionem collocat Tzetzes in Heſiodum, id verò planè eſt ridiculum, nec alio quàm Tzetze dignum, aut eo, qui vaniſſimi hominis nugas tanti fecit, ut bene longam narrationem illam, in ſuas Lectiones retulerit. [Nec tamen me fugit idem cum Tzetze tradere vet. σχολ. Horatii Epod. 16.] Pomponius Mela lib. II. c. 27. *Et quo dicentur ordine ad promontorium Tauri expoſitæ, quas quidam dici putavere* Μακάρων, *ſive quòd fortunati admodum cæli ſoliquе ſunt, ſive quòd eas ſuo ſuorumque regno Macar occupaverat. In Troade Lesbos*, &c. Eadem prorſus habet Diodorus Siculus lib. V. ubi de Lesbo & vicinis inſulis loquitur. Αἵδε νῆσοι, ait, διαπνεόμεναι. Sed locum in-
D dicaſſe ſufficit. *Caſaub.*

3. Ex nomine.] *Non ſatis aſſequor quid ſibi velit: puto tamen ſenſum eſſe: ob inſularum fortunatarum propinquitatem Hiſpaniæ quoque & Africæ occiduos limites pro beata habitatione reputatos.* Xyland.

3. ἐκ δὲ τοῦ ὀνόματος δῆλον) Vocantur enim iſtæ inſulæ non Μάκαρες, (etſi Horat. Ep. XVI. 42. *divites inſulas* vocat) ſed Μακάρων νῆσοι, ſive Beatorum inſulæ, hoc eſt, quas obtinerent homines beati: Fere autem fit, ut inſulæ vicinæ continenti in poteſtate ſint eorum, qui oppoſitam oram habent. Itaque Μακάρων νήσους quum dicimus, intelligimus inſulas eorum, qui extremas continentis partes ad Oceanum occiduum incolunt: quorum quia nota erat felicitas & rerum omnium copia, ideo propinquas ipſis inſulas veteres vocarunt Beatorum inſulas. Sic interpretor locum obſcurum, & interpretibus haud intellectum. *Caſaub.*

4. Ὅτι δὲ καὶ ἡ πρὸς ταῖς ἄρκτοις) De quarta orbis

 plaga

…κανῖτις ἐστὶν, οὕτως ᾐνίξατο εἰπὼν περὶ τῆς ἄρκτου.

Iliad. σ. 489. Οἴη δ᾽ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

Διὰ μὲν γὰρ τῆς ἄρκτου, καὶ τῆς ἁμάξης, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ. 2 οὐ γὰρ ἂν τοσούτων ἀστέρων ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ περιφερομένων τῷ ἀεὶ φανερῷ, οἴην ἄμμορον εἶπε λοετρῶν Ὠκεανοῖο. 4 ὥστ᾽ * οὐκέτ᾽ ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκουσιν, ὡς μίαν ἄρκτον ἀντὶ δυοῖν εἰδότος. οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν πω, τὴν ἑτέραν ἠστροθετῆσθαι. ἀλλ᾽ ἀφ᾽ οὗ

*Lego, οὐκ εὖ vel καταγινώσκοι τίς;

A triones oram Oceano adiacere, verborum ambage ſignificavit, de urſa ſcribens;

*Excluſa Oceani prorſum eſt ſola iſta lavacris.*

Nomine enim urſæ & plauſtri, 1 Arcticum, hoc eſt, Septentrionalem circulum, notat. Neque enim cùm tot ſidera eodem in loco ſemper conſpicuo revolvantur, iſtam ſolam nunquam Oceano lavari dixiſſet. 3 Quapropter non jam imperitiæ culpari debet, ut qui loco duarum urſarum unicam habuerit cognitam: cùm probabile non ſit alterius quoque ſidus 5 jam tum quoque nuncupatum fuiſſe: ſed appareat

plaga, nimirum Septentrionali, agit: docetque hanc quoque noviſſe Homerum Oceano circumfundi. B Id colligit ex iſto Homeri loco. Οἴη δ᾽ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο. quem locum ita accipit Strabo, ut per ἄρκτον & ἅμαξαν totus arcticus circulus, qui τὰ ἀειφανῆ τῶν ἄστρων περιλαμβάνει, intelligatur. Quid ſit in ſphæra arcticus, non eſt hujus loci exponere: & vero, res vulgò nota. Homeri autem locum, obiter interpretatur Strabo, quia multi in eo exponendo & laborarunt & erratunt. *Caſaub.*

1. Arcticum, hoc eſt ſeptentrionalem circulum.] *Nimirum eum, non qui à polo Zodiaci circa polum mundi deſcribitur, & ad Zonam frigidam ſeptentrionalem finiendam adhibetur: ſed quem in ſua ſphæra Proclus exponit, Tropicis & æquatori ipſum quoque parallelum, & qui deſcribatur circa polum converſione ejus puncti Sphæræ cæleſtis, quod horizontem attingit, quâ eum in parte ſeptentrionali meridianus circulus ſecat. Eum circulum Proclus ait deſcribi à priori pede urſæ majoris in ſua habitatione. Quæcunque intra hunc circulum & polum mundi ſupra horizontem exſtantem intercipiuntur ſtellæ aut partes cœli, nunquam occidunt eo in ſitu. Itaque cum is totam (demtis poſterioris pedis non admodum nobilibus iis ſtellulis) urſam majorem includat, ſidus longè notiſſimum, non ineptè Homerus inde nomen ei fecit: videturque Proclus eundem, quem Homerus, arcticum circulum intellexiſſe, ut reſpexerint ad mediam ferè Græciam & Athenas, ubi latitudo ſeu elevatio poli eſt $37\frac{1}{2}$ circiter partium ſive graduum. Certius ſciri hoc poſſet, ſi quam prioris pedis (neque enim unica eſt) ſtellam Proclus vellet accipi, expreſſiſſet. Hodie ad eum ſitum proximè faceret ſtella quæ eſt infra dextrum genu. Sed notum eſt ſtellarum declinationes motu, quem octavæ Sphæræ vocant, inæqualiter variari: itaque ſubtilius rem hoc loco perſequi non vacat. Id quidem in promptu eſt, ſtellam hanc, quæ circulum arcticum talem deſcribat, tantum debere à polo mundi abeſſe, quantum intereſt inter horizontem & polum, hoc eſt, quanta loci eſt latitudo, cujus arcticus circulus deſcribitur. D Et quo major latitudo loci eſt, eò erit arcticus ille quoque amplior; in Sphæra recta prorſum nullus. Apud nos hic arcticus deſcribitur à ſtella, quæ in humero Bootis ſiniſtro eſt, tertiæ magnitudinis & caput Gorgonis leniter admodum excludit, & hædos in Erichthonio, ſive auriga. Itaque hæc ſub horizonte admodum exiguo ſunt tempore. Includit autem totam urſam utramque & draconem, Cepheum, & Caſſiopeam, quæ Homericus quoque arcticus, demtis pedum urſæ majoris, paucisque iis obſcuris ſtellis complectitur. atque hæc ſunt illa ſidera, quæ Homero juxtà atque urſa lavacris Oceani abſtinent. Noſter autem Arcticus præterea continet capram nobiliſſimam ac primæ magnitudinis ſtellam, & dextrum quoque aurigæ fulgentem humerum, lucidaſque Cygni, quam Vuegam barbari vocant, & in dextro latere Perſei micantem, quæ eſt iiſdem Alchenis, ſecundæ omnes magnitudinis. Quæ cum nunquam occidant, ad horas noctu indagandas & alia id genus conducunt. Sed de his plus ſatis hoc loco.* Xyland.

2. οὐ γὰρ ἂν τοσούτων) Probat, arcticum circulum, non urſarum alteram, à poeta eſſe intellectum. *Caſaub.*

3. Quapropter non jam imperitiæ culpari poteſt.] ὥστ᾽ οὐκ ἔτι ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκουσιν. ad *verbum. Non ergo jam eum imperitiæ damnant, nimirum æqui & rerum gnari lectores. Nam imperiti poterant reprehendere, quod ſolam urſam diceret nunquam occidere, cum Cynoſura quoque & Cepheus &c. nunquam occidant.* Xyland.

4. ὥστ᾽ οὐκέτ᾽ ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκουσι) Lego, οὐκ εὖ non οὐκέτι: niſi quis ita malit legere, ὥστε οὐκ ἔτ᾽ ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκοι τὶς ἄν. Sic alibi, οὐ δὴ θαυμάζοι τὶς ἄν, οὔτε τοῦ ποιητοῦ. Illud tamen malo. Caſtigat obiter eos qui poetæ rerum cœleſtium ignorantiam objiciebant, quòd in ſuperiori loco unius urſæ meminiſſet, quum ſint duæ. Reſpon- C det, Homerum urſarum alteram non nominaſſe, quia nondum ejus ſidus conſtitutum & nomine aliquo fuerat inſignitum, ἀστροθετεῖν eſt, ex multarum ſtellarum poſitura, unum aliquod ſidus (imaginem vocant Aſtrologi) conſtituere: cujuſmodi hactenus obſervarunt XLVIII. rerum cœleſtium ſtudioſi. *Caſaub.*

5. Jam tum quoque nuncupatum fuiſſe.] τὴν ἑτέραν μὴ ἠστροθετῆσθαι. *Ita legitur etiam in Aldino codice, itaque legit interpres noſter, neque is modò, ſed Cælius quoque Calcagninus, ut quidem ejus traductionem hujus loci citat Ziegletus in Sphæram Procli cap. 2. Ego tamen* μὴ *illud expunxi, cum & contra veritatem hiſtoriæ pugnet, & loci ſententiam evertat. Hiſtoriam dico, quia conſtat à Thalete Mileſio primùm Cynoſuræ ſidus fuiſſe inventum, quo in navigationibus uterentur Phœnices: quod etiam ex Callimacho demonſtrat Laertius, & eſt idem apud Hyginum atque Euſtathium. Multis autem ætatibus poſterior fuit Thales Homero. Aſtyagis Medorum, & Tarquinii Priſci Romanorum regis æqualis. Non debuit ergo Homerus culpari, qui illud ſidus* ἄρκτου *nomine non affecerit, cum aliquot pòſt ſeculis ei Thales id nominis indiderit. Sententia autem hæc eſt. Stellis non ſtatim initio, ſed ſucceſſu temporis modò his, modò aliis nomina ſunt indita, eæque notiores ut eſſent in figuras diſtributæ. Græci quia ſtellis Helices utebantur, ideò maturius eas urſæ figura ac nomine comprehenderunt, interim ſtellis Cynoſuræ & aliis in figuram nequaquam collatis, quomodo & adhuc* ἀμόρφωτοι *(ſic enim vocat etiam Ptolemæus) remanſerunt. Berenices comam (ut ex Callimacho Catullus retulit) in Ptolemæi gratiam ſidus fecit Conon, ſtellis quæ poſt helicen haud procul Leonis ſigno viſuntur, & tunc nomine carebant, eò accommodatis. ita in Adriani gratiam ſtellæ informes infra aquilam verſus ſagittarium, Antinoo ſunt attributæ. De Canopo non* admo-

ab eo tempore, quo id à Phœnicibus obſervatum, & ad dirigendas navigationes uſurpatum fuit, ejus ſideris inſtitutum etiam ad Græcos fuiſſe propagatum: quo modo etiam crinis Berenices, & Canopus ab his recepta ſunt, quibus nuper admodum ſunt facta nomina. nec non aliæ multæ ſtellæ, quæ adhuc carent nominibus, quod & Aratus fatetur. Ergo ne Crates quidem rectè ſcripſit:

*Oceani prorſum ſolus caret iſte lavacris.*

fugiens id, quod fugiendum non erat. Melior Heraclitus ac Homero convenientior, qui iisdem per urſam, arcticum circulum

A οἱ Φοίνικες ἐσημειώσαντο, καὶ ἐχρῶντο * πρὸς τὸν πλοῦν, παρελθεῖν καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας 1 τὴν διάταξιν ταύτην. ὥσπερ καὶ 2 τὸν Βερενίκης πλόκαμον, 3 καὶ τὸν Κάνωβον, 4 ἐχθὲς καὶ πρώην κατωνομασμένον. πολλοὺς δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμους ὄντας, 5 καθάπερ καὶ Ἀρατός φησιν. 6 Οὐδὲ Κράτης οὖν ὀρθῶς γράφει. Οἶος δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν, φεύγων τὰ μὴ φευκτά. Βελτίων δ' Ἡράκλειτος καὶ Ὁμηρικώτερος, 7 ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ, τὴν ἄρκτον

* Vett. εἰς τὸν πλ.

*admodum habeo quod dicam. vulgò putatur à Menelai gubernatore nomen accepiſſe, vel quod apud urbem à Menelao Canopi nomine in Aegypto conditam primùm ea ſtella videatur meridiem verſus proficiſcentibus, ut habet Euſtathius in Dionyſium; quod ſi ſit, non recens ſanè Straboni, ſed vel Homero antiquior fuit appellatio. Porrò Euſtathius Homeri locum explanans, non hanc modò cauſam affert, cur Cynoſuræ mentionem non faciens ſolam urſam neget occidere; ſed & grammaticam ſatis argutam: nempe ut particula μόνη dicatur reſpectu aliorum quæ commemoravit ſiderum, pleiadum, hyadum, atque Orionis, quæ occidere ſatis eſt notum. Jam Aratus ſtellas quaſdam adhuc nomine carere oſtendit, & aliâs, & in deſcriptione virginis*

—— Ἀλλ' ἄρα πάντες
Ἀπλόοι, ἀλλόθεν ἄλλος ἀνωνυμίῃ φορέονται.

*Ad Cratetis opinionem quod attinet, videtur is voluiſſe οἶος ſolus ad Orionem referre, ſi tamen ita imperitus fuit, ut vel Orionem, vel Booten (nam hunc Orionem hoc loco vocari cum Heſychii, tum Theonis in Aratum teſtimonio, eundem arctophylacem, Booten, & Orionem appellari affirmantis, ac τρυγητὴν, id eſt, vindemitorem, videtur poſſe doceri, tum quod Orion ſidus meridionale huc non quadrat) putaverit nunquam occidere. itaque hic amplius. Heracliti ſententia minus eſt obſcura.* Xyland.

τὴν ἑτέραν) Cynoſuram. Cynoſuræ, ait poëtæ ſcholiaſtes vetus, non Meminit Homerus, ὡς ὕστερον εὑρεθείσης ὑπὸ Θαλοῦ. Auctor Callimachus hujus ſententiæ Ejus verba ſunt, inter Fragm. Bent. 94.

Και τῆς ἁμάξης ἐλέγετο σταθμήσασθαι
Τοὺς ἀστερίσκους, ᾗ πλέουσι Φοίνικες.

Alteram autem, nempe Helicem, invenit Nauplius. Vide Arati interpretes. *Caſaub.*

1. τὴν διάταξιν ταύτην) Veteres libri tres habebant, διάστασιν: quod annotandum duxi, non ſequendum. *Idem.*

2. τὸν Βερενίκης πλόκαμον) Conon κατηστέρισε. quod præter alios teſtatur Achilles Statius. Callimachus verò eleganti elegia hoc ſidus nobilitaverat: quam Latinam fecit Catullus. *Idem.*

3. καὶ τὸν Κάνωβον) Aſtrum eſt ſplendidiſſimum, quod tendentibus verſus meridiem, Rhodi incipit apparere ἐν τῷ πηδαλίῳ τῆς Ἀργοῦς. Vide Proclum, Cleomedem, Strabonem lib. III. alios. *Idem.*

4. ἐχθὲς καὶ πρώην κατωνομασμένον) Χθὲς καὶ πρώην vulgatiſſimum apud Græcos proverbium. Dicunt & νῦν καὶ χθές. Plut. περὶ στωϊκ. ἐναντ. Οὐ γάρ τοι νῦν καὶ χθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε ζῇ πάντα. Sophocles in Antigone, οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθὲς ἀλλ' ἀεί ποτε ζῇ ταῦτα. Hoc Catullus expreſſit, non illud,

*Sordebant tibi Villice*
*Concubinæ, hodie atque heri.*

[Hoc eſt χθὲς καὶ τήμερον. Heliodorus lib. VII. extremo. Ὁ δὲ, τὸ ξένον μειράκιον ἔφη προτετίμηται ἡμῶν, καὶ χθὲς καὶ τήμερον παρεισδεδυκὸς, οἰνοχοεῖν ἐπιτέτραπται. Ariſtoteles proverbium aliter extulit, De republ. l. VII. c. x. Affine eſt loquendi genus quod uſurpat Moſes Exodi IV. 10.] *Idem.*

5. καθάπερ καὶ Ἀρατός φησιν) Veteres lib. ἔφη. Reſpicit Arati hæc verba: ——— Ἀλλ' ἄρα πάντες
Ἀπλόοι, ἄλλοθεν ἄλλος ἀνωνυμίῃ φορέονται.

B Sed aut deeſt hîc verbum, aut ὄντας pro ὄντων Attico more poſuit. *Idem.*

6. Οὐδὲ Κράτης οὖν ὀρθῶς γράφει) Ne videretur poëta alteram urſam ignoraſſe, quum dixit οἴη, locum poëtæ emendabat Crates Mallotes, inſignis ſua ætate grammaticus, qui Grammaticam primus invexit Romam. Reponebat autem οἶος pro οἴη, ut intelligeretur ὁ ἀρκτικὸς, non ἡ ἄρκτος. Sed totum Homeri locum expendamus. (Iliad. 6. 485.)

Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται
Πληϊάδας θ' ὑάδας τε, τό, τε σθένος Ὠρίωνος
Ἄρκτόν θ', ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.
Ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει.
Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

Hîc igitur pro οἴη reponit Crates οἶος, ἀρκτικὸν intelligens. Straboni hæc emendatio non probatur, nec videtur neceſſaria: quum conſtet vetuſtiſſimos illos ſcriptores ἄρκτον cùm dicerent, ſæpe non urſæ ſidus, ſed arcticum intellexiſſe. Atque hoc probat allato C Heracliti loco, ubi vocem ἄρκτος hac notione uſurpavit. Sic & Aratus interdum uſurpat: ut iſto loco,

—— Τὰ μὲν εἰς κεφαλὴν μάλα πάντα
Βάπτων ὠκεανοῖο. τὰ δ' οὐ θέμις· ἀλλὰ τά γ' αὐταὶ
Ἄρκτοι κωλύουσι.

Nam ἄρκτους hîc vocat τὸν ἀρκτικὸν κύκλον. Sanè ſi ſcripſiſſet poëta οἶος cùm arcticum vellet intelligi, ambiguè admodum & obſcurè videri poſſet locutus. Orion porro, cujus hîc poëta meminit, vel eſt Arctophylax, qui & Arcturus, & Boötes, & Icarus à nonnullis nuncupatur: vel etiam verus Orion qui inter ſigna auſtrina primus ab Arato, & Manilio, ut urſæ ὢν ἐπ' εὐθείας, & omnium maximè fulgens, recenſetur. Theon de hoc Homeri loco, Ἐν βραχεῖ γὰρ ὁ ποιητὴς ἀπὸ δύο ζωδίων ἐπισήμων, τά τε νότια καὶ τὰ βόρεια ἐδήλωσε. καὶ ὅτι ὥσπερ εὐθεῖά τίς ἐστιν ἀπὸ τῆς ὄψεως τῆς ἄρκτου μέχρις Ὠρίωνος, ἀστρονομικῶς εἰπὼν, Ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει. Atque hæc vera eſt meo judicio Homerici D loci interpretatio: quam etiam ſequitur elegantiſſimus poëta Manilius l. 1. cùm ita canit:

*Jam tum cùm Grajæ verterunt Pergama gentes,*
*Arctos & Orion adverſis frontibus ibant.*
*Hæc contenta ſuos in vertice flectere gyros:*
*Ille ex diverſo vertentem ſurgere contra*
*Obvius, & toto ſemper decurrere mundo.*

Vult docere Manilius cœli faciem non mutari, ſed eandem ſemper eſſe quæ fuit olim: id probat exemplo Orionis & Urſæ: quorum ſiderum ait eandem nunc eſſe σχέσιν, quæ fuerit belli Trojani temporibus. Unde autem Manilius eorum σχέσιν, qualis fuerit Trojani belli tempore, ſcire potuit, niſi ex hoc Homeri loco? Quare ad Homeri locum Manilius cùm iſta cecinit, ſine dubio reſpexit. *Idem.*

7. ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ τὴν ἄρκτον ὀνομάζων) Qua-

ὀνομάζων. Ἠοῦς γὰρ καὶ ἑσπέρας τέρματα ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτου οὖρος αἰθρίου Διός. ὁ γὰρ ἀρκτικός ἐστι δύσεως καὶ ἀνατολῆς ὅρος, οὐχ ἡ ἄρκτος. Διὰ μὲν δὴ τῆς ἄρκτου, ἣν καὶ ἄμαξαν καλεῖ, καὶ τὸν Ὠρίωνα δοκεύειν φησὶ, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ. 2 Διὰ δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα, 3 εἰς ὃν, καὶ ἐξ οὗ, τὰς δύσεις, καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται. εἰπὼν δὲ αὐτοῦ στρέφεσθαι, καὶ ἀμοιρεῖν τοῦ Ὠκεανοῦ, 4 οἶδεν ὅτι κατὰ σημεῖον τὸ ἀρκτικώτατον τοῦ ὁρίζοντος γίνεται ὁ ἀρκτικός. 5 Ἀκολούθως δὴ τούτῳ 6 τὸ ποιητικὸν ἁρμόσαντες, τὸν μὲν ὁρίζοντα ὀφείλομεν δέχεσθαι, 7 τὸ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως τῷ Ὠκεανῷ. τὸν δ' ἀρκτικὸν, τῆς γῆς ἁπτόμενον, ὡς ἂν πρὸς αἴσθησιν 8 κατὰ τὸ ἀρκτικώτατον τῆς οἰκήσεως σημεῖον. ὥστε καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γῆς, κλύζοιτ' ἂν τῷ Ὠκεανῷ. 9 κατ' αὐτὸν δὲ, καὶ τοὺς ἀνθρώπους οἶδε τοὺς προσβορέους.

p. 4.

A intelligit. *Terminus enim* (inquit) *auroræ & veſperæ eſt urſa: & e regione urſæ,* 1 *aura eſt ſereni Jovis.* nimirum verò non urſa, ſed arcticus circulus, limes eſt ortus atque occaſus: Ergo urſæ nomine, quam & Plauſtrum vocat, & ab ea obſervari Orionem dicit, Arcticum intelligit circulum: Oceani horizontem ſeu finitorem, in quem occaſus & è quo ortus fiant. Quod autem eodem in loco circumverti, & expertem Oceani eſſe ait, norat Arcticum circulum deſcribi ad id horizontis punctum quod ad Septentrionem omnium maximè accedit. His jam poëtæ verba, uti conſentaneum eſt, accommodantes, horizontis loco debemus ſumere id, quod in terra Oceano reſpondet:
B Arcticum autem circulum, qui terram attingat, vel ſenſus teſtimonio ea habitationis parte, quæ proximè Septentrionem eſt; itaque ea pars terræ, ſi 8 Homerico more loquaris, Oceano alluetur. Præterea maximè agnovit homines Septentrionales

Quatuor mundi cardines notare voluit Heraclitus iſtis verbis, Ἠοῦς καὶ ἑσπέρας τέρματα, ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτου οὖρος αἰθρίου Διός. Ergo ἠοῦς καὶ ἑσπέρας τέρματα, ſunt ortus & occaſus: ἄρκτος, ut explicat Strabo, circulus eſt arcticus, & locus ille in terra, quem radit & ſtringit ὡς πρὸς αἴσθησιν circulus arcticus, qui eſt cardo Septentrionalis. οὖρος autem αἰθρίου Διος eſt meridies ſive cardo unde ſpirat νότος: qui erit hoc modo αἰθρηγενέτης, ſive ſudificus. Horatius, od. 7.

*Albus ut obſcuro deterget nubila cælo*
*Sæpe Notus.*

Poëta verò Noto contrarium Boream ita ſolet appellare aut etiam Zephyrum.

Ἦλθ' ἄν μοι Ζέφυρος μέγας, αἴθριος, ἐκ Διὸς αἴσης.

Non me fugit ſummo viro non probari Strabonis ſententiam ſuper interpretatione vocis ἄρκτου apud Heraclitum: mihi verò non aliter quàm ut ſuprà dixi, videtur ille locus accipiendus. *Idem.*

1. Aura ſereni Jovis.] οὖρος *quod terminum interpres non rectè tranſtulit. Hoc autem ſignificat meridiem, & quod arcticus dicitur limes eſſe ſeu terminus ortus & occaſus, id intelligendum eſt ratione ejus puncti, quo is Horizontem attingit. id enim ſemper æquo intervallo, abeſt ab ortu & occaſu, quemadmodum id quoque, quod meridiei eſt, & e regione iſtius intelligitur.* Xyland.

2. Διὰ δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα) Veteres quum terram deſcribebant, faciebant eam rotundam, ὡς ἀπὸ τόρνου, ut ait Herodotus: ſuperiùs autem hemiſphærium ab inferiori mari diſtinguebant, quod totam terram in orbem circumdaret. Id mare Oceanum poſtea appellarunt: quæ vox licèt uſurpetur ſæpiſſimè ab antiquiſſimis poëtis, Homero, & Heſiodo; videtur tamen Herodoti temporib. parum adhuc fuiſſe cognita. Is enim lib. II. diſertè ait nullum ſibi notum eſſe Oceanum: & lib. IV. Geographos ſuæ ætatis dum reprehendit, id quoque notat. Cæterum Oceanum uſurpaſſe veteres pro horizonte, notant & grammatici, quorum hæc ſunt: Ὠκεανός ἐστι κύκλος διχάζων ἐννοηματικῶς τὴν οὐρανίαν σφαῖραν κατὰ ἰσότητα τοῦ τῆς γῆς ἐπιπέδου, καὶ τέμνων διχῆ κατ' ἐπίνοιαν αὐτὸν, εἴς τε τὸ ὑπὲρ γῆν, καὶ εἰς τὸ ὑπὸ γῆν ἡμισφαίριον, καὶ διὰ τοῦτο ὁρίζων λεγόμενος. [Homerus verò & alii poëtæ Oceanum fluvium indigitant: quod pulcherrima allegoria poſſe exponi docet philoſophus lib. I Meteorol. c. 9. Idem Ariſtoteles eos qui terram ſua ætate deſcribebant, ita fere ut Herodotus reprehendit Meteorolog. lib. 2. cap. 5.] *Caſaub.*

3. εἰς ὃν, καὶ ἐξ οὗ) Oceanus ſive Horizon, duo efficit: Occulit enim is, & oſtendit nobis ſidera occidentia & orientia. Volunt tamen grammatici oceanum à præſtantiori effectu nomen inveniſſe: quippe dictum eſſe τὸν Ὠκεανὸν, ὡς διὰ αὐτοῦ τῶν ἀστέρων ὠκέως ἄνω γινομένων. Obiter obſervabis elegans σχῆμα τῆς λέξεως in verbis Strabonis. εἰς ὃν καὶ ἐξ οὗ τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται. Cic. III. in Catilinam, *Urbem & cives integram incolumeſque ſervari.* Falluntur autem ſummi viri qui hoc σχῆμα cum chiaſmo
C confundunt. *Idem.*

4. οἶδεν ὅτι κατὰ σημεῖον τὸ ἀρκτικώτατον τοῦ ὁρίζοντος) Hæc eſt arctici definitio. Eſt enim ὁ ἀρκτικὸς κύκλος, ὁ μέγιστος τῶν ἀεὶ θεωρουμένων κύκλων, ὁ ἐφαπτόμενος τοῦ ὁρίζοντος καθ' ἓν σημεῖον. Hanc arctici definitionem fuiſſe poëtæ cognitam, ait Strabo. *Idem.*

5. ἀκολούθως δὴ τούτῳ) Poſtquam de expoſitione carminis Homerici quid ſit ſentiendum, docuit, redit nunc ad inſtitutum priùs ſermonem, docetque Homerum cognoviſſe Septentrionalem quoque partem Oceano circumfundi. *Idem.*

6. τὸ ποιητικὸν ἁρμόσαντες) Manuſſ. προσαρμόσαντες. *Idem.*

7. τὸ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως τῷ ὠκεανῷ) Veteres codd. habent, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς. quæ lectio mihi magis placet. Ita igitur locus legendus & interpungendus: τὸν μὲν ὁρίζοντα ὀφείλομεν δέχεσθαι, τὸν ἐπὶ τῆς γῆς, οἰκείως τῷ ὠκεανῷ. Explicat Strabo quomodo terræ ſint accommodanda quæ canit poëta de cœlo: Sumatur igitur
D pro horizonte terreſtri id, quod reſpondet in terra Oceano Homerico, quem diximus eſſe horizontem: nimirum mare ipſum, quod tellurem totam ambit, ut ille Homericus Oceanus totum cœlum, & ſimiliter vocatur Oceanus. Jam verò ſumamus arcticum circulum, eum, qui (ut quidem ſenſui videtur) terræ præterradit punctum illud, quod omnium maximè ad Septentrionem accedit. Cùm igitur ait poëta arcticum non tingi Oceano, ſatis indicat ſtatuere ſe ibi eſſe Oceanum, id eſt mare, quo reliqua ſidera, quæ non ἐμπεριλαμβάνεται τῷ ἀρκτικῷ, omnia tingantur. Ὁρίζοντα τὸν ἐπὶ τῆς γῆς dixit, ut infrà ζωδιακὸν τὸν ἐν τῇ γῇ & lib. II. τὸν ἐπὶ γῆς τροπικόν. *Idem.*

8. κατὰ ἀρκτικώτατον) Manuſſ. ἀρκτικώτερον. Minùs probo. *Idem.*

9. Homerico more.] κατ' αὐτὸν. δὲ *autem particula quæ ſequebatur, à me eſt expuncta, niſi quis*

poſt

quos nominatim quidem non appellat, A (cùm ne hodie quidem commune iis univerſis nomen ſit impoſitum.) ſed vitæ degendæ ratione eos deſcribit, 1 incertis eos ſedibus vagari dicens, & ſplendidos equarum mulctores, lacte veſcentes, inopeſque vocans. Aliàs quoque Oceano terram in orbem ambiri innuit, ita fante Junone,

*Namque abeo fines terræ inſpectura feracis,*

*Oceanumque Deûm primordia.* ——

omnibus finibus ejus Oceanum eſſe adjunctum dicens: extremi autem fines circulo eam ambiunt. Et in armorum fabricatione, in ora clypei Achillis rotundi Oceanus circumponitur. Ad eandem ſolertiam pertinet, quòd affluxus B & refluxus Oceani non ignoravit, 7 Oceano refluentis appellationem tribuens, & ibi,

*Térque die allidit fluctus, totiéſque reſorbet.*

quòd enim non ter, ſed bis æſtus maris quotidie accidit, in eo aut aberravit à vero narratio, aut in ſcriptura mendum eſt: certè æſtum maris voluit ſignificare poëta. Quin & id, quòd Oceanum 10 leniter fluentem appellat, affluxum æſtus marini exprimit, leniter accedentem, & non omnino impetuoſum. Poſidonius

A μάλιστα, οὓς ὀνομαστὶ μὲν οὐ δηλοῖ. (οὐδὲ γὰρ νυνί πω κοινὸν ὄνομα αὐτοῖς κεῖται πᾶσι) τῇ διαίτῃ δὲ φράζει, Νομάδας αὐτοὺς ὑπογράφων καὶ ἀγαυοὺς ἱππημολγοὺς, γαλακτοφάγους ἀβίους τε. 2 Καὶ ἄλλως δ' ἐμφαίνει τὸ κύκλῳ περικεῖσθαι τῇ γῇ τὸν Ὠκεανὸν, ὅταν οὕτω φησὶν ἡ Ἥρα·

Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης, Iliad. ξ. 200.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν·

τοῖς γὰρ πέρασι πᾶσι συνήθη λέγει τὸν Ὠκεανόν· * 3 τὰ δὲ ἔσχατα πέρατα κύκλῳ περίκειται· 4 ἔν τε τῇ ὁπλοποιΐᾳ τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος κύκλῳ περιτίθησι τὸν Ὠκεανὸν ἐπὶ τῆς ἴτυος. 5 Ἔχεται B δὲ τῆς αὐτῆς φιλοπραγμοσύνης καὶ τὸ μὴ ἀγνοεῖν τὰ 6 περὶ τὰς πλημμυρίας τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ τὰς ἀμπώτεις, ἀψόρροον Ὠκεανοῖο 8 λέγοντα· καὶ,

* Vetus lectio. τὰ δὲ πέρατα κύκλῳ. Iliad. σ. 606.

Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ. Odyſſ. μ. 105.

καὶ γὰρ εἰ μὴ τρὶς, ἀλλὰ δὶς, 9 τάχα τῆς ἱστορίας παραπεσούσης, ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης· ἀλλ' ἥγε προαίρεσις τοιαύτη. καὶ τὸ ἐξ ἀκαλαρρείταο δὲ, ἔχει τινὰ ἔμφασιν τῆς πλημμυρίδος ἐχούσης 11 τὴν ἐπίβασιν πραεῖαν, καὶ 12 οὐ τελέως ῥοώδη. 13 Ποσειδώνιος δὲ καὶ ἐκ τοῦ

*poſt* ἀνθρώπους *demum eam reponi velit, quod non improbo.* Xyland.

9. κατ' αὐτὸν δὲ, καὶ τοὺς ἀνθρώπους οἶδε) Legendum & diſtinguendum cum veteribus libris, κλύζοιτ' ἂν τῷ ὠκεανῷ κατ' αὐτόν. Καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ οἶδε. C Docet etiam idiomata regionum Septentrionalium nota fuiſſe Homero: affertque in eam rem poëtæ locum ex Ιλ. ν. quem locum tractat cum cura lib. VII. *Caſaub.*

1. Incertis ſedibus eos vagari.] νομάδας. *quod paſcendo pecori aſſuetas ineptè vertit interpres, cum ſint*: Quorum plauſtra vagas ritè trahunt domos, *ut Horatius eleganter expreſſit* 3. Od. 24. v. 10. *ideoque* ἁμάξοικοι *à Strabone infrà lib.* 7. *vocantur. Homeri locus eſt Iliadis xiij. & conferri cum his poſſunt Euſtathiana.* Xyland.

2. καὶ ἄλλως δ' ἐμφαίνει) Probat ex alio poëtæ loco, noviſſe eum terram Oceano circumfundi. Nam cùm omnibus πέρασι συνήθη dicat Oceanum: ſunt autem πέρατα, quæ ἔσχατα κύκλῳ περίκειται, maniſeſtiſſimum eſt ſenſiſſe eum terram mari eſſe circumdatam. *Caſaub.*

3. τα δὲ ἔσχατα πέρατα κύκλῳ περίκειται] Veteres D codd. vocem ἔσχατα non agnoſcunt: nec prior interpres τὸ, πέρατα. quod cenſeo retinendum, quum illud videatur abeſſe poſſe. *Idem.*

4. Ἔν τε τῇ ὁπλοποιΐᾳ] Tertium eſt argumentum, quo idem probat. De Heſiodo idem aliquis jure dicat: Nam ejus ſunt hæc in deſcriptione Scuti Herculis, v. 314.

Ἀμφὶ δ' ἴτυν ῥέεν Ὠκεανὸς πλήθοντι ἐοικώς.
Πᾶν δὲ συνεῖχε σάκος πολυδαίδαλον. *Idem.*

5. Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς φιλοπραγμοσύνης] Oceani quoque æſtus poëtæ fuiſſe cognitos probare aggreditur. φιλοπραγμοσύνην vocat ſtudium ac cupiditatem cognoſcendi res quàm plurimas. Vet. codd. habent πολυπραγμοσύνης: quam lectionem confirmat Polybii hic locus è l. v. Ἐκ τῆς ἱστορίας καὶ πολυπραγμοσύνης περιποιεῖσθαι τὴν τοιαύτην ἐμπειρίαν. Parum refert utro modo legas: Nam ut docet Ariſtoteles, πολυπραγμοσύνης & φιλοπραγμοσύνης vocibus, idem ſignificatur. Et l. XIV. φιλομαθίαν perſpicuè uſurpat pro πολυμαθείᾳ, ſive ſtudio rerum multarum cognoſcendarum, quando Pythagoram in Ægyptum eſſe profectum refert φιλομαθίας χάριν. [Sic φιλονοσεῖν dicunt eum, qui æger eſſe ſolet. uſus ea voce Alciphron in epiſtolis.] *Idem.*

6. περὶ τὰς πλημμυρίας] Vett. lib. πλημμυρίδας: & ita legendum. *Idem.*

7. Oceano refluentis appellationem.] ἀψορρόου. *cum alibi, tum Odyſſ. υ. 65. ubi Euſtathius in ſe redeuntem ambita terra interpretatur.* Xyland.

8. λέγοντα] Scripti lib. λέγοντι. *Caſaub.*

9. τάχα τῆς ἱστορίας παραπεσούσης] Vett. lib. παραπεσόντος. videlicet τοῦ ποιητοῦ. Nihil cenſeo mutandum. Idem alibi repetit eſſe vel γραφικὸν ἁμάρτημα vel ἱστορικόν: idque ex Polybii ſententia. Nam Strabo infrà hoc eodem libro ſummâ dexteritate locum poëtæ explicat. *Idem.*

10. Leniter fluentem.] ἀκαλαρρείτην *ſic etiam Euſtathius accipit Iliad.* η. 422. *atque ibidem* βαθυῤῥους *vocatur. Fluvium autem vocat Oceanum Homerus Iliad.* ξ. 245. *& in fine Odyſſ.* λ. *Atque initio ſequentis libri, qui locus à Strabone eſt adductus.* Xyland.

11. τὴν ἐπίβασιν πραεῖαν] Nam veteribus, ἄκαλον erat quod πρᾶον. Heſych. *Caſaub.*

12. οὐ τελέως ῥοώδη) non ita impetuoſam, ut quum per anguſtos locos ruit magis quàm fluit. Thucydid. IV. 24. de freto Siculo, ἐσπίπτουσα ἡ θάλαττα ἐς αὐτὸ, καὶ ῥοώδης οὖσα, εἰκότως χαλεπὴ ἐνομίσθη. *Idem.*

13. Ποσειδώνιος δὲ καὶ ἐκ τοῦ) Poſidonius ut probaret Homero fuiſſe cognitos Oceani æſtus, duorum locorum teſtimonio utebatur: alter eſt, Οδ. μ. ubi ſic loquitur poëta,

* καμπτομένους. in mſſ. malè.

σκοπέλους λέγειν ὅτε μὲν * καλυπτομένους, τοτὲ A δὲ γυμνουμένους, καὶ ἐκ τοῦ, ποταμὸν φάναι τὸν Ὠκεανὸν, εἰκάζει τὸ ῥοῶδες αὐτοῦ τὸ ἐπὶ τὰς πλημμυρίδας ἐμφανίζεσθαι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον εὖ, τὸ δὲ δεύτερον οὐκ ἔχει λόγον. οὔτε γὰρ ποταμίῳ ῥεύματι [1] ἔοικεν ἐπίβασις τῆς πλημμυρίδος· πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ ἀναχώρησις οὐ τοιαύτη· [2] Ο, τε τοῦ Κράτητος λόγος διδάσκει τὶ πιθανώτερον· βαθύῤῥουν μὲν γὰρ καὶ ἀψόῤῥοον λέγει, ὁμοίως δὲ καὶ ποταμὸν τὸν ὅλον Ὠκεανόν· λέγει δὲ καὶ μέρος τοῦ Ὠκεανοῦ τὶ ποταμὸν, καὶ ποταμοῖο ῥόον, οὐ τοῦ ὅλου, ἀλλὰ τοῦ μέρους, ὅταν οὕτω φησιν,

Odyſſ. μ. initio.

B
Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον Ὠκεανοῖο
Νηῦς, ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο.

οὐ γὰρ τὸν ὅλον, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ Ὠκεανῷ τοῦ ποταμοῦ ῥόον μέρος ὄντα τοῦ Ὠκεανοῦ· ὅν φησιν ὁ Κράτης ἀνάχυσίν τινα καὶ κόλπον ἐπὶ τὸν νότιον πόλον ἀπὸ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ διήκοντα. τοῦτον γὰρ δύναιτ' ἄν τις ἐκλιπὼν, ἔτι εἶναι ἐν τῷ Ὠκεανῷ· τὸν δὲ ὅλον ἐκλιπόντα ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὅλῳ, οὐχ οἷόν τε. Ὅμηρος δέ γε οὕτω φησὶ, ποταμοῖο λίπεν ῥόον, ἀπὸ δ' ἵκετο κῦμα θαλάσσης· ἥτις οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν, ἀλλὰ Ὠκεανός. γίνεται οὖν, ἐὰν ἄλλως δέχῃ, ἐκβὰς ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ, ἦλθεν εἰς τὸν Ὠκεανόν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν C μακροτέρας ἐστὶ διαίτης. [3] Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς πείρας ληπτέον. πανταχῆ γὰρ [4] ὁπῇ ποτ' οὖν ἐφικτὸν γέγονεν ἀνθρώποις ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς προελθεῖν, εὑρίσκεται θάλαττα, ἣν δὴ καλοῦμεν Ὠκεανόν. Καὶ ὅπου δὴ αἰσθήσει λαβεῖν οὐχ ὑπῆρξεν, [5] ὁ λόγος δείκνυσι. τὸ μὲν γὰρ ἑωθινὸν πλευρὸν τὸ κατὰ τοὺς Ἰνδοὺς, καὶ τὸ ἑσπέριον, τὸ κατὰ τοὺς Ἴβηρας, καὶ τοὺς Μαυρουσίους,

A vehementiorem aſſluxum augeſcentis maris eo etiam innuiſſe Homerum putat, quod ſcopulos memoravit modò occultatos, modò detectos, & quòd fluvii nomine Oceanum aſſecit. quorum prius rectum eſt, poſterius nihil habet rationis. Nam neque incremento maris aqua ita accedit, ut curſui fluminis ea acceſſio ſit ſimilis: & receſſio adhuc etiam magis ei diſſimilis eſt. Cratetis expoſitio quippiam habet probabilius. Nam & toti Oceano vocabula profunde ac retro fluentis, atque fluvii attribuit Homerus: & partem quandam Oceani fluvium, fluminiſque fluxum appellat, non de toto, ſed parte Oceani loquens, his verbis.

*Navis, ut Oceani primùm eſt egreſſa fluenta,*
B *Atque maris vaſti tumidas devenit in undas:*

ſignificans non totum Oceanum, ſed decurſum fluminis in Oceano, qui defluxus pars eſt Oceani. Hunc Crates ait refuſam quandam paludem ac ſinum eſſe, qui ab hyberno tropico uſque ad polum meridionalem pertineat: hanc ſanè egreſſus aliquis, adhuc poſſit eſſe in Oceano: ut autem è toto egreſſus aliquis adhuc ſit in toto, fieri nullo pacto poteſt. Homerus autem dicit, — *fluvii eſt egreſſa fluentum*, & — *atque maris devenit in undas.* quod mare non eſt niſi Oceanus. Nam ſi aliter interpreteris, hoc conficietur, ut Oceano egreſſus Oceanum dicatur intraſſe. C Sed hæc prolixioris ſunt diſputationis. Cæterùm terram, quæ habitatur, eſſe inſulam, primò omnium ſenſu & experientia docemur. Ubicunque enim unquam conceſſum fuit hominibus ad fines uſque terræ progredi, mare invenitur, quod Oceanum nominamus, & ubi ſenſu hoc deprehendere non licuit, ratio idem demonſtrat. Latus enim Orientale, quod eſt apud Indos, & Occiduum, quod eſt juxta Hiſpanos & Mauruſios,

Ἦτοι ὅτ' ἐξεμέσειε λέβης ὡς ἐν πυρὶ πολλῷ
Πᾶσ' ἀναμορμύρεσκε κυκωμένη· ὕψοσε δ' ἄχνη
Ἄκροισι σκοπέλοισιν, ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἔπιπτε
Ἀλλ' ὅτ' ἀναβρόξειε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ
Πᾶσ' ἔντοσθε φανέσκε.

Nam quod ſcopulos iſtos modo nudari, modo oculis eripi ait poeta, Poſidonius de maris acceſſu ac receſſu id interpretabatur: Atque hoc Straboni probatur. Alter locus eſt, ubi Oceanus à poëta vocatur fluvius, ut Ιλ. ξ.

Ῥεῖα κατευνήσαιμι καὶ ἂν ποταμοῖο ῥέεθρα
Ὠκεανοῦ, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Sed hoc Strabo improbat. Æſtus namque maris adeo nihil habet cum fluviorum aeſtu commune, ut prorſus ſit, δὶς διὰ πασῶν. qua de re infra pluribus. *Idem.*

1. ἔοικεν ἐπίβασις τῆς πλημμυρίδος ) Elegantior eſt vetus lectio, ἔοικεν ἡ τῆς πλημμυρίδος ἐπίβασις. *Idem.*

2. ὅ, τε τοῦ Κράτητος λόγος ) Cratetis ſententia plana eſt. Vide Euſtathium ad finem Οδ. λ. *Idem.*

D

3. Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσος ) Ut probaret poëtam Geographiæ principem fuiſſe, docuit hactenus, ita ab eo terram deſcribi quaſi magnam aliquam inſulam, quæ ab omni parte Oceano ſit circumfuſa. Nunc docet, rem ita ſe habere: & poëtam, quum ita ſentit, rectè ſentire. Id primum probat ἐκ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς πείρας: deinde affert alia argumenta probabilia. Porro hanc fuiſſe veterum de terra quam incolimus ſententiam, ſatis, credo, vel pueri ſciunt. Non defuere tamen, qui è contrario mare quaſi magnum lacum in ſuo ſinu contineri putarent. Sanè Ptolemæus σύῤῥοιαν Oceani vehementer improbat. *Idem.*

4. ὁπῇ ποτ' οὖν ) Sic legendum cum vett. lib. non ὅπου. In iiſdem legitur παρελθεῖν, pro προελθεῖν. & mox, Καὶ ὅπου δὲ τῇ, pro ὅπου δή. *Idem.*

5. ὁ λόγος δείκνυσι ) ratio probabilis ſuadet: nulla neceſſaria demonſtrat. Cum enim extrema terrarum undique fere nota ſint, id eſt, aqua cingi terram notum ſit, præter illud exiguum intervallum, quod navigari hactenus non potuit, vero perquàm ſimile

A undiquaque circumnavigatur, & magna pars cum Meridionalis, tum Septentrionalis lateris. Reliquum, quod ideò navigatum nondum eſt, quia nulli invicem occurrerunt, qui è contrariis partibus profecti circumvecti navibus fuiſſent, non eſt multum: quod intelligitur ſi quis utrimque inter ſe conferat intervalla eorum locorum, ad quæ nobis pervenire licet. Atque conſentaneum non eſt, pelagus Atlanticum eſſe bimare, & quod adeò anguſtis dirimatur iſthmis, qui obſtent ne circumiri navibus poſſit: confluere in ſeſe, & eſſe continuum, multo eſt credibilius. Nam qui circumnavigare fruſtra aggreſſi ſunt, ii non dicunt, ſe, ne in alteram partem penetrarent, impeditos B fuiſſe obiectu alicujus terræ continentis, ſed navigabili haud ſecius mari ſe ob penuriam rerum & ſolitudinem retrò averſos. Jam qui Oceano accidunt affluxus atque refluxus, iis hæc ſententia noſtra meliùs congruit. Ubique enim modus mutationum, incrementi decrementique idem eſt, aut non multum varians: quaſi motu iſto ab uno mari, unaque cauſa profecto. Neque fidem meretur Hipparchus, eo hanc impugnans ſententiam, quòd neque ubique eadem Oceano accidant, neque ut hoc detur, inde efficiatur Atlanticum mare in ſe refluere atque in orbem redire: priùs teſtimonio Seleuci Babylonii confirmat. Nos verò majo- C rem partem quæſtionis de Oceano & æſtu ad Poſidonium atque Athenodorum rejicimus, qui de his abundè diſputaverunt. In præſentia id modò dicimus, ſententiam noſtram meliùs congruere & ad accidentium ſimilitudinem tuendam, & quod cœleſtia melius contineri poſſint exhalationibus marinis, ſi humor copioſior

A περιπλεῖται πᾶν, καὶ ἐπὶ πολὺ τοῦτε Νοτίου μέρους, καὶ τοῦ Βορείου· τὸ δὲ λειπόμενον, ἄπλουν ἡμῖν μέχρι νῦν, τῷ μὴ συμμῖξαι μηδένας ἀλλήλοις τῶν ἀντιπεριπλεόντων, οὐ πολὺ, εἴ τις συντίθησιν [1] ἐκ τῶν παραλλήλων διαστημάτων, τῶν ἐφικτῶν ἡμῖν. Οὐκ εἰκὸς δὲ, διθάλαττον εἶναι [2] τὸ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικὸν, ἰσθμοῖς διειργόμενον οὕτω στενοῖς, τοῖς κωλύουσι τὸν περίπλουν· ἀλλὰ μᾶλλον σύρρουν, καὶ συνεχές. Οἵτε γὰρ περιπλεῖν ἐπιχειρήσαντες, εἶτα ἀναστρέψαντες, οὐχ ὑπὸ ἠπείρου τινὸς [3] ἀντιπιπτούσης, τὸν ἐπέκεινα πλοῦν ἀνακρουσθῆναι φασὶν, ἀλλὰ B ὑπὸ ἀπορίας, καὶ ἐρημίας, οὐδὲν ἧττον τῆς θαλάττης ἐχούσης τὸν πόρον. [4] Τοῖς τε πάθεσι τοῦ Ὠκεανοῦ τοῖς περὶ τὰς ἀμπώτεις, καὶ τὰς πλημμυρίδας ὁμολογεῖ τοῦτο μᾶλλον. πάντη γοῦν * ὁ αὐτὸς τρόπος τῶν τε μεταβολῶν ὑπάρχει, καὶ τῶν αὐξήσεων, καὶ μειώσεων, [5] ἢ οὐ πολὺ παραλλάττων· ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς πελάγους τῆς κινήσεως ἀποδιδομένης, καὶ ἀπὸ μιᾶς αἰτίας. Ἵππαρχος δ' οὐ πιθανός ἐστιν, ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ, ὡς οὔθ' ὁμοιοπαθοῦντος τοῦ Ὠκεανοῦ πανταχοῦ, οὔτ' εἰ δοθείη τοῦτο, ἀκολουθοῦντος αὐτῷ * τοῦ σύρρουν εἶναι πᾶν τὸ κύκλῳ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικόν. πρὸς τὸ μὴ ὁμοιοπαθεῖν μάρτυρι χρώμενος Σελεύκῳ τῷ Βαβυλωνίῳ. Ἡμεῖς δὲ τὸν C μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τῶν πλημμυρίδων εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ Ἀθηνόδωρον, [6] ἱκανῶς διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον· πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπὶ τοσοῦτον λέγομεν, ὅτι πρός τε τὴν ὁμοιοπάθειαν οὕτω βέλτιον νομίσαι· [7] τά τε οὐράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον ταῖς ἐντεῦθεν ἀναθυμιάσεσιν, εἰ πλεῖον

* Vulg. αὐτὸς

* Vulg. τὸ

p. 6.

ſimile eſt (ait Strabo) id quod nondum eſt exploratum, cingi & ipſum Oceano. Philoſophus ut hoc ipſum probet, nempe externum mare συνάπτειν, aliam affert rationem, ſed oppidò quàm infirmam. Sic ille lib. II. c. 14 de Cælo. διὸ τοὺς ὑπολαμβάνοντας συνάπτειν τὸν περὶ τὰς ἡρακλείους στήλας τόπον τῷ περὶ τὴν Ἰνδικὴν, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἶναι τὴν θάλατταν μίαν, μὴ λίαν ὑπολαμβάνειν ἄπιστα δοκεῖν· λέγουσι δὲ τεκμαιρόμενοι καὶ τοῖς ἐλέφασι, &c. *Idem.*

1. ἐκ τῶν παραλλήλων διαστημάτων, τῶν ἐφικτῶν ἡμῖν,) Sic libro VII. de mari Germanico loquens, ait navigantibus in Oceano orientem verſus, occurrere τὰ κατὰ τὸν Βορυσθένην, & τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τοῦ Πόντου: atque hoc poſſe intelligi ait ἐκ τῶν παραλλήλων διαστημάτων. Vide locum. *Idem.*

2. τὸ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικὸν) Mare Atlanticum quoties legis apud Strabonem, Oceanum intellige: ſic enim loqui ſolet poſt Eratoſthenem: quem & Cicero ſequitur in Somnio: licet Mela, & plerique omnes Atlanticum mare, non Oceanum, ſed ejus tantum partem occiduam appellari tradant. *Idem.*

3. ἀντιπιπτούσης, τὸν ἐπέ-) Debemus reſtitutionem hujus loci veteribus lib. Legendum enim, ἀντιπιπτούσης καὶ κωλυούσης τὸν ἐπέκεινα πλοῦν: cum vulgata lectio ne Græca quidem ſit. *Idem.*

4. Τοῖς τε πάθεσι) Aliud argumentum, ad aſtruendam τὴν τοῦ πελάγους σύρροιαν. Si varia eſſent maria, etiam æſtus ratio eſſet diverſa ac varia. atqui eadem eſt ubique· itaque idem eſt quoque mare. *Idem.*

5. ἢ οὐ πολὺ παραλλάττων) Revera παραλλάττει ac variat nonnullis in locis, ut in mari Balteo. *Idem.*

D

6. ἱκανῶς διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον] qui abundè ſatis firmis argumentis evicerunt id ita eſſe. Poſidonium de Oceano accuraté ſcripſiſſe etiam ex libro ſequenti diſcimus. *Idem.*

7. τά τε οὐράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον] Affert aliud argumentum ad probandam Oceani σύρροιαν. Nolo, inquit, ſuper hoc pluribus diſputare: tantum dicam, quòd & ὁμοιοπάθεια, de qua dictum modò, id ſuadet: & hoc amplius, ἡ τῶν οὐρανίων συνέχεια. Nam cum alantur ſidera maris Atlantici exhalationibus, probabilior eſt eorum ſententia, qui nullis Iſthmis ejus tenorem frangi putant: quòd ſic plus erit aquæ, & plus exhalationum ex aquis orietur ad alenda ſidera. Memineris lector, Strabonem ex ſuæ αἱρέσεως principiis diſputare. Stoïcus enim fuit, non Academicus Strabo. Stoïcorum autem dogma erat, relatum à M. Tullio, & aliis ſexcentis; Ali corpora

εἴη τὸ ὑγρὸν περικεχυμένον. 1 Ὥσπερ οὖν τὰ ἔσχατα καὶ τὰ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης οἶδε, καὶ φράζει σαφῶς ὁ ποιητής, οὕτω καὶ τὰ τῆς θαλάττης τῆς ἐντός. Περιέχει γὰρ ταύτην, 2 ἀπὸ στηλῶν ἀρξαμένῳ, Λιβύη τε, καὶ Αἴγυπτος, καὶ Φοινίκη· ἑξῆς δὲ ἡ πέραξ τῆς Κύπρου· εἶτα Σόλυμοι, καὶ Λύκιοι, καὶ Κᾶρες· μετὰ δὲ τούτους ἡ μεταξὺ Μυκάλης, καὶ τῆς Τρῳάδος ἠϊών, καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, 3 ὧν ἁπασῶν μέμνηται· καὶ ἐφεξῆς τῶν περὶ τὴν Προποντίδα, καὶ τοῦ Εὐξείνου τὰ μέχρι Κολχίδος, καὶ τῆς Ἰάσονος στρατείας. Καὶ μὴν 4 καὶ τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον οἶδε, τοὺς Κιμμερίους εἰδώς, (οὐδήπου τὸ μὲν ὄνομα τῶν Κιμμερίων εἰδώς, αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν) 5 οἳ κατ' αὐτόν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ, 6 μέχρις Ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γῆν τὴν ἐκ Βοσπόρου πᾶσαν· αἰνίττεται γοῦν καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν, ζοφῶδες ὄν, καὶ ὥς φησιν,

Odyſſ. λ. 15.

> 7 Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
> Ἠέλιος Φαέθων ἐπιλάμπεται ἀκτίνεσσιν,
> Ἀλλ' * ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται.

* ἐπινὺξ in vett. lib.

Γνωρίζει δὲ καὶ τὸν Ἴστρον, μεμνημένος γε τοῦ Μυσῶν ἔθνους Θρᾳκίου παροικοῦντος τὸν Ἴστρον. Καὶ μὴν καὶ τὴν ἑξῆς παραλίαν * πᾶσαν οἶδε, Θρᾳκίαν

* Reſtituimus vocem hanc ex vett. lib.

A circumfundatur. Enimvero ſicut extrema & in orbem terræ circumdata novit Homerus atque perſpicuè indicat, ita mare quoque internum. Id, ſi 2 à columnis ſumas initium, continent Africa, Ægyptus, & Phœnice: deinde terra, quæ Cyprum circumdat, tum Solymi, Lycii, Cares: poſtea litus quod eſt inter Mycalen & Troadem, inſulæque ante id ſitæ, quarum omnium mentionem facit: ſicut & eorum, quæ ſunt circa Propontidem & Euxinum, uſque ad Colchidem, & quâ Jaſon expediti nem fecit. Cimmericum etiam Boſporum novit, ac Cimmerios ipſos, non nomen modò eorum, qui ipſius ætate aut paulò B antè à Boſporo incurſiones in omnes ad Ioniam uſque regiones fecerunt. Inclinationem quoque regionis quam incolebant Cimmerii, per ambages ſignificat; caliginoſam ſcilicet: cùm ita ſcribit,

> *Hos aër nebulæque tegunt: neque ſplendidus unquam*
> *Illuſtrat radiis illos & lumine Titan,*
> *Sed triſtes noctis ſeſe extendêre tenebræ*
> *Deſuper.*

Iſtrum quoque notat, mentionem faciens Myſorum, quæ eſt gens Thracica Iſtrum accolens. Oram quoque maritimam, quæ ſubſequitur, Thraciam

C cœleſtia, aquarum exhalationibus. Nihil igitur cauſæ erat cur Xylander, vir eruditus, de hujus loci obſcuritate quereretur: minùs etiam cauſæ erat, cur diceret ex pleriſque diſputationibus Strabonis poſſe intelligi eum fuiſſe Peripateticum: quo nihil potuit dici à docto viro alienum magis à veritate. Ac miror equidem cum non ſemel profiteatur Strabo ſe auſpiciis Zenonis militare, tamen id Xylandro perſuadere eum nequiviſſe. Iam quod ad diſputationes attinet: exemplo ſit ea, quæ eſt præ manibus. Sumit Strabo quaſi certum; Ali ſidera aquarum exhalationibus: & erat nimirum ratum id apud Stoïcos, cujus familiæ unus hic alumnus. Vide Ciceronem, Laërtium, Porphyrium, alios. Quid Peripatus? Audiamus philoſophum, hanc opinionem irridentem, atque adeo ridiculorum eſſe hominum aſſerentem. Locus eſt Μετεωρ. lib. II. c. 2. Διὸ καὶ γελοῖοι πάντες, ὅσοι τῶν πρότερον ὑπέλαβον τὸν ἥλιον τρέφεσθαι τῷ ὑγρῷ. Meminit & alibi. *Idem.*

1. ὥσπερ οὖν τὰ ἔσχατα) Lege cum vett. ὥσπερ δέ. D Tranſit ad novum argumentum, quo demonſtrat peritiam Homeri rerum Geographicarum; Mare, inquit, internum, non minus quam externum, novit poëta, quod ex eo intelligere eſt, quòd gentes, quibus id mare prætexitur, pleraſque omnes commemoret. *Idem.*

2. A columnis.) *Perobſcurus eſt locus, qui hunc antecedit. Hîc autem loquitur de columnis, quas vocant, Herculis, quâ mare Atlanticum à Gadibus inter Africam & Hiſpaniam verſus ortum ſolis irrumpens, uſque ad Phœniciam porrigitur &c. De Cimmeriorum eruptione vide Herodotum libro primo, c. 15. 16. ubi de Ardye Gygis F. loquitur, cujus ætate ea facta eſt. Fuit is Joſiæ æqualis regis Iudæorum, ac Tulli Hoſtilii & Anci Romanorum regum. Sub hoc ad Palæſtinam uſque progreſſos Scythas, eſt in Chronica Euſebii. De* C *Homero ad Plutarchum diximus quæ de ætate ejus habeantur, cum quibus hic locus faciè poteſt comparari. Quibus autem locis Homerus ſingulas commemoret regiones, urbes, amnes, & alia, in progreſſu Strabonem ſecuti aperiemus.* Xyland.

2. ἀπὸ στηλῶν ἀρξαμένῳ) Vett. quatuor codd. habebant ἀρξαμένη. quam lectionem minus probo: quum vulgata lectio infinitis prope locis hujus operis confirmetur. *Caſaub.*

3. ὧν ἁπαςῶν μέμνηται) Lego, ἁπάντων: ut non ad inſulas tantum referatur, ſed ad ea omnia, quæ ſunt enumerata. *Idem.*

4. καὶ τὸν Κιμμερικὸν βόσπορον) quæ eſt mediterranei maris pars. De Cimmeriis, eorumque in Aſiam eruptione, lege Herodotum. Contigiſſe eam ante Homeri ætatem, infrà auctoritate Chronographorum confirmat Strabo. *Idem.*

5. οἱ κατ' αὐτὸν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ.) Sic loquitur, cùm hîc tum libro tertio, quia de tempore, quo vixerit Homerus, non conſtat inter auctores. D Nam ut alios miſſos faciam, Herodotus à ſe ipſo diſſentit ac variat: qui quum lib. II. c. 53. ſcribat vixiſſe Homerum & Heſiodum annis ante ætatem ſuam quadringentis, non amplius: tamen in libro de Homeri vita ſic ſcriptum reliquit. Ἀφ' οὗ δὲ Ὅμηρος ἐγένετο ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια εἰκοσιδύο μέχρι τῆς Ξέρξεω διαβάσεως, niſi alterutro loco eſt ἡ γραφὴ διημαρτημένη. quod doctiſſimos viros exiſtimare, cum hæc ſcripſiſſem, animadverti. *Idem.*

6. μέχρις Ἰωνίας ἐπέδραμον) Cur dicat ἐπέδραμον ſcire licet ex Herodoto: qui lib. I. c. 6. ait Cimmeriorum hanc in Ioniam expeditionem, non fuiſſe καταστροφὴν πολίων, ſed ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγήν. *Idem*

7. Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι) Solet Strabo Homeri verba interdum ita proferre, ut ſuo tamen ſermoni ea accommodet: Quare cum præcedat ζοφῶδες

nimirum ad Peneum uſque memorat, Pæonas nominans, & Athon, & Axium, & ante hæc ſitas inſulas. Sequitur ora Græciæ maritima uſque ad Theſprotos, quam univerſam commemorat. Extrema etiam Italiæ cognita habet, 2 Temeſam nominans & Siculos. Itémque Hiſpaniæ fines, & eorum felicitatem, ut recens docuimus. Quòd autem quædam intervalla apparent in medio, id venia dignum eſt: cùm is etiam, qui deſcribendam ſibi terram ex profeſſo ſumit, multa minuta prætermittat. Ignoſcendum quoque eſt, quòd iis quæ hiſtoricè & ad docendum accommodatè narrat, fabuloſa quædam attexit. neque culpandum hoc. Non enim verum eſt quod Eratoſthenes dicit, nullum poëtam docendo, omnes delectando gratiam captare. Contrarium enim prudentiſſimi eorum, qui de poëtica aliquid locuti ſunt, pronunciaverunt, quippe eam eſſe primam quandam philoſophiam. Sed alio loco plura contra Eratoſthenem diſſeremus, ubi & rurſus de poëta nobis ſermo erit. Nunc hæc dixiſſe ſufficiat, ut doceremus Homerum Geographiæ eſſe principem. Illuſtres ſunt etiam qui eum ſecuti ſunt, viri magni nominis & philoſophiæ familiares. Quorum duos poſt Homerum primos Eratoſthenes ait fuiſſe Anaximandrum 7 Thaletis diſcipulum, atque civem, & Hecatæum Mileſium: quorum ille primus Geographicam ediderit tabulam, hic ſcriptum reliquerit, cujus ipſum eſſe auctorem ex cæteris ejus ſcriptis probetur. Nam id multi dixerunt,

A ὄσαν, μέχρι Πηνειοῦ· Παίονάς τε ὀνομάζων, καὶ Ἄθω, 1 καὶ Ἀξιὸν, καὶ τὰς προκειμένας τούτων νήσους. Ἑξῆς δέ ἐστιν ἡ τῶν Ἑλλήνων παραλία, μέχρι Θεσπρωτῶν, ἧς ἁπάσης μέμνηται. Καὶ μὴν καὶ τὰ τῆς Ἰταλίας ἄκρα οἶδε, 2 Τεμέσην καλῶν, καὶ Σικελούς· καὶ τὰ τῆς Ἰβηρίας ἄκρα, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν αὐτῶν, ἣν ἀρτίως ἔφαμεν. Εἰ δέ τινα ἐν τοῖς μεταξὺ διαλείμματα φαίνεται, συγγνοίη τις ἄν· 3 καὶ γὰρ ὁ γεωγραφῶν ὄντως 4 πολλὰ παρίησι τῶν ἐν μέρει. Συγγνοίη δ' ἄν, καὶ εἰ μυθώδη τινὰ * προσπέπλεκται τοῖς λεγομένοις ἱστορικῶς, καὶ διδασκαλικῶς· καὶ οὐ δεῖ μέμφεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἀληθές B ἐστιν ὅ φησιν Ἐρατοσθένης, ὅτι ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, 5 οὐ διδασκαλίας χάριν· τἀναντία γὰρ οἱ φρονιμώτατοι τῶν περὶ ποιητικῆς τι φθεγξαμένων, πρώτην τινὰ λέγουσι φιλοσοφίαν τὴν ποιητικήν. Ἀλλὰ πρὸς Ἐρατοσθένη μὲν αὖθις ἐροῦμεν διὰ πλειόνων· ἐν οἷς καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ πάλιν ἔσται λόγος. 6 Νυνὶ δὲ ὅτι μὲν Ὅμηρος τῆς * γεωγραφικῆς ἦρξεν, ἀρκείτω τὰ λεχθέντα. Φανεροὶ δὲ καὶ οἱ ἐπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι, καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας· ὧν τοὺς πρώτους μεθ' Ὅμηρον, δύο φησὶν Ἐρατοσθένης 3 Ἀναξίμανδρόν τε, Θαλοῦ γεγονότα 7 γνώριμον, 8 καὶ πολίτην, καὶ Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον C 9 τὸν μὲν οὖν ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα. τὸν δὲ Ἑκαταῖον 10 καταλιπεῖν γράμμα, 11 πιστούμενον ἐκείνου εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς· 12 Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ πρὸς

* Vett. lib. περιπλέκεται

p. 7.

* Vett. γεωγραφίας

φῶδές ὂν, legendum arbitror κεκαλυμμένον. Mutare tamen quicquam nolui: præſertim ob ea, quæ ſequuntur. *Idem.*

1. καὶ Ἀξιὸν) Vett. cod. Ἀξὸν. perperam: Vide ad l. VII. *Caſaub.*

2. Temeſam & Siculos.) *Error interpretis annotatus jam antè eſt ab aliis. & de eâ dicemus libro 6. Siculorum mentio eſt ſub finem Ulyſſeæ xx* Xyland.

3. καὶ γὰρ ὁ γεωγραφῶν ὄντως) Scribe, καὶ γὰρ καὶ ὁ γεωγρ. *Caſaub.*

4. πολλὰ παρίησι τῶν ἐν μέρει) Ex lib. 1. γεωγρ. ὑφηγ. Ptolem. ſcire licet quænam ſint ea, quæ tutò prætermittere queat (aut debeat potius) geographus. Inde etiam intelliges hos Strabonis libros admixtum quid habere χωρογραφίας τῇ γεωγραφίᾳ. Sed & Χωρογράφον cum γεωγράφῳ paſſim confundit, quos multum inter ſe differre docet Ptolem. *Idem*

5. Οὐ διδασκαλίας χάριν) Vox χάριν non eſt τοῦ ποιητοῦ: id eſt, nec Strabonis nec Eratoſthenis, cuius verba referuntur. Eam igitur ὀβέλιζε. quæ melius infrà ubi eadem Eratoſthenis verba repetuntur abeſt. Interpres vero qui putat dici poſſe Græcè στοχάζεσθαι χάριν ψυχαγωγίας, aut διδασκαλίας, errat errorem non ferendum *Idem.*

6. Νυνὶ δὲ ὅτι μὲν Ὅμηρος τῆς γεωγραφικῆς ἦρξεν) Concluſio eſt eorum omnium, quæ hactenus ſunt diſputata, ab illo loco, Καὶ πρῶτον ὅτι ὀρθῶς. Tranſit deinde ad probationem reliquæ partis argumenti primi. *Idem.*

7. Thaletis diſcipulum.) γνώριμον. *vel ex Suida conſtat Anaximandrum fuiſſe Thaletis diſcipulum,* μαθητὴν, *pro quo hîc ponitur* γνώριμος. *Sic Cicero Lucullo. Benè autem noſſe Carneadem Metrodorus putabatur, de Oratore. l. c. 11. atque hæc de Carneade dicuntur, quem audivit Metrodorus. Poſſem hoc ſexcentis aliis docere teſtimoniis, ſed non eſt hujus id inſtituti. Hoc ipſo libro (ut unum ſaltem adducam) Bio Zenonis diſcipulus,* γνώριμος *dicitur.* Xyland.

7. γνώριμον) Γνώριμοι, diſcipuli, & ut Suidas explicat, φοιτηταί, Heſychius, γνώριμοι, μαθηταί. *Caſaub.*

D 8. καὶ πολίτην) Nam uterque Mileſius. Laërtius. *Idem.*

9. τὸν μὲν οὖν ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα) Laërtius ait Anaximandrum omnium primum γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον edidiſſe. *Idem.*

10. καταλιπεῖν γράμμα) In epitome, σύγγραμμα. Citatur paſſim Hecatæi περιήγησις ſive περίοδος Ἀσίας καὶ Εὐρώπης. *Idem.*

11. πιστούμενον) Manuſſ. πιστευόμενον, & ita lege. Quod autem ait, ἐκ τῆς γραφῆς apparere non falsò fuiſſe Hecatæo attributum eum librum qui terræ deſcriptionem continebat, Eratoſthenem ſequitur. Nam alii aliter ſentiebant: Athenæus 11. 27. autem refert, fuiſſe id opus à Callimacho, in recenſu omnium ſcriptorum, alii quam Hecatæo tributum *Idem.*

12 Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ πρὸς ταῦτα πολυμαθείας) Secundum argumentum explicare & confirmare aggredi-

ταῦτα πολυμαθείας, εἰρήκασι συχνοί. Εὖ δὲ καὶ Ἵππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη διδάσκει, ὅτι παντὶ καὶ ἰδιώτῃ, καὶ τῷ φιλομαθοῦντι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας προσηκούσης, ἀδύνατον λαβεῖν, [1] ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων, καὶ τῆς τῶν ἐκλειπτικῶν τηρήσεων ἐπικρίσεως. [2] οἷον Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, [3] πότερον ἀρκτικωτέρα Βαβυλῶνος ἢ νοτιωτέρα, λαβεῖν * οὐχ οἷόν τε, οὐδ' ἐφ' ὁπόσον διάστημα, χωρὶς [5] τῆς διὰ τῶν κλιμάτων ἐπισκέψεως. Ὁμοίως τὰς πρὸς ἕω παρακεχωρηκυίας, ἢ πρὸς δύσιν μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐκ ἂν γνοίη τις ἀκριβῶς, [6] πλὴν ἢ διὰ τῶν ἐκλειπτικῶν Ἡλίου καὶ Σελήνης συγκρίσεων. [7] οὗτος δὲ δὴ τοιαῦτα φησίν. [8] ἅπαντες ὅσοι τόπων ἰδιότητας λέγειν ἐπιχειροῦσιν, οἰκείως προσάπτονται, καὶ τῶν οὐρανίων, [9] καὶ γεωμετρίας σχήματα, καὶ μεγέθη, καὶ ἀποστήματα, καὶ κλίματα δηλοῦντες, καὶ θάλπη, καὶ ψύχη, καὶ ἁπλῶς τὴν τοῦ περιέχοντος φύσιν· ἐπεὶ καὶ [10] οἶκον κατα-

Vett. ὐχ ὧς τε.

A ad has res multiplici opus eſſe rerum cognitione. Præclarè etiam Hipparchus in iis, quæ adverſus Eratoſthenem ſcripſit, docet, cum Geographicæ hiſtoria omnem, tam illiteratum, quàm diſciplinis eruditum deceat, eam tamen abſque obſervatione rerum cœleſtium, & defectuum Solis ac Lunæ parari nullo modo poſſe. Verbi gratia, Alexandrea, quæ in Ægypto eſt, ad Septentrionesne an ad Auſtrum, magis Babylone inclinet, 4 & ad quantum ſpacium, deprehendi non poteſt ſine conſideratione rationis climatum. Similiter, quæ verſus Orientem aut Occidentem magis minùſve ſint ſita, exactè ſciri ſine comparationibus Solis & Lunæ B eclipticis nequit. Atque ibidem in hanc diſſerit ſententiam: Quicunque locorum proprietates aggrediuntur explicare, propriè eò accommodant expoſitionem cœleſtium rerum, Geometricarum delinationum, magnitudinum, & intervallorum ac inclinationum, calorum, frigorum, denique conſtitutionis ac naturæ aëris: quando & domum ædificaturus

greditur: Id erat, Geographiam abſque rerum quàmplurimarum cognitione parari non poſſe. Hipparchi primum rationibus utitur: deinde ſuas ipſe profert. *Idem.*

1. ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων καὶ τῆς τῶν ἐκλ.) Vide ad hunc locum, quæ docet Ptolemæus lib. 1. ὑφηγ. cap. ſecundo, & ſeq. Ait autem diligenti obſervatione opus eſſe τῶν οὐρανίων & τῶν ἐκλείψεων: utriuſque mox proponit exemplum: Nam quod de latitudine regionum dignoſcenda per obſervationem climatum additur, pertinet ad prius membrum: quod de longitudine, ad poſterius. *Idem.*

2. οἷον Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ) Manuſſ. τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ, quam lectionem, & rei veritas, & conſuetudo loquendi familiaris Straboni confirmant. Infrà eodem lib. Ἡμῶν δ' ἐπιδημούντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ. *Idem.*

3. πότερον ἀρκτικωτέρα Βαβυλῶνος ἢ νοτιωτέρα) Ex obſervationibus Ptolemæi facile id intellectu. Latitudo Alexandriæ ab eo ponitur graduum XXXI. Babylonis XXXV. Auſtralior igitur Alexandria totis gradibus IV. *Idem.*

4. Et ad quantum ſpacium.] ἐφ' ὁπόσον διάστημα. *Non quæritur quot ſtadia interſint inter Alexandream & Babylonem, quod falsò poſuit interpres, ſed quæ ſit harum urbium ſitus latitudinis differentia, ut in ſcholis loqui receptum eſt, hoc eſt, cum neutra ſit ſub æquatore ſita, utra earum magis verſus ſeptentriones (nam in hanc partem declinant) ab eo diſtet, & ad quot* D *partes circuli maximi. Id quod ratione climatum deprehendi verum eſt, & quibus ea diſtinguuntur parallelorum. Latitudo Alexandreæ partium 31. eſt minor 4. partibus, quarum 360 integrum circulum explent quam Babylonis, ubi polus noſter elevatur gradibus 35. & ſub parallelo 10 hæc, illa ſub 8 ponitur. Longitudines autem locorum, quæ ad occaſus & ortus diſcrimen referuntur, comparandi per eclipſium obſervationes ratio eſt expeditiſſima, ut fatentur Mathematici, qui tamen alios quoque hujus rei quaſi* δευτέρους πλοῦς *excogitarunt, hic non referendos. Alexandreæ longitudo eſt 60. 30. Babylonis 79. ut in promtu ſit colligere, hanc à Meridiano fortunatarum inſularum multo abeſſe, quam illam, longius. Hæc autem longitudinum & latitudinum comparatio cum totius eſt Geographiæ, tum & diſtantiæ locorum inveniendæ fundamentum.* Xyland.

5. τῆς διὰ τῶν κλιμάτων] Utraque urbs in eodem ſita eſt climate, nempe III. qui διὰ Ἀλεξανδρείας nuncupatur: differentia à varietate parallelorum pendet. *Caſaub.*

6. πλὴν ἢ διὰ τῶν ἐκλειπτικῶν ἡλίου καὶ σελήνης συγκρίσεων] Nam etſi eodem momento ubique apparet, ἡ ἔκλειψις: tamen non apparet ubique κατὰ καιροὺς C ὁμωνύμους: nec eadem eſt tunc temporis ubique ſeu diei ſeu noctis hora. Quibus igitur in locis major pars vel diei vel noctis fuerit tunc peracta, ii loci intelliguntur eſſe orienti propiores. Exempla pete è Plinio lib. ſecundo, cap. LXX. & Ptolemæo, Ὑφηγ. lib. primo, cap. IV. *Idem.*

7. οὗτος δὲ δὴ τὸ αὐτὰ φησὶν] Lege, οὗτος τὲ δή. Sic lib. XIII. οὗτος τὲ δὴ ὀνόματος ἠξίωται. nec bene vett. codd. οὐ δὲ δή. *Idem.*

8. ἅπαντες ὅσοι] Poſt allatas Hipparchi rationes, nunc alias incipit aſſerre. Senſus hujus periodi eſt: Cùm igitur Hipparchus hoc ait, (quod videlicet jam dixi) tum omnes ita ſentiunt, ut nimirum exponam mox. Legendum autem, ἅπαντες δὲ ὅσο: quam levem mendam non animadvertens interpres peccat graviter. Exiſtimat enim etiam, quæ ſequuntur, ex Hipparcho aſſerri: quod non puto. *Idem.*

9. καὶ γεωμετρίας σχήματα] Ita edidimus, quia hanc diſtinctionem ſecutus eſt interpres. Legendum verò, προσάπτονται καὶ τῶν οὐρανίων καὶ γεωμετρίας, σχήματα, καὶ μεγέθη, καὶ ἀποστήματα καὶ κλίματα δηλοῦντες. In vett. lib. verba illa, καὶ μεγέθη καὶ ἀποστήματα, deſiderabantur: fortaſſe non malè. Senſus eſt, eos, qui locorum ἰδιότητας deſcribere, ſive χωρογραφεῖν inſtituunt, cogi ſaltem leviter τὰ οὐράνια & τὴν γεωμετρίαν attingere, dum ſitum, figuram, magnitudinem, diſtantiam ab aliis locis, ac partium inter ſe σχέσιν declarant. Paullo poſt ait, qui ſcripſere Λιμένας & Περίπλους nec adhibuere, quæ erant ἐκ τῶν οὐρανίων, καὶ τῶν μαθημάτων addenda, reliquiſſe ἀτελῆ τὴν ἐπίσκεψιν. Aliter Ptolemæus ſentire videtur, qui pronuntiat τῇ χωρογραφίᾳ οὐ δεῖν μεθόδου μαθηματικῆς. *Idem.*

10. ὁ κὸν κατασκευάζων οἰκοδόμος] Vitruvius lib. VI. c. I. *Hæc autem ita erunt rectè diſpoſita, ſi primò animadverſum fuerit, quibus regionibus, aut quibus inclinationibus mundi conſtituantur. Namque aliter Ægypto, aliter Hiſpa-*

ſiber hæc antè proſpiciat, & urbem condens architectus · nedum totum terrarum orbem animo concipiens vir. nam multo magis huic ea conveniunt. Nam in exiguis ſpaciis non magnam parit diverſitatem verſus Septentrionem aut Meridiem inclinatio. In univerſo terræ habitabilis circulo, verſus Septentrionem ſunt uſque ad extrema Scythiæ vel Celticæ: verſus meridiem inclinant uſque ad ultimos Æthiopas: in hoc permultum eſt diſcriminis: itémque plurimum intereſt apud Indóſne habitetur, an apud Hiſpanos: quorum alteros maximè Orientales, maximè Occidentales alteros, 3 ac quodammodo hos illorum antipodas eſſe ſcimus. Quæ hujus ſunt generis omnia, cùm ſolis aſtrorumque reliquorum converſionem, nec non motum verſus centrum principii loco habeant, ſuſpicere nos ad cœlum iubent, & ad ea quæ in cœlo unicuique noſtrûm apparent: in quibus ſanè magna admodum pro diverſitate habitationum conſpiciuntur diſcrimina. Quis ergo differentias locorum rectè & ſufficienter docere atque explicare poſſit, horum omnium ne parumper quidem habita ratione? etenim ſi inſtitutum hoc, utpote civilius, non fert horum omnium exactam indagationem, certè tantam convenit adhibere, quantam civilis homo poteſt conſequi. Porrò qui animum ſuum iam eò uſque extulit, is nequaquam ab univerſæ terræ deſcriptione ſe abſtinebit. Ridiculum enim videtur, qui auſus ſit cœleſtia attingere, iiſque in docendo uti, eum

A σκευάζων οἰκοδόμος ταῦτα ἂν προορῷτο, 1 καὶ πόλιν κτίζων ἀρχιτέκτων. 2 μή τι γε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκουμένην ἀνήρ· πολὺ γὰρ τούτῳ προσήκει μᾶλλον. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς μικροῖς χωρίοις, τὸ πρὸς ἄρκτους τι ἢ πρὸς νότον κεκλίσθαι, παραλλαγὴν οὐ πολλὴν ἔχει· ἐν δὲ τῷ παντὶ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης, πρὸς ἄρκτον μὲν τὸ μέχρι τῶν ὑστάτων ἐπὶ τῆς Σκυθίας, ἢ τῆς Κελτικῆς· μέχρι δὲ τῶν ὑστάτων Αἰθιόπων, τὰ πρὸς νότον· τοῦτο δὲ παμπολλὴν ἔχει διαφοράν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ παρ' Ἰνδοῖς οἰκεῖν, * ἢ Ἴβηρσιν. ὧν τοὺς μὲν ἑῴους μάλιστα, τοὺς δὲ ἑσπερίους, 3 τρόπον δέ τινα καὶ ἀντίποδας ἀλλήλοις ἴσμεν. B Πᾶν δὲ τὸ τοιοῦτον ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων * ἀστέρων κινήσεως τὴν ἀρχὴν ἔχον, 4 καὶ ἔτι τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς, ἀναβλέπειν ἀναγκάζει πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα παρ' ἑκάστοις ἡμῶν, τῶν οὐρανίων· ἐν δὲ τούτοις ἐξαλλάξεις ὁρῶνται παμμεγέθεις τῶν οἰκήσεων. Τίς ἂν οὖν διαφορὰς τόπων ἐκτιθέμενος, καλῶς καὶ ἱκανῶς διδάσκοι, μὴ φροντίσας τούτων μηδενὸς μηδ' ἐπὶ μικρόν; Καὶ γὰρ εἰ μὴ δυνατὸν, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὴν τοιαύτην ἅπαντα ἀκριβοῦν, διὰ τὸ εἶναι πολιτικωτέραν, τόγε ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον 5 καὶ τῷ πολιτικῷ παρα- C κολουθεῖν δυνατὸν, προσήκοι ἂν εἰκότως. Ὁ δ' οὕτω μετεωρίσας ἤδη τὴν διάνοιαν, οὐδὲ τῆς ὅλης ἀπέχεται γῆς· φαίνεται γὰρ γελοῖον, εἰ τὴν οἰκουμένην γλιχόμενος σαφῶς ἐξειπεῖν, τῶν μὲν

* Vett. ἢ παρ' Ἰβ. p. 8.

* MSS. ἄστρων.

*Hiſpania, non eodem modo Ponto, diſſimiliter Romæ, item cæteris terrarum & regionum proprietatibus oportere videntur conſtitui genera ædificiorum. Quod alia parte Solis curſu premitur tellus, alia longe ab eo diſtat, alia per medium temperatur.* Pertinent eôdem, quæ ex Juliano architectonico profert Harmenopulus lib. II. *Idem.*

1. καὶ πόλιν κτίζων ἀρχιτεκτων] Vide præcepta hac de re apud Ariſtotelem Πολιτικῆς lib. VIII. cap. XI. & Vitruvium lib. I. cap. IV. *Idem.*

2. μή τι γε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκουμένην ἀνήρ.] nedum Geographus. Sic lib. II. μή τι γε τὴν ὅλην οἰκουμένην τοποθετῶν. Heſychius, μή τι γε, πόσῳ γε μᾶλλον. ſæpius tamen legas μὴ ὅτι γε. *Idem.*

3. Ac quodammodo hos illorum antipodas.) *Hæc verba quin ad comparationem Indorum atque Hiſpanorum pertineant, dubium eſſe diligenter inſpicienti poteſt nemini. Interpres ineptè ea ita tranſtulit, ac ſi in genere hîc affirmaret Strabo, eſſe Antipodes: quos ullos eſſe poſt Lactantium* III. 24. *etiam D. Auguſtinus* Civ. D. XVI. 9. *aliquando negavit. Itaque Apianus in ſua Coſmographia hujus loci teſtimonio Antipodes adſtruit. Sed illud quodammodo,* τρόπον τινὰ, *non eſt de nihilo additum. nam non ſtatim* ἀντίποδας *dici prohibent, quos longitudinis maximum intervallum dividit, cùm poſſint vel antoeci eſſe, ſi in eodem parallelo ſint, demto æquatore, vel alioquin non in unius lineæ circulum axis inſtar dimetientis extremitatibus ſeu polis duobus ſiti eſſe. ſed ea de re alios conſule.* Xyland.

3. Τρόπον δὲ τινὰ καὶ ἀντίποδας ἀλλήλοις ἴσμεν] ait τρόπον τινὰ, quia nec totis CLXXX. gradibus longitudinis à ſe invicem ſint diſſiti Indi Hiſpanique: nec propriè Antipodes vocari poſſunt, qui ſint in eadem εὐκράτῳ. Ἀντίποδας enim definiunt τοὺς ἐν τῇ ἀντευκράτῳ τὸ ὑπὸ γῆς ἔχοντας κλίμα, &c. *Caſaub.*

3. ἅπαντα, τὰ μὲν πρὸς τὴν ὄψιν, τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει γνωρίζειν ἅπαντα) Qui hunc locum non animadverterunt eſſe corruptum, mirum non eſt non eum intellexiſſe. Eſt autem ita legendum, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα κατὰ τὰς, &c. διαφέροντα ἀπαντᾷ, τὰ μὲν πρὸς τὴν ὄψιν, τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει, γνωρίζειν ἅπαντα. Non peto, inquit, tantam in homine politico rerum cœleſtium cognitionem, ut rationem, omnium quæ de corporib. cæleſtibus demonſtrari à mathematicis ſolent, omniumque mutationum quæ, ſive in ſpeciem tantùm, ſive etiam re vera contingunt, horum, inquam, omnium rationem poſſit reddere. Ergo legendum ἀπαντᾷ, non ἅπαντα. quod ratione ulla ferri non poteſt. Sic uſus eſt eodem verbo infra, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἀπαντᾷ, id eſt: συμβαίνει, videre eſt: & item alibi. *Idem.*

4. τὰ μὲν πρὸς τὴν ὄψιν) Mutato orizonte mutatur & cœli facies: Novæ apparent ſtellæ, quæ priùs videri poſſe deſinunt. Exempli gratia, Canopus in Græcia non videtur: Rhodi videri incipit. Sic de aliis. *Idem.*

5. τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει) Nam mutato orizonte natura locorum alia atque alia reperitur: ut ſi quis ab Ægypto proficiſcatur in Britanniam. *Idem.*

6. οὐ μὴν οὐδ' οὕτως) Quod facit Ariſtoteles primo Ethicorum, ut explicet, quis ſit idoneus ad percipienda, quæ in ethicis libris docentur: id hoc loco facit Geographus. *Idem.*

7. καὶ ἀργὸν) Tam ignavum & ab omni rerum honeſtarum cura alienum, qualis videlicet fuit Margites Homericus. Id genus homines, vocant Græci ἐπιδιφρίους. Juſtinianus in Novella de Teſtibus. καὶ μή τινας ἐπιδιφρίους μηδὲ χαμερπεῖς μηδὲ παντοίως ἀσήμους ἐπὶ μαρτυρίαν ἰέναι: Grammatici, ἐπιδίφριος, ἀργὸς, γυναικώδης, [ſumptum ab iis, qui artes ſedentarias exercent: quos vocant Græci ἐπιδιφρίους καὶ βαναύσους. *Idem.*

8. Climatum & ventorum.] κλιμάτων καὶ ἀνέμων, *fortè* ἡμέρων, *dierum: non ventorum. neque enim ſolis declinatio ventorum cauſa eſt, aut unum clima non niſi peculiarem unum ventum habet. Sed diei* D *quem artificialem vocant ortu & occaſu ſolis in tuſi diverſam quantitatem locis declinatio à metis, intra quas ſolis curſus vertitur, efficit.* Xyland.

8. Κλιμάτων τε καὶ ἀνέμων) Si quid eſſet mutandum, quod videtur Xylandro, legerem non ut ille καὶ ἡμερῶν, ſed καὶ ἀέρων. Ἀέρας vocant Græci qualitatem locorum ac regionis. Sic lib. XVII. λυπρότητα τόπων καὶ ἀέρων dicit: Et ita apud Vitruvium 1. c. 1. aëres locorum. *Diſciplinam verò*, ait, *medicinæ noviſſe oportet, propter inclinationes cœli, [quæ Græci* κλίματα *dicunt &] aëres locorum.* ubi vides κλίματα & ἀέρας conjungi. Quare, uti dixi, ſi quid mutandum eſſet, ita potiùs legendum cenſerem. Sed non placet ut quicquam mutetur. Nam ſic iterum hoc ipſo libro κλίματα & ἀνέμους conjunctim poſuit. & libro ſecundo ita ſcribit: ἀντὶ τῶν κύκλων τῶν [illegible] παραλλήλων

Qui enim hæc, & quæ de horizontibus arcticis, aliiſque rebus in prima mathematum inſtitutione traduntur, non rectè intelligit, quomodo is aſſequatur ea, quæ hîc diſputantur? & qui rectam, circumductamve lineam, qui circulum ignorat, & globoſam ſuperficiem, aut planiciem, & qui in ipſo cœlo neque ſeptem ſtellas urſæ majoris cognitas habet, neque harum rerum quicquam, is aut prorſus eſt ab hac tractatione alienus, aut in præſentia ſaltem: priuſque ea diſcere debet, ſine quibus ad Geographiam non eſt aptus. Omnino autem hunc commentarium communem oportet eſſe, 5 & civilibus hominibus commodum, & in publicum utilem, quemadmodum & ſcriptionem hiſtoriæ. Nam & hîc civilem vocamus, non qui prorſum ſit ineruditus, ſed qui 6 diſciplina circulari & liberalibus ac philoſophantibus uſitata, ſit inſtitutus. Nam qui nullum virtuti ac prudentiæ, ac iis, quibus iſta explicantur, rationibus ſtudium impendit, is neque vituperare quicquam rectè, neque laudare, neque judicare poteſt quænam facta ſint digna memoria. Sic ii qui portus & circumnavigationes quas vocant deſcripſere, imperfectam tractationem reliquerunt, non adjunctis quæ è mathematis ac cœleſtium orbium doctrina erant annectenda. Quamobrem nos, poſtquam 9 hiſtoricos compoſuimus commentarios, utiles (ut quidem arbitramur) ad moralem ac civilem philoſophiam, hoc quoque opus addere ſtatuimus: eſt enim ejuſdem formæ, & 10 ad eoſdem pertinet viros, maximè qui in aliquo ſunt faſtigio collocati. Tum quo

A Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ περὶ τοὺς ὁρίζοντας, καὶ τοὺς ἀρκτικοὺς, καὶ ὅσα ἄλλα 1 κατὰ τὴν πρώτην ἀγωγὴν τὴν εἰς τὰ μαθήματα παραδίδοται, 2 κατανοήσας τις ἄλλως, πῶς δύναται παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις ἐνταῦθα; ὅ, τε μηδ' εὐθεῖαν γραμμὴν, ἢ περιφερῆ, μηδὲ κύκλον εἰδὼς, μηδὲ σφαιρικὴν ἐπιφάνειαν, ἢ ἐπίπεδον, μηδ' ἐν τῷ οὐρανῷ, μηδὲ τοὺς ἑπτὰ τῆς μεγάλης ἄρκτου ἀστέρας καταμαθὼν, μηδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων μηδὲν, ἢ οὐκ ἂν δέοιτο τῆς πραγματείας ταύτης, ἢ οὐχὶ νῦν· ἀλλ' ἐκείνοις ἐντυχὼν πρότερον, 3 ὧν χωρὶς οὐκ ἂν εἴη γεωγραφίας οἰκεῖος. 4 Ἁπλῶς δὲ, κοινὸν εἶναι τὸ σύγγραμμα τοῦτο δεῖ, καὶ πολιτικὸν B καὶ δημωφελὲς ὁμοίως, ὥσπερ καὶ τὴν τῆς ἱστορίας γραφήν. Κἀκεῖ δὲ πολιτικὸν λέγομεν, οὐχὶ τὸν παντάπασιν ἀπαίδευτον, ἀλλὰ τὸν μετασχόντα τῆς τε ἐγκυκλίου καὶ συνήθους ἀγωγῆς τοῖς ἐλευθέροις, καὶ τοῖς φιλοσοφοῦσιν· οὐδὲ γὰρ ἂν οὔτε ψέγειν δύναιτο καλῶς, οὔτ' ἐπαινεῖν, οὐδὲ κρίνειν ὅσα μνήμης ἄξια τῶν γεγονότων, ὅτῳ μηδὲν ἐμέλησεν ἀρετῆς, καὶ φρονήσεως, καὶ τῶν εἰς ταῦτα λόγων. Οὕτως δὲ καὶ 7 οἱ τοὺς λιμένας καὶ τοὺς περίπλους καλουμένους πραγματευθέντες, ἀτελῆ τὴν ἐπίσκεψιν ποιοῦνται, μὴ προστιθέντες ὅσα ἐκ τῶν μαθημάτων, καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων, * ἃ 8 συνάπτειν προσῆκε. C Διόπερ ἡμεῖς πεποιηκότες ὑπομνήματα ἱστορικὰ χρήσιμα, ὡς ὑπολαμβάνομεν, εἰς τὴν ἠθικὴν καὶ πολιτικὴν φιλοσοφίαν, ἔγνωμεν προσθεῖναι καὶ τήνδε τὴν σύνταξιν· ὁμοειδὴς γὰρ καὶ αὐτὴ, καὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς. Ἔτι

* Suſpectus locus.

*καὶ τῶν μεσημβρινῶν, οἷς τά τε κλίματα καὶ τοὺς ἀνέμους διασαφοῦμεν.* qui locus vulgatam lectionem apertè confirmat. *Idem.*

1. *κατὰ τὴν πρώτην ἀγωγὴν*] Vocat *πρώτην ἀγωγὴν* quum traduntur initia harum ſcientiarum: hujuſmodi libellos vocant Latini *Inſtitutiones*: Græci Εἰσαγωγὰς, Στοιχειώσεις & Ὑποτυπώσεις: itemque Ἐγκυκλίων μαθημάτων. Strabo ἐγκύκλιον ἀγωγήν. *Idem.*

2. *κατανοήσας τις ἄλλως* Si quis male hæc animo conceperit. Ignorantia duplex eſt: una, quum res prorſus ignoratur: ea vocatur *κατὰ ἀπόφασιν*: altera, quum res non ignoratur, ſed perperam ſcitur: ea eſt *κατὰ διάθεσιν* de priori ſuperiùs dixit: nunc alteram tangit. Utramque Homerus ſuo Margiti elegantiſſimis verſibus tribuiſſe videtur: priorem intellexit, cùm dixit,

*τὸν δ' οὔτ' ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα,*
*οὔτ' ἄλλως τι σοφόν.*

poſteriorem elegantiſſimè ita expreſſit:

*Ὃς γ' ἠπίστατο πολλὰ, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα.* *Id.*

3. *ὧν χωρὶς οὐκ ἂν εἴη γεωγραφίας οἰκεῖος*) Sic Ariſtoteles, *διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος.* *Id.*

4. *Ἁπλῶς δὲ*) Confert Geographiam cum hiſtoria: ac ſimul in utraque parte ſtudium commemorat: *Idem.*

5. Et civilibus hominibus) *καὶ τὸ πολιτικὸν*, *τὸ* *abundabat ita ut ſenſui quoque officeret.* Xyland.

6. Diſciplina circulari. ) *ἐγκυκλίου ἀγωγῆς.* *Sic vocat, qua informantur & erudiuntur etiam ii, qui exquiſitam ſcientiam non quærunt, neque totos ſe ſtudiis philoſophicis mancipant, ſed ſatis habent utcunque non prorſus omnium liberalium artium eſſe ignari. Qualis ferè hodiè plerorumque in ſcholis verſantium eſt conatus. Ex hoc loco ſatis apparet, quale genus fuerit librorum & diſputationum ἐγκυκλίων, quorum meminit* 1. *de Cœlo, &* 1. *ad Nicom. atque alibi Ariſtoteles.* Idem.

7. *οἱ τοὺς λιμένας καὶ τοὺς περίπλους καλουμένους πραγματευθέντες*) Περίπλους ſcripſerant apud veteres quam plurimi: extant hodieque Arriani & Annonis Περίπλοι. laudatur ſæpe à veteribus *Λέων ἐν τῷ περίπλῳ*. Ejuſdem videtur fuiſſe argumenti Varronis liber, qui à Solino c. 17. laudatur, *De Littoralibus*. Λιμένας ſcripſerat Timagenes ſive Timagetus, teſte ſcholiaſte Apollonii. IV. & Timoſthenes poëta ac navarchus Ptolemæi: de quo Strabo lib. IX. *Caſaub.*

8. *ἃ συνάπτειν προσῆκε*) Ita eſt etiam in vett. cod. Veruntamen, aut τὸ *ἃ* eſt inducendum, aut, quod potiùs puto, ita eſt legendum, *ὅσα*, &c. *ἐκ τῶν οὐρανίων ἐστὶν, ἃ συν.* *Idem.*

9. Hiſtoricos compoſuimus commentarios. ) *Meminit horum Strabonis commentariorum Plutarchus noſter in Lucullo.* 10 ad eoſdem.) *καὶ πρὸς αὐτοὺς ἄνδρας. lege πρὸς τοὺς αὐτούς.* Xyland.

δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ἐκεῖ τὰ περὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας καὶ βίους τυγχάνει μνήμης, τὰ δὲ μικρὰ, καὶ ἄδοξα παραλείπεται, κἀνταῦθα * καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ ἀφανῆ παραπέμπειν· ἐν δὲ τοῖς ἐνδόξοις, καὶ μεγάλοις, καὶ ἐν οἷς τὸ πραγματικὸν, καὶ μνημονευτὸν, καὶ ἡδὺ, διατρίβειν· καθάπερ γε καὶ ἐν τοῖς κολοσσικοῖς ἔργοις, οὐ τὸ καθ' ἕκαστον ἀκριβὲς ζητοῦμεν, ἀλλὰ τοῖς καθόλου προσέχομεν μᾶλλον, ἢ εἴη καλῶς τὸ ὅλον· οὕτως κἀν τούτοις ποιεῖσθαι δεῖ τὴν κρίσιν. κολοσσουργία γάρ τις καὶ αὕτη, [1] τὰ μεγάλα φράζουσα πῶς ἔχει, καὶ τὰ ἄλλα· πλὴν εἴ τι κινεῖν δύναται, ὅ, τι καὶ τῶν μικρῶν, τὸν φιλειδήμονα καὶ τὸν πραγματικόν. [2] Ὅτι μὲν οὖν σπουδαῖον τὸ προκείμενον ἔργον, καὶ φιλοσόφῳ * προσῆκον, ταῦτα εἰρήσθω.

*Manuſſ. δὴ τὰ μικρὰ καὶ τὰ ἀφανῆ. Mox καὶ εὐμνημόνευτον.

p. 14.

*Vett. πρέπον.

[3] Εἰ δὲ πολλῶν προειπόντων ἐπιχειροῦμεν καὶ αὐτοὶ λέγειν περὶ τῶν αὐτῶν, οὔπω μεμπτέοι, [4] ἂν μὴ καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον * διαλεχθῶμεν ἐκείνοις ἅπαντα λέγοντες. Ὑπολαμβάνομεν δ' ἄλλων ἄλλο τι κατορθωσάντων, πολὺ μέρος ἔτι τοῦ ἔργου λείπεσθαι· πρὸς οὓς ἂν καὶ μικρὸν προσλαβεῖν δυνηθῶμεν, ἱκανὴν δεῖ τίθεσθαι πρόφασιν τῆς ἐπιχειρήσεως. Καὶ γὰρ δὴ πολύ τι τοῖς νῦν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτεια, καὶ τῶν Παρθυαίων, τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας προσδέδωκε· καθάπερ τοῖς μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου στρατείαν, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης· ὁ μὲν γὰρ * τῆς Ἀσίας πολλὴν ἀνεκάλυψεν ἡμῖν, καὶ τῶν βορείων τῆς Εὐρώπης ἅπαντα * μέχρι τοῦ Ἴστρου· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὰ ἑσπέρια τῆς Εὐρώπης ἅπαντα μέχρις Ἄλβιος ποταμοῦ, τοῦ τὴν Γερμανίαν δίχα διαιροῦντος, τά τε πέραν τοῦ Ἴστρου, τὰ μέχρι Τύρα ποταμοῦ· τὰ δὲ ἐπέκεινα μέχρι Μαιωτῶν, καὶ τῆς εἰς Κόλχους τελευτώσης παραλίας, [6] Μιθριδάτης ὁ * ἐπικληθεὶς Εὐπάτωρ ἐποίησε γνώριμα, καὶ οἱ ἐκείνου στρατηγοί· οἱ δὲ Παρθυαῖοι, τὰ περὶ τὴν Ὑρκανίαν, καὶ τὴν Βακτριανὴν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τούτων δὲ Σκύθας, γνωριμωτέρους ἡμῖν ἐποίησαν, ἧττον γνωριζομένους ὑπὸ τῶν πρότερον· ὥστε ἔχοιμεν ἂν

*Lego διελεγχθῶμεν.

*Vett. cod. πολὺ τῆς Ἀσίας ἀν.

*πέραν I. in manuſſ.

*ὁ κληθεὶς in manuſſ.

A modo ibi ea ſola commemorantur, quæ ſunt illuſtrium virorum ac vitarum, exiguis ac ingloriis omiſſis: eodem hîc parva & obſcura præterire intendimus: in claris autem & magnis, & in quibus ad actiones faciens aliquid, memorabile, aut oblectationi aptum ineſt, immorari. Ac quemadmodum in ſtatuarum ingentium operibus, non in ſingulis particulis exacta quæritur ſubtilitas, ſed id magis perpendimus, totùmne opus rectè ſit confectum: ita hîc quoque judicium eſt faciendum. Eſt enim hoc quoque opus veluti coloſſi cujuſdam ſtructura, in quo magna deſcribuntur, reliquis (niſi exile quippiam occurrat, quod ipſum afficere ſcientiæ cu- B pidum rebuſque agendis deditum poſſit) præteritis: Atque hæc quidem diſputata ſint à nobis, ut conſtet inſtitutum à nobis opus præclarum eſſe, & philoſopho conveniens.

Quòd autem poſt multos, qui his de rebus ante nos dixerunt, aggredimur hæc enarrare, ob id reprehendendi tum demum eſſemus, ſi prorſus eodem omnia modo diſſereremus. Cæterùm cùm alii alias partes bene tractaverint, cenſemus magnam tamen adhuc operis partem reſtare: ut ſatis juſta conatus noſtri videatur fuiſſe occaſio, ſi prioribus, vel exiguum [5] aliquid adjiciamus. Etenim iis, qui hodie vivunt, multum notitiæ attulit C Romanorum & Parthorum imperium: ſicut & Alexandri expeditione multa innotuerunt, ut ait Eratoſthenes. Is enim magnam Aſiæ partem nobis aperuit, & Europæ regiones Septentrionales ad Iſtrum uſque omnes: Romani autem occidua Europæ omnia uſque ad Albim fluvium, qui Germaniam in duas partes dividit: & quæ trans Iſtrum ſunt uſque ad Tyram fluvium. Ulteriora autem uſque ad Mæotidem lacum & oram maritimam, quæ ad Colchos finitur, Mithridates cognomento Eupator nota reddidit, & duces ejus. Parthi Hyrcaniam, Bactrianam, & Scythas ultra eam incolentes, notiores nobis redegerunt, cùm prioribus nobis minùs eſſent noti. Habe- D mus ergo quod ſcribamus præter ea, quæ

1. τὰ μεγάλα φράζουσα πῶς ἔχει, καὶ τὰ ἄλλα) Bene vet. cod. καὶ τὰ ὅλα. Sic paullo pòſt τὸ ὅλον. *Caſaub.*

2. Ὅτι μὲν οὖν σπουδαῖον) Concluſio generalis eorum omnium, quæ hactenus diſputata ſunt. Atque hîc deſinit prima pars. *Idem.*

3. Εἰ δὲ πολλῶν προειπόντων) Sequitur pars horum librorum ſecunda, omnium ut initio diximus longiſſima. Docet juſtas ſibi non defuiſſe cauſas deſcribendi etiam poſt ſummos viros τὴν οἰκουμένην. *Idem.*

4. ἂν μὴ καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον διαλεχθῶμεν ἐκείνοις ἅπαντα λέγοντες) Vel cæcus videat legendum, διελεγχθῶμεν. niſi, inquit, convincar omnia eodem modo dixiſſe ut alii. Tunc enim meritò me aliquis actum agere diceret, ac jure reprehenderet. Quid igitur eo homine facias, cui placet Strabonem poſt Stratonem, idem argumentum, totidem libris, eodem ordine ac verbis penè iiſdem tractaſſe? Nimirum bonam ei à Deo mentem, aut certè ſilentium optandum. At ſi reviviſcat hodie Strabo, profectò hominem ἀπορραπίσας ἀπεσκοράκισεν ἄν. Porro διελεγχθῶμεν habuerunt & Aldi codices, ut ex eius editione coniicere eſt. *Idem.*

5. Aliquid adjiciamus) προσλαβεῖν. *forte* προσβαλεῖν, *tametſi etiam illud tolerari poteſt.* Xyland.

6. Μιθριδάτης) Vide lib. XII. & alios. *Caſaub.*

1. οὐ

nobis ætate priores litteris mandaverunt. Idque præſertim conſpicuum eſt in iis, quæ contra illos diſputamus, minus quidem ſæpè contra antiquos, præcipuè autem contra Eratoſthenem & eos, qui poſt hunc ſcripſerunt: quos par eſt tanto difficiliùs redargui à poſterioribus poſſe ſicubi peccaverunt, quanto maiore quàm vulgus hominum doctrina fuerunt ac cognitione rerum prædıti. Quòd ſi aliquando cogemur iis ipſis contradicere, quos maximè alioqui ſequimur, ignoſcendum erit nobis. Neque enim ſtatuimus contra omnes dicere, ſed pleroſque miſſos facere, ut qui digni non ſint quos ſequare: de iis verò ſolis iudicium facere, quos pleraque novimus rectè ſcripſiſſe. Nam ne philoſophari quidem adverſus omnes convenit: contra Eratoſthenem autem, Poſidonium, Hipparchum, & Polybium aliosque horum ſimiles decet. Primo omnium excutiemus Eratoſthenem, ſimul ea proponentes, quæ ab Hipparcho contra ipſum dicuntur. Non eſt autem Eratoſthenes adeò contemptu facilis, ut dicere liceat eum ne Athenas quidem vidiſſe, quod Polemo conatur oſtendere: neque rurſus tantum fidei meretur, quantum ei nonnulli deferunt; quanquam, ut ipſe ait, plurimos bonos viros audiverit. Fuerunt enim, inquit Eratoſthenes, eo tempore ut nunquam aliâs una in urbe intráque eadem mœnia Ariſto, Arceſilaus, & qui cum his alii floruere philoſophi. Atqui hoc, ut arbitror, non ſatis eſt: ſed rectè judicandum eſt cuinam ſit aſſentiendum. Is verò Ariſtonem & Arceſilaum principes eorum, qui ipſius floruerint ætate, facit, multuſque eſt in Apelle prædicando, & Bione: quem dicit primum divinam

A τι λέγειν πλέον τῶν πρὸ ἡμῶν. Ορᾶν δὲ ἐστι τοῦτο μάλιστα ἐν τοῖς λόγοις τοῖς πρὸς τοὺς πρὸ ἡμῶν· ἧττον μὲν * ἐκ τῶν πάλαι, μᾶλλον δὲ τοὺς μετ᾽ Ερατοσθένη, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον· οὓς εἰκὸς ὅσῳ περ πολυμαθέστεροι τῶν πολλῶν γεγόνασι, τοσούτῳ δυσελεγκτοτέρους εἶναι τοῖς ὕστερον ἄν τι πλημμελῶς λέγωσιν. Εἰ δ᾽ ἀναγκασθησόμεθά που τοῖς αὐτοῖς ἀντιλέγειν, οἷς μάλιστα ἐπακολουθοῦμεν κατ᾽ ἄλλα, δεῖ συγγνώμην ἔχειν· [1] οὐ γὰρ πρόκειται πρὸς ἅπαντας ἀντιλέγειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν πολλοὺς ἐᾶν, οἷς μηδὲ ἀκολουθεῖν ἄξιον· ἐκείνους δὲ διαιτᾶν, οὓς ἐν τοῖς πλείστοις κατορθωκότας ἴσμεν· ἐπεὶ B οὐδὲ πρὸς ἅπαντας φιλοσοφεῖν ἄξιον· πρὸς Ερατοσθένη δὲ καὶ Ποσειδώνιον, καὶ Ιππαρχον, καὶ Πολύβιον, καὶ ἄλλους τοιούτους, καλόν. [2] Πρότερον δ᾽ ἐπισκεπτέον Ερατοσθένη, παρατιθέντας ἅμα καὶ τὴν Ιππάρχου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίαν. Εστι δ᾽ ὁ Ερατοσθένης οὐχ οὕτως εὐκαταφρόνητος, ὥστε μηδ᾽ Αθήνας αὐτὸν ἰδεῖν φάσκειν, ὅπερ Πολέμων ἐπιχειρεῖ δεικνύναι· οὔτ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον πιστὸς, ἐφ᾽ ὅσον παρεδέξαντό τινες, καίπερ πλείστοις ἐντυχὼν, ὡς εἴρηκεν αὐτὸς, ἀγαθοῖς ἀνδράσιν. Εγένοντο γὰρ, φησὶν ὁ Ερατοσθένης, ὡς οὐδέποτε κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ᾽ ἕνα περίβολον καὶ [3] μίαν πόλιν, οἱ κατ᾽ Αρίστωνα C καὶ Αρκεσίλαον ἀνθήσαντες φιλόσοφοι. Οὐχ ἱκανὸν δ᾽ οἶμαι τοῦτο, ἀλλὰ τὸ κρίνειν καλῶς, οἷς μᾶλλον προσιτέον· ὁ δὲ, Αρκεσίλαον καὶ Αρίστωνα τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους τίθησιν· Απελλῆς τε αὐτῷ πολύς ἐστι καὶ Βίων, [4] ὅν φησι πρῶτον θείαν τινὰ

* Vett. lectio τοὺς πάλαι

p. 15.

1. οὐ γὰρ πρόκειται πρὸς ἅπαντας ἀντιλέγειν) Verè & eleganter Chriſtianus philoſophus Athenagoras, hominis eſſe ſtulti, imperitos reſponſione dignari. ἠλίθιον, inquit, ὡς ἀληθῶς, τὸ, τοῖς ἐπιπολαίοις καὶ ματαίοις ἀντιλέγειν. *Idem.*

2. Πρότερον δ᾽ ἐπισκεπτέον Ερατοσθένη) Eratoſthenem primum aggreditur, quædam de eo priùs præfatus: Hunc miris laudibus effert lib. XVII. hîc minùs honorificè videtur de eo ſentire ac loqui. neque id ſtudio obtrectandi: nam & aliorum doctorum virorum idem fuit de Eratoſthene judicium: & notat (Heſychius Illuſtris in libello περὶ σοφῶν,) Eratoſthenem vulgo dici ſolitum Βῆτα τῶν φιλοσοφούντων: ut qui facilè ſecundas in quavis philoſophiæ parte obtineret, in nulla primas. Sic apud Martialem Alpha & Beta vocantur, qui primas vel ſecundas in aliqua re obtinent. II. Ep. 57.

*Quem non lacernis Publius meus vincit,*
*Non ipſe Codrus Alpha penulatorum.* idem.

3. μίαν πόλιν) Athenas. Fuit & Archimedes σύγχρονος Eratoſtheni, ut ex ipſius teſtimonio notat Proclus. *Idem.*

4. ὅν φησι πρῶτον θείαν τινὰ περιβαλεῖν σοφίαν) Iampridem admonuimus ad Laërtium noſtrum, quem pene pueri emendavimus, corruptum hunc locum ſic eſſe legendum & reſtituendum, ὅν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν σοφίαν. Sic enim refert Laërtius dicere ſolitum Eratoſthenem ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσε. Non fuiſſe autem me, quum illa ſcripſi, vanum conjectorem, didici poſtea ex lib. manu exaratis. In pleriſque enim codd. erat D ἄν τινα. In uno diſertè ἀνθινὰ ut didici poſt editum fere Strabonem: quod priùs ſi ſciſſem vulgatam lectionem minimè retinuiſſem. Præterea ſciendum eſt in vett. li. ſcriptum eſſe φιλοσοφίαν non σοφίαν: quam etiam lectionem Laërtius comprobat. Legebatur autem in quibuſdam libris εἰπεῖν ἄν τινα. ut ſit loquendi genus ellipticum, pro, *poſſit dicere aliquis.* Anté legebam εἴποις ἂν ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦτο. quomodo alibi eum loqui memini. ut ad Bionem referantur hac verba: de quo ait, Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων, eleganter παρῳδῶν locum poëtæ, qui ſic habet Οδ. σ.

οἵην ἐκ ῥακέων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει.

quo in verſu quum ἐπιγουνίδα Ariſtarchus exponeret, τὸ ἐπάνω τοῦ γόνατος: Crates τὴν ἐπωμίδα: Chares verò τὴν ἐφ᾽ ὅλου τοῦ σώματος εὐσαρκίαν, Strabo

περιβαλεῖν σοφίαν. ἀλλ' ὅμως πολλάκις εἰπεῖν ἂν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, A

Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων.

Ἐν αὐταῖς γὰρ ταῖς ἀποφάσεσι ταύταις, ἱκανὴν ἀσθένειαν ἐμφαίνει τῆς ἑαυτοῦ γνώμης. [2] ὅς τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως γνώριμος γενόμενος Ἀθήνησι, τῶν μὲν ἐκεῖνον διαδεξαμένων οὐδενὸς μέμνηται· [3] τοὺς δ' ἐκείνῳ διενεχθέντας, καὶ [4] ὧν διαδοχὴ οὐδεμία σώζεται, τούτους ἀνθῆσαί φησι κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκδοθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ πραγματεία, καὶ μελέται, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο, τὴν ἀγωγὴν αὐτοῦ· διότι μέσος ἦν τοῦ τε βουλομένου φιλοσοφεῖν, καὶ τοῦ μὴ θαῤῥοῦντος ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν [5] εἰς τὴν ὑπόσχεσιν ταύτην, B ἀλλὰ μόνον μέχρι τοῦ δοκεῖν προϊόντος, ἢ καὶ παράβασίν τινα ταύτην ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἐγκυκλίων πεπορισμένου, πρὸς [6] διαγωγὴν, ἢ καὶ παιδείαν· τρόπον δέ τινα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἐστὶ τοιοῦτος· ἀλλὰ ἐκεῖνα ἐάσθω. Πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπιχειρητέον ὅσα * δύναιτ' ἂν ἐπανορθοῦν τὴν γεωγραφίαν· [7] καὶ πρῶτον [8] ὅπερ ἀρτίως ὑπερεθέμεθα. Ποιητὴν γὰρ ἔφη πάντα στοχάζεσθαι ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας· τοὐναντίον δ' οἱ παλαιοὶ, φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι

* Fortè δυναίμεθ' ἂν vel δύναιτ' ἄν τις

A quandam induiſſe ſapientiam. Atqui ſæpè ſubeat mihi de eo dicere:

> [1] *Quid tandem Bio de pannoſo promet amictu?*

Nam his ipſis in enuntiatis ſatis magnam mentis imbecillitatem prodit qui cùm Athenis Citienſem Zenonem noviſſet, nullam tamen eorum facit mentionem qui illi ſucceſſerunt: adverſarios autem illius, & quorum ſucceſſio nulla ſupereſt, eos iſto floruiſſe ait tempore. Quæ autem fuerint ſtudia Eratoſthenis, tractatio de bonis ab ipſo edita, & declamationes, aliaque ſimilia oſtendunt: medium ſcilicet eum tenuiſſe inter eum qui philoſophari vellet, & B eum qui non auderet ſe ei dare inſtituto: ſed eó duntaxat progrederetur ut philoſophari putaretur, aut hanc quandam digreſſionem à circularibus reliquis diſciplinis ſibi vel animi vel eruditionis alicujus gratia pararet. In reliquis etiam quodammodo talis eſt. Verùm iſta quidem omittantur. In præſentia, ea in manus ſumamus, quæ ad emendandam geographiam faciunt: idque primò repetamus quod paulo antè huc rejecimus. Ait ergo Eratoſthenes, poëtam omnia ad delectandum dirigere, nihil ad docendum. Contrà antiqui poëticam dixerunt

ita παρῳδῶν ſecutus videtur Cratetis expoſitionem. (Aut potiùs Charetis, quam etiam alius Homeri locus confirmat ὀδ. ρ. Uſurpantur eadem poëtæ verba & à Maximo Tyrio elegante ſermone XLI.) *Idem.*

1. Quid tandem Bio.) *Hunc totum locum interpres non eſt aſſecutus, εὐκαταδρόχαστον vertit diſcurri facilem, nullo ſenſu & ridiculè. quis enim audivit unquam homines diſcurri. Eſt autem elegans admodum vox* καταδρέχειν τινὸς *Græcis ſignificat reprehendere ac vituperare, eynen auſzſtreichen, quia quaſi obiter in decurſu ſermonis id fiat. Inde* εὐκαταδρόχαστον *dixit noſter, qui mereatur ita carpi, ac contemtim rodi. in Græco poſt* πολλάκις εἰπεῖν ἂν *videtur extritum verbum* ἦν. *Eſt autem ſenſus hic. Valdè laudat Eratoſthenes Bionem ſuum, amictum divina quadam ſapientia: (Laërtius ſcribit ob omnis generis doctrinam, Bionis, Eratoſthenem de eo pronunciaſſe, hunc primum floridam induiſſe veſtem.) ego autem videre velim, quid nam hoc ſub amictu Bio texerit: an præclari aliquid, ſicut Ulyſſes Homericus, qui pannis mendici in morem obſitus, tamen ad pugnam cum Iro ſe parans, femur præclari & robuſti corporis argumentum denudavit: ita ut non ſine magna ad-* D *miratione proci malè Iro ominarentur, eo femore conſpecto. Sic (inquit Strabo) miror ego quid tandem egregii ex florido iſto pallio ſit Bio iſte prolaturus Eratoſtheni tàm valdè laudatus. Locus Homeri, ad quem hîc alluditur, eſt Ulyſſ. Σ. 74. Et vult oſtendere Strabo, longè ſecus Bioni eveniſſe & Eratoſtheni, nihil operæ precii promentibus ex tam ſplendido habitu. Cæterùm Zeno Citienſis, cujus æqualis fuit Eratoſthenes, floruit ſub Ptolomæo Euergeta & Antigono Doſone, poſt confectum maximè primum bellum Punicum, circa Olympiadem 136am. de eo & reliquis vide Laërtium, Suidam, alios. Paulò antè* πόλιν, οἱ καὶ κατ' Ἀρίστωνα: *καὶ expunxi ut à librario, non à Strabone profectum.* Xyland.

2. ὅς τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως) Dolet Straboni prælatum eſſe Ariſtonem Zenoni: quem unum auctorem Stoïcorum cohors tota ſequitur, colit, admiratur. C Sed videamus quàm ſit æqua Strabonis hæc querela: Mihi quidem videtur Eratoſthenes non levem cauſam habuiſſe cur in Ariſtonem eſſet propenſior: eo enim uſus erat magiſtro: credo quia paullò pòſt quam ille Athenas venit, fato functus eſt Zeno Ariſtonis magiſter. Pietatis igitur officio functus videri poſſit, cùm præceptorem ſuum commendavit. Et tamen non ita Ariſtoni fuit deditus ut eius ἐλαττώματα in ſuis ſcriptis taceret Eratoſthenes. Docet id nos Athenæus: ex cujus libro ſeptimo c. 6. p. 281. verba Eratoſthenis de Ariſtone adſcribam, quia ſunt elegantiſſima. Sic igitur ille in dialogo quem inſcripſerat Ariſto: Ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώρακα τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα, καὶ ἀναφαινόμενον παρὰ τῇ ἡδονῇ. *Caſaub.*

3. τοὺς δ' ἐκείνῳ διενεχθέντας) Vide Laërtium in Zenone. *Idem.*

4. ὧν διαδοχὴ οὐδεμία σώζεται) Ex Diogene Laërtio intelligimus, vix ac ne vix quidem obtinuiſſe Ariſtonem ut αἱρετιστὴς diceretur: idem tamen teſtis eſt, D quoſdam ab eo fuiſſe Ἀριστωνείους nuncupatos: M. Tullius Tuſculanarum lib. V. 24. & de Fin. IV. 17. auctor eſt, Ariſtonis ſententias & placita evanuiſſe. *Idem.*

5. εἰς τὴν ὑπόσχεσιν ταύτην) Legi malim ὑπόθεσιν ταύτην. Sic lib. IX. κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην. Illud enim lib. X. ὁ δ' ἐκλαθόμενος τῆς ὑποσχέσεως οὐ τοῦτο ἐπιφέρει, non eſt ſimile. *Idem.*

6. διαγωγὴν ἢ καὶ παιδείαν) Philoſophus πολιτικῆς lib. VIII. diſtinguit diligenter inter διαγωγὴν, παιδιὰν, & παιδείαν. *Idem.*

7. Καὶ πρῶτον) Prima Eratoſthenis reprehenſio: Malè dixiſſe eum, Poëtam omnem delectare ſolùm velle, non etiam docere: Probat non ita fuiſſe dicendum, ſed hoc modo, Poëtam omnem, partim delectare, partim docere velle. *Idem.*

8. ὅπερ ἀρτίως ὑπερεθέμεθα) Suprà, illo loco, Οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἐστιν. *Idem.*

10. οἱ

primam quandam eſſe philoſophiam, vitæ à prima ætate formatricem, quæ morum, affectuum, actionumque rationes nos voluptate comitante doceat. quinetiam noſtri ſolum ſapientem eſſe poëtam affirmarunt. Atque ea de cauſa in Græcis urbibus pueri primò omnium poëſi inſtituuntur: non ſanè nudæ oblectationis cauſa, ſed ut modeſtiam diſcant. Quando muſici etiam, qui pſallere, tibia canere vel lyra docent, hoc ipſum præſtare profitentur, morum ſe magiſtros ac formatores & correctores eſſe affirmantes. Neque hoc ſoli Pythagorei, ſed & Homerus cantoribus vitæ ad modeſtiam formandæ munus tribuit: ut cùm de cuſtode Clytæmneſtræ ſcribit;

*multis tutelam conjugis illi*
*Cùm Troiam peteret, verbis mandarat*
*Atrides.*

neque ea Ægyſthum antè potitum,

*Cantorem in vacuam quàm deportavit*
*adulter*
*Inſulam: ita aſſenſam proprias perduxit*
*in ædes.*

Præter hæc ipſe ſecum Eratoſthenes pugnat. Nam paulum ante dictam hanc ſententiam, exordiens orationem de Geographia, jam inde ab initio omnes ait magno ſtudio hoc agere, ut hiſtoriam de

A πρώτην τὴν ποιητικήν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἤθη, καὶ πάθη καὶ πράξεις, μεθ᾽ ἡδονῆς. 1 Οἱ δ᾽ ἡμέτεροι, καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς παῖδας αἱ τῶν Ἑλλήνων πόλεις πρώτιστα διὰ τῆς ποιητικῆς παιδεύουσιν, οὐ ψυχαγωγίας χάριν δήπουθεν ψιλῆς, ἀλλὰ σωφρονισμοῦ· 2 ὅπου γε καὶ οἱ μουσικοὶ ψάλλειν, καὶ 3 αὐλίζειν, καὶ λυρίζειν διδάσκοντες, μεταποιοῦνται τῆς ἀρετῆς ταύτης· παιδευτικοὶ γὰρ εἶναι φασὶ, καὶ ἐπανορθωτικοὶ τῶν ἠθῶν. p. 16. Ταῦτα δ᾽ οὐ μόνον παρὰ B τῶν Πυθαγορείων ἀκούειν ἐστὶ λεγόντων, ἀλλὰ καὶ Ἀριστόξενος οὕτως ἀποφαίνεται. 4 καὶ Ὅμηρος δὲ τοὺς ἀοιδοὺς σωφρονιστὰς εἴρηκε· καθάπερ τὸν τῆς Κλυταιμνήστρας φύλακα,

--- ᾯ πόλλ᾽ ἐπέτελλεν  Odyſſ. γ. 266.
Ἀτρείδης Τροίηνδε κιὼν εἴρυσθαι ἄκοιτιν.

5 Τόν τε Αἴγισθον οὐ πρότερον αὐτῆς περιγενέσθαι, πρὶν ἢ

Τὸν μὲν ἀοιδὸν ἄγων ἐς νῆσον ἐρήμην
6 Κάλλιπε· τὴν δ᾽ ἐθέλουσαν ἀνήγαγεν ὅνδε
C δόμονδε.

Χωρὶς δὲ τούτων ὁ Ἐρατοσθένης ἑαυτῷ μάχεται. Μικρὸν γὰρ πρὸ τῆς λεχθείσης ἀποφάσεως, * ἀρχόμενος τοῦ περὶ τῆς γεωγραφίας λόγου, φησὶν ἅπαντας κατ᾽ ἀρχὰς φιλοτίμως ἔχειν, εἰς τὸ

* Vett. lib. ἐναρχόμενος.

1. *οἱ δ᾽ ἡμέτεροι καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν*) Non potuit clariùs profiteri ſe eſſe Stoïcum. An non enim Stoïci fuerunt, qui dicerent, Solum ſapientem bonum, pium, doctum, regem etiam, omnium denique rerum ſolum eſſe dominum? Itaque ſolus ſapiens ſecundùm Stoïcos erit poëta, ſolus orator. Laërtius: *Ὁμοίως δὲ ἀρχικοὺς δικαστικούς τε καὶ ῥητορικοὺς μόνους εἶναι· τῶν δὲ φαύλων οὐδένα.* Notum D eſt illud Sophili comici elegans dicterium, *Στωϊκὸν δόγμα ἐστιν, ὅτι πάντα εὖ ποιήσει ὁ σοφός· καὶ φακῆν φρονίμως ἀρτύσει.* Vide Athenæum lib. IV. c. 15. p. 158. & Ciceronem, maximè ſub finem lib. III. c. 22. De finibus. In vett. quibuſdam cod. legitur, *οἱ δὲ νεώτεροι*, prorſus malè. Sic enim alibi de Zenone, *ὁ δὲ ἡμέτερος*. *Idem.*

2. *ὅπου γε καὶ οἱ μουσικοὶ*) De muſica præter Ariſtotelem, Platonem, Plutarchum, & alios, lege Athenæum lib. XIV. c. 5. *Idem.*

3. *Αὐλίζειν*) Manuſſ. *αὐλεῖν.* ut & in *συνάγμασι* Planudæ ex hoc libro. Legitur etiam in manuſſ. *ἀντιποιοῦνται* non *μεταποιοῦνται.* *Idem.*

4. *καὶ Ὅμηρος δὲ τοὺς ἀοιδοὺς σωφρονιστὰς εἴρηκε.*) Athenæus libro primo c. 11. p. 14. ut probaret veterum *ἀοιδοὺς* fuiſſe viros temperantes, & philoſopho dignam vitam vixiſſe, quod hîc voluit Strabo demonſtrare) eadem planè utitur ratione: ut mihi quidem videatur Athenæus hunc Strabonis locum habuiſſe in animo cùm illa ſcriberet. Verba eius ſunt: *σῶφρον δέ τι ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον. Ἀγαμέμνων γοῦν τὸν ἀοιδὸν καταλείπει τῇ Κλυταιμνήστρᾳ φύλακα καὶ παραινετῆρά τινα.* *Idem.*

5. *Τόν τε Αἴγισθον οὐ πρότερον αὐτῆς περιγίνεσθαι πρὶν ἢ*) Athenæi l. c. 11. p. 14. verba quibus iſta expreſſit, ſunt hæc: *διὸ Αἴγισθος οὐ πρότερον διέφθειρε τὴν γυναῖκα, πρὶν τὸν ἀοιδὸν ἀποκτεῖναι ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.* Quod ait Athenæus occiſum ab Ægiſtho iſtum cantorem, id etſi Homerus diſertè non dicit: tamen ex ejus verbis facilè intelligitur. *Idem.*

6. *Κάλλιπε τὴν δ᾽ ἐθέλουσαν*) More ſuo mutat rationem verborum poëtæ: Sed in vet. cod. locus ita legebatur ut extat apud poëtam: quem vide *ὀδ. γ.* *idem.*

μέσσον φέρειν τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἱστορίαν. Ὅμηρον γοῦν ὑπέρ τε τῶν Αἰθιόπων ὅσα ἐπύθετο [1] καταχωρῆσαι εἰς τὴν ποίησιν, καὶ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην· τὰ δὲ δὴ κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τοὺς σύνεγγυς τόπους, καὶ λίαν περιέργως ἐξενηνοχέναι, [2] πολυτρήρωνα μὲν τὴν Θίσβην λέγοντα, Ἁλίαρτον δὲ ποιήεντα, ἐσχατόωσαν δὲ Ἀνθηδόνα, Λίλαιαν δὲ πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο· καὶ [3] οὐδεμίαν πρὸς θήκην κενῶς ἀπορρίπτειν. Πότερον οὖν ὁ ποιῶν ταῦτα ψυχαγωγοῦντι ἔοικεν ἢ διδάσκοντι; [4] διδάσκοντι, νὴ Δία· ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως εἴρηκε. Τὰ δ' ἔξω τῆς αἰσθήσεως, καὶ οὗτος, καὶ οἱ ἄλλοι τερατολογίας μυθικῆς πεπληρώκασιν. Οὐκοῦν ἐχρῆν οὕτως εἰπεῖν, ὅτι [5] ποιητὴς [πᾶς πάντα] τὰ μὲν ψυχαγωγίας χάριν μόνον ἐκφέρει, τὰ δὲ διδασκαλίας· ὁ δ' ἐπήνεγκεν ὅτι ψυχαγωγίας μόνον; διδασκαλίας δ' οὔ. Καὶ [6] προσεργάζεταί γε, πυνθανόμενος τί συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ, πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον, ἢ στρατηγίας, ἢ γεωργίας, ἢ ῥητορικῆς, ἢ οἷα δὴ περιποιεῖν αὐτῷ τινὲς ἐβουλήθησαν; Τὸ μὲν οὖν ἅπαντα ζητεῖν περιποιεῖν αὐτῷ, [7] προσεκπίπτοντος ἄν τις θείη τῇ φιλοτιμίᾳ· ὡς ἂν εἴ τις, φησὶν ὁ Ἵππαρχος,

A ſitu terræ in medium proponant. Itaque Homerum & quæ de Æthiopibus, Ægypto atque Africa auditu percepiſſet, ſuo poëmati inſeruiſſe: & Græciam ac vicina loca nimis curioſè commemoraſſe. cuius generis ſint

*—abundantemque columbis*
*Thisben.—*
*—herboſamque Haliartum*
*—extremum tangentem Anthedona littus.*
*—Cephiſſi poſitam ad fonteſque Lilæam.*

neque omnino ullam fruſtrà locis eum adjicere appellationem. Hæc ergo qui facit, an delectare videtur, an verò docere? B profectò docere, hoc eſt: verùm de his ille ita ſcripſit. Quæ verò extra noſtrum ſenſum ſita ſunt, cùm ipſe, tum alii portentis fabularum impleverunt. Igitur hoc erat dicendum potiùs, poëtam unumquemque omnia ſua vel ad ſolam oblectationem, vel ad docendum accommodare: is verò intulit, ſolam voluptatem ab eo quæri, nullam haberi docendi rationem. Atque id ut confirmaret, quærit quid ad virtutem poëticæ faciat, peritum eſſe multorum locorum, artis militaris, agriculturæ, oratoriæ, aliarumve rerum, quas nonnulli poëtæ adſcribere voluerunt. Sanè qui conari velit omnia poëtæ arrogare, eum non injuria nimio contendendi ſtudio elatum iudicaris. C Eſt enim (ut Hipparchus ait) perinde ac ſi

1. *καταχωρῆσαι εἰς τὴν ποίησιν*) Falſa lectio. Scribe *καταχωρίσαι*. *Κατοχωρεῖν* enim numquam ita Græci uſurpant: ſed *καταχωρίζειν*: quod quia parum hactenus fuit obſervatum, placet aliquot exemplis confirmare. Hipparchus lib. II. *Τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ πλεῖον περὶ αὐτοῦ λόγον, ἐν τῇ τῶν συνανατολῶν πραγματείᾳ κατακεχωρίκαμεν.* Dionyſius Halicarn. *ἐνὶ δὲ μέρει δυσχεραίνεις τῶν ἐν αὐταῖς καταχεχωρισμένων.* (Et in hiſtoriarum libris paſſim.) Diod. Sicul. l. v. de Carcino poëta, *κατεχώρισεν ἐν τοῖς ποιήμασι τούσδε τοὺς στίχους.* Idem lib. XIII. paullò aliter dixit *εἰς τὰς ἑξῆς πράξεις τὴν ἐχομένην βίβλον καταχωρίσαι.* utitur & alibi. Grammatici in huiuſmodi locis *χωρίζειν* explicant *λέγειν*. Heſychius, *χωριάζεσθαι, λέγειν.* Lege *χωρίζεσθαι*. Nam idem *τὸ φωτίζειν* explicat, *λέγειν* & *χωρίζειν*. Dicunt Græci & *κατατάττειν* pro eodem. Polyb. lib. II. *ἔνια τούτων οὐδ' ἐν τοῖς ὑπομνήμασι κατέταξεν.* *Idem.*

2. *πολυτρήρωνα μὲν τὴν Θίσβην*) Poëtam imitatus eſt Æſchylus, Perſis. *Οἱ δ' ἀμφὶ νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα.* de Salamine loquitur, quæ erat in Veneris tutela, ut docet nos Homerus: ideo probabile eſt columbam Veneri ſacram ibi abundaſſe. *Idem.*

3. *οὐδεμίαν προσθήκην*) nullum epithetum. *Idem.*

4 *Διδάσκοντι, νὴ Δία. ἀλλὰ*) Legendum mutata diſtinctione, *διδάσκοντι νὴ Δία, ἀλλά.* Nam *νὴ Δία* fere initio obiectionum poni ſolet. Sic mox, *Νὴ Δία, ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ ποιητική.* Præterea non puto eſſe diſtinguendum poſt *εἴρηκε*: ſed ita hanc ſententiam eſſe legendam: *νὴ Δία. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴρηκε, τὰ δ' ἔξω τῆς αἰσθήσεως, καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι τερατολογίας μυθικῆς πεπληρώκασι* *Idem.*

5. *ποιητὴς πᾶς πάντα τὰ μὲν*) In vett. lib. deſiderabantur verba illa *πᾶς πάντα*. putò autem inducta fuiſſe ab aliquo qui offenderetur ſermonis novitate: cum potiùs videretur dicendum, *τῶν πάντων τὰ μέν*. Sed is fruſtra fuit. Sic ſæpe Græcos loqui ſtudioſis hujus linguæ notius eſſe puto quàm ut auctoritatibus ſit agendum. Priſcianus libro XVII. p. 1097. ed. Putſch. notat, Latinos hoc dicendi genus à Græcis eſſe mutuatos: Livius. XLI. 18 *Periti religionis juriſque publici, quoniam duo ordinarii conſules ejus anni, alter morbo alter ferro periiſſet*, &c. *Idem.*

6. *καὶ προσεργάζεταί γε*) Lege ut eſt in manuſſ. *προσεπεργάζεταί γε.* vel *προσεπεξεργάζεται.* ut fere Aldus. *Προσεπεργασία* enim id appellatur, aut etiam *προσεπεξεργασία*, non *προσεργασία*. *Idem.*

7. *προσεκπίπτοντος ἄν τις θείη τῇ φιλοτιμίᾳ.*) Mendoſa lectio, quod ipſa *φράσις* ſatis indicat. D Legendum, *πρὸς ἐκπίπτοντος. θεῖναι πρὸς* cum patrio caſu, ita dictum ut *εἶναι πρὸς*, quæ eſt iſti *ἀντίστροφος φράσις*. Xenophon p. 146. Sophocles.

*------οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ,*
*θροεῖν ἐπῳδὰς, πρὸς τιμῶντι πήματι.*

Senſus eſt, velle nihil non Homero tribuere, meritò dixerit aliquis, eſſe hominis, qui præ ſtudio erga Homerum nimio, aberrat à veritate. Nam *ἐκπίπτειν*, pro *ἐκπίπτειν τοῦ λόγου* dictum, ut *ἐξάγειν ἑαυτὸν* pro *ἐξάγειν ἑαυτὸν τοῦ βίου*. quod eſt uſitatiſſimum. *φιλοτιμία* autem, non aliud eſt hoc loco quam ſtudium ardens erga aliquem, unde *φιλοτιμεῖσθαι* liberali manu largiri interdum ſignificat. Mirum verò, eruditum interpretem non potuiſſe huius loci ſententiam videre. *Idem.*

qui 1 eireſionæ Atticæ mala etiam ac pyra, & alia, quæ ferre nequit, adeſſe dicat, ſi quis in poëta omnes diſciplinas atque artes requirat: itaque hactenus rectè

A 1 Ἀττικῆς εἰρεσιώνης κατηγοροίη, καὶ ἃ μὴ δύναται φέρειν μῆλα καὶ ὄχνας, οὕτως ἐκείνου παῦ μάθημα, καὶ πᾶσαν τέχνην· τοῦτο μὲν δὴ ὀρθῶς * αὖ λέγοις, ὦ

* Vett. lib. λέγεις,

1. Εἰρεσιώνη) Scio multis difficilem futuram dictionem Strabonis, præſertim cum in eo Ireſionem ſcribendum ſit, hoc eſt, εἰρεσιώνην; Suidas de ea ſequentia commentatur, inquiens: Εἰρεσιώνη. θαλλὸς ἐλαίας ἐστεμμένος ἐρίοις. καὶ προσκρεμαμένους ἔχων παντοδαποὺς τῶν τῆς γῆς καρπῶν. τοῦτον δὲ ἐκφέρει παῖς ἀμφιθαλὴς καὶ τίθησι πρὸς τῆς θύρας τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ τοῖς πυανεψίοις. λέγεται γὰρ θησέα καθ' ὃν εἰς κρήτην καιρὸν ἔπλει προσχόντα δήλῳ διὰ χειμῶνα, εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι καταστέψεσθαι κλάδοις ἐλαίας, ὅταν σωθῇ τὸν μινώταυρον ἀποκτείνας. καὶ θυσιάσειν, καὶ τὴν ἱκετηρίαν ταύτην καταστέψας ἕψησαι χύτρας αἰθάλης καὶ ἔτνος. καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. διὸ καὶ πυανέψια δοκεῖ λέγεσθαι, οἷον κυαμέψια. τὸ γὰρ πρότε-
B ρον τοὺς κυάμους πυάνους ἐκάλουν. ἦγον δὲ ἑσθ' ὅτε ἀποτροπῇ λοιμῶν. ᾖδον δὲ παῖδες οὕτως.

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει, καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀποψήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὅπως μεθύουσα καθεύδῃς.

Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἔξω τῶν ἀγρῶν τιθέασι παρ' αὐτὰς τὰς θύρας. Κράτης δὲ ὁ ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τῶν ἀθήνησι θυσιῶν, ἀφορίας ποτὲ κατασχούσης τὴν πόλιν, θάλλον καταστέψαντας ἐρίοις, ἱκετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι.

Ἐὰν γὰρ αὐτὴν εἷς μόνος σπινθὴρ λάβῃ,
Ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην καύσεται.

ἀντὶ τοῦ καύσει. εἰρεσιώνη δὲ θαλλὸς ἐλαίας, ἢ δαφνῆς ἐξ ἐρίων πεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρτημένον, καὶ κοτύλην. ὅ ἐστιν ἡμίξεστον. καὶ σῦκα καὶ πάντα τἀγαθά. ταύτην δὲ πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐτίθησαν, καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν ἤλλαττον. Id eſt: Eireſione. Oleæ ramus lanâ velatus, & habens omnigenos terræ fructus dependentes. Hunc autem efferebat puer utroque
C parente vivo florens, & ponebat ante fores templi Apollinis in Pyanepſiorum feſto. Ferunt enim Theſeum, quo tempore in Cretam navigabat, ob tempeſtatem ad Delum appulſum, Apollini voviſſe, ſe templum ipſius coronaturum oleæ ramis, ſi ſalvus evaſiſſet, interfecto Minotauro, & ſacra facturum. Quare fertur Theſeus voti compos factus, hoc ſupplice ramo coronato, lanâque velato, elixaſſe ollam ptiſanæ triticeæ & pultis, & aram erexiſſe. Quamobrem etiam Πυανέψια videntur dicta, quaſi Κυαμέψια. Olim enim ſabas vocabant πυάνους, quas poſtea vocarunt Κυάμους. ἑψεῖν verò, coquere, elixare. Interdum autem Pyanepſiorum feſtum celebrabant ad avertendam peſtilentiam, & famem. ut, καὶ λιμοῦ, ſcribatur. Sic autem pueri canebant.

*Eireſione ficus fert, & pingues panes,*
*Et mel in cotyla, & oleum ad abſtergendum* ſordes,
*Et calicem mero plenum*, ut inebriata dormias.

D Poſt feſtum verò, *hanc eireſionem* extra agros ad ipſas *templi* fores ponunt. Crates verò Athenienſis in libello de ſacrificiis, quæ fiunt Athenis, ait, olim ſterilitate civitatem premente, *propter annonæ penuriam*, *Athenienſes* oleæ ramum lana velaſſe, ramumque ſupplicem Apollini dedicaſſe. Ariſtoph. in Pluto. pag. 50. vſ. 1. & 2.

*Si enim ipſam una ſola ſcintilla corripuerit*
*Ut antiquam eireſionem comburet.*

Καύσεται poſitum pro καύσει, *medium pro activo*, *quod Attice dictum.* Εἰρεσιώνη verò, eſt oleæ, vel lauri lana ramus circumimplicita velatus, habens panem dependentem, & cotylam, hoc eſt dimidium ſextarium, & ficus, & omnia bona. Hanc autem ante ædes ponebant, & quotannis ipſam mutabant. Hæc *Suidas*, qui fuſius ea exponit in voce Εἰρεσιώνη. Strabonis autem ſenſus eſt, cum ejus mentionem faciat: *Poëtam non decere vindicare ſibi omnes Virtutes*, *non magis quam Eireſione ramis quidem abundat*, *non omnes tamen ramos & fructus habet.* Quædam hujus antiquæ conſuetudinis imago Bononiæ reſedit. Calendis enim Maji rami avulſi ex arboribus pompatico apparatu deferuntur in urbem à noſtratibus adoleſcentibus, poſtque pro foribus, præ hilaritatis indicio ſolent affigi. Hanc *Eireſionem* Papinius deſcribit lib. Thebaïdos XII. 492. *Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor olivæ*; addit interpres, olivæ per quam pax petitur ſupplicando, hanc ab Athenienſibus *Eireſionem* dici. Hæc apud Janum Gruterum in Theſaur. Critico Tom. I. p. 484. in miſcellan. Joan. Baptiſtæ Pii. cap. 75.

1. Eireſionæ Atticæ.] *Perineptè hunc locum interpres extulit, neſcio quas ramalium Atticorum commentus objurgationes. quaſi verò* κατηγορεῖν *non ſit niſi accuſare? cum aliquid de aliquo dicere, aliquid alicui attribuere ſignificet propriè, quod vel in trivialibus eſt notum ſcholis. Eireſiona quid ſit, è Plutarchi Theſeo, Suida, ſcholiaſte Ariſtophanis, Euſtathio ex Pauſania in fine commentariorum Iliad.* χ. *ſatis poteſt conſtare. Clemens Alexandrinus libri Stromateῶn quarti initio idem verſib. Sophoclis et Timoclis comici admodum venuſtè expreſſit, dignis lectu & memoratu. Adſcripſi locum propter eos, quibus eius libri copia non eſt, harum rerum ſtudioſis.* ἣ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν κυρίως ἔχουσιν οἱ τῶν ὑπομνημάτων στρωματεῖς, ἀτεχνῶς κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἀπηνθισμένην προσφοράν, περὶ ἧς Σοφοκλῆς γράφει.

Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλός, ἦν δ' ἀμπέλων
Σπονδ[illegible], καὶ ῥὰξ ἐντεθησαυρισμένη,
Ἐνῆν δ[illegible] παγκαρπία συμμιγὴς ὄλαις,
Λίπος [illegible] ἐλάιου, καὶ τὸ ποικιλώτατον
Ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

αὐτίκα οἱ στρωματεῖς ἡμῶν κατὰ τὸν γεωργὸν Τιμοκλέους τοῦ κωμικοῦ, σῦκα, ἔλαιον, ἰσχάδας, μέλι προσοδεύουσι, καθάπερ ἐκ παμφόρου χωρίου. δι' ἣν εὐκαρπίαν ἐπιφέρει.

Εὖ μὲν εἰρεσιώνην, οὐ γεωργίαν λέγεις.

ἐπιφωνεῖν γὰρ εἰώθασιν Ἀθηναῖοι.

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους,
Καί μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι.

*Tres primi verſus Sophoclis menda non vacant, quamquam nulla ſententiæ iniuria. Adduxi autem, ut Hipparchi ſenſum aperirem, nam Eireſiona, ramus oleæ lana redimitus, non mala aut pyra habebat appenſa, ſed ficus & alia quæ referuntur: & nihilo tamen minus erat Eireſiona, etſi malis, pyriſque careret. Ita poëta ſuum tueri titulum atque ordinem poteſt* καθ' Ἵππαρχον, *tametſi non omnibus rebus excellat, modò ne prorſus omnium cognitionem & traditionem ei adimimus.* Xyland.

1. ἀττικῆς εἰρεσιώνης κατηγοροίη) Eruditè hunc locum explicat Xylander. Nota ſunt de Eireſione Athenienſium feſto quæ tradunt grammatici, & Plutarchus: quos conſule. Tantum monebo, verſus Sophoclis hac de re, quos apud Clementem corruptos Xylander ait, ſic eſſe legendos:

Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλός, ἦν δὲ κ' ἀμπέλων
Σπονδή τε, καὶ ῥὰξ ἐντεθησαυρισμένη.
Ἐνῆν δὲ συμμιγὴς ὄλαις παγκαρπία
Λίπος τ' ἐλαίου, καὶ τὸ ποικιλώτατον
Ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Κατηγορεῖν, eſt κατά τινος τὶ ἀγορεύειν. Κατὰ autem in hac voce vel adverſus ſignificat, ut apud oratores, vel idem fere quod περὶ, ut apud philoſophos. Illud eſt loqui adverſus aliquem, & accuſare: hoc aliquid alicui attribuere. In ſcholis Peripateticis etiam pueris nota vox. Sic & Ptolemæus: καὶ γὰρ τοῦτον

εἰώ-

Ἐρατόσθενες· ἐκεῖνα δ' οὐκ ὀρθῶς· ἀφαιρούμενος A αὐτὴν τὴν τοσαύτην πολυμάθειαν, καὶ τὴν ποιητικὴν, γραώδη μυθολογίαν ἀποφαίνων, ᾗ δέδοται πλάττειν, φησὶν, ὃ ἂν αὐτῇ φαίνηται ψυχαγωγίας p. 17. οἰκεῖον. Ἆρα γὰρ οὐδὲ τοῖς ἀκροωμένοις τῶν ποιητῶν οὐδὲν συμβάλλεται πρὸς ἀρετήν; λέγω δὲ τὸ πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον, ἢ στρατηγίας, ἢ γεωργίας, ἢ ῥητορικῆς, ἅπερ ἡ ἀκρόασις, ὡς εἰκὸς, περιποιεῖ. Ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε πάντα ὁ ποιητὴς Ὀδυσσεῖ προσῆψεν, ὃν τῶν πάντων μάλιστα ἀρετῇ πάσῃ κοσμεῖ. οὗτος γὰρ αὐτῷ

Initio Odyſ. Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Iliad. γ. 202. οὗτός τε, ὁ εἰδὼς παντοίους τε δόλους, καὶ μήδεα B

* Manuſſ. πυκινα. * πυκνά. [1] οὗτος δ' ὁ πτολίπορθος ἀεὶ λεγόμενος, καὶ τὸ Ἴλιον ἑλὼν

[2] Βουλῇ καὶ μύθοισι, καὶ ἠπεροπηΐδι τέχνῃ.

Τούτου γ' ἑσπομένοιο, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο

Iliad. κ. 246. Ἄμφω νοστήσαιμεν ---

φησὶν ὁ Διομήδης. Καὶ μὴν ἐπί γε τῇ γεωργίᾳ σεμνύνεται· καὶ γὰρ ἐν ἀμητῷ,

Ἐν ποίῃ δρέπανον μὲν ἐγὼν εὐκαμπὲς ἔχοιμι,

Odyſſ. σ. 367. Καὶ δὲ σὺ τοῖον ἔχοις. --

καὶ ἐν ἀρότῳ,

Τῷ κέ μ' ἴδοις εἰ ὦλκα διηνεκέα προταμοίμην.

καὶ οὐχ Ὅμηρος μὲν οὕτω φρονεῖ περὶ τούτων, οὐχὶ δὲ πάντες οἱ πεπαιδευμένοι μάρτυρι χρῶνται C τῷ ποιητῇ, ὡς ὀρθῶς λέγοντι, περὶ τοῦ τὴν τοιαύτην ἐμπειρίαν εἰς φρόνησιν συντείνειν μάλιστα. Ἡ δὲ ῥητορικὴ φρόνησίς ἐστι δήπου περὶ λόγους· ἣν ἐπιδείκνυται παρ' ὅλην τὴν ποίησιν Ὀδυσσεὺς, [3] ἐν τῇ διαπείρᾳ,

loqueris Eratoſthenes. Hæc autem perperam, quòd tantam multarum rerum cognitionem poëtæ detrahis, & poëticam fabulandi anilem quandam facultatem eſſe pronuncias, cui (uti tu loqueris) liceat delectandi cauſa fingere quæ velit. An enim ne auditoribus quidem poëtarum quicquam ad virtutem conferet adjumenti, eſſe multorum locorum, rei militaris, agriculturæ, oratoriæ peritum, quæ iſta auditione conſequuntur? At qui Homerus hæc omnia Ulyſſi, quem præ cæteris aliis omni virtute exornat, attribuit. Hic enim ipſo referente:

*Multorum mores hominum cognovit & urbes.* is eſt,

*Conſilioque, dolis variiſque inſtructus abundè,*

is eſt, quem ſubinde *urbis everſorem* vocat, & qui Ilium cepit,

*Conſilio verbiſque: & vafra fraudibus artis.* Et,

*Hoc comite ex igni ſoſpes flagrante revertar,*

inquit Diomedes. Idem Ulyſſes & de agricultura gloriatur: in meſſe quidem inquit,

*Curva mihi viridi falx ſi tribuatur in herba, Atque tibi ſimilis—*

& in aratione,

*Tunc me continuum videas proſcindere ſulcum.*

Neque verò hæc ita ſenſit Homerus, ut non eruditi omnes teſtimonio ipſius, tanquam rectè diſſerentis, confirment hujuſmodi peritiam ad prudentiam plurimùm conducere. Jam cùm oratoria prudentia in oratione verſetur, eam Ulyſſes per totam poëſin exerit, [3] in tentandis animis,

ἐιώθαμεν κατηγορεῖν τὸν τρόπον. Æſchylus ita fere uſurpat de Agamemnone:

εὖ γὰρ φρονήσης ὄμμα τοῦ κατηγορεῖ. *Idem.*

1. Οὗτος δ' ὁ πτολίπορθος ἀεὶ λεγόμενος) Videtur Strabo ſentire idem Ciceroni, qui Ulyſſem ſolum ab Homero appellari πτολίπορθον ait ad Fam. x. 13. à quorum ſententia non multum abfuit Euſtathius, qui libro primo & ſecundo obſervat, hoc epithetum eſſe Ulyſſis apud Homerum proprium: Achilli autem, ἅπαξ που fuiſſe attributum. Sed falli eos vehementer (niſi nos libri noſtri potiùs fallunt) conſtabit ei qui leget quatuor libros Ιλ. θ. ο. φ. ω in quibus omnibus Achilles πτολίπορθος appellatur: unde Virgilius Æn. XII. 545.

------ *& Priami regnorum everſor Achilles.* Idem.

2. βουλῇ καὶ μύθοισι) In libris ms. ita legitur, βουλῇ, καὶ τεχνῇ ἠπεροπηΐδι, καὶ μύθοις. Nec refert quod aliter Homerus: ſic mox ἐν ποίῃ non ποίῃ. *Idem.*

3 In tentandis animis.] *Neſcio quo hoc pertineat, an ad narrationem Iliadis libro ſecundo, ubi diſſuadet diſceſſum à Troja, & pro dignitate tum proceres, tum vulgus tractat: niſi ad Dolonem placeat referre. imò verò referemus ad explorator ab Ulyſſe ſuorum animos, Eumæi, Philœtiique, Odyſſ. ξ. π. υ. φ. deprecator ad Achillem mittitur ab Agamemnone Iliad. κ.* Xyland.

3. ἐν τῇ διαπείρᾳ Longe fallitur vir eruditus cum hæc alio putat referenda, quam ad ea, quæ libro ſecundo leguntur. Cùm enim ῥητορικῆς φρονήσεως exempla proponat geographus, nec potuit nec debuit eam omittere partem in qua conſumptum omne rhetorum artificium docti ſemper putarunt: quod præclarè explicat ac demonſtrat Dionyſius Halicarnaſſenſis, quem omnino vide. Hanc autem libri ſecundi partem, διάπειραν vocabant græci, vel ἀπόπειραν. Dionyſius. τούτου τοίνυν τοῦ λόγου παράδειγμα, ὁ τοῦ Ὁμήρου ἐστὶν Ἀγαμέμνων ἐν τῇ ἀποπείρᾳ τῶν Ἑλλήνων. At in explorandis animis ſuorum, etſi magna uſus eſt prudentia Ulyſſes, tamen nego D eam eſſe ῥητορικὴν φρόνησιν: nego etiam illam Odyſſeæ partem vocatam legi à quoquam Διάπειραν. Sciendum eſt autem hujuſmodi inſcriptiones ſingularum partium utriuſque σωματίου Homerici, fuiſſe tunc in uſu, maximè cum nondum in duo corpora Ilias & Odyſſea fuerunt redacta. Ac licet diſtinctis iam partibus, ac ſuis nominibus inſignitis, videri poterat commodius alia ratione Homeri locos indicare: tamen vix tandem apud Grammaticos obtinuit ut ita laudarent poëtam, quemadmodum nos hodie facimus Ιλ. aut Οδ. α β. γ. Scriptores verò alii antiquam rationem ſervarunt. Sic apud Herodotum II. c. 116. ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ. hoc eſt, libro Ιλ. ζ. [apud Platonem ἐν ταῖς Λιταῖς, pro Ιλιαδ. ι.] apud Athenæum, ἐν τῷ ἐπιταφίῳ. pro Ιλιαδ. ψ. Infrà lib. IX ἐν τῇ ἐπιπωλήσει, hoc eſt Ιλιαδ. libro quarto. Hujuſmodi ſunt quæ commemorat Ælianus V. H. XIII. 14. Ἡ ἐπὶ ναυσὶ μάχη, Δολωνία, &c. *Caſaub.*

in deprecatione, in legatione, in qua de A eo ſcribitur:

*At ſimul emiſit magnam de pectore vocem,*
*Hybernis fudit nivibuſque ſimillima verba,*
*Eloquio iam nemo hominum certârit Ulyſſi.*

Quis verò opinetur poëtam, qui introducere poſſit homines artificioſè diſſerentes, & exercitus prudenter ductantes, aliaque virtutis officia obeuntes, ipſum de nugatoribus ac præſtigiatoribus aliquem eſſe; qui tantùm decipere præſtigiis, & adulando mulcere auditorem, nihil autem ei utilitatis afferre poſſit? Nonne autem alia poëtæ virtus nulla eſt, quàm ut oratione vitam humanam imitatam exprimat? Qui autem id præſtet, vitæ ipſe imperitus atque imprudens? Non enim eodem modo poëtæ, quo fabrorum aut ærariorum præſtantiam cenſemus: cùm hæc nihil honeſtum aut venerabile conſectetur: poëtæ virtus hominis cum virtute ſit conjuncta, neque bonus fieri poſſit poëta, qui non priùs vir bonus extiterit. Omnino autem nobis minimè is parcit, qui rhetoricam poëtis adimit. Quid enim dictione magis eſt cùm oratorium, tum poëticum? Atqui cujuſnam dictionem Homericæ putemus præferendam?

[1] ἐν ταῖς λιταῖς, [2] ἐν τῇ πρεσβείᾳ, ἐν ᾗ φησίν·

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει, Iliad. γ. 221.
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος.

Τίς ἂν οὖν ὑπολάβοι τὸν δυνάμενον ποιητὴν [3] εἰσάγειν ῥητορεύοντας ἄλλους, καὶ στρατηγοῦντας, καὶ τ' ἄλλα ἐπιδεικνυμένους τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα, αὐτὸν εἶναι τῶν φλυάρων ἕνα, καὶ τῶν θαυματοποιῶν, γοητεύειν μόνον καὶ κολακεύειν τὸν ἀκροατὴν δυνάμενον, ὠφελεῖν δὲ μηδέν; Πότερον δ' οὐδ' ἀρετὴν ποιητοῦ λέγοιμεν ἂν ἡντινοῦν ἄλλην, [4] ἢ τὴν μιμητικὴν τοῦ βίου διὰ λόγων; πῶς ἂν οὖν μιμοῖτο ἄπειρος ὢν τοῦ βίου, καὶ ἄφρων; Οὐ γὰρ οὕτω φαμὲν τὴν τῶν ποιητῶν ἀρετὴν ὡς ἢ τεκτόνων, ἢ χαλκέων· ἀλλ' ἐκείνη μὲν οὐδενὸς ἔχεται καλοῦ, καὶ σεμνοῦ· ἡ δὲ ποιητοῦ συνέζευκται τῇ τοῦ ἀνθρώπου· [5] καὶ οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι ποιητὴν, μὴ πρότερον γενηθέντα ἄνδρα ἀγαθόν. Τὸ δὲ δὴ καὶ τὴν ῥητορικὴν ἀφαιρεῖσθαι τὴν ποιητὴν, [6] τελέως ἀφειδοῦντος ἡμῶν ἐστι. [7] τί γὰρ οὕτω ῥητορικὸν, ὡς φράσις; τί δ' οὕτω ποιητικόν; [8] τίς δ' ἄμεινον Ὁμήρου φράσαι [9] νὴ Δία; p. 18.

1. ἐν ταῖς Λιταῖς) hoc eſt Ιλ. ι. Euſtathius. Λιταὶ ἡ ῥαψῳδία ἐπιγράφεται αὕτη, ὑπὸ μιᾶς τιτλουμένη λέξεως. Idem alibi, Πάτροκλος καὶ Ἀχιλλεὺς ἐν ταῖς Λιταῖς. Sic Athenæus libro primo c. 14. *Idem.*

2. ἐν τῇ πρεσβείᾳ) Quando Menelaus & Ulyſſes ad Troianos ad repetendam Helenam iverunt legati: quæ legatio non extat apud Poëtam, ſed ejus fit mentio à Troiano Antenore Ιλ. γ. *Idem.*

3. εἰσάγειν ῥητορεύοντας ἄλλους) Libri vett. habent ἑτέρους quod mutatum ab iis videtur, qui perpetuam eſſe illam differentiam credebant, quam notant Grammatici inter ἄλλος & ἕτερος: quam conſtat Atticos ſcriptores negligere. *Idem.*

4. ἢ τὴν μιμητικὴν τοῦ βίου,) Omnis enim poëta μιμητής. quod à Platone ita fusè diſputatur, ut ne locum quidem indicari opus ſit. *Idem.*

5. καὶ οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν) Probat Stoïcum dogma, Solum ſapientem eſſe poëtam poſſe: Sed alia ratione probat quàm apud Stoïcos ſoleret fieri. Sanè, non ſolùm Stoici, ſed & alii philoſophi de poëta & oratore ita pronunciarunt: habetque hæc ſententia auctores maximos. Sed ignoſcat mihi Strabo, ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής. Didici enim in ſchola peripateticorum, ut bonus aliquis jure dicatur, non tam boni ac virtutis deſiderari cognitionem, quam προαίρεσιν. Præterea τὸ ἐπίστασθαι bifariam dicitur: & de eo, qui præditus ſit ſcientia, nec ea tamen utatur: & de eo, qui præter ſcientiæ cognitionem habet hoc amplius, ut poſſit ἐνεργεῖν τῇ ἐπιστήμῃ. Quis igitur non videt, ut ſit aliquis poëta, priorem cognitionem poſſe ſufficere? ut ſit vir bonus, id parum eſſe, aut nihil potius, quum altera ſcientia ſit neceſſaria? *Idem.*

6. τελέως ἀφειδοῦντος ἡμῶν ἐστι.) ἀφειδεῖν eſt ἀμελεῖν. Sic dicimus Gallicè: *ſe moquer des lecteurs.* καταφρονεῖν pro eodem poſuit Athenæus: [vide locum Plinii 37. c. in fine & nota hic.] Strabo alibi καταφλυαρεῖν. *Idem.*

7. τί γὰρ οὕτω ῥητορικὸν, ὡς φράσις) Sic diſputat: Φράσις eſt aliquid ῥητορικόν. φράσις eſt etiam ποιητικόν. Ergo aliquid ῥητορικὸν eſt ποιητικόν. In tertia figura. Stoici rhetorices partem unam faciebant τὴν φράσιν. *Idem.*

8. Τίς δ' ἄμεινον Ὁμήρου φράσαι νὴ Δία;) Lege, φράσαι; Νὴ Δία, ἀλλ' &c. Probat minorem ſuperioris ſyllogiſmi. *Idem.*

9. νὴ Δία, ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ) Poterat Eratoſthenes reſpondere, φράσιν eſſe & ῥητορικόν quid & ποιητικόν: ſed aliam eſſe elocutionem oratorum, aliam poëtarum, nec quicquam eſſe inter hæc commune. Reſpondet Strabo, φράσιν omnem ad rhetoricam pertinere: Ejus diverſas eſſe ſpecies τὴν ῥητορικὴν ſeu πεζὴν, & τὴν ποιητικήν: quæ non genere inter ſe differant, ſed τῷ ἰδίῳ, hoc eſt differentia ſpecifica, ut loquuntur in ſcholis. Nam quod eſt utrique ἴδιον, id ipſum eſt, quo inter ſe diſcernuntur. ſed malè inde colligi docet hæc nihil commune habere inter ſe, quum ſint duæ ſpecies eodem genere contentæ: Id igitur ait ſimile eſſe, ac ſi quis dicat τὴν τραγικὴν & τὴν κωμικὴν φράσιν nihil habere inter ſe commune; quia differunt hæc quoque τῷ ἰδίῳ, cum re vera ejuſdem generis ſint ſpecies, nempe τῆς ποιητικῆς. ut ἡ ἱστορικὴ & δικανικὴ, τῆς πεζῆς. Ex his intelligitur φράσιν ῥητορικὴν vel eſſe genus quod dividatur in duas ſpecies πεζὴν & ποιητικήν. vel eſſe ſpeciem alteram quando nimirum φράσιν ῥητορικὴν dicimus pro πεζῇ. Neque novum eſt generis & alterius ſpeciei communem eſſe appellationem. *Idem.*

ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ ποιητικὴ, [1] τῷ γε ἰδίως· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ποιητικῇ, ἡ τραγικὴ, καὶ ἡ κωμική. καὶ ἐν τῇ πεζῇ, ἡ ἱστορικὴ, καὶ ἡ δικανική. [2] Ἆρα γὰρ οὐδ' ὁ λόγος ἐστὶ γενικὸς, οὗ εἴδη ὁ ἔμμετρος καὶ ὁ πεζός; ἢ λόγος μὲν, ῥητορικὸς δὲ λόγος, οὐκ ἔστι γενικὸς, καὶ φράσις καὶ ἀρετὴ λόγου; Ὡς δ' εἰπεῖν, [3] ὁ πεζὸς λόγος ὅγε κατεσκευασμένος, μίμημα τοῦ ποιητικοῦ ἐστι· πρώτιστα γὰρ ἡ ποιητικὴ κατασκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον, καὶ εὐδοκίμησεν· εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τ' ἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ, συνέγραψαν [4] οἱ περὶ Κάδμον, καὶ * Φερεκύδην, καὶ Ἑκαταῖον· εἶτα οἱ ὕστερον, [5] ἀφαιροῦντες ἀεί τι τῶν τοιούτων, εἰς τὸ νῦν εἶδος κατήγαγον, ὡς ἂν [6] ἀπὸ ὕψους τινός. καθάπερ ἄν τις καὶ τὴν κωμῳδίαν φαίη λαβεῖν τὴν σύστασιν ἀπὸ τῆς τραγῳδίας, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν ὕψους, καταβιβασθεῖσαν εἰς τὸ λογοειδὲς νυνὶ καλούμενον.

[7] Καὶ τὸ ᾄδειν δὲ ἀντὶ τοῦ φράζειν τιθέμενον * περὶ τοῖς πάλαι, ταυτὸ τοῦτο ἐκμαρτυρεῖ, διότι πηγὴ καὶ ἀρχὴ φράσεως κατεσκευασμένης καὶ ῥητορικῆς ὑπῆρξεν ἡ ποιητική. αὕτη γὰρ προσεχρήσατο τῷ μέλει κατὰ τὰς ἐπιδείξεις· τοῦτο δ' ἦν ἡ ᾠδὴ λόγος μεμελισμένος· ἀφ' οὗ δὴ ῥαψῳδίαν τ' ἔλεγον, καὶ τραγῳδίαν, καὶ κωμῳδίαν. Ὥστ' ἐπειδὴ τὸ φράζειν πρώτιστα ἐπὶ τῆς ποιητικῆς ἐλέγετο φράσεως, αὕτη δὲ μετ' ᾠδῆς, τὸ * [9] ᾄδειν αὐτοῖς τὸ αὐτὸ

* Vett. Φερικύδη,

* παρὰ τοῖς πάλαι habent manuſſ.

* Vett. lib. ἀιίδειν

A Alia, inquies, & ſua eſt poëtæ dictio. Sanè: & quidem in ipſa poëſi inter tragicam atque comicam orationem intereſt, ſicut in ſoluta inter hiſtoricam & judicialem. Etenim genus eſt oratio, ſpecies eius menſuræ certæ adſtricta, & ſoluta oratio: niſi fortè id negare quis velit, non eſſe generalem aliquam rhetoricam orationem, dictionem, virtutem. Imò, ut dicam quod res eſt, pedeſtris oratio, quæ quidem ſit arte parata, poëſeos eſt imitatio. Primò enim omnium poëticus apparatus in medium prodiit, approbationemque meruit: poſt eum imitantes, menſura diſſoluta, reliquis poëticis conſervatis, ſua conſcripſerunt B Cadmus, Pherecydes, atque Hecatæus: deinde poſteriores ſubinde aliquid tale ſubtrahentes, orationem ad hanc, qua nunc uſurpatur, formam deduxerunt, veluti de ſublimi quodam ſtatu: perinde ac ſi quis diceret, Comœdiam eſſe à tragœdia procreatam, hujus ſublimitate depreſſa uſque ad eam formam, quæ nunc prorſæ vocatur orationi ſimilis. Jam quòd veteres vocabulo canendi pro voce dicendi uſi ſunt, hoc ipſum teſtatum facit, fontem & principium orationis artificioſæ atque rhetoricæ fuiſſe poëticam. [8] Hæc enim cùm ſe oſtentaret, cantum adhibuit. fuitque oda ſeu carmen non niſi oratio can- C tilenæ accommodata: unde rhapſodiæ, tragœdiæ ac comœdiæ nomina ſunt facta. Itaque cùm vocabulum dicere primò omnium de poëtica eſſet uſurpatum dictione, quæ cum cantu erat conjuncta, canere iis

1. τῷ γε ἰδίως ) Lectionis depravatio parva magnas huic loco tenebras offudit. Lege, ut habent veteres libri, & ratio docet, τῷ γε ἰδίῳ. quod jam expoſuimus. *Idem.*

2. Ἆρα γὰρ οὐδ' ὁ λόγος ) λόγον hic vocat, quam modo φράσιν appellabat. An (inquit) dicet Eratoſthenes, vel nullum eſſe commune genus, quo comprehendantur legibus adſtricta, & ſoluta oratio? An hoc quidem non dicet, ſed negabit orationem in generis ſignificatione acceptam ad rhetoricam pertinere; Λόγον, φράσιν, ἀρετὴν λόγου, pro eodem ponit. *Idem.*

3. ὁ πεζὸς λόγος ὅγε κατεσκευασμένος ) Non dicit, omnem orationem ſolutam eſſe poëtica poſteriorem: ſed artem oratoriam poſt poëticam eſſe natam. Eos autem, qui poëticam omni oratione ſoluta priorem eſſe putant, eleganter irridet Ariſtides in oratione de laudibus Serapis. *Idem.*

D

4. οἱ περὶ Κάδμον, καὶ Φερεκύδην ) Vide Laërtium. Porphyrius apud Suidam v. Φερεκύδης affirmat, Pherecidem eſſe qui primus ἐξέδωκε συγγραφὴν ſoluta oratione. *Idem.*

5. ἀφαιροῦντες ἀεί τι τῶν τοιούτων ) Ergo, ex ſententia Strabonis, antiquiſſimi quique ſcriptores proximè ad ſtylum poëtarum accedunt: quod profectò verum eſt: Ac mihi quidem perſæpe Herodotum cum lego, Homerum aliquem videor legere: quem tamen M. Tullius (Orat. 12. & 55.) ait ſolutum omnibus legibus fluere. Sed de his non eſt hîc agendi locus. *Idem.*

6. ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος ) Sic Plutarchus, Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἐμ. Οὕτω τοῦ λόγου συμμεταβάλλοντος ἅμα καὶ συναποδυομένου, κατέβη μὲν ἀπὸ τῶν μέτρων, ὥσπερ ὀχημάτων ἡ ἱστορία. *Idem.*

7. καὶ τὸ ᾄδειν ) Manuſſ. ἀείδειν. quod eſt ποιητικώτερον. Vide Euſt. ad illud, Μῆνιν ἄειδε. *Idem.*

8. Cum ſe oſtentaret. ) Κατὰ τὰς ἐπιδείξεις, *cùm in publicum prodiret poëta, & carmen ſuum recitaret. notus eſt hujus vocis uſus ex ſcriptoribus Græcis, interpres totum hunc locum ita convertit, ſicuti & pleraque alia, ut mirum ſit ſi quis ex ipſius verbis aliquid ſententiæ elicere potuerit, quod Strabonianum guſtum præbeat. Quod ad Cadmum Phœnicem attinet, nota ſunt quæ de eo paſſim feruntur. ſed adſcribenda duxi Plinii verba, ut locus fieret illuſtrior. De poëmatum, inquit, origine magna quæſtio eſt. ante Troianum bellum probantur fuiſſe. Prorſam orationem condere Pherecydes Syrus inſtituit, tempore Cyri regis. Hiſtoriam Cadmus Mileſius. Hæc ille lib. ſeptimo capite* LVI. *ex quibus liquet, non de litterarum inventore Cadmo, ſed alio quodam auctorem loqui. cujus eodem meminit eulogio, libro quinto, capite* 29. *de Mileto Joniæ urbe ſcribens. Hecatæus porrò princeps Geographiam ſcribere aggreſſus eſt, ut ſuprà indicavit Strabo. De raposodia vide quæ annotavimus in Plutarchomericis.* Xyland.

9. ᾄδειν αὐτοῖς τὸ αὐτὸ ) Vox αὐτοῖς quid hic ſignificet, quum ſequatur, παρ' ἐκείνοις non video. Itaque tollendam cenſeo. *Caſaub.*

& dicere pro eodem ſumebantur: quorum cùm alterum pedeſtri orationi accommodarent, abuſio etiam ad alterum pervaſit. Quin & hoc ipſum, quòd oratio verſu carens pedeſtris vocatur, oſtendit orationem à faſtigio quodam & vehiculo ad humum eſſe deductam. Neque verò propinqua tantùm, & quæ apud Græcos ſunt, ſicuti Eratoſthenes dixit, verùm & longinqua etiam: idque accuratè Homerus, & accuratiùs quàm qui poſt eum ſunt fabulati, deſcripſit: non monſtroſè omnia fingens, ſed ſcienter interdum alium ſenſum verbis occultans, aut exornans carmen, animoſve hominum oblectando ducens, cùm aliis in narrationibus, tum de Ulyſſis maximè erroribus: de qua re cùm admodum erret Eratoſthenes, & interpretes nugatores appellans & ipſum poëtam, operæ pretium eſt copioſiùs diſſerere. Primò omnium, non poëtæ modò fabulas ſibi delegerunt, ſed multo antè civitates ac legum latores id fecere, utilitatis cauſa nimirum, & ad naturalem reſpicientes animalis rationе præditi affectionem. Cupidus enim cognitionis eſt homo: ad quam rem fabularum ſtudium aditum ei parat: hinc namque incipiunt pueri audire, & magis magiſque ſermonibus auſcultandis vacare. Cauſa eſt, quòd fabula novarum quædam rerum narratio eſt, non ea quæ ſunt, ſed alia quædam ab his diverſa recenſens: jucundum autem eſt quod novum & adhuc ignotum narratur, atque hoc ipſum eſt quod cognitionis ſtudioſos efficit. Quòd ſi admirabilia & portentoſa fabulis

A τῷ φράζειν ὑπῆρξε παρ' ἐκείνοις· καταχρησαμένων δ' αὐτῶν θατέρῳ καὶ ἐπὶ τοῦ πεζοῦ λόγου, [1] καὶ ἐπὶ θάτερον ἡ κατάχρησις διέβη. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πεζὸν λεχθῆναι τὸν ἄνευ τοῦ μέτρου λόγον, ἐμφαίνει τὸν ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα ἐκ ὀχήματος εἰς τοὔδαφος. [2] Ἀλλ' οὐδὲ τὰ σύνεγγυς μόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης εἴρηκε, καὶ τὰ ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ τῶν πόῤῥω πολλὰ λέγει καὶ δι' ἀκριβείας Ὅμηρος, καὶ μᾶλλόν γε τῶν ὕστερον μυθολογούντων· οὐ πάντα τερατευόμενος, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐπιστήμην ἀλληγορῶν, ἢ διασκευάζων, [3] ἢ δημαγωγῶν, B ἄλλα τε καὶ τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην· περὶ ἧς πολλὰ διαμαρτάνει, τούς τ' ἐξηγητὰς φλυάρους ἀποφαίνων, καὶ αὐτὸν τὸν ποιητήν· περὶ ὧν ἄξιον εἰπεῖν διὰ πλειόνων· Καὶ πρῶτον, ὅτι [4] τοὺς μύθους ἀνελέξαντο οὐχ οἱ ποιηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ πόλεις πολὺ p. 19. πρότερον, καὶ οἱ νομοθέται, τοῦ χρησίμου χάριν, βλέψαντες εἰς τὸ φυσικὸν πάθος τοῦ λογικοῦ ζώου. [5] Φιλειδήμων γὰρ ὁ ἄνθρωπος. [6] προοίμιον δὲ τούτου τὸ φιλόμυθον· ἐντεῦθεν οὖν ἄρχεται τὰ παιδία ἀκροᾶσθαι καὶ κοινωνεῖν λόγων ἐπὶ πλεῖον. Αἴτιον δ' ὅτι καινολογία τίς ἐστιν C ὁ μῦθος, οὐ τὰ καθεστηκότα φράζων, ἀλλ' ἕτερα παρὰ ταῦτα· ἡδὺ δὲ τὸ καινὸν, καὶ ὃ μὴ πρότερον ἔγνω τίς· τοῦτο δ' αὐτό ἐστι καὶ τὸ ποιοῦν φιλειδήμονα· Ὅταν δὲ προσῇ καὶ τὸ θαυμαστὸν,

1. *καὶ ἐπὶ θάτερον ἡ κατάχρησις διέβη*) *Κατάχρησιν* vocat quæ à Græcis interpretibus *μετάληψις* vocitatur. *Φράζει* & *φράσις* de elocutione quacunque propriè dicuntur. Cum autem ita contigerit, ut qui primi arte *φράζειν* cœperunt, ii poëtæ eſſent, de iiſdem primum & *φράζειν* dicebatur & *ἀείδειν*: illud propter elocutionem: hoc propter metrum. Sed cum poſtea etiam oratorum eſſet exortum genus, tunc de iis, primum quidem *φράζειν* propter arte elaboratam elocutionem uſurpatum eſt, deinde vero etiam *ἀείδειν* paulatim de iiſdem dici cœpit: per *κατάχρησιν* inquit, & errorem. Nam quia de poëtis dicebatur *φράζειν*, de quibus & *ἀείδειν*: communicata altera voce oratoribus, altera quoque, quæ propria erat poetis, cepta eſt communicari. Simillima ratione cum *γλήνη* & *κόρη* de eodem dicerentur, nempe de pupilla oculi, quia *κόρη* tranſlata ſignificatione de ignavo homine dici ſolebat, poeta eodem ſenſu etiam voce *γλήνη* eſt uſus. [& ſimili quoque ratione *γέροντας* ille legatos vocat Ἰλιαδ, ι.] Sic *ἐθόωσα*, pro *ἀπώξυνα*, Ὀδυσσ. ι. 327. ubi notat ſcholiaſtes, *ἐκ τοῦ συνωνύμου τὸ ὁμώνυμον. ὁ τρόπος μετάληψις.* Vide Plutarchum, & poetæ interpretes ad illum locum, (ιλ. α. v. 189.)

—— *ἐν δέ οἱ ἦτορ*
*Στήθεσσιν λασίοισι.* *Caſaub.*

2. *Ἀλλ' οὐδὲ τὰ συνέγγυς μόνον*) Aliud caput eſt reprehenſionis Eratoſthenis, De Fabulis Homericis, & Erroribus Ulyſſis. Eratoſthenes omnia à poeta temerè & ſine ulla ratione putabat eſſe conficta: Strabo, non omnia eſſe conficta: ſed veritatem hiſtoricam partim eum eſſe ſecutum, partim ſuis figmentis obſcuraſſe cenſet. *Idem.*

3. *ἢ δημαγωγῶν*) Paulò poſt p. 37. B. de eadem re *τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη.* Quoſnam autem *δημαγωγοὺς* Græci vocent in Republ. nemo clarius Ariſtotele Polit. IV. 4. docet. Illinc pete *Idem.*

4. *τοὺς μύθους ἀνελέξαντο*) Lego, *ἀνεδέξαντο* id eſt *admiſerunt & probarunt.* Sic mox eadem de re *ἀπεδέξαντο.* Quod ad quæſtionem attinet, qua de hîc agitur, lege Platonem lib. de Rep. ſecundo, & Plu- D tarchum De audiendis à juvene poëtis. [ itemque Dionyſium Halicarnaſſ. qui mihi videtur lib. ſecundo c. 19. 20. omnium optimè, quid hac de re eſſet ſentiendum, docuiſſe. Strabo enim fabulis veterum paulò fuit, quam oportebat, addictior. Sed homini Stoïco facile ignoſcimus.] *Idem.*

5. *Φιλειδήμων γὰρ ὁ ἄνθρωπος*) Ariſtoteles, *Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει.* [Cicero, *Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem.* I. c. 6. de Off.] Idem.

6. *προοίμιον δὲ τούτου τὸ φιλόμυθον*) Imò conſequens, potius. Ideo dicebat Ariſtoteles, Metaph. I. c. 2. philoſophos eſſe *φιλομύθους. Διὸ καὶ*, inquit, *φιλόμυθος ὁ φιλόσοφος πώς ἐστιν· ὁ γὰρ μῦθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων.* [Senecæ locus lucem huic affert Ep. 77. p. 339. ubi facit *αὐτὰ, φιλειδ.* & *φιλόμ.* & quaſi explicat ex profeſſo Plinius V. ep. 8. ubi nota *φιλόμυθ.* verti *ſermunculis, fabelliſque.*] *Idem.*

καὶ τὸ τερατῶδες, ἐπιτείνει τὴν ἡδονήν, ἥπερ A ἐστὶ τοῦ μανθάνειν φίλτρον. Κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὖν ἀνάγκη τοιούτοις δελέασι χρῆσθαι· προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων μάθησιν ἄγειν, ἤδη τῆς διανοίας ἐῤῥωμένης, καὶ μηκέτι δεομένης κολάκων. Καὶ ἰδιώτης δὲ πᾶς καὶ ἀπαίδευτος τρόπον τινὰ παῖς ἐστι, * φιλομυθεῖ τε ὡσαύτως· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πεπαιδευμένος μετρίως· οὐδὲ γὰρ * οὔτ᾽ ἰσχύει τῷ λογισμῷ· * πρόσεστι γὰρ καὶ τὸ ἐκ παιδὸς ἔθος. Ἐπεὶ δ᾽ οὐ μόνον ἡδὺ, ἀλλὰ καὶ φοβερὸν, τὸ τερατῶδες, ἀμφοτέρων ἐστὶ χρεία τῶν εἰδῶν, πρός τε τοὺς παῖδας, καὶ τοὺς ἐν ἡλικίᾳ. Τοῖς τε γὰρ παισὶ προσφέρομεν τοὺς ἡδεῖς μύθους εἰς προτροπήν· B εἰς ἀποτροπὴν δὲ τοὺς φοβερούς· [1] ἥτε γὰρ Λάμια μῦθός ἐστι, καὶ ἡ Γοργὼ, καὶ ὁ Ἐφιάλτης, καὶ ἡ Μορμολύκη. οἵ τε πολλοὶ τῶν τὰς πόλεις οἰκούντων εἰς μὲν προτροπὴν ἄγονται τοῖς ἡδέσι τῶν μύθων, ὅταν ἀκούωσι τῶν ποιητῶν ἀνδραγαθήματα μυθώδη διηγουμένων· οἷον Ἡρακλέους ἄθλους, ἢ Θησέως, [2] ἢ τιμὰς περὶ τῶν θεῶν νεμομένας, ἢ νὴ Δία ὁρῶσι γραφὰς, ἢ ξόανα, ἢ πλάσματα, τοιαύτην τινὰ περιπέτειαν ὑποσημαίνοντα μυθώδη. εἰς ἀποτροπὴν δὲ, ὅταν κολάσεις παρὰ θεῶν, καὶ φόβους, καὶ ἀπειλὰς, ἢ διὰ λόγων, [3] ἢ διὰ τύπων ἀοράτων τινῶν προσδέχωνται, ἢ καὶ πιστεύωσι περιπεσεῖν τινας. C Οὐ γὰρ ὄχλον τε γυναικῶν, καὶ παντὸς χυδαίου πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ, καὶ [4] προκαλέσασθαι πρὸς εὐσέβειαν, καὶ ὁσιότητα καὶ πίστιν, ἀλλὰ δεῖ καὶ

* Vett. μυθολογεῖται

* Lego οὗτος ἰσχύει

* Lego, πρόσεστι δὲ

A admiſceantur, augetur voluptas, quæ quidem medicamenti inſtar diſcendi amorem ingenerat. Ab initio itaque neceſſe eſt hoc modo pueros ineſcari: progreſſu ætatis ad ipſarum rerum cognitionem ſunt adducendi, confirmata jam intelligentia, neque opus habente adulatoribus, quin etiam quicunque litterarum ſunt & diſciplinæ rudes, pueri ſunt quodammodo, itidemque fabulas amant: quod ipſum eruditi etiam faciunt mediocriter: nam neque ratio eorum iis reluctari valet, atque conſuetudo à primis annis parta allicit. Porrò cùm fabularum monſtra non tantùm delectandi, ſed & terrendi facultatem habeant, utrique generi uſus eſt, & apud pueros, & apud adultos. Nam pueris jucundas quidem proponimus fabulas, exhortandi gratia; terribiles autem ad deterrendum. Eſt enim ejus generis Lamia, Gorgo, Incubus, Larva. Et in urbibus habitantes plerique jucundis fabulis ad honeſtatem excitantur, cùm audiunt à poëtis fabuloſe res præclare geſtas referri, Herculis putà aut Theſei ærumnas, aut divinos alteri tributos honores: aut profectò cùm hujuſmodi fictitios eventus picturis, ſtatuis, fictilibuſve operibus expreſſos vident. Idem avertuntur à vitiis, cùm ſupplicia, terrores, minaſve divinitus miſſas, aut ſermone, aut aliqua adſpectu; horribili figura exponi audiunt, aut etiam credunt talia aliquibus eveniſſe. Fieri enim non poteſt, ut mulierum ac promiſcuæ turbæ multitudo Philoſophica oratione excitetur ducaturque ad religionem, pietatem, ac fidem, ſed ſuperſtitione

1. *ἥτε γὰρ Λαμία*) De Lamia muliere, quam perhibent fabulæ anſam præbuiſſe, præter Grammaticos, lege Diodorum Siculum lib. xx. Is Lamiæ antrum & regnum in Lybia collocat, cum alii alibi eam regnaſſe tradant: Aſpaſius quidem Ethicorum Nicomachorum Ariſtotelis interpres circa Pontum ait, de ea accipiens Ariſtotelis hæc verba, lib. VII. *οἷον τὸν ἄνθρωπον, ἣν λέγουσι τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν.* [ Euſthatius vero in lib. decimum ejuſdem operis in Libya. Sicut & Duris li. II. Libycorc, cujus verba habemus apud *σχολ.* Ariſtoph. in Veſpis ] Diodorus diſerte id negat, Euripidis ductus D auctoritate. [ Lamiæ meminit & Plut. *περὶ πολυπραγμοσύνης.* ] De Gorgone autem, nota ſunt, quæ vulgò fabulantur poetæ. Ephialtes, Latinis eſt *Incubus*. Vide Virgil. Æn. XII. 809, & Macrobium in Somnium Scipionis. I. c. 3. Obſervant autem grammatici, hanc vocem quando *δαίμονα* ſignificat, ſcribi per *π Ἐπιελτήν*: quando nomen eſt, aut hominis, aut morbi, ſive *ῥιγοπυρέτου* per *φ*. Verum hanc legem negligunt veteres ſcriptores. *Μορμολύκη* & *Μορμὼ* [ quæ & *Μορμὼ* dicitur & *Μομβρὼ* ] voces ſunt, ad pavorem pueris incutiendum à nutricibus excogitatæ. Sic mater apud Theocritum, XV. v. 40. ---*μορμὼ* ait, *δάκνει ἵππος.* Ariſtoph. in Equit. p. 329. *Μορμὼ, τοῦ θράσους.* Mox Strabo, *μορμολύκας τινὰς πρὸς τοὺς νηπιόφρονας*, [ Fuit & *Γελλὼ* quædam ſimiliter infantium pavor. Heſychius *Γελλὼ, δαίμων, ἣν γυναῖκες τὰ νεογνὰ παιδία φασὶν ἁρπάζειν.* *Manias* Romanæ nutrices appellarunt: vid. Feſt. *Mania* *Manducus* etiam non diſſimile fuit apud eoſdem Romanos figmentum, de quo vide Plautum Rud. II. ſ. 6. 51. & Feſtum. v. *Manducus* ] *Idem.*

2. *ἢ τιμὰς περὶ τῶν θεῶν νεμομένας*) Omnino *παρὰ* eſt legendum, quam lectionem & vett. codd. confirmant. Sic mox *κολάσεις παρὰ θεῶν* dicit. At Xylander, *divinos honores* ſomniat. Melius omnino prior interpres, *tributos ab Deis honores*. Idem.

3. Horribili figura.] *Τύπων ἀοράτων. ſuſpecta vox. ad hunc locum vide quæ Plutarchus in Numa de conficta religione diſputat.* Xyland.

3. *διὰ τύπων ἀοράτων*) Hæſit hic meritò eruditiſſimus Xylander. Sed legendum *ἀώρων*. nam in libris manu exaratis eſt *ἀόρων*. *Ἄωρον* autem ſignificat *αἰσχρὸν* &. *ἄμορφον*. Reſpicit autem Strabo ad Furias quæ vultu horribili & turpiſſimo à poetis ac pictoribus fingebantur. Id vel ex Cicerone, (pro S. Roſc. Am. 24) (ut poetarum nationem taceam) & Æſchine, (contra Timarchum) unde habet Cicero, notum eſt. Sic dicitur à ſummo vate Scylla habere *πόδας ἀώρους* & ipſa *σμερδαλέος* tota. Nam qui locum poetæ aliter explicant falluntur, opinor. Pertinent ad hunc locum quæ diſputat gravis cum primis auctor Polybius non procul à libri ſexti fine, quo loco docet, harum rerum metu, (quam ille vocat *δεισιδαιμονίαν*,) ſtare & contineri maximè Rempublicam Romanorum. Vide locum, &, ſi lubet, confer cum iis, quæ de eadem re ſcribit Dionyſius Halicarnaſſ. lib. ſec. *Caſaub.*

4. *προκαλέσασθαι*) Lege, *προσκαλέσασθαι*. ut & Epitome Planudis habet. *Idem.*

1. Κα-

præterea ad hoc opus eſt, quæ incuti A ſine fabularum portentis nequit. Etenim fulmen, ægis, tridens, faces, angues, haſtæque Deorum thyrſis præfixæ, atque univerſa priſca theologia, fabulæ ſunt, receptæ à civitatum auctoribus, quibus veluti larvis inſipientum animos terrerent. Proinde fabularum fictio cùm talis res ſit, ac in ſocietatem, vitæque formam civilem, & verarum cognitionem rerum deſinat: veteres inſtitutionem puerilem uſque ad perfectam ætatem produxerunt, poëticam formandis ad modeſtiam omnis ætatis moribus ſufficere exiſtimantes. Poſterioribus demum temporibus hiſtoriæ ſcriptio, & qua hodie utimur philoſophia, in medium prodierunt. Verùm hæc ipſa ad paucos pertinet: poëtica B in publicum utilior eſt, quæ etiam theatra implere valet: maximè omnium Homerica poëſis. Et quidem primi etiam hiſtorici ac naturæ rerum deſcriptores, fabulas ſcripſerunt. Enimvero poëta fabulas ad morum formationem referens, veritatis magna ex parte rationem habuit, interdum tamen etiam mendacio adhibito, veritatem quidem amplectens, mendacio autem demulcens ac gubernans ducis inſtar multitudinem. Et,

*Ut faber argento cùm circumfunderet aurum:*

ſic ille veris eventis fabulas adjecit, dictionem ita condiens ac ornans, interim, C qui vera narrandi eſt propoſitus, eum ipſe quoque ad finem reſpiciens. Hoc modo Iliacum ille Bellum, rem nimirum geſtam, ſumpſit, ac fabularum commentis exornavit, itèmque Ulyſſis errores.

A διὰ δεισιδαιμονίας· τοῦτο δ᾽ οὐκ ἄνευ μυθοποιΐας, καὶ τερατείας. [1] Κεραυνὸς γὰρ, [2] καὶ αἰγὶς, [3] καὶ τρίαινα, [4] καὶ λαμπάδες, καὶ δράκοντες, καὶ [5] θυρσόλογχα τῶν θεῶν ὅπλα, μῦθοι· καὶ πᾶσα θεολογία ἀρχαϊκή· ταῦτα δ᾽ ἀπεδέξαντο οἱ τὰς πολιτείας καταστησάμενοι μορμολύκας τινὰς πρὸς τοὺς νηπιόφρονας. Τοιαύ- p. 20.
της δὲ τῆς μυθοποιΐας οὔσης, καὶ καταστρεφούσης εἰς τὸ κοινωνικὸν, καὶ τὸ πολιτικὸν τοῦ βίου σχῆμα, καὶ τὴν τῶν ὄντων ἱστορίαν, οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν παιδικὴν ἀγωγὴν ἐφύλαξαν μέχρι τῶν τελείων ἡλικιῶν, καὶ διὰ ποιητικῆς ἱκανῶς σωφρονίζεσθαι πᾶσαν ἡλικίαν ὑπέλαβον. Χρόνοις δ᾽ B ὕστερον ἡ τῆς ἱστορίας γραφὴ, καὶ ἡ νῦν φιλοσοφία παρελήλυθεν εἰς μέσον. Αὕτη μὲν οὖν πρὸς ὀλίγους, ἡ δὲ ποιητικὴ δημωφελεστέρα, καὶ θέατρα πληροῦν δυναμένη· ἡ δὲ δὴ τοῦ Ὁμήρου ὑπερβαλλόντως. [6] Καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ, [7] καὶ φυσικοὶ, μυθογράφοι. [8] Ἅτε δὴ πρὸς τὸ παιδευτικὸν εἶδος ἀναφέρων τοὺς μύθους ὁ ποιητὴς, ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς· [9] ἐν δ᾽ ἐτίθει καὶ ψεῦδος· τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη.

Ὡς δ᾽ ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ Odyſſ. ζ.
ἀνήρ· 232.

οὕτως ἐκεῖνος ταῖς ἀληθέσι περιπετείαις προσετίθει C μῦθον, ἡδύνων καὶ κοσμῶν τὴν φράσιν· [10] πρὸς δὲ τὸ αὐτὸ τὸ τέλος τοῦ ἱστορικοῦ, [11] καὶ τοῦ τὰ ὄντα λέγοντος, βλέπων· Οὕτω δὴ τόν τε Ἰλιακὸν πόλεμον γεγονότα παραλαβὼν, ἐκόσμησε ταῖς μυθοποιΐαις, καὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην ὡσαύτως.

1. Κεραυνὸς γὰρ) Telum hoc Jovis. Heſiodus. Θεογ. ꝟ. 707.

Βροντήν τε, Στεροπήν τε, καὶ αἰθαλόεντα κεραυνὸν
Κῆλα Διὸς μεγάλοιο. *Idem.*

2. καὶ αἰγὶς) Iovis & Minervæ ὅπλον eſt ἡ Αἰγίς. *Idem.*

3. καὶ τρίαινα) Telum Neptuni. *Idem.*

4. καὶ λαμπάδες καὶ δράκοντες) Reſpicit ad Furias. *Idem.*

5. καὶ θυρσόλογχα τῶν θεῶν ὅπλα) Pertinent hæc ad Bacchum. Pereleganter hæc omnia complexus eſt poëta, cujus hæc ſunt.

*Fulmina ſub Jove ſunt. Neptuni fuſcina telum:*
*Enſe potens Mars eſt: haſta Minerva tua eſt.*
*Sutilibus Liber committit prælia thyrſis.*
*Fertur Apollinea miſſa ſagitta manu.*

Verba autem illa, καὶ θυρσόλογχα τῶν θεῶν ὅπλα, videntur ab aliquo eſſe poëta accepta. Corruptus in hac voce Proclus: quod moneo quia nec vir doctiſſimus Thomas Linacer; nec alii magni viri hoc animadverterunt. Lege ergo in aſteriſmis Procli, θυρσόλογχος ὃν κρατεῖ ὁ Κένταυρος. θυρσόλογχον pro θύρσον dicebant, quia erat θύρσος λογχωτὸς ut appellatur libro Epigram. græcanicorum ſexto (Iuſtinus, ὥσπερ αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν ταῖς θύρσαις περιφέρουσιν. Strabo l. III. de alia re ἀκοντίον λελογχωμένον σιδήρῳ dicit. Athenæus lib. V. c. 7. in fine de Baccho. εἶχεν ἐν ταῖς χερσὶ θυρσόλογχον χρυσοῦν. Apud Ptolemæum θύρσον legimus ſimpliciter. *Idem.*

6. Καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ) Hecatæus, Herodotus, Ephorus: quorum fabulis non ubique ita delectatur Strabo, ut nunc. Nam ſanè alibi fabuloſos id genus ſcriptores acerbè ſatis perſtringit, & vellicat. *Idem.*

7. καὶ φυσικοὶ] Parmenides, Empedocles, Xenophanes, alij philoſophi ante Socratem, qui princeps τὸ ἠθικὸν τῆς φιλοσοφίας μέρος invenit. *Idem.*

8. Ἅτε δὴ πρὸς τὸ] Eleganter initio ſententiæ, ἅτε δὴ ponere ſolet. Sic apud alios οἷα δή. Herodianus D libr. primo. Οἷα δὴ ἄνδρα πολυΐστορα, μάλιστα ἐτάραττε μνήμη. *Idem.*

9. ἐν δ᾽ ἐτίθει καὶ ψεῦδος] Alludit ad hemiſtichium poetæ Ιλ. σ.

ἐν δ᾽ ἐτίθει νειὸν μαλακήν. *Idem.*

10. πρὸς δὲ τὸ αὐτὸ τέλος τοῦ ἱστορικοῦ.] Ex ſententia igitur Strabonis auctoris locupletiſſimi, ἡ ἱστορικὴ, & ἡ ποιητικὴ finem habent unum & eundem: modo tantum τῆς γραφῆς differunt. Utraque prodeſſe & docere vult: ἡ ποιητικὴ, etiam delectare. Illa τὰ ὄντα tantum exponit: hæc & τὰ ὄντα exponit, & τὰ μὴ ὄντα docendi cauſa fingit. *Idem.*

11. καὶ τοῦ τὰ ὄντα λέγοντος] Periphraſis ἱστορικοῦ. nam καὶ eſt ἐξηγήσεως nota: τὰ ὄντα ſunt τὰ ἀληθῆ. & apud Herodotum τὸν ἐόντα λέγειν λόγον, eſt veritatem rei dicere. Sic apud Demoſthenem: ὁ γενόμενος λόγος. niſi mendum eſt. Atque hæc loquendi Græcorum genera ex ipſa rerum natura petita ſunt:



nam

A [1] Ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν καινὴν τερατολογίαν, οὐχ Ὁμηρικόν. [2] προσπίπτει γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὡς πιθανώτερον, ἂν οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν· [3] ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης ἐπιχειρῶν· τοιοῦτο δ' ἐστὶ καὶ τό,

Odyſſ. τ. 203. Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα·

Οὔτε γὰρ πάντα, ἀλλὰ πολλὰ [4] εἶπε, οὐδ' ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Ἔλαβεν οὖν παρὰ τῆς ἱστορίας τὰς ἀρχάς. [5] Καὶ γὰρ τὸν Αἴολον [6] δυναστεῦσαί φησι τῶν περὶ τὴν Λιπάραν νήσων, καὶ [7] τῶν περὶ τὴν Αἴτνην, καὶ Λεοντίνην, Κύκλωπας, καὶ Λαιστρυγόνας ἀξένους τινάς· (Odyſſ. κ. & ψ.) διὸ καὶ τὰ περὶ τὸν πορθμὸν, ἀπροσπέλαστα εἶναι τοῖς τότε· B [8] καὶ τὴν Χάρυβδιν, καὶ τὸ Σκύλλαιον ὑπὸ λῃστῶν κατέχεσθαι· οὕτω δὲ τοὺς ἄλλους τῶν ὑπὸ Ὁμήρου λεγομένων ἐν ἄλλοις τόποις ἱστορούμενα· οὕτω δὴ καὶ τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον πρὸς Βορρᾶν, καὶ ζοφώδη, μετήγαγεν εἰς σκοτεινόν τινα τόπον, [9] οἰκείως τὸν καθ' ᾅδην, χρήσιμον ὄντα πρὸς τὴν μυθοποιΐαν τὴν ἐν τῇ πλάνῃ. Ὅτι δ' οἶδεν αὐτοὺς, οἱ χρονογράφοι δηλοῦσιν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ τὴν τῶν Κιμμερίων ἔφοδον, ἢ κατ' αὐτὸν * [11] ἀναγράφοντες· Ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς Κόλχους εἰδὼς, καὶ τὸν Ἰάσονος πλοῦν τὸν εἰς Αἶαν, καὶ τὰ περὶ Κίρκης καὶ Μηδείας μυθευόμενα, καὶ ἱστορούμενα περὶ τῆς φαρμακείας, καὶ τῆς ἄλλης ὁμοιοτροπίας, [12] συγγενείας τε ἔπλασε τῶν οὕτω διῳκισμένων, τῆς μὲν ἐν τῷ

* Sic reſtituimus hunc locum ex manuſſ.

p. 21.

Non enim Homericum eſt nova fabularum portenta proferre, quæ à nullo vero dependeant. Veriſimiliora nimirum videntur auditori, quæ is ita mentitur, ut vera falſis admiſceat: id quod de Ulyſſis erroribus diſſerens etiam Polybius affirmat. Tale eſt etiam hoc,

*Sic falſa veris affinia multa locutus.*

Non enim omnia falſa dixit, ſed multa modò dixit: alioqui ea veris ſimilia non fuiſſent. Accepit ergo principia ſuæ poëſeos ex hiſtoria, cùm affirmat, Æolum inſulis Liparæ adjacentibus imperaſſe: ac circa Ætnam & Leontinorum regionem Cyclopes incoluiſſe, & Læſtrygonas quoſdam inhoſpitales: ita loca freto vicino tum temporis inacceſſa fuiſſe: Charybdin quoque & Scyllæum à latronibus fuiſſe infeſſa, eodemque modo alibi alios habitaſſe, quorum Homerus meminit. Atque ita cùm noſſet Cimmerios verſus Septentrionem habitare ad Boſporum Cimmerium, loco caliginoſo, tranſtulit eos in tenebroſum locum, opportunè inferos ad hoc commentus in Ulyſſea peregrinatione: quod autem eos noverit, ex eo liquet, quia ejus ætate, vel paulo ante ipſum natum [10] Cimmeriorum excurſionem annalium ſcriptores referunt. Sic cùm Colchos noſſet, & Jaſonis ad Æam navigationem, & quæ de Circe ac Medea feruntur fabulæ, de earum veneficiis ac reliqua morum ſimilitudine: cognatas eas inter ſe finxit (cùm quidem longiſſimè eſſent diſſitæ, alteraque earum in

Nam, ut docet philoſophus, orationis veritas ἀκολουθεῖ τῷ εἶναι. *Idem.*

1. ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς] Paullò poſt, τὸ δὲ πάντα πλάττειν, οὐ πιθανὸν οὐδὲ Ὁμηρικόν. *Idem.*

2. προσπίπτει γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὡς πιθανώτερον) Veteres codd. habebant προπίπτει. Ego προσπίπτειν retineo, & interpretor ut apud Ciceronem pro Sext. c. 50. *ad aures accidere.* Paullò aliter infrà, μάλιστα γὰρ ἂν προσπίπτοι τὸ ῥηθὲν ὑφ' Ἡροδότου. *Idem.*

3. ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι] Polybii locus, ut & major pars operum tanti ſcriptoris, interiit. Sed de Polybio plura Strabo infrà. *Idem.*

4. εἶπε, οὐδ' οὐκ ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα) Reſtituimus vocem ὁμοῖα, quæ in Germania perierat, ex Aldino codd. & manuſſ. *Idem.*

5. καὶ γὰρ τὸν Αἴολον δυναστεῦσαι) Plinius lib. III. cap. IX. *Lipara dicta à Liparo rege, qui ſucceſſit Aeolo.* Ibidem, *Tertia Strongyle, à Lipara M. paſſ. ad exortum Solis vergens, in qua regnavit Aeolus.* Idem.

6. δυναστεῦσαί φησι) Quis non videt legendum eſſe φασί? Vult probare Homerum, eorum quæ dicit τὰς ἀρχὰς, ab hiſtoria habuiſſe: exempli gratia, multa poeta de Aeolo fabulosè & præter rei veritatem, & tamen non ſunt omnia conficta ab eo: fama enim eſt, inquit, Aeolum hunc obtinuiſſe quondam inſulas, quæ ſunt circa Liparam. Idem de Cyclopibus, & Læſtrygonibus ſentiendum, quorum poeta meminit, *Idem.*

7. καὶ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην, καὶ Λεοντίνην, Κύκλωπας, καὶ Λαιστρυγόνας) Cyclopas refert ad Aetnam. Pomp. Mela. II. c. 7. *Et Aetna, quæ Cyclopas olim tulit, nunc aſſiduis ignibus flagrat.* Læſtrygonas ad Leontinem. Nam qui poſtea Leontini in Sicilia dicti ſunt, prius Læſtrygones appellabantur. Heſych. Λαιστρυγόνες οἱ νῦν Λεοντῖνοι. De Cyclopibus & Læſtrygonibus Thucydides libro VI. c. 2. ſic, παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι· ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὐθ' ὁπόθεν εἰσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν. *Idem*

8. καὶ τὴν Χάρυβδιν καὶ τὸ Σκυλλαῖον) vide infrà lib. VI. *Idem.*

9. οἰκείως τὸν καθ' ᾅδην) Probo lectionem veterum librorum, μετήγαγεν οἰκείως, εἰς σκοτεινόν τινα τόπον τὸν καθ' ᾅδην *Idem.*

10. Cimmeriorum excurſionem.) *De qua ſuprà pag. 12. Cæterum verba in Græco ſunt corrupta.* ἢ κατ' αὐτὸν. ἀναγράφων δέ ὡσαύτως καὶ τοὺς Κόλχους. D *Conjecturis ſuis qui tantum detulerunt auctoritatis, ut in ſummis ſcriptoribus expungere, quod erat à libraritis traditum, & ſua inventa iis abolitis ſufficere auderent, peſſimè ſunt omnium peritorum judicio meriti de optimis literis, utcunque ſtudio iuvandi decepti. Ego mutare quicquam, niſi quod vel Aldinus codex, vel interpres jubeant mutare, ſitque liquidò falſum, nequaquam auſus ſum. Sic tamen hæc ſcripta fuiſſe à Strabone omnino judico; uti ſubiiciam.* ἢ κατ' αὐτὸν ἀναγράφουσιν. Ὡσαύτως δὲ καὶ Κολ. Xyland.

11. ἀναγράφοντες. Ὡσαύτως) Legebatur antè ἀναγράφων δὲ ὡσαύτως: nimirum hunc locum ut alios quàm plurimos prava pronunciatio qua τ poſt ν corrumpitur, corruperat. Similes mendas eaſque inſignes alias notabimus. *Caſaub.*

12. συγγενείας τε ἔπλασε) facit enim Circen ſororem Ætæ, qui fuit pater Medeæ, verba eius ſunt Ὀδ. κ.

Αἰαίη

receſſu ponti, altera in Italia habitaret) & utramque in Oceano exteriore collocavit: tametſi fortaſſis Jaſon ad Italiam uſque evagatus eſt. Quædam enim apud Ceraunios montes, circum Adriam, in Poſeidoniata ſinu & inſulis, quæ Tyrrheniæ ſunt oppoſitæ, monſtrantur indicia peregrinationis Argonauticæ: & contulerunt huc aliquid etiam Cyaneæ, quæ ſaxa quidam Symplegadas appellant, aſperam exhibentia navigantibus per fauces Byzantias navigationem: itaque ut ab Aea Aeam, ita à Symplegadibus Planctas finxit: cumque veriſimilis eſſet Jaſonis per illas navigatio, per ſcopulos ipſe navigationem commentus eſt juxta Scyllam & Charybdin. Omnino autem iſta ætate mare Ponticum pro Oceano quodam ſecundo habebatur, & qui eò navigaſſent, non minùs procul ab hominibus diſceſſiſſe putabantur, quàm qui procul extra columnas Herculis eſſent profecti. maximum enim marium noſtrum putabatur, ideoque ob excellentiam Ponti nomen ei eſt impoſitum, ſicut ob præſtantiam poëtæ appellatione Homerus intelligitur. Itaque fortaſſis Pontica ad Oceanum tranſtulit, ut qui ea ob receptam opinionem facilè approbatum iri exiſtimaret. Item cum Solymi excelſiſſimas Tauri extremitates à Lycia ad Piſidiam uſque tenerent, & cacumina verſus meridiem ſita admodum conſpicua eſſent iis, qui intra Taurum habitant, maximè circa Pontum: ſimilitudine quadam eos quoque ultra Oceanum poſuit. ſic enim loquitur de Ulyſſe rate vehente:

*Aſt illum Aethiopum rediens Neptunus ab oris,*
*E Solymis longè conſpexit montibus. —*

μυχῷ τοῦ Πόντου, τῆς δ' ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, [1] καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν, τάχα καὶ τοῦ Ἰάσονος μέχρι τῆς Ἰταλίας πλανηθέντος· δείκνυται γάρ τινα σημεῖα, καὶ περὶ τὰ Κεραύνια ὄρη, καὶ περὶ τὸν Ἀδρίαν, [2] καὶ ἐν τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ, καὶ ταῖς πρὸ τῆς Τυῤῥηνίας νήσοις, τῆς τῶν Ἀργοναυτῶν πλάνης σημεῖα. Προσέδοσαν δέ τι καὶ αἱ Κυανέαι ἅς περ Συμπληγάδας καλοῦσι πέτρας τινὲς, τραχὺν ποιοῦσαι τὸν διέκπλουν, τὸν διὰ τοῦ Βυζαντικοῦ στόματος· ὥστε [3] παρὰ μὲν τὴν Αἶαν * ἡ Αἴη, [4] παρὰ δὲ τὰς Συμπληγάδας αἱ Πλαγκταὶ, καὶ ὁ δι' αὐτῶν πλοῦς τοῦ Ἰάσονος πιθανὸς ἐφάνη. [5] παρὰ δὲ τὴν Σκύλλαν, καὶ τὴν Χάρυβδιν, ὁ διὰ τῶν σκοπέλων πλοῦς. Ἁπλῶς δ' οἱ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν ὥσπερ ἄλλον τινὰ Ὠκεανὸν ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς πλέοντας ἐκεῖσε [6] ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν, ὥσπερ τοὺς ἔξω στηλῶν ἐπιπολὺ προϊόντας· καὶ γὰρ μέγιστον τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνομίζετο, καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἐξοχὴν [7] ἰδίως Πόντον προσηγόρευον· ὡς ποιητὴν, τὸν Ὅμηρον. Ἴσως οὖν καὶ διὰ τοῦτο μετήνεγκε τὰ ἐκ τοῦ Πόντου πρὸς τὸν Ὠκεανὸν ὡς εὐπαράδεκτα, διὰ τὴν κατέχουσαν δόξαν. Οἶμαι δὲ καὶ τῶν Σολύμων τὰ ἄκρα τοῦ Ταύρου τὰ περὶ τὴν Λυκίαν ἕως Πισιδίας κατεχόντων τὰ ὑψηλότατα, καὶ τὰς ἀπὸ τῆς μεσημβρίας ὑπερβολὰς ἐπιφανεστάτας παρεχόντων τοῖς ἐντὸς τοῦ Ταύρου, καὶ μάλιστα τοῖς περὶ τὸν Πόντον, καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ τούτους ἐξωκεανισθῆναι· φησὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλέοντος ἐν τῇ σχεδίᾳ·

Τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων Ἐνοσίχθων Ulyſſ. ε. 282.
Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδε. --

*Lego ἢ Αἶαν.

Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιε
Κίρκη εὐπλόκαμος, δεινὴ θεὸς, αὐδήεσσα,
Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο.

Vide reliqua: alii, ſorores Circen & Medeam fuiſſe tradunt. Lege, ſi vacat, quæ ſcribit Scholiaſtes Apollonii libro III. & Diodorus Siculus libro IV. *Idem.*

1. καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν) Vide initium Οδ. μ. & poëtæ interpretes in illum locum. De Jaſonis navigatione & erroribus infrà commodius, ubi de Iſtro. *Idem.*

2. καὶ ἐν τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ) id eſt Pæſtano ſinu? Pæſtus enim Græcis Ποσειδωνία. Vide lib. V. Pæſtanus ſinus etiam apud Melam II. 4. & Plin. II. 5. *Idem*

3. παρὰ μὲν τὴν Αἶαν ἡ Αἴη) Imo ἡ Αἰαίη. Ita enim appellatur à poëta conficta inſula ubi Circen collocat. Junge autem cum ſequentibus πιθανὸς ἐφάνη. *Idem.*

4. παρὰ δὲ τὰς συμπληγάδας αἱ Πλαγκταὶ) Nam ipſæ quoque Symplegades, ut nomen indicat, à veteribus πλαγκταὶ creditæ ſunt, atque ita vocitatæ. Herodotus lib. IV. 85. ἐντεῦθεν ἐσβὰς ἐς νέα, ἔπλεε ἐπὶ τὰς Κυανέας καλευμένας τὰς πρότερον πλαγκτὰς Ἕλληνές φασι εἶναι. *Idem.*

5. παρὰ δὲ τὴν Σκύλλαν καὶ τὴν Χάρυβδιν) Quod Homerus ait de duobus illis periculoſiſſimis ſcopulis, quorum alterum Scyllam nominat, alterum Charybdin, ejus figmenti ſumpſit τὰς ἀρχὰς ab iis, quæ de veris Scylla & Charybdi in Sicilia Homeri tempeſtate vulgò erant cognita. Nam quia illi loci erant latrociniis piratarum, qui eos obſidebant, infames, poëta Scyllam & Charybdin in horrenda monſtra convertit, ac ſcopulos eſſe dixit, per quorum medium naves non niſi cum ſummo extremæ perniciei periculo tranſire poſſent. Hoc voluit Strabo, non quod eum faciunt loqui interpretes. *Idem.*

6. ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν) ſimiliter putabant noſtram exceſſiſſe οἰκουμένην, ut eos, qui columnas tranſiiſſent. Nam vetuſtiſſimi illi noſtræ οἰκουμένης terminum orientem verſus progredientibus Pontum & Phaſin putabant. Plato in Phæd. p. 109. ed. H. St. Καὶ ἡμᾶς οἰκεῖν τοὺς μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ἐν σμικρῷ τινι μορίῳ. Aeſchylus de Colchis, οἱ γᾶς ἔσχατον πόρον Ἀμφιμαίαν τιν' ἔχουσι λίμναν. *Idem.*

7. ἰδίως πόντον προσηγόρευον) Lege Euſtath. ad illa Οδ. α. πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν, Idem Euſtathius in præfatione in Iliadem, cauſam explicat cur poëtam cum dicimus Homerum intelligamus. *Idem.*

Τάχα δὲ καὶ τοὺς μονομμάτους Κύκλωπας 1 ἐκ A * τῆς Σκυθικῆς ἱστορίας μετενήνοχε· 2 τοιούτους γάρ τινας τοὺς Ἀριμασποὺς φασιν, 3 οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐκδέδωκεν Ἀριστέας ὁ * Προκοννήσιος. 4 Δεῖ δὲ ταῦτα προϋποθέμενον, σκοπεῖν τί λέγουσιν οἱ φήσαντες περὶ Σικελίαν ἢ Ἰταλίαν γενέσθαι τῷ Ὀδυσσεῖ τὴν πλάνην καθ᾽ Ὅμηρον, ἢ μὴ γενέσθαι· ἔστι γὰρ ἀμφοτέρως τοῦτο δέξασθαι· καὶ βέλτιον, καὶ χεῖρον. Βέλτιον μὲν οὖν, ἂν οὕτω δέχηται, ὅτι πεισθεὶς ἐκεῖ τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ γενέσθαι, λαβὼν ἀληθῆ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, ποιητικῶς διεσκεύασε· τοῦτο γὰρ οἰκείως ἂν λέγοιτο περὶ αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον γε περὶ Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς Ἰβηρίας ἔστιν εὑρεῖν ἴχνη τῆς ἐκείνου B πλάνης, καὶ ἄλλων πλειόνων. Χεῖρον δὲ, ἐάν τις καὶ τὴν διασκευὴν ὡς ἱστορίαν δέχηται, 5 ἐκείνου Ὠκεανὸν, καὶ ᾍδην, καὶ Ἡλίου βόας, καὶ ἐπὶ Θεαῖς ξενίας, καὶ μεταμορφώσεις, καὶ μεγέθη Κυκλώπων, καὶ Λαιστρυγόνων, καὶ μορφὴν Σκύλλης, καὶ διαστήματα πλοῦ, καὶ ἄλλα πλείω τοιαῦτα τερατογραφοῦντος φανερῶς· 6 Οὔτε δὲ πρὸς τοῦτον ἄξιον ἀντιλέγειν, οὕτω φανερῶς καταψευδόμενον τοῦ ποιητοῦ, 7 καθάπερ οὐδ᾽ εἰ φαίη, τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τὸν εἰς Ἰθάκην κατάπλουν τοῦ Ὀδυσσέως, καὶ τὴν μνηστηροφονίαν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ ἀγροῦ συστᾶσαν μάχην τοῖς Ἰθακησίοις

* Sic vett. lib.

* Manuſſ. Προικοννήσιος.

p. 22.

A Fortaſſis etiam unoculos iſtos Cyclopes 1 è Scythica tranſtulit hiſtoria: tales enim ferunt eſſe Arimaſpos quoſdam, quos in Arimaſpeis carminibus edidit Ariſteas Proconneſius. His ita poſitis, conſiderandum eſt quid dicant, qui Ulyſſem, ita ut Homerus ſcripſit, ad Siciliam atque Italiam evagatum fuiſſe aſſerunt, quique negant: in utramque enim partem rectè ac ſecus ſentire licet. Rectè, ſi quis ita Homero aſſentiatur, ut qui pro certo habens eò perveniſſe Ulyſſem, hoc verum argumentum ſumptum poëticè tractaverit: id enim de eo propriè dici poteſt: neque circa Italiam modò, ſed & uſque ad Hiſpaniæ extrema invenire licet veſtigia ipſius errorum, aliorumque plurium. Perperam, ſi quis commenta etiam ejus pro hiſtoria putet, Oceanum ſcilicet, inferos, Solis boves, Dearum hoſpitia, formarum permutationes, vaſta Cyclopum & Læſtrygonum corpora, formam Scyllæ, ſpacia navigationis, aliaque id genus multa, quæ Homerus perſpicuè finxit, portentoſa. Qui ita apertè de poëta mentitur, non magis dignus eſt contra quem diſputes, quàm ſi quis aſſeveraret Ulyſſem ita Ithacam revectum eſſe, procos occidiſſe, pugnam cum Ithacenſibus in

1. E Scythica.) *Non dubitavi pro ἠθικῆς reponere Σκυθικῆς, cùm interpres quoque ſic legerit, & ſenſus* C *doceat ita eſſe legendum.* Xyland.

1. ἐκ τῆς Σκυθικῆς ἱστορίας) Sic rectè interpretes non ἠθικῆς, & ita in manuſſ. *Caſaub.*

2. τοιουτης γάρ τινας τὰς Ἀριμάσπης) De Arimaſpis, deque ipſa voce Scythica lege Herodot. lib. III. 116. IV. 27. Plin. lib. VII. cap. 2. Marcellin. lib. XXIII. Arimaſpos homines luſcos & feros vocat. Coclites appellat Varro de L. L. ſexto. Solinus c. 20. gentem unoculam. Diodorus Siculus libro XVII Arimaſpos ſua ætate Euergetas fuiſſe appellatos auctor eſt: qua de re plura lib. XV. *Idem.*

3. οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐκδέδωκεν Αριστέας, ὁ Προκοννήσιος) Quicunque de Arimaſpis mentionem faciunt, ii ferè Ariſteam laudant hujus hiſtoriæ auctorem primum. Fuit is, ut in Arimaſporum mentione fusè docet Herodotus, Cayſtrobii filius, genere Proconneſius, qui poſt longam ad gentes ſeptentrionales peregrinationem (quanquam ſuam ipſe animam corpore exutam, ſolam pe- D regrinatam eſſe voluit hominibus perſuadere, vide Herodotum & Maxim. Tyrium) carminibus gentes illas deſcripſit ad quas venerat: ea carmina Ἀριμάσπεια appellantur ab Herodoto & Strabone, cum hic tum lib. XIII. Herodot. IV. 13. ἔφη δὲ Ἀριστέης ὁ Καυστροβίου, ἀνὴρ Προκοννήσιος ποιέων ἔπεα, ἀπικέσθαι ἐς Ἰσσηδόνας, φοιβόλαμπτος γενόμενος. Ἰσσηδόνων δ᾽ ὑπεροικέειν Ἀριμασπους ἄνδρας μουνοφθάλμους. Adſcribam etiam Ariſteæ ipſius verſus qui non omnibus obvii ſunt.

Ἰσσηδοὶ χαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι ταναῇσι
Καὶ σφας ἀνθρώπους εἶναι καθύπερθεν ὁμούρους
Πρὸς βορέω, πολλούς τε καὶ ἐσθλοὺς κάρτα μαχητὰς
Ἀφνειὴς ἵπποισι, πολύρρηνας, πολυβούτας.
Ὀφθαλμὸν δ᾽ ἓν ἕκαστος ἔχει χαρίεντι μετώπῳ
Χαίτῃσι λάσιοι, πάντων στιβαρώτατοι ἀνδρῶν.

Non eſt dubium quin & Herodot. IV. 14. & Plin. & Strabo noſter hos verſus haberent in animo, cum de A- C rimaſpis ſcribentes Ariſteam laudarent. Æſchylus etiam Ariſteam ſecutus, ſic ſcribit in Prometheo Δεσμ. 778.

Γρύπας φύλαξαι, τόνδε μουνῶπα στρατὸν
Ἀριμασπῶν, ἱπποβάμον, οἳ χρυσόρρυτον
Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλατῶνος πόρου.

Ariſteæ libros ſitu ſquallentes vidiſſe ſe teſtatur A. Gellius lib. IX. cap. 4. *Idem.*

4. Δεῖ δὲ ταῦτα προϋποθέμενον) De fabulis & locorum figmentis Homericis hactenus in genere locutus, ad errores Ulyſſis ſtylum convertit. Eratoſthenis ſententia hæc fuit: Quicquid ab Homero hac de re dicitur, id merum eſſe ipſius commentum: longéque falli, qui in iis explicandis, & hiſtoriæ accommodandis laborabant. Tunc enim (dicebat ille) ſcire aliquis poſſit, quæ illa ſint loca, per quæ errantem Ulyſſem ducit poëta, quum repererit prius, quis ille ſutor fuerit qui utrem ventorum, quem poëta Æolo attribuit, conſuerit. Facete ſanè Eratoſthenes. Sed hanc ſententiam validis rationibus D evertit Strabo: accedit & Polybii gravis viri auctoritas. *Idem.*

5. Ἐκείνου ὠκεανὸν) ἡ σύνταξις eſt: ἐκείνου τερατολογοῦντος οὕτω φανερῶς ὠκεανὸν, &c. *Idem.*

6. οὔτε δὲ πρὸς τοῦτον ἄξιον ἀντιλέγειν) Neque ille dignus eſt cui reſpondeas, qui nihil poëticæ libertati concedens omnia pro veris accipit, quæ dicuntur à poëta, &, quæ non cohærere videntur carpit, ineptè: neque ei fuerit contradicere æquum qui perſuaſus erraſſe revera Ulyſſem per Siciliam & Italiam, ac illarum regionum maria, quæ poëta ad hæc fingit ut poëtica licentia dicta fictaque accipit, commodéque interpretatur. Utroque modo peccavit Eratoſthenes. *Idem.*

7. καθάπερ οὐδ᾽ εἰ φαίη, τοῦτον τὸν τρόπον) Deeſt negatio quod rectè vetus interpres animadvertit, vel igitur εἰ οὐ φαίη vel μὴ τοῦτον legendum. Lectio, quam probavit Xylander, ferri non poteſt. *Idem.*

1. πρὸς

agro conſeruiſſe, uti ea Homerus deſcripſit: neque verò cum eo litigandum eſt, qui convenienter poëtæ dicta accipit. Eratoſthenes autem utrique effato non rectè occurrit. Poſterius, quòd ea, quæ perſpicuè ſunt falſa, neque verbis digna, conatur multis refellere. Prius, dum omnem poëtam nugatorem eſſe, & neque locorum, neque artium peritiam ad virtutem conducere pronunciat, cùmque fabulæ aliæ locis non fictis adſcribantur, ut Ilio, Pelio, Idæ: aliæ fictis, ut Gorgones, Geryones, hujus ille generis ait eſſe eas etiam, quæ de Ulyſſis erroribus narrantur: & qui non ficta iſta, ſed [illegible] verum aſſumtum argumentum dicunt, eorum mendacium ipſa ipſorum diſſenſione detegi: nam Sirenes ab aliis ad Peloriadem collocari, ab aliis apud Sirenuſas, duobus ampliùs ſtadiorum millibus diſſitas: eſſe autem eas ſcopulum tricipitem, qui Cumanum ſinum à Poſidoniate diſtinguat. Etenim neque ſcopulus iſte trivertex eſt, neque omnino in altum extollitur cacumen, 6 ſed à Surrento vicinis locis uſque ad fretum, quod eſt juxta Capreas, cubito ſimilis quidam terræ flexus interjacet, ab altera montani lateris parte Sirenum fanum habens, ab altera ad Poſidoniatem ſinum, tres exiguas inſulas deſertas ac ſaxoſas, quæ vocantur Sirenuſæ, & in ipſo trajectu Minervæ templum, à quo nomen habet etiam ille cubitus. Enimvero non, ſi qui hiſtoriam locorum tradidere, non conſentiunt, ideò tota illicò abjicienda eſt hiſtoria: quinimo nonnunquam univerſæ hiſtoriæ fidem conciliare iſta ex diſſenſione licet. Verbi gratia, ſi quæratur an vagando ad Italiam & Siciliam pervenerit Ulyſſes, & utrùm circum ea loca Sirenes ponantur: is qui eas in Peloriade ponit,

A πρὸς αὐτόν· οὔτε πρὸς τὸν δεξάμενον οἰκείως προσπλέκεσθαι δίκαιον. Ὁ Ἐρατοσθένης δὲ πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἀποφάσεις ἀπήντηκεν οὐκ εὖ, πρὸς μὲν τὴν δευτέραν, ὅτι πειρᾶται διαβάλλειν τὰ φανερῶς ψευδῆ, καὶ οὐκ ἄξια λόγου, διὰ μακρῶν· πρὸς δὲ τὴν προτέραν, ποιητήν τε ἅπαντα ἀποφήνας φλύαρον, καὶ μήτε τόπων ἐμπειρίαν, μήτε τεχνῶν 1 πρὸς ἀρετὴν συντείνειν νομίσας· τῶν τε μύθων, τῶν μὲν ἐν τόποις πεπλασμένοις πεφημισμένων, οἷον ἐν Ἰλίῳ, καὶ Πηλίῳ καὶ Ἴδῃ. τῶν δὲ ἐν πεπλασμένοις, καθάπερ ἐν οἷς αἱ Γοργόνες, ἢ ὁ Γηρυόνης. ταύτης φησὶ τῆς ἰδέας εἶναι καὶ τοὺς κατὰ B τὴν Ὀδυσσέως πλάνην λεγομένους· τοὺς δὲ μὴ πεπλάσθαι λέγοντας, ἀλλ᾽ ὑποκεῖσθαι, ἐξ αὐτοῦ τοῦ μὴ συμφωνεῖν ἐλέγχεσθαι ψευδομένους· τὰς γοῦν Σειρῆνας, τοὺς μὲν 2 ἐπὶ τῆς Πελωριάδος καθιδρύειν, 3 τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν Σειρηνουσῶν 4 πλείους ἢ δισχιλίους διεχουσῶν σταδίους· εἶναι δ᾽ αὐτὰς σκόπελον τρικόρυφον, διείργοντα τὸν Κυμαῖον καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον. Ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ σκόπελος οὗτος ἐστὶ τρικόρυφος, οὐθ᾽ ὅλως κορυφοῦται πρὸς ὕψος· ἀλλὰ 5 ἀγκών τις ἔγκειται μακρὸς, καὶ στενὸς ἀπὸ τῶν κατὰ Σύρρεντον χωρίων ἐπὶ τὸν κατὰ Καπρέας πορθμὸν, ἐπὶ θάτερα μὲν τῆς ὀρεινῆς, τὸ τῶν Σειρήνων ἱερὸν ἔχων, ἐπὶ θάτερα δὲ, πρὸς τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ, νησίδια C τρία προσκείμενα, ἔρημα, πετρώδη, 7 ἃ καλοῦσι Σειρηνούσας ἐπ᾽ αὐτῷ δὲ τῷ πορθμῷ, τὸ Ἀθήναιον, 8 ᾧπερ ὁμωνυμεῖ καὶ ὁ ἀγκὼν αὐτός. Ἀλλ᾽ οὔτ᾽, εἰ μὴ συμφωνοῦσιν οἱ τὴν ἱστορίαν τῶν τόπων παραδιδόντες, εὐθὺς ἐκβάλλειν δεῖ τὴν σύμπασαν ἱστορίαν· ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅτε καὶ * πιστοῦσθαι τὸ καθόλου μᾶλλόν ἐστιν. Οἷόν τι λέγω, ζητουμένου, εἰ κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν ἡ πλάνη γέγονε· καὶ εἰ αἱ Σειρῆνες ἐνταῦθά που λέγονται· ὁ μὲν δὴ φήσας ἐν τῇ Πελωριάδι, * Manuſſ. πεπιστεῦσθαι

1. πρὸς ἀρετὴν συντείνειν νομίσας) Lego, πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ. Quis enim tam perverſi judicii Eratoſthenem fuiſſe putet, ut Geographiæ & bonarum artium cognitionem, ad virtutem quicquam conducere negaret? Cynici alicujus iſta non Eratoſthenis viri eruditiſſimi eſt ſententia. Strabo ſuprà de eodem. pag. 30 B. Καὶ προσεπεργάζεταί γε, πυνθανόμενος τί συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ, πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον, ἢ στρατηγίας Profectò de optimo & doctiſſimo viro male hìc merentur interpretes. *Idem.*

ἐπὶ τῆς Πελωριάδος) ſcilicet ἄκρας. Pelorum Siliciæ promontorium intelligit. *Idem.*

3. τοὺς δ᾽ ἐπὶ τῶν σειρηνουσῶν) Tres illæ parvæ inſulæ, quæ ſunt in ſinu Pæſtano, aut Cumano, de quibus hìc loquitur, modo Σειρῆνες modo Σειρηνοῦσαι vocantur à Strabone: Ptolemæo Sirenuſæ. Mela II. c. 4. *Petras* vocat, h. e σκόπελον. Alius inſula, quam in Hetruſco mari Sirenes tenuerunt, *Anthemuſa* dicitur *Idem.*

4. πλείους ἢ δισχιλίους διεχουσῶν σταδίους) Oratoriè hæc ab Eratoſthene dicuntur & præter rei veritatem. Cui enim perſuadeat ille à Peloro ad Sirenuſas eſſe millia paſſ. ducenta & quinquaginta? *Idem.*

5. ἀγκών τις ἔγκειται) manuſſ. ἔκκειται rectius. Lib. quinto de eodem πρόκειται dixit: id eſt prominet. *Idem.*

D 6. Sed à Surrento.) κατὰ Συρέντων. *Aldinus codex* κατασυρέντων, *interpres deductis. Ego Geographiæ ſecutus rationem, non dubitavi reſtituere veram lectionem, totidem plane litteris, iiſdemque adeò comprehenſam,* κατὰ Σύρρεντον. *Surrentum, inquit Plinius* 3. 5. (*ut alios citare ſuperſedeam.*) *cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam ſede: Non ita multo poſt pro* ὑπὲρ Ἐρατοσθένους, *legi* ὑπ᾽ Ἐρατ. *Et pro* ἐπὶ τῆς Ὀδ. *legi* περὶ, *quod & Aldus habet, & perſæpe noſter ex* περὶ *fecit* ἐπὶ. Xyland.

7. ἃ καλοῦσι σειρηνούσας) In manuſſ. Σειρῆνας. Sic lib. v. ἃς καλοῦσι Σειρῆνας. & Euſtathius Strabonis verbis loquens Σειρῆνας vocat non Σειρηνούσας: ſed etiam alibi Sirenuſas appellat Strabo, niſi potius de promontorio accipiendi ſunt illi loci. *Caſaub.*

8. ᾧπερ ὁμωνυμεῖ καὶ ὁ ἀγκὼν αὐτὸς) Minervæ promontorium Latini vocant. Plin. III. 5. *Surrentum cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam ſede.* Idem.

p. 23. πρὸς τὸν ἐν [ταῖς] Σειρηνούσσαις διαφωνεῖ. ἀμφότεροι δὲ πρὸς τὸν περὶ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν λέγοντα οὐ διαφωνοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μείζω πίστιν παρέχουσιν, ὅτι καί περ μὴ τὸ αὐτὸ χωρίον * φράζοντες, ὅμως οὐκ ἐκβεβήκεσαν γε τοῦ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ἢ Σικελίαν. Ἐὰν δὲ προσθῇ τις ὅτι 1 ἐν Νεαπόλει Παρθενόπης δείκνυται μνῆμα μιᾶς τῶν Σειρήνων, ἔτι πλείων προσεγίνετο πίστις, καίτοι τρίτου τινὸς λεχθέντος τοῦ τόπου τούτου. Ἀλλ' ὅτι ἐν τούτῳ τῷ κόλπῳ τῷ ὑπὸ Ἐρατοσθένους λεχθέντι Κυμαίῳ, ὃν ποιοῦσιν αἱ Σειρηνοῦσσαι, καὶ ἡ Νεάπολις ἵδρυται, βεβαιοτέρως πιστεύομεν τὸ περὶ τούτους τοὺς τόπους γεγονέναι τὰς Σειρῆνας. οὔτε γὰρ τὸν ποιητὴν ἀκριβῶς ἕκαστα πυθέσθαι, B οὔθ' ἡμεῖς παρ' ἐκείνου ζητοῦμεν τὸ ἀκριβές. οὐ μὴν οὐδ' οὕτως ἔχομεν ὡς ὑπολαμβάνειν, καὶ μηδὲν πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, μήθ' ὅπως γένοιτο, ῥαψῳδεῖν. Ἐρατοσθένης δὲ Ἡσίοδον μὲν εἰκάζει πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης, ὅτι κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγένηται, πιστεύσαντα τῇ δόξῃ, μὴ μόνον τῶν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων μεμνῆσθαι, ἀλλὰ καὶ Αἴτνης, καὶ Ὀρτυγίας τοῦ πρὸς Συρακούσαις νησίου, καὶ Τυρρηνῶν. Ὅμηρον δὲ μήτε εἰδέναι ταῦτα, μήτε βούλεσθαι ἐν γνωρίμοις τόποις ποιεῖν τὴν πλάνην. Πότερον οὖν Αἴτνη μὲν, καὶ Τυρρηνία γνώριμα· C Σκύλλαιον δὲ, καὶ Χάρυβδις, 2 καὶ Κίρκαιον, καὶ Σειρηνοῦσσαι, οὐ πάνυ; ἢ καὶ 3 Ἡσιόδῳ μὲν ἔπρεπε μὴ φλυαρεῖν, ἀλλὰ ταῖς κατεχούσαις δόξαις ἀκολουθεῖν, 4 Ὁμήρῳ δὲ πᾶν ὅτι ἂν ἐπισυμβαίη, κε ῥῆμα γλῶτταν ἴη κελαδεῖν; Χωρὶς γὰρ τῶν λεχθέντων * περὶ τῆς πρεπούσης Ὁμήρῳ μυθοποιΐας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγραφέων τῶν ταῦτα θρυλλούντων, καὶ τὸ τῆς κατὰ τοὺς τόπους ἐπιχωριαζούσης φήμης διδάσκειν δύναται, 6 διὸ ταῦτα οὐ ποιητῶν πλάσματά ἐστιν, οὐδὲ συγγραφέων, ἀλλὰ γεγενημένων ἴχνη, καὶ προσώπων, καὶ πράξεων. Καὶ Πολύβιος δ' ὀρθῶς ὑπονοεῖ τὰ περὶ τῆς πλάνης· 7 τὸν γὰρ Αἴολον, τὸν προσημαίνοντα D

* Vett. lib. λέγοντες,

* Manuſſ. περὶ τοῦ τύπου τῆς πρεπ.

*Ac veluti nubes Zephyrus cùm diſſipat acer,*
*Argeſtæ pulſans violentis flatibus auſtri.*

Nam Zephyrum violenter ſpirantem hîc dicit, qui ſolet diſſipare imbecilles nubes à Leuconoto coactas: atque hîc epitheton Auſtri eſt Argeſtes. Hæc ſanè initio primi Geographicorum libri dicta, hujuſmodi emendationem ſunt conſecuta. Porrò autem perſeverans in B ſemel concepta de Homero falſa opinione, id quoque dicit, ignoraſſe eum plurâne eſſent Nili oſtia, adeóque ipſum Nili nomen: Heſiodum verò noſſe, qui & mentionem ejus fecerit. Ac nomen quidem ætate Homeri nondum fuiſſe, probabile eſt. Oſtia autem ſi obſcura fuerunt, pauciſque notum an plura uno eſſent, concedi poteſt nihil de iis Homerum inaudiviſſe. Si verò omnium, quæ in Ægypto ſunt rerum nobiliſſima, maximè [illegible] & admiratione & memoratu digna [illegible] hiſtoriâ fluvius ille, ejuſque exundatio & oſtia: quiſnam ſuſpicetur eos, qui Homero de flumine C Ægyptio, regione ea, Thebis Ægyptiis, & Pharo retulerunt, iſta aut ignoraſſe, aut cùm cognita haberent, nihil de iis indicaſſe? niſi ſi ut rem notam ea præterierunt. Id verò minùs adhuc veriſimile eſt, viciniora & nota ignoraſſe Homerum, qui de Æthiopia, Sidoniis, Erembis, Oceano, & bipartitis Æthiopibus mentionem fecerit. Quòd autem oſtiorum Nili non meminit, id non certum eſt argumentum quòd ea ignoraverit.

1. Λίβα δὲ πνέοντα ζέφυρον] Fœdum mendum, quod non eſſe ab interpretibus ſublatum queror. Lege λίγα δὲ πνέοτα ζέφυρον. Non eſt dubium ita ſcripſiſſe Strabonem ac Poſidonium: nec aliter legit Euſtathius totum hunc locum deſcribens in rhapſodiam Ἰλιαδ. φ. Reſpicit Poſidonius poëtæ locum, ὀδ. δ. de campis Elyſiis, ubi ζεφύροιο λίγα πνείοντας ἀήτας dicit: quod quid eſt aliud, quàm ζέφυρον λίγα πνείοντα dicere? Porrò λίγα legit Poſidonius, non ut hodie edunt, λιγύ, λίγα autem eſt λιγέως. Apollonius libro quarto. 835.

------ἦτ' ἂν ἔγωγε
Θαρταλέη φαίην καὶ κύματος ἀντιόωντος
Νῆα σαωσέμεναι, ζεφύρου λίγα κινυμένοιο.

à poëta ſumpſit Apollonius *Idem.*

2. Ἐπιμένων δὲ τοῖς περὶ Ὁμήρου] Caput aliud diſputationum adverſus Eratoſthenem. An Homerus τὰ περὶ Νείλου habuerit cognita. Negat Eratoſthenes: ait Strabo: ille eo nititur, quod nec Nili nomen apud poëtam legitur: nec oſtiorum apud eundem mentio. Reſpondet hic, infirmum eſſe utrumque argumentum: prius, quia veriſimile eſt Nili nomen nondum fuiſſe uſurpatum: poſterius, quia non ſequitur, ſi non meminit Homerus, ergo ignoravit: non, inquam, ſequitur: atque hoc toties clamat Strabo: tum variis rationibus docet, veriſimilius eſſe quod ipſe ſentit, quàm quod ille. Sed prius quam hanc cum Eratoſthene de Nilo diſpu- D tationem abſolvat, quaſdam inſerit quæſtiones, de quibus cum aliis diſputat, ut mox dicemus. *Idem.*

3. ἢ γνωρίζοντας μὴ λέγειν] aut quis credat cum ab iiſdem de oſtiis acceperit, aliam ob cauſam horum non meminiſſe, niſi quod vulgò res erat nota? hæc eſt iſtius lectionis ſententia. In libris manu exaratis legitur γνωρίζοντα, quod etiam ferri poteſt: quin magis mihi probatur. Sic igitur interpretare. Quis putet aut illos non indicaſſe Homero, aut ipſum γνωρίζοντα, hoc eſt, cum probe cognoſceret: Γνωρίζειν eſt utrumque, & cognoſcere, & facere ut alius cognoſcat: nec novum in eadem periodo eandem vocem variè uſurpari, cum interdum etiam ſemel poſita utramque ſimul habeat ſignificationem, ut αἱρεῖν apud Homerum & Pindarum attollere & interimere. Sed de eo alias. Sic autem poëta λέκτο bis diverſa tamen ſignificatione poſuit ὀδυ, δ. in eadem ſententia. *Idem.*

Nam & patriam ſuam, & multa alia reticuit. ſed ideò potiùs judicaſſe ea memoratu indigna videri poteſt, quòd nimis eſſent nota. Non rectè etiam ignorationem ei objiciunt, quòd inſulam Pharum mari cingi dixit. Etenim contrà, id teſtimonii loco eſſe poteſt, nihil eum iſtorum, quæ de Ægypto nuper dixi, ignoraſſe, quod hinc patet: Quicunque ſuas peregrinationes narrant, inflatè illi ſolent omnia jactare. qualis etiam Menelaus, qui, cùm uſque ad Æthiopas adſcendiſſet, inaudiverat de Nili exundatione, & quantum is terræ regioni illi apponeret, & quod trajectum, qui eſt ante fauces, jam fere aggere aggeſto cum continente conjunxiſſet: ut non injuria Herodotus totam Ægyptum fluvii dònum dixerit, ſi non totam, eam ſaltem quæ infra Delta ſita, inferior Aegyptus nominatur. Cognovit etiam Pharum priſcis temporibus mari ambitam fuiſſe: itaque mentitus eſt eam adhuc pelago circumdari, quanquam jam inſula eſſe deſiiſſet. Poëtæ autem eſt hic apparatus, itaque hinc conjici poteſt, adſcenſiones quoque ei, &

A 1 οὐδὲ γὰρ τῆς αὑτοῦ πατρίδος ἐμνήσθη, οὐδὲ πολλῶν ἄλλων. ἀλλὰ μᾶλλον τὰ λίαν γνώριμα ἔνια φαίη τις* δόξειν οὐκ ἄξια μνήμης εἶναι πρὸς τοὺς εἰδότας. 2 Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τοῦτο προφέρουσιν αὐτῷ τὸ περὶ τῆς νήσου τῆς Φαρίας, ὅτι φησὶ πελαγίαν, ὡς κατ᾽ ἄγνοιαν λέγοντι. τοὐναντίον γὰρ, κἂν μαρτυρίῳ χρήσαιτό τις τούτῳ πρὸς τὸ μὴ ἀγνοεῖσθαι μηδὲν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ 3 περὶ τῶν εἰρημένων ἀρτίως περὶ τὴν Αἴγυπτον· γνοίης δ᾽ ἂν οὕτως. Ἀλαζὼν γάρ δή πᾶς ὁ πλάνην αὑτοῦ διηγούμενος. τούτων δ᾽ ἦν καὶ ὁ Μενέλαος, ὃς ἀναβεβηκὼς μέχρις Αἰθιόπων, ἐπέπυστο τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου, καὶ τὴν χοῦν ὅσην ἐπιφέρει τῇ χώρᾳ, καὶ

B τὸν πρὸ τῶν στομάτων πόρον, ὅσον ἤδη προσχώσας τῇ ἠπείρῳ προστέθηκεν· ὥστε εἰκότως 4 ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου καὶ τὴν ὅλην Αἴγυπτον τοῦ ποταμοῦ δῶρον λέγεσθαι· κἂν εἰ μὴ τὴν ὅλην, τήν γε ὑπὸ τῷ Δέλτα, τὴν κάτω χώραν προσαγορευομένην. 5 Ἱστόρησε δὲ καὶ τὴν Φάρον πελαγίαν οὖσαν τὸ παλαιόν· προσεψεύσατο δὴ καὶ τὸ πελαγίαν εἶναι, καίπερ μηκέτι πελαγίαν οὖσαν. ὁ δὲ ταῦτα διασκευάζων, ὁ ποιητὴς ἦν. ὥστ᾽ ἐκ τούτων εἰκάζειν, ὅτι καὶ τὰς ἀναβάσεις ἤδει, καὶ τὰ στόματα

* Manuſſ. μὴ δόξειν ἄξια. lego δόξαι.

Odyſſ. δ. 354

1. οὐδὲ γὰρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἐμνήσθη] In hymno Apollinis quem ego cur debeamus ἀθετεῖν contra auctoritatem Thucydidis, cauſam nullam ſatis magnam video: in eo inquam hymno, hæc de ſe Homerus,

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ. *Idem.*

2. Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τοῦτο προφέρουσιν] Cum diſputans adverſus Eratoſthenem, incidiſſet Geographus in ſermonem de Nilo ac rebus meridionalibus, quæ apud Homerum leguntur, commodum ei viſum eſt, hoc potiſſimum loco non Eratoſtheni tantum, ſed etiam aliis, qui ignorantiæ poëtam accuſabant, reſpondere. Horum itaque hominum duas proponit criminationes, deinde eas expendit, refutatque. Eſtque hæc παρέκβασις quædam τοῦ προτέρου λόγου ac diſputationis, quæ erat contra Eratoſthenem. Prior criminatio eſt, peccaſſe Homerum quum dixit itinere diei unius abeſſe Pharum à continenti. Elegantiſſimè o c argumentum in ſuos auctores Strabo retorquet. Nam etſi re vera (quod hodie eruditis omnibus notum eſt) fugit Homerum ratio cum illa ſcriberet: tamen ex eo ipſo quod cum Ægyptiis peccavit, nemo non videt fuiſſe eum ἀρχαιολογίας Αἰγυπτιακῆς peritum. Porrò adverſus Homeri hanc ἀπόφασιν diſputat Ariſtides in Ægyptio. *Idem.*

3. περὶ τῶν εἰρημένων ἀρτίως περὶ τὴν Αἴγυπτον) Dictio ἀρτίως ut varia ſignificat, ita hoc loco variè poteſt exponi: vel paullò antè, ut dicamus reſpicere Strabonem illa ſuperiora verba, εἰ δὲ τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον τὸ γνωριμώτατον &c. aut illa potius, quæ noviſſimè de rebus Ægyptiacis ſcripta erant accuratiſſimè, vel exponi poteſt, accuratè, & ἀκριβῶς, καὶ ὑγιῶς. Nam hæc quoque ſignificatio huius vocis hìc optimè videtur convenire. *Idem.*

4. ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου] Locus Herodoti eſt in Ægyptiacis, ſive lib. II. c. 5. eandem ſententiam ſæpe repetit Strabo. *Idem.*

5. ἱστόρησε δὲ καὶ τὴν Φάρον πελαγίαν οὖσαν] Intellexerat poëta Pharon inſulam fuiſſe olim revera πελαγίαν, hoc eſt procul à continente in alto mari: hoc fretus, auſus eſt dicere πελαγίαν adhuc eſſe Pharum, quod tamen erat falſum: cum jam non in alto mari inſula, ſed continenti propinqua eſſet. Interpres verò vocem πελαγίαν malè intelligens Pharon, de inſula continentem fecit: quod quis unquam dixit? Non Strabo libro XVII. non Plinius, non Cæſar, non alius probatus ſcriptor ullus. Fuit igitur animadvertendum quum apud Geographos aliqua inſula πελαγία vocatur, intelligi, eam procul à litoribus in alto mari eſſe ſitam. [Ariſtoteles ποντίας νήσους vocat, quibus opponit τὰς προσγείους. Meteor. lib. 2. 8.] Ideo etiam interdum in hujuſmodi locis addunt ſcriptores τῷ διαστήματι. Sic enim loquitur Diodorus Siculus lib. ſecundo, παρακομισθέντι δὲ τοὺς τούτους κεῖται νῆσος πελαγία τῷ διαστήματι. Ergo quod hìc Strabo dicit μηκέτι πελαγίαν οὖσαν id ſignificat, quod idem alibi dicit, Pharon eſſe inſulam ἠπείρῳ προσεσχεσάτην. Sanè obſervavimus viros etjam doctiſſimos non ſemel in hac voce offendiſſe. Sic apud Ptolemæum cum legiſſent viri docti hæc verba ὑφηγησ. libro quarto. Πελάγιαι δὲ νῆσοί εἰσι τῆς Ἀφρικῆς, αἵδε, exiſtimarunt eas omnes quas ille poſtea commemorat inſulas uno nomine Pelagias fuiſſe vocitatas: quod perinde eſt, ut ſi quis Leucam fuiſſe dicat Pelagiam appellatam, quia πελαγίαν eam eſſe ait hic noſter. Quis vero Strophadas inſulas Pelagias unquam nominari dixerit? & tamen πελαγίας eas eſſe libro VIII. annotat Strabo. Sed ea vox nihil profectò aliud ſonat quam quod dixi. Nam & πέλαγος voluit dici grammaticorum filii non quodvis mare: ſed id tantum quod eſt τῆλε γῆς: quod etſi falſum eſt, cum vera nominis hujus origo ab Hebraica lingua ſit petenda, tamen quomodo uſurpetur à Græcis ſatis iſta teſtantur. [An autem ob hanc cauſam dicta olim Rhodus Pelagia?] Sic πελαγίζειν & ἐγγὺς εἶναι, ut contraria opponuntur libro X. Libro autem ſexto promontorium Garganum quod in mare vehementer promineat, dicitur etiam πελάγιον. *Idem.*

τοῦ Νείλου. 1 Ἡ δ' αὐτὴ ἁμαρτία, καὶ περὶ τοῦ ἀγνοεῖν τὸν ἰσθμὸν τὸν μεταξὺ τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους, καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καὶ * περὶ τοῦ ψευδῶς λέγεσθαι·

*Vulgò ἐπὶ

Odyſſ. δ. 23.

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Καὶ γὰρ τοῦτο ἐκείνου λέγοντος καλῶς, ἐπιτιμῶσιν * οἱ ὕστεροι οὐκ εὖ. * Τοσοῦτον γὰρ δεῖ τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι τὸ ἀγνοεῖν Ὅμηρον τὸν ἰσθμὸν τοῦτον, ὥστε ἐκεῖνον μὲν φημὶ μὴ εἰδέναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποφαίνεσθαι ἄντικρυς· τοὺς δὲ γραμματικοὺς μηδὲ λέγοντος ἐκείνου αἰσθάνεσθαι, 2 ἀπὸ Ἀριστάρχου, καὶ Κράτητος ἀρξαμένους τῶν κορυφαίων ἐν τῇ ἐπιστήμῃ ταύτῃ. Εἰπόντος γὰρ τοῦ ποιητοῦ,

*Lego, οἱ ὕστερον

*Manuſſ. τοσουτου

Odyſſ. δ. 24.

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν,

B

περὶ ἐπιφερομένου ἔπους διαφέρονται. ὁ μὲν Ἀρίσταρχος γράφων·

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

3 ὁ δὲ Κράτης,

Ἡ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, ἠδ' ἀνιόντος.

p. 31.

οὐδὲν διαφέρον πρὸς τὴν ἑκατέρου ὑπόθεσιν, οὕτως ἢ ἐκείνως γράφειν. Ὁ μὲν γὰρ ἀκολουθῶν τοῖς μαθηματικῶς λέγεσθαι δοκοῦσι, 4 τὴν διακεκαυμένην ζώνην κατέχεσθαι φησὶν ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ. παρ' ἑκάτερον δὲ ταύτης εἶναι τὴν εὔκρατον, τήν τε καθ' ἡμᾶς καὶ τὴν ἐπὶ θάτερον μέρος. ὥσπερ οὖν οἱ παρ' ἡμῖν Αἰθίοπες οὗτοι λέγονται οἱ πρὸς μεσημβρίαν κεκλιμένοι παρ' ὅλην τὴν οἰκουμένην ἔσχατοι τῶν ἄλλων παροικοῦντες τὸν Ὠκεανόν·

C

οὕτως οἴεται δεῖν καὶ πέραν τοῦ Ὠκεανοῦ νοεῖσθαί τινας Αἰθίοπας ἐσχάτους τῶν ἄλλων, τῶν ἐν τῇ ἑτέρᾳ εὐκράτῳ παροικοῦντας τὸν αὐτὸν τοῦτον Ὠκεανόν· διττοὺς δὲ εἶναι, καὶ διχθὰ δεδάσθαι ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ. 5 Προκεῖσθαι δὲ τὸ,

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

oſtia Nili nota fuiſſe. Idem error eſt, quòd ignotum fuiſſe Homero ajunt Iſthmum, qui inter mare Ægyptum eſt & ſinum Arabicum, ac falſum eſſe illud:

*Extremos hominum Aethiopas, geminiſque diremtos*
*Partibus.* —

Nam cùm rectè hoc Homerus dixerit, poſteri injuria reprehendunt. Tantum enim abeſt ut verè dicatur ignotum Homero fuiſſe Iſthmum illum, ut affirmem non notum modò ei fuiſſe illum, ſed & diſertè commemoratum: grammaticos autem verba ipſius non intellexiſſe, ab Ariſtarcho & Cratete, ut præſtantiſſimis hac ſcientia, ſumto initio. Nam de eo qui ſequitur poëtæ verſu, diſſentiunt ipſi. Ariſtarchus enim ſcribit:

*Partibus, hi quâ ſol cadit, & quâ tollitur illi.*

At 3 Crates,

*Partibus, & quâ ſol cadit, & quâ tollitur ortus.*

cùm quidem ad inſtitutum utriuſque nihil interſit utro modò legatur. Hic enim ea ſequens, quæ mathematicè videntur, dicit, torridam zonam ab Oceano contineri: ab utroque autem hujus zonæ latere eſſe temperatam, cùm noſtram, tum quæ in altera mundi eſt parte. Sicut ergo à nobis ii dicuntur Æthiopes, qui verſus meridiem ſiti totius habitatæ terræ in extremo ad Oceanum accolunt: ita putat etiam trans Oceanum intelligendos eſſe alios quoſdam Aethiopes reliquorum extremos, qui in altera temperata zona ipſi quoque ad Oceanum habitent. Eos ergo geminos eſſe, & bifariàm diviſos. Illud autem.

*— hi quâ Sol cadit, & quâ tollitur illi,*

1. ἡ δ' αὐτὴ ἁμαρτία καὶ περὶ τοῦ ἀγνοεῖν] Altera hæc eſt quæſtio à multis vexata & agitata. An Homerus iſthmum illum ignoraverit, quem efficit ſinus Arabicus, ſive mare Rubrum ad mare Ægyptiacum accedens? Item alia huic affinis, an rectè dictum ſit à poëta Æthiopes bifariam diviſos eſſe: alios ad ortum Solis habitare, alios ad occaſum: poſteriorem prius exequitur Strabo: ac de recta expoſitione verborum Homericorum accuratè adverſus clariſſimos Grammaticos Ariſtarchum & Cratetem diſputat. Primum quomodo uterque Homeri locum conſuerit legendum, exponit: deinde expoſitionem utriuſque ſeorſim affert expenditque: Cratetis primum, poſtea Ariſtarchi: quid in utriuſque ſententia probandum, quid minus, tum quid ipſe ſentiat, & cur ita ſentiat fusè explicat Strabo. *Idem.*

2. ἀπὸ Ἀριστάρχου, καὶ Κράτητος αἰξαμένους) Deerat in manuſſ. vox ἀρξ. videtur autem legendum ἀρξαμένους, de quo loquendi genere antè diximus. Sed temerè nihil mutandum cenſui. Sic mox οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τοῦ Δέλτα ἀρξαμένοι. *Idem.*

3. Crates, Partibus, &] Ἡ μὲν δυσομένου. *aſſevero legendum eſſe ſicut repoſui, non ut eſt in Aldino, & altero*, Ἡ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος. ἠδ' ἀνιόντος. *nam quò referretur femininus articulus? & paulo pòſt ubi Ariſtarchus reprehenditur, hæc lectio ſic exponitur*, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς δύσεις. *quod omnino cum poëtico uſu particularum* ἠμὲν *&* ἠδὲ *congruere, notum eſt.* Xyland.

D

3. ὁ δὲ Κράτης, Ημεν) legendum eſſe ἠμὲν & ἠδὲ, ut alia omittam, ſatis docet Strabonis interpretatio, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς δύσεις. Rectè igitur Xylander lectionem Aldinam mutavit. *Caſaub.*

4. Τὴν διακεκαυμένην ζώνην κατέχεσθαι φησὶν ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ.) & rei veritas aliter ſe habet, & veterum quoque plerorumque ſententia alia fuit. Plin. lib. 1. c. 68. *Media vero terrarum, qua ſolis orbita eſt exuſta flammis & cremata, cominus vapore torretur. Circa duæ tantum inter exuſtam & rigentes temperantur: eæque ipſæ inter ſe non perviæ, propter medium ſideris. Ita terræ tres partes abſtulit cœlum: Oceani rapina in incerto eſt.* Idem.

5. προκεῖσθαι δὲ τὸ οἱ μὲν δυσ.) Mirum non animadvertiſſe interpretem legendum eſſe hîc quoque ἠμὲν & ἠδὲ: non οἱ μὲν, οἱ δὲ. Cratetis namque hæc verba ſunt ſuam lectionem explicantis. Lege etiam προσκεῖσθαι non προκεῖσθαι. *Idem.*

1. ὅτι

adjectum eſſe, quòd cùm Zodiacus cœleſtis ſemper directè immineat terreſtri, neque is ſua obliquatione utramque excedat Aethiopiam, neceſſe eſt totam ſolis converſionem intra illud ſpatium intelligi, Solemque ibi aliis aliter, & diverſis punctis ſurgere atque cadere. Hic ergo ita diſſerit, ratus Aſtronomiæ eſſe hoc magis conſentaneum: poterat autem etiam ſimpliciùs dici, ita ut nihilominus hoc teneretur, ita bifariam diviſos eſſe Aethiopes, ut ab ortu ſolis uſque ad occaſum utrinque ad Oceanum habitent. Quid ergo ad ſententiam refert vel ita ſcribere, ut ipſe, vel ut Ariſtarchus:

*Partibus, hi qua Sol cadit, & qua tollitur illi?*

Hoc enim eſt eos utrinque ad Oceanum verſus & Orientem & Occidentem habitare. At Ariſtarchus rejecto eo, quod Crates ponit, noſtros Aethiopas, qui reſpectu Græciæ verſus meridiem habitant ultimi, bifariam diviſos accipit: non ita, ut duæ ſint Aethiopiæ, ſed una tantùm, quæ Græcis eſt verſus meridiem, Aegypto adjacens. Id autem ignoraſſe poëtam, ſicut & alia, quæ Apollodorus libro de recenſione navium ſecundo refert, finxiſſe de locis falſa. Enimvero contra Cratetem longa opus eſt diſputatione, & ad inſtitutum fortaſſis nihil faciente. In Ariſtarcho autem id quidem laudemus, quòd Cratetis propoſito repudiato, quod multis modis refelli poteſt, de noſtra

A 1 ὅτι τοῦ Ζωδιακοῦ κατὰ κορυφὴν ὄντος ἀεὶ τῷ ἐν τῇ γῇ Ζωδιακῷ, τούτου δ' οὐκ ἐκβαίνοντος ἔξω τῆν Αἰθιοπίαιν ἀμφοῖν τῇ λοξώσει, 2 ἀνάγκη καὶ τὴν πάροδον τοῦ Ἡλίου πᾶσαν ἐν τῷ πλάτει τούτῳ νοεῖσθαι, καὶ τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις συμβαίνειν ἐνταῦθα ἄλλοις ἄλλας, καὶ κατ' ἄλλα ἢ ἄλλα σημεῖα. Εἴρηκε μὲν οὕτως, ἀστρονομικώτερον νομίσας. ἦν δὲ καὶ ἁπλούστερον εἰπεῖν αὐτὸ σώζοντα τὸ οὕτω διῃρῆσθαι δίχα τοὺς Αἰθίοπας, ὡς εἴρηται· ὅτι ἀφ' Ἡλίου ἀνιόντος μέχρι δύσεως, ἐφ' ἑκάτερα παροικοῦσι τῷ Ὠκεανῷ Αἰθίοπες. Τί οὖν διαφέρει πρὸς τὸν * νοῦν, τοῦτο ἢ οὕτως εἰπεῖν, ὥσπερ αὐτὸς γράφει, ἢ ὡς Ἀρίσταρχος;

* Manuſſ. νοῦν τοῖςυν

B Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.

3 Καὶ γὰρ τοῦτ' ἐστὶ καὶ πρὸς δύσιν, καὶ πρὸς ἀνατολὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ὠκεανοῦ οἰκεῖν. 4 Ὁ δ' Ἀρίσταρχος 5 ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ὑπόθεσιν· διχθὰ δὲ μεμερισμένους οἴεται λέγεσθαι τοὺς καθ' ἡμᾶς Αἰθίοπας, τοὺς τοῖς Ἕλλησι πρὸς μεσημβρίαν ἐσχάτους. τούτους δὲ μὴ μεμερίσθαι δίχα· ὥστε εἶναι δύο Αἰθιοπίας, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολήν, τὴν δὲ πρὸς δύσιν· ἀλλὰ μίαν μόνην, τὴν 6 πρὸς μεσημβρίαν κειμένην τοῖς Ἕλλησιν, ἱδρυμένην δὲ κατ' Αἴγυπτον· τοῦτο δὲ ἀγνοοῦντα τὸν ποιητήν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ὅσα εἴρηκεν 7 Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν * καταλόγῳ δευτέρῳ, C καταψεύσασθαι τῶν τόπων τὰ μὴ ὄντα. 8 Πρὸς μὲν οὖν Κράτητα μακροῦ λόγου δεῖ, καὶ ἴσως οὐδὲν ὄντος πρὸς τὰ νῦν. Ἀριστάρχου δὲ τοῦτο μὲν ἐπαινοῦμεν, διότι τὴν Κρατήτειον ἀφεὶς ὑπόθεσιν, 9 δεχομένην πολλὰς ἐνστάσεις, περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς

* Vel tollenda hæc vox videtur: vel legendum περὶ νεῶν τῶν ἐν κατ.

1. ὅτι τοῦ ζωδιακοῦ κατὰ κορυφὴν ὄντος) Ut cœli, ſic & terræ Zonæ ſunt diſtinctæ. Terræ enim Zonas appellamus eas terræ partes, quæ in tantulo corpore immenſis cœli partibus ſubjacent. Qua de re vide lib. ſequenti. Ut igitur in cælo pars quædam eſt, intra quam conſtat fieri τὴν τοῦ ἡλίου πάροδον, ita in terris pars ſit neceſſe eſt, intra quam eadem ἡλίου πάροδος animadvertatur. Placet autem Crateti eam terræ partem eſſe, quam occupat Oceanus utrinque ab Æthiopibus prætextus. Quare intra utroſque Æthiopas curſus ſuos peragat Sol neceſſe eſt: nec plagam illam excedet: neque enim cœleſtem excedit, cui hæc terreſtris ſubjacet. Ergo quum dicit Homerus diviſos eſſe Æthiopas, & addit ἡ μὲν δυσομένου ὑπερίονος ἡδ' ἀνιόντος, terræ plagam voluit deſcribere, quam Æthiopes obtinent: eam nimirum, intra quam fit ἡ ἡλίου πάροδος ſive oriatur ſive occidat: veriſſimè autem ait Strabo, ut hic eliciatur ſenſus nihil intereſſe utrum legamus ἡ μὲν ἠδὲ, an οἱ μὲν, οἱ δέ. Si quis tamen conjecturæ locus, puto Cratetem cum ſic emendabat, ita voluiſſe locum intelligi, ac ſic ab Homero eſſet ſcriptum: τοὶ δίχθα δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. δεδαίαται inquam περὶ τοῦ τῆς γῆς ἐκεῖνα τὰ μέρη, ὅπου καὶ δύεται ὁ ἥλιος καὶ ἀνατέλλει, hoc eſt ubi πάροδον ſuam peragit. *Idem.*

2 ἀνάγκη καὶ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου πᾶσαν ἐν τῷ πλάτει τούτῳ νοεῖσθαι) Solis πάροδος vocatur, ſpatium illud per quod tranſit Sol, dum curſum ſuum peragit. Eſt autem ea duplex: alia πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν, alia ἀπ' ἀνατολῆς πρὸς δύσιν. *Idem.*

3. καὶ γὰρ τοῦτ' ἐστὶ καὶ πρὸς δύσιν) Nam hæc quoque Ariſtarchi lectio idem ſignificat, ac illa Cratetis. *Idem.*

4. ὁ δ' Ἀρίσταρχος) Nunc affert Ariſtarchi interpretationem, quæ perſpicua eſt, nec ulla explanatione indiget. *Idem.*

5. ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ὑπόθεσιν) Cratetis commentum explodit, quod qui probabunt, concedant neceſſe eſt, Homerum alterius εὐκράτου habuiſſe cognitionem: id quod parum eſt probabile. *Idem.*

6. πρὸς μεσημβρίαν κειμένην τοῖς Ἕλλησι) hoc eſt, D quæ nobis eſt meridionalis: iis verò qui alteram obtinent εὔκρατον eſt ſeptentrionalis. *Idem.*

7. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγῳ δευτέρῳ) Apollodorus hic ampliſſimos in Bœotiam Homeri ſcripſerat Commentarios, quorum mentio frequens apud veteres ſcriptores. Solet autem Strabo ita hunc laudare: Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν: quare hîc quoque ſuſpicor legendum, ἐν τῷ περὶ νεῶν δευτέρῳ. Nam Κατάλογος νεῶν nomen eſt, non librorum Apollodori, ſed eius partus rhapſodiæ ſecundæ, qua naves recenſentur. *Idem.*

8. πρὸς μὲν οὖν Κράτητα) Superius indicavit Strabo non probare ſe Cratetis emendationem, ut quæ non eſſet neceſſaria: hîc innuit totam Cratetis ſententiam & interpretationem ſibi improbari; ſed quia non poterat ea quæſtio niſi pluribus abſolvi, ea omiſſa, Ariſtarcho reſpondere incipit. *Idem.*

9. δεχομένην πολλὰς ἐνστάσεις) Poſſet enim dubitare aliquis, primùm, ſit ne alia οἰκουμένη in noſtro hemi-

A Αἰθιοπίας ὑπονοεῖ γεγονέναι τὸν λόγον. τὰ δ' ἄλλα ἐπισκοπῶμεν. Καὶ πρῶτον, ὅτι καὶ αὐτὸς μικρολογεῖται μάτην περὶ τῆς γραφῆς. καὶ γὰρ αὖ ὡς ἑτέρως γράφηται, δύναται ἐφαρμόττειν τοῖς νοήμασιν αὐτοῦ. p. 32. τί γὰρ διαφέρει λέγειν, ἢ οὕτως, δύο καθ' ἡμᾶς εἰσὶν Αἰθίοπες, οἱ μὲν πρὸς ἀνατολὰς, οἱ δὲ πρὸς δύσεις· ἢ οὕτως, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς δύσεις; Ἐπειθ' ὅτι [1] ψευδοῦς προΐσταται δόγματος. Φέρε γὰρ τὸν ποιητὴν ἀγνοεῖν μὲν τὸν ἰσθμὸν, τῆς δὲ κατ' Αἴγυπτον Αἰθιοπίας μεμνῆσθαι, ὅταν φῇ,

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται.

B Πῶς οὖν, οὐ διχθὰ δεδαίαται οὕτω, ἀλλ' ἀγνοῶν οὕτως εἴρηκεν ὁ ποιητής; πότερ' οὐδ' ἡ Αἴγυπτος, οὐδ' οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τοῦ Δέλτα ἀρξάμενοι μέχρι πρὸς Συήνην, ὑπὸ τοῦ Νείλου διχα διῄρηνται,

Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος;

[2] Τί δ' ἄλλο ἡ Αἴγυπτός ἐστι πλὴν ποταμία νῆσος, ἣν ἐπικλύζει τὸ ὕδωρ; αὕτη δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κεῖται, πρὸς ἀνατολὴν, καὶ δύσιν. Ἀλλὰ μὴν [3] ἡ Αἰθιοπία ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ Αἰγύπτῳ, [4] καὶ παραπλησίως ἔχει πρός τε τὸν Νεῖλον, καὶ τὴν ἄλλην φύσιν τῶν τόπων. καὶ γὰρ καὶ αὕτη * στενὴ, καὶ μακρὰ, καὶ ἐπίκλυστος. τὰ δ' ἔξω τῆς ἐπικλύστου ἔρημά τε, καὶ ἄνυδρα, καὶ σπανίως οἰκεῖσθαι δυνάμενα, τὰ μὲν πρὸς ἕω, τὰ δὲ πρὸς C δύσιν κεκλιμένα. Πῶς οὖν οὐχὶ καὶ δίχα διῄρηται; ἢ τοῖς μὲν τὴν Ἀσίαν ἀπὸ Λιβύης διαιροῦσι, [5] ἀξιόλογον τοῦθ' ὅριον ἐφάνη ὁ Νεῖλος, [6] μῆκος μὲν ἀνατείνων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, πλειόνων ἢ μυρίων σταδίων· πλάτος δὲ ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνειν μυριάνδρους (ὧν μεγίστη ἐστὶν ἡ Μερόη, τὸ βασίλειον, καὶ ἡ μητρόπολις τῶν Αἰθιόπων.) αὐτὴν

* Vett. στενή τέ ἐστι καί.

A Aethiopia ſuſpicatur locutum eſſe poëtam: cætera verò conſideremus. Primò omnium ipſe quoque fruſtra de ſcriptura ſcrupuloſè diſſerit. nam etiamſi altera relinquatur, congruere ea ſententiæ ipſius poteſt. Quid enim intereſt ſive dicas, gemini ſunt ſecundùm nos Æthiopes, alii verſus occaſum, alii verſus ortum: aut ſic, Nam & verſus ortum, & verſus occaſum; Deinde falſæ auctor ſit opinionis. Fingamus enim poëtam ignoraſſe Iſthmum, & feciſſe Æthiopiæ mentionem ejus, quæ eſt poſt Ægyptum, iſtis verbis,

*Æthiopas geminis diviſos partibus.*—

quid ergo, an ideò non erunt bifariàm diviſi? An id quoque ignoravit poëta, B Ægyptum & Ægyptios à Delta ad Syenem uſque à Nilo in duas partes dividi,

*Quarum hæc ſurgentem ſpectet ſolem, illa cadentem?*

Quid autem aliud eſt Ægyptus, quàm fluvialis inſula, quam aqua inundat? atque ipſa ſita eſt ab utraque fluvii parte verſus ortum & occaſum. At verò Æthiopia directè poſt Aegyptum jacet, eodemque prorſus modo ſecatur à Nilo, & natura locorum cum Ægypto prorſus congruit. nam & ipſa itidem arcta eſt, in longum porrecta, & aquis irrigua: ac quæ extra irriguam ſunt, deſerta ſunt, aquæ expertia, rariſque locis habitationi commoda, partim verſus ortum, alia verſus C occaſum. Quomodo ergo non erit Aethiopia bifariàm diviſa? Quid? Nilus idoneus terminus iis videri potuit, qui Aſiam ab Africa diſpeſcunt, quippe qui verſus meridiem ad ſtadia ampliùs CCIƆƆ. ſe porrigat, ea autem ſit latitudine, ut ampliſſimas quoque & multis hominum millibus habitatas inſulas includat: quarum maxima eſt Meroë, regia & præcipum Aethiopum urbs: atque

hemiſphærio: deinde an ſi ſit, Homerus tamen eam habuerit cognitam. *Idem.*

1. ψευδοῦς προΐσταται δόγματος) Putat enim Homerum falſo de Æthiopibus dixiſſe diviſos eſſe eos bifariam: non quòd neget Ariſtarchus Æthiopas bifariam eſſe diviſos, ſed quia putat ignotum fuiſſe Homero ſinum Arabicum quo dividuntur. Reſpondet Strabo. Demus ita eſſe, ut nullam poëta iſthmi iſtius nec ſinus Arabici habuerit cognitionem: tamen non ſequitur inde, nullum diſcrimen cognoviſſe poëtam, inter utroſque Æthiopas. Nullum enim poëta habuit cognitum: qui ut Ægyptum atque adeo duas continentes Aſiam, & Africam, ex quorundam ſententia diſcernit: ita & Æthiopiam ſcindere bifariam dici poteſt. *Idem.*

2. τί δ' ἄλλο ἡ Αἴγυπτός ἐστι] Vide num legendum ſit, ἡ κάτω Αἴγυπτος. Nam de inferiori tantum Ægypto hoc dici ſatis conſtat. vide libro XVII. *Idem.*

3. ἡ Αἰθιοπία ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ Αἰγύπτῳ] Eſſe τινὶ ἐπ' εὐθείας, ſignificat, eſſe in eadem linea recta cum aliquo: ut ſunt quorum idem eſt circulus meridianus. *Idem.*

4. καὶ παραπλησίως ἔχει πρός τε τὸν Νεῖλον] Hæc ἀπόφασις non eſt omnino vera: Strabo ipſe libro XVII. docet quædam eſſe Æthiopiæ & Ægypto, quod ad Nilum attinet, κοινά: deinde in quo differant ſic explicat: Ἀλλὰ τὴν μὲν Αἰθιοπίαν οὔτε πᾶσαν διέξεισιν ὁ Νεῖλος, οὔτε μόνος, οὔτ' ἐπ' εὐθείας, οὔτ' οἰκουμέ- D νης καλῶς. τὴν δὲ Αἴγυπτον, καὶ μόνος, καὶ πᾶσαν, καὶ ἐπὶ εὐθείας. *Idem.*

5. ἀξιόλογον τοῦθ' ὅριον ἐφάνη ὁ Νεῖλος] Dionyſius de Nilo. v. 230.

Ὅς ῥά τε καὶ Λιβύην ἀποτέμνεται Ἀσίδος αἴης,
Ἐς λίβα μὲν Λιβύην, ἐς δ' αὐγὰς Ἀσίδα γαῖαν.

plura de his libro ſecundo. *Idem.*

6. μῆκος μὲν ἀνατείνων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, πλειόνων ἢ μυρίων σταδίων] Imo ſi Nili flexuum & ἐπιστροφῶν habeas rationem plus quam XII. M. Diodorus libro primo, de Nilo, φέρεται ἀπὸ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν μέχρι τῆς εἰς θάλασσαν ἐκβολῆς, στάδια μάλιστά πως μύρια καὶ δισχίλια, σὺν ταῖς ποιεῖται καμπαῖς. De latitudine ibidem ait, tantam eam eſſe, ut cum alias inſulas contineat maximas, tum etiam Meroen, cuius latitudo ſit ſtadiorum XXII. & amplius. Vide Plinium lib. V. c. 9. & infra libro ultimo.

1. Καὶ

idem fluvius non ſufficiet ad dividendam in duas portiones Aethiopiam? Imò qui reprehendunt hos, qui continentes amne dividunt, id maximum ejus erratum objiciunt, quòd ii divellant Aegyptum & Æthiopiam, & utriuſque aliam in Africa, aliam in Aſia partem ponant: aut ſi hoc volunt, vel non dividunt continentes, vel non fluvio dividunt. Præter hæc, alio etiam modo Æthiopiam diſtinguere licet. Quicunque enim in Oceano Africæ oram prætervecti ſunt, ſive à rubro mari, ſive à columnis Herculis inita navigatione aliquouſque progreſſi, deinde retro abierunt, multis prodire vetiti incommoditatibus, apud multoſque eam opinionem confirmarunt, medium iſthmo aliquo dividi. Atqui totum Atlanticum mare in ſe coit, maximè quod eſt verſus meridiem. Quotquot autem navigarunt, finem ſuæ navigationis loca Aethiopica nominaverunt, itaque renunciaverunt. Quid ergo eſt abſurdi, ſi Homerus quoque hac fama ductus, Æthiopes bifariam diviſit, Orientales alios, alios Occiduos faciens? cùm de iis, quæ in medio ſunt, non conſtet habitentùrne an ſecus. Cæterùm Ephorus aliam quoque hiſtoriam refert veterem, de qua inaudiviſſe Homerum non eſt rationi adverſum. Narrari ait à Gaditanis, Aethiopes, cùm Libyam uſque ad occaſum peragraſſent, ibi manſiſſe eorum quoſdam, quoſdam etiam maritimæ oræ bonam occupaſſe partem. atque inde colligit Homerum etiam dixiſſe:

*Extremos hominum Aethiopes geminiſque diremtos*
*Partibus.—*

Proinde & hæc contra Ariſtarchum ejuſque ſecutos opinionem, dicere licet,

A δὲ τὴν Αἰθιοπίαν οὐχ ἱκανὸς ἦν διαιρεῖν δίχα; 1 Καὶ μὴν οἵ γε ἐπιτιμῶντες τοῖς τὰς ἠπείρους τῷ ποταμῷ διαιροῦσι, τῶν ἐγκλημάτων τοῦτο μέγιστον προφέρουσιν αὐτοῖς, 2 ὅτι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διασπῶσι· καὶ ποιοῦσι τὸ μὲν τι μέρος ἑκατέρας αὐτῶν, Λιβυκὸν, τὸ δ' Ἀσιατικόν· ἢ εἰ μὴ βούλονται τοῦτο, ἢ οὐ διαιροῦσι τὰς ἠπείρους, ἢ οὐ τῷ ποταμῷ· 3 χωρὶς δὲ τούτων ἔστι καὶ ἄλλως διαιρεῖν τὴν Αἰθιοπίαν· Πάντες γὰρ οἱ παραπλεύσαντες τῷ Ὠκεανῷ τὴν Λιβύην, οἵ τε ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς, καὶ οἱ ἀπὸ τῶν στηλῶν, μέχρι ποσοῦ προελθόντες, εἶτα ἀνέστρεψαν, ὑπὸ πολλῶν ἀπορειῶν κωλυόμενοι· ὥστε καὶ πίστιν κα- B τέλιπον τοῖς πολλοῖς, ὡς τὸ μεταξὺ διείργοιτο ἰσθμῷ. Καὶ μὴν σύρρους ἡ πᾶσα Ἀτλαντικὴ θάλασσα, καὶ μάλιστα ἡ κατὰ μεσημβρίαν· 4 ἅπαντες δὲ οὗτοι τὰ τελευταῖα χωρία, ἐφ' ἃ πλέοντες ἦλθον, Αἰθιοπικὰ προσηγόρευσαν, καὶ ἀπήγγειλαν οὕτως. Τί οὖν ἄλογον εἰ καὶ Ὅμηρος ὑπὸ τοιαύτης P. 33. ἀκοῆς ἀχθεὶς δίχα διῄρει, τοὺς μὲν πρὸς ἀνατολὴν λέγων, τοὺς δὲ πρὸς δύσιν; τῶν μεταξὺ οὐ γινωσκομένων, εἴτε εἰσὶν, εἴτε μὴ εἰσίν. 5 Ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλην τινὰ ἱστορίαν παλαιὰν εἴρηκεν Ἔφορος, ᾗ οὐκ ἄλογον ἐντυχεῖν καὶ Ὅμηρον· λέγεσθαι γάρ φησιν 6 ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων Αἰ- C θίοπας τὴν Λιβύην ἐπελθόντας μέχρι δύσεως, τοὺς μὲν αὐτοῦ μεῖναι, τοὺς δὲ καὶ τῆς παραλίας κατασχεῖν πολλήν. τεκμαίρεται δὲ ἐκ τούτου καὶ Ὅμηρον εἰπεῖν οὕτως,

Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν·

Ταῦτα δὲ δὴ πρὸς τὸν Ἀρίσταρχον λέγοι ἄν τις, καὶ πρὸς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ, καὶ ἄλλα

1. *Καὶ μὴν οἵ γε ἐπιτιμῶντες*) *Τὴν οἰκουμένην* variè partiti ſunt veteres: duas antiquiſſimi partes eſſe volebant, Aſiam & Europam: alii tres: ſed de termino, quo dividatur Aſia ab Africa, inter hos non convenit, alii ſinum Arabicum eſſe volunt, alij Nilum: qui igitur hos reprehendunt, alias afferunt D cauſas, hanc non afferunt, Nilum ſatis *ἄξιον ὅριον* non eſſe quo continentes dividi cenſeantur. Si igitur nemo reprehendit hoc nomine eos qui Aſiam & Africam Nilo partiuntur, quantò longius ab omni reprehenſione abeſſe cenſendi ſunt, qui eodem Nilo Æthiopiam dividunt, ut altera ſit orientalis, altera occidentalis? *Idem.*

2. *ὅτι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διασπῶσι*) Ptolemæus quoque hoc improbat, qui dividens Africam ab Europa ſinu Arabico, & iſthmo, duplicem affert hanc cauſam, *ἵνα*, inquit, *μήτε διασπῶμεν τὴν Αἴγυπτον, τῷ Νείλῳ ποιούμενοι τὴς μερισμὸν, καὶ ὅτι βέλτιον πελάγεσιν ὅταν ᾖ, καὶ μὴ ποταμοῖς χωρίζειν τὰς ἠπείρους. Idem.*

3. *χωρὶς δὲ τούτων*) Vidit Geographus multa poſſe ſibi objici dividenti Æthiopas Nilo: obviam it igitur, & alia quoque ratione poſſe diſtingui Æthiopas exponit. Nam etſi pro certo credendum eſt (qua de re ſuprà dictum ſatis) oceanum eſſe *σύῤῥουν* nec ullo iſthmo eſſe diſtinctum, tamen quia illis temporibus nondum contigerat, ut qui ab oriente & occidente Atlanticum mare navigabant ſibi obviam fierent, creditum eſt à multis in eo intervallo quò nondum eſt aditum, iſthmum eſſe, qui Oceani *σύῤῥοιαν* impediat. Nihil igitur impedit quo minus dicamus poëtam hos ſecutum dixiſſe, illo iſthmo diviſos eſſe Æthiopes. *Idem.*

4. *ἅπαντες δὲ οὗτοι*) & qui ab oriente verſus occidentem, & qui ab occidente orientem verſus: ſic manifeſtò duæ fiunt Æthiopiæ, altera in quam deveniunt illi, altera in quam iſti. *Idem.*

5. *Ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλην*) Tertiam affert interpretationem verborum poëtæ de diviſione Æthiopiæ omnium meo judicio maximè probabilem. *Idem.*

6. *ὑπὸ τῶν Ταρτησσίων*) Quæ prius Tarteſſus erat, poſtea Gadir eſt appellata. Salluſtius Hiſtor. L. II. *Ut alii tradiderunt, Tarteſſum Hiſpaniæ civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.* Vide Plinium libro IV. extremo, & Strab. libro III. *Idem.*

τούτων ἐπιεικέστερα, ἀφ' ὧν τὴν πολλὴν ἄγνοιαν ἀφαιρήσεται τοῦ ποιητοῦ. [1] Φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς Βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι [2] Σκύθας ἐκάλουν, ἢ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος· ὕστερον δὲ καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων, Κελτοὶ, καὶ Ἴβηρες, ἢ συμμίκτως Κελτίβηρες, καὶ Κελτοσκύθαι προσηγορεύοντο, ὑφ' ἓν ὄνομα τῶν καθέκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν· οὕτω [3] τὰ μεσημβρινὰ πάντα, Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι, τὰ πρὸς Ὠκεανῷ. Μαρτυρεῖ δὲ τὰ τοιαῦτα. Ὅ, τε γὰρ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ τῷ λυομένῳ φησὶν οὕτω·

[4] Φοινικόπεδόν τ' ἐρυθρᾶς ἱερὸν
Χεῦμα θαλάσσης,
Χαλκοκέραυνόν τε παρ' Ὠκεανῷ
Λίμναν παντοτρόφων Αἰθιόπων,
Ἱν' ὁ παντόπτας ἥλιος
Αἰεὶ χρῶτ' ἀθάνατον,
Κάματόν θ' ἵππων θερμαῖς
Ὕδατος μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει.

[5] Παρ' ὅλον γὰρ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τοῦ Ὠκεανοῦ ταύτην πρὸς τὸν Ἥλιον ἴσχοντος τὴν χρείαν, καὶ τὴν σχέσιν, παρ' ὅλην καὶ τοὺς Αἰθίοπας αὐτὸν φαίνεται. Ὅ, τ' Εὐριπίδης ἐπὶ τῷ Φαέθοντι, τὴν Κλυμένην φησὶ

-- δοθῆναι Μέροπι τῆς δ' ἄνακτι γῆς·
Ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα
Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί.

A & alia his adhuc magis probabilia, itaque tantam ignorationem à poëta amoliri. Nam de priſcorum Græcorum ſententia hoc dico, quòd ſicut notæ verſus Septentrionem gentes uno priùs nomine omnes vel Scythæ vel [2] Nomades (ut ab Homero) appellabantur, ac poſtea temporis cognitis regionibus occiduis, Celtæ, Iberi, aut mixto nomine Celtiberi ac Celtoſcythæ dici cœperunt, cùm priùs ob ignorationem ſingulæ gentes uno omnes nomine afficerentur: ità, quæ ad Oceanum verſus meridiem ſita ſunt, omnia Æthiopiæ appellatione fuiſſe notata. Hæc teſtimoniis comprobari poſſunt. Sic enim loquitur Æſchylus

B Prometheo ſoluto:

*Mariſque fluctus cernes puniceos rubri*
*Sacrum fluentum, & æreo quæ fulmine*
*Palus ad Oceanum percellitur ſita*
*Omnigenûm Æthiopum, qua Sol cuncta qui videt,*
*Identidem immortale corpus abluit,*
*Reficitque mollibus undis ſudantes equos.*

Nam cùm per totum meridiei obverſum tractum Oceanus reſpectu Solis repræſentet horizontem, Aethiopes quoque per eum totum extendit. Et Euripi-

C des in Phaëthonte Clymenen ait

*Meropi datam, regi terræ illius,*
*Quam, cùm quadrigis tellurem ſuperat ſuis,*
*Primùm aurea flamma Sol almus percutit.*

1. φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων) Quarta interpretatio verborum poëtæ: atque hæc Straboni maximè probatur: ideo ait φημὶ, quod eſt ἀξιωματικόν. Prius docet Æthiopas à veteribus fuiſſe appellatos omnes Oceani accolas ad meridiem, ab ortu ad occaſum, deinde quomodo hi diviſi eſſent explicat. *Idem.*

2. Nomades, ut ab Homero.) *Apud Homerum non memini me legere hoc vocabuli. Sed puto intelligi, quod populos poſt Thraciam habitantes ἀβίους vocat, quod ἁμαξοβίους & νομάδας plerique intelligunt. initio Iliad. ν. quales & Horatius deſcribit. 3. Od. 24. Verſus Æſchyli non ſelicitè diſtinxi in tanta varietate.* in *Phaëthonte)* ἐπὶ, τοῦ. *legi* ἐν τῷ. *Citat hanc tragœdiam etiam Athenæus.* Xyland.

2. Σκύθας ἐκάλουν, ἢ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος) Strabo paullò ante docuit, poetam etiam ſeptentrionales homines cognoviſſe, nec tamen ὀνομαστὶ indicaſſe, ſed eam vitæ degendæ rationem iis tribuiſſe, ut ſatis conſtet Νομάδας eum deſcribere: deinde locum profert, qui eſt initio Ἰλιαδ. ν. de quo fuſius tractabitur libro VII. *Caſaub.*

3. τὰ μεσημβρινὰ πάντα, Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι) Veteres Ptolemæus ſequitur, εἰσὶ δὲ, inquit, ὁμοίως οἱ ὑπὸ τὸν ζωδιακὸν οἰκοῦντες, ἀπὸ δύσεως μέχρις ἀνατολῶν, ἅπαντες μέλανες τὰς χρόας, Αἰθίοπες. Idem alibi Æthiopiam facit, τὴν μὲν ἑῴαν, τὴν δὲ ἑσπερίην. *Idem.*

4. φοινικόπεδον τ' ἐρυθρᾶς) Ex libro primo c. 41.

D Dionyſii Halicarnaſſenſis ſuſpicari poſſumus, verba hæc fuiſſe Promethei, qui Herculem in illa fabula præmonebat de iis omnibus, quæ ipſi erant exequenda. Verùm, hæc, ut puto, à choro pronuntiata ſunt, qui diceret ſe tantum terrarum eſſe emenſum ut viſeret Prometheum. Similiſque omnino locus de Titanum adventu ad Caucaſum, ubi erat Prometheus, ab Arriano in Periplo Ponti Euxini ex eadem tragœdia refertur. Ecquam autem paludem χαλκοκέραυνον Æthiopum poëta intelligat, non ſanè ipſe intelligo. In libris veteribus παντοσροφῶν ſcribitur, non παντοτροφῶν. Quod ad Æthiopas attinet, etiam in Prometheo δεσμ. v. 781. al. 806. eos πρὸς ἡλίου πηγαῖς collocat Aeſchylus. Verba poëtæ ſunt hæc.

—— τηλουρὸν δὲ γῆν
Ἥξεις κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου
Ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς αἰθίοψ. *Idem.*

5. παρ' ὅλον γὰρ τὸ) Lege totum hunc locum hoc modo, παρ' ὅλον γὰρ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα, τοῦ Ὠκεανοῦ ταύτην πρὸς τὸν ἥλιον ἴσχοντος τὴν χρείαν, καὶ τὴν σχέσιν, παρ' ὅλον καὶ τοὺς Αἰθίοπας αὐτῷ εἶναι φαίνεται. aut ſine voce αὐτῷ. Senſus eſt. Credidiſſe Æſchylum & reliquos veteres, per totam plagam meridionalem porrigi juxta oceanum Æthiopas, cum ſitus totius illius tractus, eodem planè modo ſe habeat ad Solem. Ipſe ſe infra explicat, ᾧ γὰρ ἂν τόπῳ, ait, τοῦδε τοῦ κλίματος προσβάλοις τὴν διάνοιαν, καὶ ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ ἔσῃ καὶ ἐπὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ. *Idem*

*Et eam nigra vicina gens cute prædita,*
*Auroræ vocat ac Solis ſtabulum lucidi.*

A

Quo quidem loco ſtabulum equis Auroræ & Solis idem adſcribit: in ſequentibus autem, vicinum id facit ædibus Meropis: atque in tota illa id fabula eſt attextum, non ſanè ad Aethiopiam peculiariter eam pertinens quæ eſt poſt Aegyptum, ſed ad eam oram maritimam, quæ per totum meridianum tractum porrigitur. Ephorus quoque antiquam de Aethiopia opinionem refert, in oratione de Europa indicans cœli ac terræ locis in quatuor diductis partes, eam quæ eſt verſus Subſolanum, habitari ab Indis: quæ verſus Auſtrum, ab Aethiopibus: quæ verſus occaſum, [illegible] Celtis: Aquiloni objectam, à Scythis: additque Aethiopiam Scythia eſſe majorem. Videtur enim, inquit, gens Aethiopum protendi ab ortu hyberno uſque ad occaſum: eique oppoſita eſt Scythia. His conſentire poëtam, vel inde liquet, quòd Ithaca ipſo auctore ſpectat,

B

*Obſcuris obverſa plagis: nam ſolis ad ortum*
*Auroramque aliæ ſpectant.* —

Tenebras autem Septentrionem intelligit: ſolem ac auroram dicens, totum Meridionale dicit latus. Rurſum:

*Sive illæ dextra volitant Titanis ad ortum,*
*Auroramque, petunt lævа ſeu parte tenebras.*

C

Et alibi:

*O Socii, neque enim noctis quo cardine ſurgat*
*Caligo, vel quâ roſeis auriga quadrigis*
*Vecta diem referat, præceps ubi lampada condat*
*Titan, quâ curru terram ſuperetve ſupino*
*Novimus.* —

De quibus apertiùs dicitur, ubi de Ithaca ſermo inſtituitur. Quando itaque dicit:

*Namque heſternus ad Oceanum eſt, juſtoſque profectus*
*Iuppiter Aethiopas, quorum convivia viſit:*

D

communiùs hoc eſt accipiendum, de Oceano videlicet totum meridionalem alluente tractum, & Aethiopas: ad quemque enim iſtius tractus locum adverteris cogitationem, ad Oceanum eris & in Aethiopia. In hunc ſenſum id quoque dicit:

*Aſt hunc Aethiopum rediens Neptunus ab oris*
*Eminus é Solymis conſpexit montibus.* —

Καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι,
Ἕω φαεννὴν ἡλίου θ' ἱπποστάσεις.

Νῦν μὲν δὴ κοινὰς ποιεῖται τὰς ἱπποστάσεις τῇ τε Ἠοῖ, καὶ τῷ Ἡλίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς πλησίον αὐτάς φησιν εἶναι τῇ οἰκήσει τοῦ Μέροπος· καὶ ὅλῃ γε τῇ δραματουργίᾳ τοῦτο παραπέπλεκται· οὐ δή που τῆς κατ' Αἴγυπτον Αἰθιοπίας ἴδιον ὄν, μᾶλλον δὲ τῆς παρ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα διηκούσης παραλίας. Μηνύει δὲ καὶ Ἔφορος τὴν παλαιὰν περὶ τῆς Αἰθιοπίας δόξαν, ὅς φησιν ἐν τῷ περὶ τῆς Εὐρώπης λόγῳ, τῶν περὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν τόπων, εἰς τέσσαρα μέρη διῃρημένων, τὸ πρὸς τὸν Ἀπηλιώτην, Ἰνδοὺς ἔχειν· πρὸς Νότον δὲ Αἰθίοπας· πρὸς δύσιν δὲ, Κελτούς· πρὸς Βορρᾶν ἄνεμον, Σκύθας. προστίθησι δ' ὅτι [1] μείζων ἡ Αἰθιοπία ἢ ἡ Σκυθία. Δοκεῖ γάρ φησι τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν ἀπ' ἀνατολῶν χειμερινῶν μέχρι δυσμῶν· ἡ Σκυθία δ' ἀντίκειται τούτῳ. Ὅτι δ' ὁ ποιητὴς ὁμολόγως τούτοις, καὶ ἐκ τῶνδε δῆλον, ὅτι ἡ μὲν Ἰθάκη κεῖται

[2] Πρὸς ζόφον (ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἄρκτον) αἱ δέ τ' ἄνευθε πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε· Odyſſ. ι. 25.

ὅλον τὸ Νότιον πλευρὸν οὕτω λέγων· καὶ ἔτι ὅταν φῇ·

Εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε. Iliad. μ. 239.
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ, τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Καὶ πάλιν·

Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠὼς, Odyſſ. κ. 191.
Οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
Οὐδ' ὅπῃ ἀννεῖται. --

περὶ ὧν λέγεται καὶ ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἰθάκης λόγοις σαφέστερον. Ὅταν οὖν φῇ·

Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας Iliad. α. 423.
Χθιζὸς ἔβη, ---

κοινότερον * λεκτέον, καὶ τὸν Ὠκεανὸν τὸν καθ' ὅλον τὸ μεσημβρινὸν κλίμα τεταγμένον, καὶ τοὺς Αἰθίοπας· ᾧ γὰρ ἂν τόπῳ τοῦδε τοῦ κλίματος προσβάλλοις τὴν διάνοιαν, καὶ ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ ἔσῃ, καὶ ἐπὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ. οὕτω δὲ λέγει καὶ τό, *Legi poteſt & δεκτέον.

Τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν, Odyſſ. ε. 282.
Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν· --

1. Μείζων ἡ Αἰθιοπία, ἢ ἡ Σκυθία) Et tamen ut mox ait Scythia ἀντίκειται Æthiopiæ. Sed ratio manifeſta: ἀντίκειται enim Scythia Aethiopiæ, ut in Sphæra Arcticus circulus Aequatori. [illegible]

2. πρὸς ζόφον (ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἄρκτον) Ita Strabo hanc vocem cenſet hoc loco accipiendam: qua de re lege libro x. ubi de Ithaca. Nam in illum locum mox ipſe hanc diſputationem rejicit. *Idem.*

ἴσον τῷ, ἀπὸ μεσημβρινῶν τόπων· Σολύμους λέγων οὐ τοὺς ἐν τῇ Πισιδίᾳ, ἀλλ', ὡς ἔφην πρότερον, πλάσας τινὰς ὁμωνύμους τοὺς ἀναλόγως ἔχοντας πρός τε τὸν πλέοντα ἐν τῇ σχεδίᾳ, καὶ τοὺς ἐκεῖ μεσημβρινοὺς, ὡς ἂν Αἰθίοπας, ὡς οἱ Πισιδικοὶ πρός τε τὸν Πόντον, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς Αἰγύπτου Αἰθίοπας. Οὕτω δὲ καὶ τὸν περὶ τῶν γεράνων λόγον κοινὸν ποιούμενος φησίν·

Iliad. γ. 4. Αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χειμῶνα φύγον, καὶ ἀθέσφατον ὄμβρον,

p. 35. Κλαγγῇ ταί γε * πέτονται ἐπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων,

* ποτῶνται in vett.

Ἀνδράσι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι.

Οὐ γὰρ ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις ὁρᾶται φερομένη ἡ γέρανος ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἢ Ἰβηρίαν οὐδαμῶς, ἢ τοῖς κατὰ τὴν Κασπίαν, καὶ Βακτριανήν. κατὰ πᾶσαν οὖν τὴν μεσημβρινὴν παραλίαν τοῦ Ὠκεανοῦ παρατείνοντος, ἐφ' ἅπασαν δὲ καὶ χειμοφυγούντων, δέχεσθαι δεῖ καὶ τοὺς Πυγμαίους μεμυθευμένους κατὰ πᾶσαν. Εἰ δ' οἱ ὕστερον τοὺς Αἰθίοπας ἐπὶ τοὺς κατ' Αἴγυπτον μόνους μετήγαγον, [1] καὶ τὸν περὶ τῶν Πυγμαίων λόγον, οὐδὲν ἂν εἴη πρὸς τὰ πάλαι. Καὶ γὰρ Ἀχαιοὺς καὶ Ἀργείους οὐ πάντας μὲν νῦν φαμὲν τοὺς στρατεύσαντας ἐπὶ Ἴλιον. Ὅμηρος δὲ καλεῖ πάντας. Παραπλήσιον δέ ἐστιν ὃ λέγω, καὶ περὶ τῶν δίχα διῃρημένων Αἰθιόπων, ὅτι δεῖ δέχεσθαι τοὺς παρ' ὅλην τὴν Ὠκεανῖτιν διατείνοντας ἀφ' Ἡλίου ἀνιόντος, μέχρι Ἡλίου δυομένου. οἱ γὰρ οὕτω λεγόμενοι Αἰθίοπες, δίχα διῄρηνται φυσικῶς τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, [2] ὡς ἂν μεσημβρινοῦ κύκλου τμήματι ἀξιολόγῳ, ποταμοῦ δίκην ἐν μήκει σχεδόν τι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων ἐπὶ τοῖς μυρίοις. πλάτει δ' οὐ πολὺ τῶν χιλίων μείζονι, τῷ μεγίστῳ. πρόσεστι δὲ τῷ μήκει, καὶ τὸ τὸν μυχὸν τοῦδε τοῦ κόλπου διέχειν τῆς κατὰ Πηλούσιον

Quod perinde eſt ac ſi dixiſſet, à meridionalibus locis. Non enim loquitur de Solymis qui ſunt in Piſidia: ſed (ſicut ſuprà dixit) fingit iis quoſdam cognomines, qui eundem habeant reſpectum ad rate vectum Ulyſſis, & eos qui iſtis in locis verſus meridiem habitant, ac ſunt Aethiopum inſtar: qui eſt, Piſidicorum ad Pontum, & Aethiopas ultra Aegyptum incolentes. Hoc modo etiam de gruibus amplificavit orationem:

*Quæ ſimul ac fugère imbres, hyememque nivalem*

*Cum magno Oceani clangore feruntur ad undas,*

*Pygmæis pugnamque viris cædeſque ferentes.*

Neque enim à Græcia tantùm verſus meridiem volant grues, non etiam ex Italia, Hiſpania, Caſpia, aut Bactriana eodem modo. Sed cùm Oceanus totam meridionalem alluat oram, & eam undiquaque grues hyemis evitandæ cauſa petant, intelligendum eſt fingi ab Homero hoc, Pygmæos ad totam illam oram habitare. Quòd autem poſteri Aethiopas eos ſolos vocarunt, qui ſupra Ægyptum degunt, itemque narrationem de Pygmæis ad eos aſtringunt: id ad antiqua nihil attinet. Nam hodie non omnes populi, qui in expeditione ad Ilium fuere, Achæorum aut Argivorum nomine intelliguntur, quod tamen omnibus iis attribuit Homerus. Simile eſt quod de Æthiopibus dixi, eſſe intelligendos ſcilicet eos qui accolunt per totam oram Oceani à Solis ortu uſque ad ejus occaſum: nam ſic dicti Aethiopes natura ſunt à ſe invicem divulſi ſinu Arabico, diviſo circulo meridiano juſta ſectione in morem fluminis: cujus ſectionis longitudo eſt ferè CCIƆƆ IƆƆ ſtadiorum: latitudo maxima non multum excedit ſtadia CIƆ. idque longitudini accedit, quòd intimus ejus ſinus receſſus à mari Pelu-

1. *Καὶ τὸν περὶ τῶν Πυγμαίων λόγον*) Non enim Pygmæos collocant recentiores ad plagam meridionalem: ſed vel in India, hoc eſt in Oriente, vel in Thracia: hoc eſt verſus ſeptentrionem. Strabo autem libro XVII. ſuſpicatur *τὴν μικροφυΐαν τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ φυομένων* huic fabulæ de Pygmæis occaſionem dediſſe. *Idem.*

2. *ὡς ἂν μεσημβρινοῦ κύκλου τμήματι ἀξιολόγῳ*) Docet obiter ſinum Arabicum eſſe *ὅριον ἄξιον*, quo dividi Aethiopia cenſeatur in duas: nam ſi parum promineret verſus ſeptentrionem hic ſinus, non rectè eo videri poſſet Strabo Aethiopiam dividere: contrarium igitur probat. Idem ſuprà de Nilo factum ab eo. Vocat autem Strabo ſtadiorum XV. millia, *τμῆμα ἀξιόλογον* circuli meridiani. Meridianum circulum dividunt Aſtrologi ut & Zodiacum in gradus CCCLX. horum graduum unicuique cenſuit Eratoſthenes reſpondere in terris ſtadia DCC. Ptolemæus verò ait D. Nos ſequamur Ptolemæum. Ex Ptolemæi igitur ſententia ſtadia ſupra poſita, gradus efficient XXX. Jam ſi conſideres quotam meridiani circuli partem noſtra *οἰκουμένη* obtineat, hoc eſt, quæ ſit ejus latitudo, videbis, meritò gradus XXX. dici à Strabone ejus circuli *τμῆμα ἀξιόλογον*. Porro quæ ratio eſt trium ad XXXVI ea etiam eſt, horum XXX. ad CCCLX. Sequimur autem lectionem vulgatam, quæ etiam Aldi eſt, & quam pleríque libri veteres habent. Auctor tamen Epitomæ pro *μυρίοις* legit *δισμυρίοις*. Sic erunt ſtad. XXV. M. pro XV. M. [?] Sed hæc profectò ſumma nimia eſt: quum [?] etiam ea quam ſequimur longè exſuperet dimenſiones Ptolemaicas: quas ſi ſequamur non videtur [?] hic ſinus plus quam XX gradus obtinere, hoc eſt ſtadi. X. M. *Idem.*

ſiaco itinere tridui aut quatridui abeſt, Iſthmo interjecto. Quemadmodum igitur elegantiores eorum, qui Aſiam ab Africa dividunt, pro confinio commodiore utriuſque continentis habent ſinum, quàm Nilum: quippe quòd ille propemodum ab uno mari ad alterum omnino penetrat, cùm Nilus ab Oceano multis partibus longiùs abſit, ideoque Aſiam univerſam ab Africa non dirimat: ita ego exiſtimo poëtam cenſuiſſe eodem modo meridionalem totum tractum univerſi terræ habitatæ orbis in duas eſſe ab hoc ſinu diviſum partes. Quî ergo ignoraverit Iſthmum, quem is ſinus cum Ægyptio mari conſtituit? Etenim omni ratione caret, perſpicuè ei fuiſſe notas Thebas Ægyptias, à noſtro mari ſtadiis paulo paucioribus IƆƆ. diſtitas: ignotum autem intimum receſſum Arabii ſinus & Iſthmum apud eum, cujus latitudo non eſt major CIƆ. ſtadiis. Multo etiam abſurdius id videri poſſit, noviſſe Homerum Nilum Ægypto cognominem tantæ regioni, cauſam autem hujus rei ignoraſſe. Maxime autem occurreret Herodoti dictum, donum eſſe fluvii Aegyptum, ideoque hoc eum nomine dignatum fuiſſe. Alioquin etiam eorum quæ ſingulis ſunt locis peculiaria, hæc omnium ſunt notiſſima, quæ & rari aliquid habent, & omnibus ſunt conſpicua: qualis eſt etiam Nili adſcenſio, ac maris ingeſto terræ aggere complanatio. Et quemadmodum qui ad Ægyptum appellunt, nihil prius in regione ea conſiderant

A θαλάσσης, [1] τριῶν, ἢ τεττάρων ἡμερῶν, ἣν ἐπέχει ὁ ἰσθμός. Καθάπερ οὖν οἱ χαριέστεροι τῶν διαιρούντων τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης, ὅρον εὐφυέστερον ἡγοῦνται τοῦτον τῶν ἠπείρων ἀμφοῖν τὸν κόλπον, ἢ τὸν Νεῖλον. τὸν μὲν γὰρ διήκειν παρ' ὀλίγον παντελῶς ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν· τὸν δὲ Νεῖλον πολλαπλάσιον ἀπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ διέχειν, ὥστε μὴ διαιρεῖν πᾶσαν τὴν Ἀσίαν ἀπὸ τῆς Λιβύης· τοῦτον ὑπολαμβάνω τὸν τρόπον κἀγὼ τὰ μεσημβρινὰ μέρη πάντα καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, δίχα διῃρῆσθαι νομίσαι τὸν ποιητὴν τῷ κόλπῳ τούτῳ. Πῶς οὖν ἠγνόει τὸν ἰσθμὸν, ὃν οὗτος ποιεῖ πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος; Καὶ γὰρ δὴ καὶ τελέως ἄλογον,
B [2] εἰ τὰς μὲν Αἰγυπτίους Θήβας ᾔδει σαφῶς, αἳ διέχουσι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης [3] σταδίους μικρὸν ἀπολείποντας τῶν πεντακισχιλίων· τὸν δὲ μυχὸν τοῦ * Ἀραβίου κόλπου μὴ ᾔδει, μηδὲ τὸν ἰσθμὸν τὸν κατ' αὐτὸν, πλάτος ἔχοντα οὐ πλειόνων ἢ χιλίων σταδίων. Πολὺ δ' ἂν ἀλογώτερον δόξειεν, εἰ τὸν μὲν Νεῖλον ᾔδει [4] ὁμωνύμως τῇ τοσαύτῃ χώρᾳ λεγόμενον, τὴν δ' αἰτίαν μὴ ἑώρα τούτου· μάλιστα γὰρ ἂν προσπίπτοι τὸ ῥηθὲν ὑφ' [5] Ἡροδότου, διότι δῶρον ἦν ἡ χώρα τοῦ ποταμοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἠξιοῦτο τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος. Ἄλλως τε τῶν παρ' ἑκάστοις ἰδίων ταῦτ' ἐστὶ γνωριμώτατα, ἃ καὶ παραδοξίαν ἔχει τινὰ, καὶ ἐν τῷ
C φανερῷ πᾶσιν ἐστί· τοιοῦτον δ' ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ Νείλου ἀνάβασις, καὶ ἡ πρόσχωσις τοῦ πελάγους. Καὶ καθάπερ οἱ προσαχθέντες πρὸς τὴν Αἴγυπτον, οὐδὲν πρότερον ἱστοροῦσι περὶ τῆς χώρας, ἢ τὴν

* Manuſſ. Ἀραβικοῦ

p. 36.

1. *τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν, ἣν ἐπέχει ὁ ἰσθμός* ) Vox ὁδὸς etſi ſæpiſſime in hoc loquendi genere deſideratur: tamen hic duriuſcula videtur ejus ellipſis. Vocat autem iter trium aut quatuor dierum intervallum mille ſtadiorum: tot namque ſtadiorum fuit iſthmus Arabicus: auctores Strabo & Plinius: quamquam Poſidonius CIƆIƆ ajebat. Vult igitur hic noſter, iter terreſtre unius diei eſſe vel ſtadiorum $333\frac{1}{3}$ vel 250. Sic libro quinto, intervallum quod eſt à Tarante Brunduſium, iter vocat unius diei: quum id intervallum ſtadiorum ſit cccx. Herodotus, tantum cc. *ἡ δὲ ὁδὸς* ait, *ἡ ἡμερηςίη, ἀνὰ διηκόσια ςάδια συμβέβληταί μοι.* Locus eſt in Melpom. c. 101. Et ita
D Livius libro xxi. *iter unius diei* dixit, pro eo quod dixerat Polybius libro iii. *διακόσια ςάδια.* Romani verò Juriſconſulti longè humaniores, qui vicena millia paſſuum tantum, hoc eſt ſtadia 160. aut ad ſummum $166\frac{2}{3}$ in ſingulos dies dinumerari jubent. Herodotus quoque Terpſichore, videtur ſignificare, iter unius diei eſſe ſtadiorum centum & quinquaginta. Atque hæc de itinere terreſtri. Quid de marino? Marinus, ut refert Ptolemæus, CIƆ ſtadia navigationem unius diei eſſe ſtatuebat. Ariſtides in Ægyptio facilè confici ſcribit ſecundis ſpirantibus ventis, ſtadia mille & ducenta. Herodotus Melpom. hac de re ſic ſcribit: [illegible] *ἐπίπαν μάλιςα [illegible] κατανύει ἐν μακρῇ ἡμέρῃ ὀργυιέας ἑπ[illegible] νυκτὸς δὲ ἑξακισμυρίας.* Ex hujus igitur ſententia navis ἐν δὲ νυχθημέρῳ conficit ὀργυιὰς quidem 1[illegible]ƆƆ. ſtadia autem 130ƆƆ. Singula enim ſtadia org[illegible] continent 100.
eodem Herodoto II. c. 100 teſte. Polybius paullò antè negabat confici ſolere ſtadia CIƆ CIƆ uno die. Strabo libro x. teſtatur. *ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον* Cretæ promontorium, duorum dierum ac noctium eſſe *πλοῦν*: eſſe autem id intervallum ex ſententia Eratoſthenis ſtadiorum bis mille. Plinius autem de eodem intervallo ſic ſcribit iv. c. 12. *Ipſa* (Creta) *abeſt promontorio ſuo quod vocatur Criu metopon ut prodit Agrippa, à Cyrenarum promontorio Phycunte* ccxxv. M. *paſſ.* Hæc ſemel annotare volui: quia in his libris toties harum rerum mentio reperitur. *Idem.*

2. *εἰ τὰς μὲν Αἰγυπτίους Θήβας ᾔδει σαφῶς* ) Ariſtoteles Meteorolog. libro primo c. 4. cauſam cur Homerus Thebarum potius quam Memphis, aut alius inferioris Ægypti urbis faciat mentionem hanc affert, quod nimirum tunc recens adhuc illa Ægypti pars aggeſta fuiſſet. Itaque, ait, vel omnino non erat Memphis, aut ſi jam erat, non talis & tanta. *Idem.*

9. τῇ γὰρ Θηβαΐδι) Hæc ad Troglodytas ſunt referenda. Nam de Æthiopibus ſupra actum ſatis. Troglodytæ autem ſunt qui habitant inter mare D Rubrum & Nilum, quod intervallum quàm ſit parvum docet Geographus lib. XVII. De Troglodytis vide lib. XVI. *Idem.*

10. ὁμοίως οὐκ ἐργασίας, οὐδὲ χρηματισμοῦ) Jam docuit Strabo quum ait Menelaus apud poëtam, ſe ad multas veniſſe gentes, divitias undique conquirentem, non poſſe id de Æthiopibus intelligi, apud quos nullus χρηματισμὸς ut dixit: nunc ait de Troglodytis & Erembis idem eſſe ſentiendum: veniſſe ad eos Menelaum, eo modo, quem expoſuit: non tamen inde ullas opes abſtuliſſe: quòd igitur eos nominat hîc Menelaus, id τοῦ ἐνδόξου χάριν tantum facit, non ut ſe inde rem feciſſe ſignificet. *Idem.*

11. τοῦ μήκους, καὶ τῆς ἀποδημίας) ἀντὶ τοῦ, τῆς μακρᾶς ἀποδημίας, ſive εἰς μακράν. Dictum ut Virg. II. Geor. 192. *patera libamus & auro.* Sed habent manuſſ. τοῦ μήκους τῆς ἀποδημίας. *Idem.*

1. Ἡσίο-

1 Ησίοδος δ' ἐν καταλόγῳ φησί,

2 Καὶ κούρην Αραβαίω, ὃν Ερμάων ἀκάκητα
Γείνατο, καὶ Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

Οὕτω δὲ καὶ Στησίχορος λέγει. Εἰκάζειν οὖν ἐστιν ὅτι ἀπὸ τούτου καὶ ἡ χώρα Αράβια ἤδη τότε ὠνομάζετο· κατὰ δὲ τοὺς ἥρωας τυχὸν ἴσως οὔπω. 3 Οἱ δὲ πλάττοντες Ερεμβοὺς ἰδιόν τι ἔθνος Αἰθιοπικὸν, 4 καὶ ἄλλο Κηφήνων, καὶ τρίτον

A Porrò Heſiodus in catalogo ſic ſcribit:

2 *Atque Arabis natam, Divum quam nuncius olim*
*Progenuit: Thronië quoque regis filia Beli.*

Itaque etiam Steſichorus loquitur. Unde conjecturam facere licet huic etiam Arabiæ nomen inditum fuiſſe, quòd Heroum ætate nondum extiterit. Qui autem fingunt Erembos eſſe Aethiopicam quandam peculiarem, aliamque Cephenum, & tertiam

1. Ησίοδος δ' ἐν Καταλόγῳ) Videri poterat illud Heſiodi opus intelligi, quod Ηοίην ſive Ηοίας μεγάλας Græci ſcriptores ſolent nuncupare; ſed ex Scholiaſte Apollonii diſcimus diverſa hæc eſſe opera. Sic enim ille ſcribit in librum ſecundum v. 181. φηνέα φησὶν Ησίοδος ἐν ταῖς Μεγάλαις Ηοίαις ὅτι Φρίξῳ τὴν ὁδὸν ἐμήνυσεν· ἐν δὲ τῷ γ Καταλόγῳ, &c. Certum eſt tamen Eœas quoque Heſiodi aliud fuiſſe nihil, quam mulierum præſtantiſſimarum catalogum. Nam hoc rectè à doctiſſimo viro Johanne Aurato eſt animadverſum. Nos autem poſtea obſervavimus, non Heſiodum tantum, ſed & Soſicratem opus eodem ferè indice ediſſe. Athenæus libro XIII. c. 7. p. 590. ἐπεὶ περ ἡμῖν ἐμπεδὼν ἐγένου κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις, οὐ κατὰ τους Σωσικράτης τοῦ Φαναγορίτου Οἵους, ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου, ubi legendum cenſemus Οἵους, & de quodam Soſicratis opere accipiendum, cui ad Heſiodi imitationem titulum fecerat Οἷοι, quod & ipſe ſua exempla omnia per vocem οἷος inciperet, ut Heſiodus per ἢ οἵη. Nam illud quidem dubitari non poteſt, fuiſſe illud Soſicratis opus, certorum hominum catalogum. Omnia autem exempla ita incepiſſe conjectura eſt meo judicio admodum probabilis: quam etiam confirmat, quod Timon quoque in Sillis idem fecerat, ut ex his ejus operis verſibus, qui ſoli fere ſuperſunt, intelligimus. Sic ille de Thalete.

Οἷον ἔπειτα Θάλητα σοφῶν σοφὸν ἀστρονόμημα.

de Xenophonte,

Οἷος Ξενοφόων, ἤτ' Αἰσχίνου οὐκ ἐπιπειθὴς Γράψαι.

de Ariſtippo,

Οἷα δ' Αριστίππου τρυφερὴ φύσις, ἀμφαφόωντος Ψεύδη.

de Democrito,

Οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα ποιμένα μύθων.

de Pyrrhone,

Αλλ' οἷον τὸν ἄτυφον ἐγὼ ἴδον ἠδ' ἀδάμαστον.

Malè enim apud Euſebium, ἀλλ' οἷον. Rectè autem notatum eſt à Scholiaſte Sophoclis, τὸ Οἷος vocem eſſe τῇ ἀπαριθμήσει valde accommodatam. *Idem.*

B

1. Ησίοδος δ' ἐν καταλόγῳ) Heſiodi Eœarum & Heroinarum præſtantiſſimarum Catalogi σύνοψις venuſtiſſima, aucta Romanarum Luparumque corollario, attexitur elogio Laodamiæ à veteri, ſed incerto poëta Epico Græco, cujus ἀποσπασμάτιον minime ſpernendum Επους περὶ Ελένης, ex fide membranarum, quas Iſaacus Caſaubonus μακαρίτης benignè mihi conceſſerat, non ita pridem cum metrica metaphraſi noſtra latina edidimus: ejuſmodi autem eſt.

Τὴν ἐγὼ αἰνέω, ἠδέτε ἔξοχον ἀμφαγαπάζω,
Ως Εὐάδνην, Αλκήστην τε καὶ Αντιόπειαν,
Τὴν Θεανώ τε καὶ Οἰνώνην καὶ Λουκρίτίην γε,
Ηδὲ καὶ Αβραδάτου καλὴν ἄλοχον Πανθείην.
Πρὸς δέ γε Πορκίην ἐσθλὴν παράκοιτιν Βρούτου,
Αἳ πόσιας τίμησαν, καὶ ἔλαβον κλέος ἐσθλὸν
Οὐδὲ λέχη ἤσχυναν ἀτάσθαλα ἔργα φρονοῦσαι
Οἷαι νῦν τελέθουσι ἀναιδέες, ἀγριόθυμοι,
Φυλλονόμαι, Φαῖδραι, Σθενέβοιαί τ' ἀλγεόδωροι.

ubi animadverte exempla per voces Ως καὶ οἷαι inchoata, metaphraſin etiam noſtram qualemcunque, ne quis deſideret, ſubjicio, obiter recognitam,

*Hanc ego collaudans adamo vel præ omnibus unam,*
*Euadnen* velut, *Alceſten ac Antiopeam,*
*Queis Theano addenda, Oenone, & Lucretia* [illegible]
*Abradatique uxor Panthea decora pudenſque;*
*Et conjux prudens conſtantis Porcia Bruti;*
*Quæque viros quòd honorarint ſuper æthera notæ;*
*Nec fœdare thoros voluere per impia facta;*
*Quales ſunt quædam ſine fronte & mente fideque*
*Phyllonomæ, Phædræ, Sthenobœæ triſtia dantes.*

Morellus in ſpicilegiis animadverſ. in Strabon. Geograph.

2. Atque Arabis natam.) Καὶ κούρην Αραβαίω, *ſcriptum erat, ſed* κούρην Αραβίοιο *legendum non tam verſus docet lex, quam Euſtath. in Dionyſium, citans hoc fruſtulum diſtichi,* κούρην Αραβίοιο. *Reſtituo etiam pro* Ερμάων, Ερμείης. *Nam* ἀκακήτης *eſt epitheton Mercurii. Euſtathius in hunc ipſum de Erembis locum Homeri citat in hanc ſententiam Heſiodum* ἐν τῷ ἑαυτοῦ καταλόγῳ. *quod vitioſum eſſe in promtu eſt.* C *Suidas refert, quinque libris hunc poëtam Heroïnas recenſuiſſe, ut pro* ἑαυτῷ *appareat legendum* Ηρωΐνων. Xyland.

2. Καὶ κούρην Αραβαίω) Quæcunque in hunc locum ſcripta ſunt ab interprete, ea profectò erudito viro aliud agenti exciderunt. Nam Heſiodi carmen non ille quidem διορθοῖ, ſed παραδιορθοῖ. Par infelicitas in loco Euſtathii, qui non erat ſollicitandus, cum bene habeat. Heſiodus autem ita ſcripſerat.

Καὶ κούρην Αράβοιο τὸν Ερμάων ἀκάκητα
Γείνατο, καὶ Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

Monſtroſa lectio, τὴν pro τὸν: quæ duos patres eidem filiæ, duos maritos eidem uxori affingat. Deinde, cum rectè eſſet animadverſum ἀκακήτης eſſe Mercurii ἐπίθετον, obſecro, quid fuit cauſæ cur Ερμάων mutaretur? an quia poëtis nunquam ita dicitur Mercurius? Bion. Eid. III. v. 8.

Ως χέλυν Ερμάων, κιθάριν δ' ὡς ἁδὺς Απόλλων.

D Poſtremò quid incogitantius dici potuit quàm legendum eſſe ex Euſtathio κούρην Αραβίοιο? Atqui Euſtathius annotat primam vocis Αραβος ab Heſiodo hîc eſſe correptam: neque hic συνίζησιν fingat aliquis. Ex interprete autem Appollonii ſcire licet, Caſſiopiam fuiſſe Arabi filiam. Αράβου, inquam non Αραβίου, *Caſaub.*

3. οἱ δὲ πλάττοντες Ερέμβους) Ut Hellanicus, qui putavit Erembos ſuperiorum Nili partium eſſe accolas. *Idem.*

4. καὶ ἄλλο Κηφήνων) Lycophron de Æthiopia, v. 834,

Επόψεται δὲ τυρσίας κηφηνίδας.

Herodotus libro ſeptimo c. 61. Perſas, qui Oceano meridionali ſunt vicini, Cephenas à Græcis appellatos quondam fuiſſe annotat. De Chaldæis id narratur à Stephano: & ex eodem licet intelligere, alios Cephenam Libyæ partem aliquam nominaſſe. *Idem.*

Pygmæorum, aliaque innumera, ii eo minus fidei merentur, quòd præterquam quòd incredibilia proferunt, etiam hiſtoriæ formam cum fabulæ confundunt ſpecie. Similes eorum ſunt, qui Sidonios in Perſico mari ponunt, aut alicubi in Oceano, itemque Phœnices, ac qui Menelaum in Oceanum evectum fingunt. Cauſa cur iis non credi debeat, non leviſſima eſt, quòd invicem contraria dicunt. Alii enim Sidonios & Phænices noſtros, colonos eorum referunt, qui in Oceano habitant, addentes eos Phœnices à puniceo colore vocari, quod mare ſit rubrum: alii illos noſtrorum colonos eſſe volunt: neque deſunt qui Aethiopiam in noſtram Phœnicen transferunt: & quæ de Andromeda narrantur, apud Ioppen eveniſſe tradunt: quæ ſanè non ob ignorationem locorum dicuntur, ſed fabulæ potiùs prætextu. Sicut & apud Heſiodum ſunt & alios talia: quæ Apollodorus proferens, neſcit quomodo ea cum Homericis componat. Nam de Ponto & Ægypto ab Homero ſcripta proferens, inſcitiæ eum culpat, qui voluerit quidem vera dicere, ſed ignoratione lapſus falſa pro veris dixerit. At enim Heſiodo nemo ignorationem objecerit, Semicanes nominanti, & Longicipites, & Pygmæos: (nam hæ fabulæ, ut eſt Pygmæorum, Homero quoque vitio non dantur) neque 6 Alcmani latipedes, neque Aeſchylo, canicipites & pectoroculatos, & unoculos. quando ne prorſa quidem oratione ſcribentibus, animum advertimus multa narrantibus ſub hiſtoriæ ſpecie, niſi fa-

A Πυγμαίων, καὶ ἄλλα μυρία, ἧττον ἂν πιστεύοιντο· πρὸς τῷ μὴ ἀξιοπίστῳ, καὶ σύγχυσίν τινα ἐμφαίνοντες τοῦ μυθικοῦ καὶ ἱστορικοῦ σχήματος. Ομοιοι δ' εἰσὶ τούτοις, 1 καὶ οἱ Σιδονίους ἐν τῇ κατὰ Πέρσας θαλάττῃ διηγούμενοι, ἢ ἄλλοθί που τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τὴν τοῦ Μενελάου πλάνην ἐξωκεανίζοντες, καὶ τοὺς Φοίνικας δὲ ὁμοίως. Τῆς δ' ἀπιστίας αἴτιον οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι, τὸ ἐναντιοῦσθαι ἀλλήλοις τοὺς λέγοντας· Οἱ μὲν γὰρ καὶ τοὺς Φοίνικας, καὶ τοὺς Σιδονίους τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀποίκους εἶναι τῶν ἐν τῷ Ὠκεανῷ φασι, προστιθέντες καὶ διὰ τί Φοίνικες ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ ἡ θάλαττα ἐρυθρά. οἱ δ' ἐκείνους τούτων. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὴν Αἰθιοπίαν εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς Φοινίκην μετάγουσι·
B 2 καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἐν Ἰόππῃ συμβῆναί φασιν· οὐ δήπου κατ' ἄγνοιαν τοπικὴν καὶ τούτων λεγομένων, ἀλλ' ἐν μύθου μᾶλλον σχήματι· καθάπερ καὶ τῶν παρ' Ἡσιόδῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, 3 ἃ προφέρει ὁ Ἀπολλόδωρος· οὐδ' ὃν τρόπον παρατίθησι τοῖς Ὁμήρου ταῦτα, εἰδώς. Τὰ μὲν γὰρ Ὁμήρου, 4 τὰ περὶ τὸν Πόντον, καὶ τὴν Αἴγυπτον παρατίθησιν, ἄγνοιαν αἰτιώμενος, ὡς λέγειν μὲν τὰ ὄντα βουλομένου, μὴ λέγοντος δὲ τὰ ὄντα, ἀλλὰ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, κατ' ἄγνοιαν. 5 Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν, ἡμίκυνας λέγοντος, καὶ
C μακροκεφάλους, καὶ Πυγμαίους (οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ Ὁμήρου ταῦτα μυθεύοντος, ὧν εἰσὶ καὶ οὗτοι οἱ Πυγμαῖοι) οὐδ' Ἀλκμᾶνος στεγανόποδας ἱστοροῦντες, οὐδ' Αἰσχύλου, κυνοκεφάλους, καὶ στερνοφθάλμους, καὶ μονομμάτους. 6 Ὅπου γε οὐδὲ τοῖς πεζῇ συγγράφουσιν ἐν ἱστορίας σχήματι, προσέχομεν περὶ πολλῶν, P. 43.

1. *Καὶ οἱ Σιδονίους* ] Heſychius (v. *Σιδόνιοι.*) Sidonios duplices facit Phœnices, & alios accolas maris Rubri. vide lib. XVI. *Idem.*

2. *Καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀνδρομέδαν* ] In hoc omnes Geographi & hiſtorici conſentiunt: vide libro XVI. *Idem.*

3. *ἃ προφέρει ὁ Ἀπολλόδωρος* ] libro ſecundo commentariorum in Catalogum, ut ſupra indicavit Strabo & infra libro VII. Sed & alibi in illo opere Homerum erat inſectatus Appollodorus, cujus reprehenſiones ut vaniſſimas non uno loco refellit Strabo. Locus autem lib. VII. ubi plenius Apollodori verba referuntur, ſi cum iſto conferatur, erit inſtar commentarii. *Idem.*

4. *τὰ περὶ τὸν Πόντον* ] Dicebat Apollodorus vel ex eo poſſe intelligi *τὰ περὶ πόντον* poëtæ non fuiſſe cognita, quòd nullum è quadraginta fluminibus nominaſſet, quæ Pontum ingrediuntur: vide librum VII. *Idem.*

5. *Ἡσιόδου δ' οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν* ] Itaque non debuit Appollodorus Heſiodi locum proferre ut efficeret minus eſſe mirandum ſi res Geographicas Homerus ignorarit: cum etiam Heſiodus atque alii illo recentiores poëtæ talia ſint commenti. Non enim profecto Heſiodus aut alii poëtæ, quos proferebat, ignorantia lapſi ſunt, quum Cynocephalos, Steganopodas, & id genus monſtra confinxere: non, inquam, *ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων*, ſed *πλάσει τῶν ἀδυνάτων τερατείας καὶ τέρψεως χάριν.* Quid ergo hæc ad id quod probare voluit Apollodorus? *Idem.*

6. Alcmani latipedes.) *Στεγανόποδας. Interpres neſcio cur vertit. qui digitos interjectos alios pedum di-*
D *gitis habent. Fortaſſis eos dicit, qui ita lato pede perhibentur in India eſſe, ut ſupini recumbentes ejus umbra totum corpus tegant atque ab æſtu Solis tueantur. Neque id ſuſpicor tantum rei fabuloſæ mentione ductus, & vocis στεγανὸν adjutus ſignificatione; ſed analogiam etiam ſecutus eorum animalium, quæ Suidas ac Favorinus στεγανόποδα ajunt appellari, quòd latos & non in ungues diffiſſos habeant pedes, ut ſunt olores, Pelicani, anſeres, anates. Canicipites quidem inter ſimilia monſtra referuntur, & qui oculos habeant in pectore. Eadem referuntur à noſtro infrà, lib.* VII. Xyland.

6. *ὅπου γε οὐδὲ* ] Si ſcriptores alios tunc lectione & ſtudio noſtro dignamur, cum præfati *μυθολογεῖν* audacter fabulas confingunt, quanto æquius eſt poëtam, cui Τὸ *μυθῶδες* proprium eſt, non ad normam hiſtoricam exigere, ſed ut fabulas quod narrat accipere? *Caſaub.*

1 ἐὰν μὴ ἐξομολογῶνται τὴν μυθογραφίαν· φαίνεται γὰρ εὐθὺς ὅτι μύθους παραπλέκουσιν 2 ἑκόντες· οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων, ἀλλὰ πλάσει τῶν ἀδυνάτων, τερατείας καὶ τέρψεως χάριν. δοκοῦσι δὲ κατ᾽ ἄγνοιαν 3 ὅτι μάλιστα καὶ πιθανῶς τὰ τοιαῦτα μυθεύουσι περὶ τῶν ἀδήλων, καὶ τῶν ἀγνοουμένων. 4 Θεόπομπος δὲ ἐξομολογεῖται φήσας, ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ κρεῖττον, ἢ ὡς Ἡρόδοτος, καὶ Κτησίας, καὶ Ἑλλάνικος, 5 καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες. 6 Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ὠκεανοῦ παθῶν, εἴρηται μὲν ἐν μύθου σχήματι· καὶ γὰρ τούτου στοχάζεσθαι δεῖ τὸν ποιητήν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων ἡ Χάρυβδις αὐτῷ μεμύθευται, οὐδ᾽ αὐτὴ παντάπασιν Ὁμήρου πλάσμα οὖσα, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἱστορουμένων περὶ τὸν Σικελικὸν πορθμὸν διεσκευασμένη. Εἰ δὲ δὶς τῆς παλιρροίας γινομένης καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, ἐκεῖνος τρὶς εἴρηκε,

Odyſſ. μ. 105.

> Τρὶς μὲν γάρ τ᾽ ἀνίησιν ἐπ᾽ ἤματι, τρὶς δ᾽ ἀναροιβδεῖ,

λέγοιτ᾽ ἂν καὶ οὕτως. Οὐ γὰρ κατ᾽ ἄγνοιαν τῆς ἱστορίας ὑποληπτέον γενέσθαι τοῦτο, ἀλλὰ τραγῳδίας χάριν καὶ φόβου, ὃν ἡ Κίρκη πολὺν τοῖς λόγοις προστίθησιν, ἀποτροπῆς χάριν, ὥστε καὶ τὸ ψεῦδος παραμίγνυσθαι. Ἐν αὐτοῖς γοῦν τοῖς ἔπεσι τούτοις εἴρηκεν ἡ Κίρκη· [ἀναροιβδεῖ

> Τρὶς μὲν γάρ τ᾽ ἀνίησιν ἐπ᾽ ἤματι, τρὶς δ᾽
> Δεινόν· μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις ὅτε ῥοιβδήσειε.
> Οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ᾽ ὑπ᾽ ἐκ κακοῦ οὐδ᾽
> Ἐνοσίχθων.

teantur ſe fabulas ſcribere. Statim enim apparet eos fabulas admiſcere, non ob verorum ignorationem, ſed delectationis cauſa, monſtra & alia, quæ eſſe non poſſunt, fingentes. videntur autem vel maximè ignoratione ducti de obſcuris & ignotis tam probabiliter fabulari. Theopompus quidem diſertè profitetur ſe in hiſtoria fabulas narraturum rectius quàm fecerint Herodotus, Cteſias, Hellanicus, & Indicarum rerum ſcriptores. Cæterùm de Oceani accidentibus dictum eſt ſanè ſub fabulæ habitu: id enim ſectari poëtam decuit. Nam ab affluxu & refluxu figmentum Charybdis repetiit, quæ ne ipſa quidem omnino eſt Homeri commentum, ſed ex iis adornata, quæ de freto Siculo narrantur. Cùm autem bis ſingulis diebus naturalibus iſta eveniant, Homerus ter fieri dixit:

> *Terque die allidit fluctus, totieſque reſorbet.*

Id quoque poteſt excuſari. Non enim ignoratione hiſtoriæ dictum ſuſpicari debes, ſed tragicæ amplificationis cauſa, & metus incutiendi: nam Circe in ſua oratione multum terroris addit, avertendi cauſa: itaque mendacium etiam admiſcet. Sic enim iiſdem in verſibus Circe:

> *Terque die allidit fluctus, totieſque reſorbet*
> *Horrendum: cave ſis ibi tu ſorbente Charybdi.*
> *Nam neque Neptunus poſſet tibi ferre ſalutem.*

1. ἐὰν μὴ ἐξομολογῶνται τὴν μυθογραφίαν ] Pulchrè quidem videntur hæc cohærere: ut ſit ſenſus, neminem eis προσέχειν qui ſtylo hiſtorico fabulas contexunt, niſi fateantur ipſi ſe fabulas ſcribere. Verumtamen ſi quis diligenter totum locum, maximè ea, quæ ſequuntur, attendat, facile opinor, mihi aſſentietur, legenti ἐξομόσωνται: quod ut ita eſſe intelligatur, rem paulò altius repetam. Docet Strabo non ignorantia factum quod poëta confingit de Pygmæis aliiſque id genus: non inquam veritatis ignorantia dixiſſe illa poëtam; ſed fabulas ejuſmodi ab eo eſſe confictas τερατείας καὶ τέρψεως χάριν. unde ſequitur iniquè facere Apollodorum atque alios, qui ex hujuſmodi fabulis poëtæ ignorantiam veritatis colligebant. Atqui, ait Strabo, nemo Heſiodo aut Alcmani ſimilia commemorantibus veritatis ignorantiam objicit. Imo ne eos quidem, qui ſtylo hiſtorico ſimilia narrant, reprehendere ſolemus: niſi quando veritatem ſe ſcripturos profitentur, & ab omni μυθογραφίᾳ abſtenturos. Id autem eſt τὴν μυθογραφίαν ἐξομόσασθαι. [ſicut ἐξομόσασθαι τὴν ὑπάρχειαν eſt *abdicare ſe magiſtratu* apud Dionyſ. Hal.] Deinde ſequitur ratio, cur nemo eis προσέχῃ, ſive nemo eos reprehendat. Quia, ait, exiſtimamus eos non labi ignorantia veritatis: ſed quod de Homero modo dicebamus, ea fingere τερατείας καὶ τέρψεως χάριν. Porrò προσέχειν hîc interpretor, legere ut rem ſeriam, non ut fabulam. Quia mox ſequebatur ἐξομολογεῖται, audaculi homines putarunt ita eſſe hic quoque legendum. *Idem.*

2. ἑκόντες, οὐκ ἀγνοίᾳ ) Nam ignoratio ſpecies eſt τοῦ ἀκουσίου. Vide philoſophum. *Idem.*

3. ὅτι μάλιστα καὶ ) Vetus interpres legit ὅτε. Locus eſt obſcurus. Fortaſſe legendum ὅτι μάλιστα πιθανῶς, ut ſit hæc ſententia: Poëtas libenter iis de fabulas confingere, quæ ſunt incognita: quia probabilius mentiuntur in re incognita. Ideo etiam videri multis κατ᾽ ἄγνοιαν illa dicere, quæ ipſi ἑκόντες fingunt. *Idem.*

4. Θεόπομπος δὲ ) Facetum ſanè auctorem, qui hiſtoriam ſcribere aggrediens, glorietur poſſe ſe mentiri egregiè. Quid igitur cauſæ erat, cur eum nobis commendaret tantopere Athenæus III. 8. cujus hæc ſunt? εἴ τις τούτοις ἀπιστεῖ, μαθέτω καὶ παρὰ Θεοπόμπου τοῦ Χίου, ἀνδρὸς φιλαλήθους καὶ πολλὰ χρήματα ἀναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. Scripſit hic varia. Vide Suidam. *Idem.*

5. καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες ) Indica ſcripſerunt multi: omnes ferè ψευδολόγοι, ut ait noſter alibi. Sed primas in mentiendo tribuit Strabo Daimacho, ſecundas Megaſtheni, cui tamen parum cedebant, Oneſicritus & Nearchus, ac reliqui ejuſdem hiſtoriæ ſcriptores. *Idem.*

6. Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ὠκεανοῦ παθῶν ) Hactenus de Menelai erroribus: Nunc aliam quæſtionem aggreditur; An Homerus τὰ περὶ Ὠκεανοῦ, id eſt, Oceani naturam habuerit cognitam. Ita quidem *Geographo* placet: & quod videri poterat Homeri ignorantiam arguere, ſumma dexteritate excuſat: neque hîc amplius ſatisfaciunt ſummo viro ſupra bis poſitæ illæ excuſationes, aut in hiſtoria peccaſſe poëtam, aut errorem eſſe librarii: longe ſubtiliora ſunt iſta, & meo judicio meliora. Duplex autem affertur excuſatio. *Idem.*

1. καὶ

Atqui & interfuit Ulyſſes iſti reſorptioni, & evaſit, ut ipſe ait:

*Illa quidem canas rurſum ſorpſit maris undas:*
*Aſt ego proceræ ſumma amplexus caprifici*
*Sublimis, ramo ceu noctua, prorſus adhæſi.*

deinde præſtolatus tabulas naufragii, eaſque rurſus arripiens, evaſit. Mentita eſt ergo Circe ut hîc, ita in eo etiam, quòd ter dixit fieri id, quod bis tantùm fiebat. præſertim cùm etiam uſitata ſit admodum hæc hyperbola, cùm ter beatos, ter miſeros dicant: & Homerus ipſe,

*— Argivi terque quaterque beati.* &,
*[illegible], ter exoptata —* &,
*Terque quaterque. —*

Ex ipſo ſanè loco collegerit aliquis Homerum veritatem ſub involucro ſignificaſſe. Nam reciprocationem fluctuum bis tantùm in diem accidiſſe magis quadrat ad id, quòd tanto tempore ſub aquis morata ſunt naufragii fruſta, & ſerò ejecta Ulyſſe ea deſiderante, & continenter ramis adhærente.

*Vi tenui ſumma, dum malus, dumque carina*
*Inſano pelagi rurſum evomerentur ab æſtu,*
*Quæ mihi ſera tamen votis perſæpe petita*
*Tempore ſunt oblata illo, quo ſole cadente*
*Jam diſceptatis multorum litibus ædes*
*Ad proprias, cœnamque foro ſolet ire relicto*
*Judex: tum mihi ligna gravi emerſere Charybdi.*

Hæc omnia oſtendunt non exiguum tempus ſignificari: maximè quòd veſperam intendi jam cœpiſſe ait, neque ſimpliciter dicit, quando judex ſurgit, ſed addit, diſceptatis litibus multis, ut moratum aliquantum intelligas. Alioquin etiam probabilis parum futura erat narratio de

A Καὶ μὴν παρέτυχέ τε τῇ ἀναρροιβδήσει ὁ Ὀδυσσεὺς, καὶ οὐκ ἀπώλετο, ὥς φησιν αὐτός·

Ἡ μὲν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ· p. 44.
Αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ᾽ ἀερθεὶς Odyſſ. μ. 431.
Τῷ προσφὺς ἐχόμην ὡς νυκτερίς. —

Εἶτα περιμείνας τὰ ναυάγια, καὶ λαβόμενος πάλιν αὐτῶν σώζεται· ὥστ᾽ ἐψεύσατο ἡ Κίρκη· ὡς οὖν τοῦτο, κἀκεῖνο τὸ, τρὶς μὲν γάρ τ᾽ ἀνίησιν ἐπ᾽ ἤματι, ἀντὶ τοῦ δίς. ἅμα καὶ τῆς ὑπερβολῆς τῆς τοιαύτης συνήθους πᾶσιν οὔσης, τρισμακαρίους καὶ τρισαθλίους λεγόντων. Καὶ ὁ ποιητής·

B Τρισμάκαρες Δαναοί. — καὶ, Odyſſ. ε. 306.
Ἀσπασίη τρίλλιστος. — καὶ, Iliad. θ. 488.
Τριχθά τε καὶ τετραχθά. Iliad. γ. 363.

Ἴσως δ᾽ ἄν τις [1] καὶ ἀπὸ τῆς χώρας τεκμήραιτο ὅτι ὑπαινίττεταί πως τὸ ἀληθές· [2] μᾶλλον γὰρ ἐφαρμόττοι τὸ δὶς γενέσθαι τὴν παλίρροιαν, [3] κατὰ τὸν συνάμφω χρόνον, τὸν ἐξ ἡμέρας, καὶ νυκτὸς, ἢ τὸ τρὶς, τοσοῦτον χρόνον μεῖναι τὰ ναυάγια ὑποβρύχια, ὀψὲ δὲ ἀναβληθῆναι ποθοῦντι, καὶ συνεχῶς περιεχομένῳ τοῖς κλάδοις·

Νωλεμέως δ᾽ ἐχόμην, ὄφρ᾽ ἐξεμέσειεν ὀπίσσω Odyſſ. μ. 437.
C Ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖθις, ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθεν
Ὀψ᾽, [4] ἦμος δ᾽ ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη,
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν.
Καὶ τότε δή μοι δοῦρα Χαρύβδιος ἐξεφαάνθη.

Πάντα γὰρ ταῦτα χρόνου τινὸς ἔμφασιν ἀξιολόγου δίδωσι, καὶ μάλιστα τὸ τὴν ἑσπέραν ἐπιτεῖναι. καὶ μὴ κοινῶς εἰπόντα, ἡνίκα ὁ δικαστὴς ἀνίσταται, ἀλλ᾽ ἡνίκα κρίνων νείκεα πολλὰ, ὥστε βραδῦναι πλέον τι. Καὶ ἄλλως δ᾽ οὐ πιθανὴν ἂν ὑπέτεινε τῷ ναυαγίῳ

1. *καὶ ἀπὸ τῆς χώρας τεκμήραιτο*) Legendum *ἀπὸ τῆς ὥρας*. Perlege Homeri verba: Si loci circumſtantia quicquam facit ad id probandum, quo nititur Strabo, tum me vanum conjectorem dicito: at *ὥρας* & temporis, plurimum: atque hoc eſt, quod explicat Strabo. Nam ut probet, poëtam non rei ignoratione, *τρὶς* pro *δὶς* ſcripſiſſe, poſſe id ex eo intelligi ait, quod cum mane abſorpta fuiſſet Ulyſſis navis, ſub veſperam tantum redit. Si igitur in tanto temporis ſpatio ſemel tantum *παλιρροεῖ* Oceanus, manifeſtò apparet ex ſententia poëtæ, non poſſe Oceanum ter unius *νυχθημέρου* ſpatio *παλιρροεῖν*, ſed bis tantum. Abſorptam fuiſſe navim tempore matutino conſtat ex iſtis,

*Παννύχιος φερόμην, ἅμα δ᾽ ἠελίῳ ἀνιόντι,*
*Ἦλθον ἐπὶ Σκύλλης σκόπελον.*

non niſi ſub veſperam exiiſſe, probatur à Strabone.

D Hæc mirificè conveniunt diurno Oceani æſtui, *ὃν ποιεῖ δὶς τῆς ἡμέρας*, ait Diodorus *περὶ τρίτην καὶ ἐννάτην μάλιστά πως ὥραν*. [Porrò *ὥρας* legendum eſſe non *χώρας* certiſſimum eſt. Paſſim enim in bonis auctoribus harum vocum altera pro altera ab ineptis librariis eſt poſita. Ut apud Theophr. queritur quodam loco ſummus ille judiciorum princeps Scaliger, *χώρας* pro *ὥρας* ter fuiſſe perperam ſcriptum.] *Idem.*

2. *μᾶλλον γὰρ ἐφαρμόττοι τὸ δὶς γενέσθαι*) Omnino in hac periodo mutandum aliquid eſt neceſſario. Legebam autem *τῷ τοσοῦτον μεῖναι*. Sed animadverti poſtea veterem interpretem legiſſe *πρὸς τὸ δὶς γενέσθαι*, quod malo, & verum puto. *Idem.*

3. *κατὰ τὸν συνάμφω χρόνον*) Periphraſis *νυχθημέρου*, quam & libro tertio reperies. *Idem.*

4. *ἦμος δ᾽ ἐπὶ δόρπον*) *Δόρπος, τροφὴ ἑσπέρινος.* vide Athenæum primo. *Idem.*

τὴν ὑπαλλαγὴν, εἰ πρὶς ἀποσπασθῆναι πολὺ, A καὶ αὐτίκα εἰς τοὔπισω παλίῤῥους μετέπιπτεν. 1 Απολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ, συνηγορῶν τοῖς περὶ Ερατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὢν, παρὰ τὴν Ομηρικὴν ὑπόθεσιν, καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων περὶ οὓ τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον 2 καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει· ἀλλ' εἰ μὲν μηδαμοῦ γέγονεν ἡ πλάνη, ἀλλ' ὅλον πλάσμα ἐστὶ Ομήρου τοῦτο, ὀρθὴ ἡ ἐπιτίμησις· ἤ, εἰ γέγονε μὲν, περὶ ἄλλους δὲ τόπους, δεῖ λέγειν εὐθὺς, καὶ περὶ τίνας, ἐπανορθουμένον ἅμα τὴν ἄγνοιαν· μήτε δὲ ὅλου πλάσματος εἶναι πιθανῶς λεγομένου, * καθάπερ ἐπιδείκνυμεν, μήτ' B ἄλλων τόπων κατὰ πίστιν μείζω δεικνυμένων, ἀπολύοιτ' ἂν τῆς αἰτίας ὁ Καλλίμαχος. 3 Οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εὖ, ἀλλὰ καὶ τῶν Απολλοδώρου τῶν ἁμαρτιῶν ἐνίων αἴτιος ἐκεῖνος κατέστη. πρὸς γὰρ 4 Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμοτέρως ἀντιλέγων, εἰπόντα ὅτι οἱ Αργοναῦται πλέοντες εἰς Φᾶσιν, (τὸν ὑφ' Ομήρου καὶ τῶν ἄλλων ὁμολογούμενον πλοῦν,) ἱδρύσαντο τὰ τῆς Ιδαίας μητρὸς ἱερὰ ἐπὶ Κύζικον, ἀρχὴν φησὶ μηδ' εἰδέναι τὴν εἰς Φᾶσιν ἀποδημίαν τοῦ Ιάσονος Ομηρον. Τοῦτο δ' οὐ μόνον τοῖς ὑφ' Ομήρου λεγομένοις μάχεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς C ὑφ' αὐτοῦ. Φησὶ γὰρ τὸν Αχιλλέα Λέσβον μὲν πορθῆσαι, καὶ ἄλλα χωρία, Λήμνου δ' ἀποσχέσθαι, καὶ τῶν πλησίον νήσων, διὰ τὴν πρὸς τὸν Ιάσονα καὶ

*Manuſſ. καθως

p. 45.

evitato naufragio, ſi antequam longè nataſſet, rurſus refluxu undarum eſſet retro avulſus. Cæterùm Apollodorus, Eratoſthenem defendens, Callimachum reprehendit, quòd tametſi grammaticus eſſet, tamen & contrà Homeri inſtitutum, & locorum in Oceano ab hoc expoſitorum, ad quæ Ulyſſes pervenerit, Caunum is ac Corcyram nominaverit. Quòd ſi Ulyſſes omnino vagatus non eſt, ſed tota res ab Homero conficta, meritò reprehendit hominem. aut ſi ille vagatus eſt, ſed ad alia loca delatus: ea loca ſtatim commemoranda erant, errorque corrigendus. Nunc ſi neque probabiliter dici poſſit rem totam eſſe commentitiam, neque majori fide alia loca commemorentur, liberandus ſanè hoc crimine eſt Callimachus. Non rectè etiam Demetrius Scepſius, ſed & errorum quorundam cauſam Apollodoro is præbuit. Nam contra Neanthem Cyzicenum maiore contentione diſputans, qui dixerat Argonautas cùm navigarent ad Phaſin, (quæ ſit ab Homero & aliis teſtibus confirmata navigatio) Idææ matris templa, quæ ſunt circa Cyzicum fundaviſſe: 5 omnino de Jaſonis peregrinatione ad Phaſin Homero nihil quicquam fuiſſe cognitum ait. Id verò non Homeri modò, ſed ipſius quoque Demetrii dictis repugnat. Ait enim Achillem, Lesbum & alia loca populatum, à Lemno & vicinis inſulis abſtinuiſſe ob cognationem cum Jaſone &

1. *Απολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ*) Reprehendebat Apollodorus Callimachum, quod diceret inſulam Calypſus Homericam, eſſe Caudum, ſive Claudum νησίδιον quoddam εὐτελὲς propè Cretam: Scheriam autem dicebat eſſe Corcyram: quod reprehendit Apollodorus, & eo homine cenſet indignum qui artem Grammaticam profiteatur. Ita eſſe iſtum locum interpretandum, docent hæc verba è libro ſeptimo, ubi de Apollodoro loquens, Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις (ait) συγγνώμην εἶναι. Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς· ὃς τὴν μὲν Γαῦδον Καλυψοῦς νῆσον φησί· τὴν δὲ Κέρκυραν Σχερίαν. Ex quo loco oportuit lucem afferre interpretes huic alioquin ſatis obſcuro, & in quo ipſis hæſit aqua. Præterea notandum fuit, malè hic Καῦνον legi, cum Γαῦδον oporteat: vide ad lib. VII. *Idem.*

2. *καὶ Κόρκυραν*) Scribitur in libris manu exaratis, Κέρκυραι. Sed Euſtathius quoque annotat utroque modo ſcribi hanc vocem. Corcyra autem eſt, quæ Homero Σχερίη, ſive φαιακὶς dicitur. Eſt & altera hoc nomine inſula, eaque ab hac non ita procul. Dionyſii periegetæ interpres quem habeo manuſcriptum, de hac re ſic ſcribit. (ad v. 494.) Κέρκυραι δὲ δύο, ἡ μὲν Φαιακὶς, ἐν ἀρχῇ τοῦ Αδρίου· ἡ δὲ περὶ τὰ ἔνδον, ἡ καλουμένη Μελίγονις (ſcripſerat fortaſſe Μελαινὴ) καὶ δύο λιμένας ἔχει ἡ Φαιακὶς, τὸν μὲν Αλκινόου, τὸν δὲ Υλλοῦ· διὸ φησὶ Καλλίμαχος Αμφίδυμος φαίαξ. Homerum imitatur Callimachus (Frag. Bentl. CCCXXXVI.) qui portus Aſteridis vocat ἀμφιδύμους. Apollonio eandem ob cauſam vocatur hæc inſula ἀμφιλαφὴς libro IV. v. 982. quem locum exponens interpres Callimachi hunc ipſum profert. Eſt & portus Hylli inſulæ, hujus mentio apud Apollonium. Υλλικὸν vocat ille, Thucydides III. c. 72. & 81. ὑλλαϊκόν. *Idem.*

3. *οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εὖ*) Scripſerat hic in eam libri ſecundi Iliadis partem, qua naves Trojanorum recenſentur. Τρωϊκὸν διάκοσμον librum ſuum appellaverat: fuit autem illud opus admodum prolixum: Nam librum ejus XXVI. bis laudat Athe- D næus libro tertio & decimo: qua ætate vixerit ex eo intelligimus, quod Strabo libro XIII. narrat, fuiſſe eum juvenem temporibus belli adverſus Antiochum Magnum à Romanis geſti. *Idem.*

4. *Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν*) Scripſit hic præter alia, etiam Ελληνικά. De Argonautarum adventu Cyzicum, vide Apollonium libro primo. *Idem.*

5. Omnino de Jaſonis.) Αρχὴν φησί. *Erat ſcriptum ἀρχήνην, quod ſecutus interpres neſcio quid de regionis ejus, quæ principe commentus fuit. ſed eum miſſum facio. ἀρχὴν adverbialiter ſignificat omnino, prorſus, ſtatim ab initio, etiam in ſacris litteris, non infrequenter apud Sophoclem. ut in Antigona.*

Αρχὴν δὲ θηρᾶν μὴ πρέπει τἀμήχανα.

*Jam primum non decet nefas ſectarier. Sic Theognis* Αρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπὶ χθονίοισιν ἄριστον, *& Crantor apud Plutar.* παραμυθητ. ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον, συμφορὰ ἡ μεγίστη. Xyland.

1. Et

[1] Euneo ejus filio, qui tunc Lemnum tenebat. Quomodo ergo poëta ſciebat Achillem & Jaſonem, ſive cognatos, ſive gentiles, ſive vicinos, ſive quocunque tandem modo familiares fuiſſe? (quod aliunde fieri non potuit, niſi quòd uterque Theſſalus fuit, alter Jolcius, alter ex Achaia Phthiotide) illud verò ignorabat, unde Jaſoni contigiſſet Jolcio ut, cum domi nullam reliquiſſet poſteritatem, filius eius Lemnum obtineret? ſcilicet Peliam Homerus norat, & eius filias, earumque præſtantiſſimam, Alceſtidem, & filium ejus Eumelum

*Natarum Peliæ, quem præſtantiſſima forma*
*Alceſtis tulit Admeto præclara marito.*

Quæ autem Jaſoni eveniſſent & Argo navi ac Argonautis, & ab omnibus pro confeſſis habentur, de iis nihil acceperat? ſed navigationem ab Æeta in Oceano confinxerat, nullo ex hiſtoria petito principio? Omnium quidem ſermone antiqua illa ad Phaſin navigatio veriſimilis eſt, Pelia mittente, & reditus & inter navigandum quarundam occupatio inſularum. Et me hercle errores vagi, qualibus Ulyſſes etiam & Menelaus ſunt acti, cùm Homeri voce, tum iis, quæ hodieque demonſtrantur, fidem inveniunt. Nam & Æa urbs ad Phaſin oſtenditur, & Æetam Colchidis regem fuiſſe pro certo habetur: idque nomen ea in regione uſitatè geritur, & Medeæ veneficæ hiſtoria conſtat, & divitiæ iſtarum regionum ex auri, argenti, ferrique metallis juſtam ejus expeditionis cauſam oſtendunt, quæ etiam Phrixum antè ad eandem impulerat navigationem. Exſtantque utriuſque navigationis monumenta, Phrixium in confinio Colchidis & Iberiæ, & Jaſonia paſſim in Armenia, Media & finitimis locis. Quin & circa Sinopen, ejuſque oram maritimam, Propontidem, Helleſpontum

τὴν [1] πρὸς τὸν υἱὸν Εὔνεων συγγράψαι, τότε τὴν νῆσον κατέχοντα. Πῶς οὖν ὁ ποιητὴς τοῦτο μὲν ᾔδει, διότι συγγενεῖς ἢ ὁμοεθνεῖς, ἢ γείτονες, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν οἰκεῖοι ὑπῆρχον, ὅ, τε Ἀχιλλεὺς, καὶ ὁ Ἰάσων, (ὅπερ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ Θετταλοὺς ἀμφοτέρους εἶναι συνέβαινε, καὶ τὸν μὲν Ἰώλκιον, τὸν δ᾽ ἐκ τῆς Φθιώτιδος Ἀχαΐδος ὑπάρχειν) τοῦτο δ᾽ ἠγνόει, πόθεν ἦλθε τῷ Ἰάσονι Θετταλῷ, καὶ Ἰωλκίῳ ὑπάρχοντι, ἐν μὲν τῇ πατρίδι μηδεμίαν καταλιπεῖν διαδοχήν· Λήμνου δὲ καταστῆσαι κύριον τὸν υἱόν; καὶ Πελίαν μὲν ᾔδει [2] καὶ τὰς Πελιάδας, καὶ τὴν ἀρίστην αὐτῶν Ἄλκηστιν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς

Εὔμηλος, τὸν ὑπ᾽ Ἀδμήτῳ τέκε δῖα γυναικῶν — Iliad. β. 714.
Ἄλκηστις Πελίαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη.

τῶν δὲ περὶ τὸν Ἰάσονα συμβάντων, καὶ τὴν Ἀργὼ καὶ τοὺς Ἀργοναύτας τῶν μὲν ὁμολογουμένων παρὰ πᾶσιν ἀνήκοος ἦν; ἐν δὲ τῷ Ὠκεανῷ τὸν παρ᾽ Αἰήτου πλοῦν ἔπλαττεν, ἀρχὴν μηδεμίαν ἐξ ἱστορίας λαβών; Ὡς μὲν γὰρ ἅπαντές λέγουσιν ὅτι ἐξ ἀρχῆς ὁ πλοῦς ἐπὶ Φᾶσιν ἔχει πιθανόν τι, τοῦ Πελίου στείλαντος, καὶ ἡ ἐπάνοδος, καὶ ἡ ἐν τῷ παράπλῳ νήσων ἔστιν ἐπικράτεια· καὶ νὴ Δία ἡ ἐπὶ πλέον γενηθεῖσα πλάνη, καθάπερ καὶ τῷ Ὀδυσσεῖ, καὶ τῷ Μενελάῳ, [3] ἐκ τῶν ἔτι νῦν δεικνυμένων πεπιστευμένων ἐστὶν, ἐκ τῆς Ὁμήρου φωνῆς· [4] ἥτε Αἶα δείκνυται περὶ Φᾶσιν πόλις· καὶ ὁ Αἰήτης πεπίστευται βασιλεῦσαι τῆς Κολχίδος, καὶ ἔστι τοῖς ἐκεῖ τοῦτ᾽ ἐπιχώριον τοὔνομα. [5] ἥτε Μήδεια φαρμακὶς ἱστορεῖται, [6] καὶ ὁ πλοῦτος τῆς ἐκεῖ χώρας ἐκ τῶν χρυσείων καὶ ἀργυρείων καὶ σιδηρείων, καὶ [7] δικαίαν τινὰ ὑπαγορεύει πρόφασιν τῆς στρατείας, καθ᾽ ἣν καὶ Φρίξος πρότερον ἔστειλε τὸν πλοῦν τοῦτον· καὶ ἔστιν ὑπομνήματα τῆς ἀμφοῖν στρατείας, [8] τό, τε Φρίξιον, τὸ ἐν τοῖς μεθορίοις τῆς τε Κολχίδος, καὶ τῆς Ἰβηρίας· [9] καὶ τὰ Ἰασόνεια πολλαχοῦ καὶ τῆς Ἀρμενίας, καὶ τῆς Μηδείας, καὶ τῶν πλησιοχώρων αὐταῖς τόπων δείκνυται. Καὶ μὴν καὶ περὶ Σινώπην, καὶ τὴν ταύτης παραλίαν, καὶ τὴν Προποντίδα, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον p. 46.

1. Et Euneo.) Εὔνεων., *Sic & ſuprà. Homerus* εὔνηον *vocat Iliad.* η. *fine, & loco ſupra citato. paulò pòſt* δεικνυμένων πεπιστευμένων, *lego* πεπιστευμένη. Xyland.

1. πρὸς τὸν υἱὸν Εὔνεων) Euneus filius Jaſonis & Hypſipylæ. Apollonius libro primo. De adventu Argonautarum in inſulam Lemnum, vide Apollonium libro primo, & reliquos, qui id argumentum attigerunt. *Caſaub.*

2. καὶ τὰς πελιάδας) Peliæ filiæ fuere hæ, Poſidice, Pelopæa, Hippothoe & Alceſtis. vide Apollodorum. *Idem.*

3. ἐκ τῶν ἔτι νῦν) In libris ſcriptis hæc ſic legebantur, ἐκ τῶν ἔτι νῦν δεικνύμενον, καὶ πεπιστευμένον ἐστίν. Nihil mutandum cenſeo. *Idem.*

4. ἥτε Αἶα δείκνυται περὶ φᾶσιν) Æam Colchidis Strabo lib. XI. non commemorat. Non enim erat amplius, ut ex Plinio apparet. Apud Ptolemæum tamen in Colchidis deſcriptione commemoratur Αἰάπολις, ſive Αἶα πόλις. *Idem.*

5. ἥτε Μηδεία φαρμακὶς ἱστορεῖται) interpres Theocriti, ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ σεληναίῳ ὄρει ὅλμους δεικνύουσι τῆς Μηδείας καὶ Κύρνης, ἐν οἷς ἔκοπτον τὰ φάρμακα. *Idem.*

6. καὶ ὁ πλοῦτος τῆς ἐκεῖ χώρας) Adi Strabonem libro XI. *Idem.*

7. δικαίαν τινὰ ὑπαγορεύει πρόφασιν τῆς στρατείας) ὑπαγορεύειν eſt quod ait Demoſthenes μονονουχὶ λέγειν φωνὴν ἀφιέντα. Supra, οἱ βάρβαροι οὐδεμίαν τοιαύτην ὑπηγόρευον ἐλπίδα. Et alibi paſſim. *Idem.*

8. τὸ, τε Φρίξιον) Strabo libro undecimo in Iberia φρίξου πόλιν commemorat: quod eſt Phryxium. *Idem.*

9. καὶ τὰ Ἰασόνεια πολλαχοῦ) In Armeniacis horum ſæpe meminit Geographus & Juſtinus. *Idem.*

 1. Μέ-

μέχρι τοῦ κατὰ τὴν Λῆμνον τόπων λέγεται πολλὰ τεκμήρια τῆς τε Ἰάσονος στρατείας, καὶ τῆς Φρίξου· τῆς δ' Ἰάσονος, καὶ τῶν ἐπιδιωξάντων Κόλχων, 1 μέχρι τῆς Κρήτης, 2 καὶ τῆς Ἰταλίας, καὶ τοῦ Ἀδρίου· ὧν ἔνια καὶ ὁ Καλλίμαχος ἐπισημαίνεται, ποτὲ μὲν,

> 3 Αἰγλήτην Ἀνάφην τε 4 Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ
> 5 λέγων ἀρχόμενος
> -- Ὡς ἥρωες 6 ἀπ' Αἰήταο Κυταίου,
> 7 Αὖθις ἐς ἀρχαίαν ἔπλεον Ἁρμονίην·

*Lego, ποτὲ δέ.

> * Τό, τε περὶ τῶν Κόλχων,
> 8 Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου 9 σχάσσαντες ἐρετμά,

Usque ad Lemnum, multa perhibentur Jaſonis & Phrixi expeditionum indicia, tum Jaſonis & inſequentium eum Colchorum, uſque ad Cretam, & Italiam, atque Adriam: quorum nonnulla Callimachus notavit, ut,

> 3 *Ægleten Anaphenque tibi Spartana propinquam*
> *Thera abiit linquens*, &, orſus
> *Heroum quo pacto Æetam turba Cytæum*
> *Linquens, ad priſcam naviget Harmoniam.*

& de Colchis:

> *Seceſſum maris Illyrici ſimul ac tetigerunt,*
> *Finem remigio mox ſtatuere ſuo,*

1. Μέχρι τῆς Κρήτης ) Nam Anaphe & Thera, quarum meminit Callimachus in ſequentibus verſibus, ſunt inſulæ Cretæ vicinæ. l. x. *Idem.*

2. καὶ τῆς Ἰταλίας, καὶ τοῦ Ἀδρίου ) ut portus Argous in inſula Æthalia: & non procul à Roma, portus Thelamo; & ad Formias alia: vide Diodorum. *Idem.*

3. Aegleten Anaphenque. ) *Quid ſit* Αἰγλήτη, *neſcio, & ſanè opus heic erat meliore codice. pro* λείπων *Aldus habet* λέγων. *de cæteris divinavi. Harmonia fortaſſis loci nomen ad Adriam fuit, à Cadmi uxore ductum, in anguem mutata. quæ fabula ex Ovidio eſt nota, & ſequitur. Pola eſt Iſtriæ urbs. de qua infrà libro* v. *pro* λᾶα *ſuſpicatus ſum legi debere* λαυά. Xyland.

3. Αἰγλήτην ) Αἰγλήτης Apollinis eſt cognomen. Nam hoc nomine colebatur in inſula Anaphe, quæ una eſt de Sporadibus. Apollonius libro quarto. v. 1729.

> —— ὅτ' Ἀπόλλωνα θυηλαῖς
> Αἰγλήτην Ἀνάφης τιμήορον ἱλάσκονται.

Nominis rationem indicat idem his verbis. v. 1716.

> ---- Αἰγλήτην μὲν ἐϋσκόπου εἵνεκεν αἴγλης
> Φοῖβον κεκλόμενοι.

Strabo ipſe libro decimo ubi de inſula Anaphe loquitur, ibi coli Ægletan Apollinem annotat: deinde hoc ipſum Callimachi carmen profert. Sed lapſi ſunt interpretes, cum putarent hoc eſſe loci nomen, quem locum nuſquam reperiebant. Adeo, in auctore quem vertebant, peregrinabantur. Dicit autem Callimachus Αἰγλήτην, Ἀνάφην τε λείπων, locum ſignificans, unde proficiſcebatur is, de quo erat ſermo: eſt hoc genus loquendi Græcis poëtis admodum familiare. Apollonius,

> Ταίναρον αὖτ' ἐπὶ τοῖσι λιπὼν Πολύφημος ἵκανε.

Euripides. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπὼν, & alibi poëtæ paſſim. Sed quis hujus lectionis quamvis probabilis auctor & fundus erit? Nam Aldus habet λέγων, quod præſtat ſequi, quàm ſine codicis auctoritate mutare. *Caſaub.*

4. Λακωνίδι γείτονα θήρῃ ) Thera quoque una è Sporadibus, Anaphe propinqua, ut ait Stephanus. Vocat hanc Callimachus Λακωνίδα, quia à Seſamo fuit condita, qui erat unus è poſteris Euphemii Lacedæmonii: vide Apollonium lib. quarto. Pindarum, Herodotum IV. 147. 148. Callimachum, & alios qui de Cyrenes conditoribus meminerunt. *Idem.*

5. λέγων ἀρχόμενος ) Rectè Xylander inſerit καί. ἀρχόμενος autem vox Strabonis eſt, non Callimachi, & ad ſequentia pertinet, non præcedentia, ut docti viri nonnulli putant. Significat Strabo verſus ſequentes eſſe poſitos initio carminis Callimachi. Quis verò non id facilè agnoſcit? fortaſſe etiam Elegiam illam ab hac voce Ἀρχόμενος orſus erat, ut Apollonius librum primum, & Dionyſius Periegetes. *Idem.*

6. ἀπ' Αἰήταο Κυταίου ) Cytæa, ut præter alios auctor eſt Stephanus, urbs eſt Colchidis. Inde igitur Callimacho Æeta Κυταῖος. At Apollonius aliter formavit libro ſecundo. v. 405. Πύργους εἰσόψεσθε κυταιέος αἰήταο. *Idem.*

7. αὖθις εἰς ἀρχαίαν ἔπλεον Ἁρμονίην ) Lego, Αἱμονίην. Nam hoc ſibi voluit Callimachus, dicturum ſe quomodo ab Æeta in patriam rediiſſent Argonautæ: patria autem, Theſſalia, quæ & Αἱμονίη dicta: vide finem libri noni. Nec obſtat quod mox ſequitur de Harmonia. Neque enim hoc tantum voluit dicere Callimachus, quomodo in Illyricum deveniſſent, Argonautæ ubi Harmoniæ monumentum; ſed hoc potius, quomodo in patriam poſt multos errores (quorum unus ille fuit) rediiſſent. Præterea, an bis eò venerunt Argonautæ, ut diceret αὖθις? Ego verò ne ſemel quidem veniſſe Argonautas ad Harmoniæ monumentum puto. De Colchis enim id leges apud poëtas, non de Argonautis. *Idem.*

8. Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρου ) Apollonius libro IV. de Colchis. v. 517.

> Οἱ δ' ἄρ ἐπ' Ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο,
> Τύμβος ἵν' Ἁρμονίης, Κάδμοιό τε, πύργον ἔδειμαν,
> Ἀνδράσιν ἐγχελέεσσιν ἐφέστιοι.

Enchelees, quorum meminit Apollonius, quoſque alii Enchelanes vocant ut Artemidorus, gens fuit Illyrica, ad quam veniſſe Cadmum & Harmoniam etiam Apollodorus libro III. & Pauſanias IX. c. 5. ſunt auctores: vide Stephanum. Diodorus autem libro XIX. in hujus, ſeu fabulæ, ſeu hiſtoriæ narratione, aut alios ſecutus eſt auctores, aut memoria lapſus eſt. Enchelees enim Cadmea expuliſſe Cadmum & Harmoniam ſcribit: unde, ait, συνέβη τοὺς περὶ Κάδμον εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσεῖν. An quia ſciebat Diodorus ἐγχέλεις hoc eſt anguillas eſſe optimas & maximas in Bœotiæ lacu Copaide, putavit his cognominem in Bœotia eſſe aliquem populum? *Idem.*

9. σχάσαντες ἐρετμά ) In manuſſ. eſt χάσαντες, quod non placet: σχάσαι eſt *dimittere*, *relinquere*, ἀφῆσαι, ut interpretatur Heſychius. Utitur ſæpè Lycophron. Sic Pindarus κώπαν σχάσον. Ariſtophanes Νεφ. τούτων γενοῦ μοι σχασάμενος τὴν ἱππικήν. ad quem locum vide doctiſſ. græcum ſcholiaſtem. *Idem.*

*Harmonie dirumque ubi ſerpentem induit olim,* A
*Ad lævam ſedes conſtituere ſibi:*
*Atque urbem fecere, ſuo quæ nomine fertur*
*Aſtyron, ac proprias compoſuere domos.*
*Nomen ab exulibus Græco ſermone notatur,*
*Aſt illam dicit Colchica lingua Polas.*

Quidam etiam bonam Iſtri partem adverſo flumine ſubvectos Iaſonem cum ſuis autumant: nonnulli uſque ad Adriam. alii ignoratione locorum decepti, alii Iſtrum quendam fluvium è magno illo ortum Iſtro in mare Adriaticum exire ajunt: alia non abſurda aut à fide veri aliena dicentes. Hujuſmodi ergo occaſionibus uſus poëta in quibuſdam cum hiſtoria conſentit, quædam etiam affingit, morem ſervans & communem & ſuum. Cum hiſtoria conſentit, quando Æetam nominat, & Jaſonem, & Argo, & 7 occaſione Æetæ fingit

1 Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος
2 Ἄστυρον ἐκτίσσαντο· τὸ μὲν Φυγάδων τις ἐνίσποι
3 Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

Τινὲς δὲ καὶ τὸν Ἴστρον ἀναπλεῦσαι φασὶ μέχρι πολλοῦ 4 τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα, 5 οἱ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Ἀδρίου· οἱ μὲν κατ' ἄγνοιαν τῶν τόπων, 6 οἱ δὲ καὶ ποταμὸν Ἴστρον ἐκ τοῦ μεγάλου Ἴστρου τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ἐκβάλλειν εἰς τὸν Ἀδρίαν φασί· τὰ δ' οὐκ ἀπιθάνως οὐδ' ἀπίστως λέγοντες. Τοιαύταις δή B τισιν ἀφορμαῖς ὁ ποιητὴς χρησάμενος, τὰ μὲν ὁμολογεῖ τοῖς ἱστορουμένοις· προσμυθεύει δὲ τούτοις, ἔθος τι φυλάττων καὶ κοινὸν, καὶ ἴδιον· ὁμολογεῖ μὲν, ὅταν Αἰήτην ὀνομάζῃ, καὶ τὸν Ἰάσονα, καὶ τὴν Ἀργὼ λέγῃ, καὶ 7 παρὰ τὸν Αἰήτην πλάττῃ,

1. *Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος*) Nihil hîc, præſertim ſine veterum librorum auctoritate mutandum. Λᾶα Ἁρμονίης lapidem ſive monumentum Harmoniæ vocat, quem Apollonius τύμβον Ἁρμονίης. Dionyſius de ſitu orbis, v. 390.

*Κεῖνον δ' ἂν περὶ κόλπον ἴδοις ἐρικυδέα τύμβον*
*Τύμβον ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φῆμις ἐνίσπει.*

Ille autem locus, ubi fuit hic tumulus, Cylices appellabatur. Athenæus libro XI c. 2. p. 462. *πολλοῖς δὲ καὶ ὁ ἐν Ἰλλυρίοις τόπος διαβόητός ἐστιν ὁ καλούμενος Κύλικες, παρ' ᾧ ἐστι τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίης μνημεῖον.* Ἁρμονίην appellat ὄφιν, quia in ſerpentem & ipſa & Cadmus fuere mutati: vide Apollodorum & Ovidium. *Idem.*

2. *ἄστυρον ἐκτίσσαντο*) oppidum, inquit Callimachus, condiderunt, quod vocant Polam, quæ vox ſonat ſi verbum verbo Colchicum Græco interpreteris, φυγάδων, hoc eſt *Exulum*. Nam ut ait Strabo libro V. Colchi, qui hanc urbem condiderunt, æterno ſe exilio damnarunt. Polas igitur vox Colchica voce Græca φυγάδων exponitur. Quare procul à mente Callimachi erravit interpres, qui putavit oppidum iſtud fuiſſe appellatum Aſtyron, quod Colchicæ voci Πόλας eſſet ἰσοδυναμοῦν. Ego verò ἄστυρον dici ſcio apud poëtas omne oppidum. Nicander Alexipharmacis.

*Τότι χάσμα δυσέκδρομον εὐβουλῆος.*
*Ἄστυρά τε Πριόλαο.* Callimach. etiam alibi uſus erat, ut apparet ex Etymologico. At is, qui Callimachi poëmatia noviſſimè vertit, tam infeliciter hæc reddidit, ut ejus me valde miſereat. *Idem.*

3. *Γραϊκὸς*) Diſcimus ex Thucydide I. c. 2. 3. & Ariſtotele Ἑλλάδα propriè & antiquitus ſic appellatam, eam eſſe Theſſaliæ partem ubi eſt Dodone, & Acheloi fontes: ibi igitur primùm Ἕλληνες ſunt appellati: eſtque hæc vera Ἑλλάδος Ἑλλάς. Notat autem idem Ariſtoteles eoſdem prius fuiſſe appellatos Γραϊκούς. Eſt verò animadverſione dignum, utramque vocem Græcis poſtea omnibus fuiſſe communicatam. Sed ipſi Græci Ἑλλήνων retinuerunt appellationem. Itali & Romani Græcorum voce potius ſunt delectati. Origo tamen utriuſque appellationis eadem, ut ex Ariſtotele diximus. Verba philoſophi hæc ſunt: loquitur de diluvio quod Deucalionis temporibus contigit Metheorol. I. c. 14. *καὶ οὗτος (ὁ κατακλυσμὸς) περὶ τὸν Ἑλληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον, καὶ τούτου περὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν ἀρχαίαν· αὕτη δ' ἐστὶν, ἡ περὶ Δωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῷον, οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέβληκεν· ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραϊκοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες.* [vide quos ibi notat Olymp. pag. 27.] Apollodorus quoque libro primo teſtatur, Hellenem de ſuo nomine appellaſſe Hellenas, eos qui prius Græci dicebantur: quæ mirificè philoſophi ſententiam confirmant. Hoc non ignorabat cum de Theſſalis Argonautis ſic canebat Catullus, Epith. Thetid. v. 35.

*----linquunt Phthiotica Tempe,*
C *Graiugenaſque domos ac mœnia Lariſſæa.*

Porrò Γραϊκῶν appellationem, etſi vulgus Græcorum reſpuit, poëtæ tamen non ſunt aſpernati. Lycophron, v. 532.

*Γραικῶν ἄριστος ᾧ πάλαι τεύχει τάφους.*

vide Stephanum. Quis vero non miretur Heſychio parum iſta fuiſſe cognita? Is putat à Romanis Græcos eſſe appellatos, qui Ῥαικοὶ appellarentur, ſine Γ. *Idem.*

4. *Τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα.*) *Sic etiam in Aldino codice perſpicuè extat, ſed notas non intelligens librarius,* τὴν ἐπὶ *abſurdum ſubſtituit, quod annotavi, quia in hac præpoſitione ferè ſingulis paginis is error fuit commiſſus.* Xyland.

5. *οἱ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Ἀδρίου*) ut Appollonius, cujus Geographia dum (lib. IV. v. 244.) reditum Argonautarum in patriam canit, prorſus eſt mirabilis. Nam in mare à Phaſide flumine delati, ac ſecundis ventis uſi,

*Ἠοῖ ἐν τριτάτῃ πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν*
D *Παφλαγόνων ἀκταῖσι πάροιθ' Ἅλυος ποταμοῖο.*

Inde Iſtrum ingreſſi in ſinum Adriaticum deferuntur: magis etiam abſurda quæ ſequuntur. Padum enim ingreſſos, ait in Rhodanum deveniſſe, qui eos detulit ad mare Liguſticum ac Sthœcadas inſulas. Piget reliqua perſequi. *Caſaub.*

6. *οἱ δὲ καὶ ποταμὸν Ἴστρον*) De hac veterum opinione plura infra hoc libro. *Idem.*

7. Occaſione Æetæ.) Παρὰ τὸν Αἰήτην, *locus mutilus. rurſum* ἐυνέων *ſcripſi, nam id Atticè cum* Εὔνοον *videtur convenire,* Εὐναῦον *alienum eſt. In Mimnermi verſibus nullo negocio licuit deprehendere* ὑβριστῇ *legendum eſſe, quod librarius in* ὕβρις τῇ *depravârat.* Xyland.

7. *καὶ παρὰ τὸν Αἰήτην πλάττῃ*) Aſſentior Xylandro, locum eſſe corruptum. Legendum cenſeo: *καὶ παρὰ τοῦ Αἰήτου πλέουσαν πλάττῃ.* Nam id quidem diſertè ait poëta, cujus verba Straboni nunc ante oculos

*Ἀργὼ πασιμέλουσα παρ' Αἰήταο πλέουσα.* *Caſaub.*

1. προ-

καὶ τὸν Εὔνεων ἐν Λήμνῳ καθιδρύῃ· καὶ ποιεῖ τῷ A Ἀχιλλεῖ φίλην τὴν νῆσον, καὶ παρὰ τὴν Μήδειαν, τὴν Κίρκην φαρμακίδα ποιεῖ,

Odyſſ. κ. 137. Αὐτοκασιγνήτην ὀλοόφρονος Αἰήταο.

1 Προσμυθοποιεῖ δὲ τὸν ἐξωκεανισμὸν τὸν κατὰ τὴν πλάνην συμβάντα, τὴν ἀπ' ἐκείνου τοῦ πλοῦ· ἐπεὶ κἀκεῖνο, ὑποκειμένων μὲν τούτων, εὖ λέγεται,

Odyſſ. μ. 70. Ἀργὼ πᾶσι μέλουσα,

ὡς ἐν γνωρίμοις τόποις καὶ εὐανδροῦσι τῆς ναυστολίας γενομένης. Εἰ δ' ὥσπερ ὁ Σκήψιός φησι παραλαβὼν μάρτυρα Μίμνερμον, ὃς ἐν τῷ Ὠκεανῷ ποιήσας τὴν οἴκησιν τοῦ Αἰήτου, πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς ἐκτὸς πεμφθῆναί φησιν ὑπὸ τοῦ Πελίου τὸν Ἰάσονα, καὶ κομίσαι τὸ δέρας, B οὔτ' ἂν ἐπὶ τὸ δέρας ἐκεῖσε πομπὴ πιθανῶς λέγοιτο εἰς ἀγνῶτας καὶ ἀφανεῖς τόπους· οὔθ' ὁ δι' ἐρήμων, καὶ ἀοίκων, 2 [καὶ τῶν] καθ' ἡμᾶς τοσοῦτον ἐκτετοπισμένων πλοῦς, οὔτ' ἔνδοξος, οὔτε πᾶσι μέλων·

p. 47. Οὐδ' ὅκοτ' ἂν μέγα κῶας ἀνήγαγεν αὐτὸς Ἰήσων
Ἐξ Αἴης, τελέσας ἀλγινόεσσαν ὁδὸν,
Ὑβριστῇ Πελίῃ τελέων χαλεπῆρες ἄεθλον,
3 Οὐδ' ἂν ἐπ' Ὠκεανοῦ καλὸν ἵκοντο ῥόον·

Καὶ ὑποβὰς,

Αἰήταο πόλιν, 4 τόθι τ' ὠκέος ἠελίοιο
Ἀκτῖνες χρυσέῳ κείαται ἐν θαλάμῳ,
Ὠκεανοῦ παρὰ χείλεσ' ἵν' ᾤχετο θεῖος Ἰήσων. C

5 Οὐδὲ τοῦτ' εὖ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἀνδρῶν οὐκ ἀξίων μνήμης ἐπὶ πλέον μέμνηται· τὰ μὲν ἐλέγχων, τὰ δὲ πιστεύων, καὶ μάρτυσι χρώμενος αὐτοῖς, 6 οἷον Δαμάστῃ καὶ τοιούτοις ἄλλοις.

A & in Lemno Euneum collocat, eamque inſulam Achilli amicam facit, & imitatione Medeæ, Circen veneficam facit,

*Æetæ immani præſtantis mente ſororem.*

Affingit autem egreſſum in Oceanum, qui evenerit in illa peregrinatione. Sed & hoc iſtis poſitis bene dicitur:

*Quæ magni cunctis facta eſt mortalibus Argo.*

quòd nimirum navigatio illa fuit in locis nobilibus, & ubi præſtantes incolerent. Si verò, quod Scepſius vult, teſte Mimnermo uſus, in Oceano habitavit Æetas exteriore verſus Orientem, eoque miſſus eſt à Pelia Iaſon ad vellus adferendum: profectò neque veriſimilis eſt B illa velleris cauſa miſſio ad ignota & obſcura loca: neque navigatio per deſerta & inculta tamque à nobis procul remota, vel glorioſa potuit eſſe, vel cujus omnes haberent homines rationem.

*Nec rutilum ex Æa portans ſatus Æſone vellus,*
*Difficile undoſum per mare menſus iter,*
*Injuſti juſſu Peliæ certamen obivit,*
*Præmiaque ærumnis parta tulit gravibus,*
*Fortis ad Oceani pervenit pulchra fluenta.*

ac deinde,

*Æetæ muros: celeres Hyperionis illic*
*Auratis recubant in thalamis radii*
C *Litus ad Oceani, quâ divus vectus Iaſon.*

Id quoque non rectè Eratoſthenes, quòd crebram facit hominum memoria indignorum mentionem, modò reprehendens, modò eorum utens teſtimoniis, ut Damaſtæ & aliis ſimilibus.

1. προσμυθοποιεῖ δὲ τὸν ἐξωκεανισμὸν) Homerum ſecuti ſunt plerique veterum ſcriptorum. De Hecatæo vide paulò poſt, Timæus autem exiſtimavit Argonautas è Ponto Tanain eſſe ingreſſos: eumque ἀναπλεύσαι uſque ad fontes: inde navem deduxiſſe ad alium quempiam fluvium, quo in arcticum Oceanum ſint delati, inde ad Gades, ubi noſtrum mare ſunt ingreſſi. *Idem.*

2. καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς) Libri veteres non habent καὶ τῶν, & ἐκτετοπισμένος in iiſdem legitur. *Idem.*

3. Οὐδ' ἂν ἐπ' Ὠκεανοῦ) Malim Εὖτ' ἂν, *Quando. Idem.*

4. τόθι τ' ὠκέος ἠελίοιο) Jam ſupra diximus conſtituiſſe veteres, ipſumque adeo Platonem τῆς οἰκουμένης terminum occidentalem Columnas Herculis ad Gades: orientalem fluvium Phaſin. Nihil ergo mirum, quod Mimnermus Æten cujus regia ad Phaſin in iis locis, unde Sol exoriatur, collocat: neque etiam mirum quod oceanum ibi commemoret. Terram enim Oceano cingi ab omni parte, veterum communis fuit opinio, & ut ſupra dictum eſt, συνήθης ὁ Ὠκεανὸς τοῖς πέρασι. Et omninò harum duarum ἀποφάσεων, altera alteram ſequitur neceſſariò veniſſe πρὸς τὸ πέρας τῆς οἰκουμένης, & veniſſe in Oceanum. Quare Hecatæus cum ſciret ad Phaſin perveniſſe Argonautas, de eorum reditu ita cenſuit. Phaſide devectos fuiſſe in Oceanum: inde poſtea per eundem poſt longum circuitum ingreſſos eſſe Nilum, qui eos in mare noſtrum detuliſſet. *Idem.*

5. Οὐδὲ τοῦτ' Ἐρατοσθένης) Lege, οὐδὲ τοῦτ' εὖ Ἐρ. Nunc ad Eratoſthenem redit & ejus librum primum pergit percurrere. Quod tamen hîc ait, non magis id ad primum quam reliquos duos videtur pertinere. Reprehenditur enim Eratoſthenes, quod teſtibus parum probatis ſæpe uteretur. Affinis hæc culpa illi, de qua ſupra dictum capite primo Animadverſionum Strabonis in Eratoſthenem. Mirum vero eundem Eratoſthenem, qui hoc nomine toties D vapulat à Strabone iſto libro, contra eodem nomine laudari quamplurimum libro ſequenti. Summa namque illi prudentia in eligendis rerum Indicarum ſcriptoribus, quos ſequeretur, à Strabone tribuitur: adeo varius fuit ſummus ille vir, & ſui ubique diſſimilis: magno profectò ingenio, magnoque polluit, Eratoſthenes judicio; ſed quo ſæpe in ſuis ſcriptis uſus non videtur. *Idem.*

6. οἷον Δαμάστῃ) Habes de hoc apud Suidam. Scripſit multa: in his, Gentium & urbium enumerationem. Hujus auctoritate uſus eſt Dionyſ. Halic. libro primo, in Camillo Plutarchus, & Stephanus. Plinius etiam libro ſeptimo Damaſten inter eos auctores recenſet, quos ſequi ſe profitetur: vide ejus libri caput 56. Strabo ipſe quoque libro XIII. ejus referre ſententiam non eſt dedignatus. *Idem.*

Nam etſi aliquid ii veri dicunt, tamen iis id teſtibus comprobandum, aut propter ipſos credendum non eſt. hoc modò tantùm auctoritate præditis viris utendum, qui multa rectè tradiderunt, multa etiam omiſerunt, aut non ſatis explicarunt, neque mendaciis depravarunt. Is autem Damaſten producens teſtem, nihil ab eo differt, qui teſtem citat Bergæum, aut Meſſenium Euemerum aliosve, quos ipſe nominat, eorum traducens futilitatem. Atque de eorum nugis unum ipſe exemplum refert, quòd quidam eorum ſinum Arabicum exiſtimaverit eſſe paludem. Item, Diotimum Strombichi F. ducem legationis Athenienſium è Cilicia adverſo fluvio Cydno in Choaſpin fluvium navigaſſe, qui Suſa alluit, ac XL. dierum ſpacio Suſa perveniſſe: idque ipſum ſibi narraſſe Diotimum. Deinde mirari ſe ait, ſi Cydnus Euphraten ac Tigrin potuit ſubterlabi, & in Choaſpin

A Καὶ γὰρ εἴ τι λέγουσιν ἀληθὲς, οὐ μάρτυσί γε ἐκείνοις χρηστέον περὶ αὐτοῦ, οὐδὲ πιστευτέον διὰ τοῦτο· ἀλλ' [1] ἐπὶ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν μόνον τῷ τοιούτῳ τρόπῳ χρηστέον, οἳ πολλὰ μὲν εἰρήκασιν εὖ, πολλὰ δὲ καὶ *παραλελοίπασιν, ἢ οὐχ ἱκανῶς ἐξεῖπον, οὐδὲ διεψευσμένως. Ὁ δὲ Δαμάστῃ χρώμενος μάρτυρι, οὐδὲν διαφέρει τοῦ καλοῦντος μάρτυρα [2] τὸν Βεργαῖον, [3] ἢ τὸν Μεσσήνιον Εὐήμερον, καὶ τοὺς ἄλλους, [4] οὓς αὐτὸς εἴρηκε διαβάλλων τὴν φλυαρίαν. [5] Καὶ τοῦτον δ' ἕνα τῶν λήρων αὐτὸς λέγει, τὸν μὲν Ἀράβιον κόλπον λίμνην ὑπολαμβάνειν εἶναι. [6] Διότιμον δὲ τὸν *Στρομβίχου, πρεσβείας Ἀθηναίων ἀφηγούμενον, διὰ B τοῦ Κύδνου ἀναπλεῦσαι ἐκ τῆς Κιλικίας [7] ἐπὶ τὸν Χοάσπην ποταμόν, ὃς παρὰ τὰ Σοῦσα ῥεῖ, καὶ [8] ἀφικέσθαι τεσσαρακοσταῖον εἰς Σοῦσα· ταῦτα δ' αὐτῷ διηγήσασθαι αὐτὸν τὸν Διότιμον· [9] εἶτα θαυμάζειν εἰ τὸν Εὐφράτην, καὶ τὸν Τίγριν ἦν δυνατὸν [11] διακύψαντα τὸν Κύδνον εἰς τὸν Χόασπιν

* Manuſſ. περιλελοίπασιν,

* Manuſſ. Στρομμίχου,

1. *ἐπὶ τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν*) Obſerva genus loquendi, pro, τοῖς ἀξιολόγοις ἀνδράσι μόνοις τοιοῦτον τρόπον χρηστέον. *Idem.*

2. *τὸν Βεργαῖον*) Bergæum intellige Antiphanem, ſic dictum ἀπὸ τῆς Βέργης, quæ fuit urbs Thraciæ. Hic autem Antiphanes cum multa falſa & ridicula ſcripſiſſet, pro mendaci ab omnibus eſt habitus: effecitque ut Βεργαΐζειν dicerent proverbiali dicendi genere pro mentiri. Auctor Stephanus. Porro quo potiſſimum in argumento tam egregiè eſſet C mentitus, non facile dixerim. Non enim opinor, quia in Comœdiis: quanquam & in Comœdiis ac Tragœdiis probabiliter mentiri oportet. *Idem.*

3. *ἢ τὸν Μεσσήνιον Εὐήμερον*) Addit Meſſenium, quia alius fuit Cous, cujus ſcripta citant veteres non raro. Porrò Euemerus hic Caſſandri vixit temporibus, ejuſque juſſu & auſpiciis Rubrum mare navigavit, ut dicemus libro ſecundo. Quam ſit autem inanis & vanus hic ſcriptor, ex his Lactantii licet intelligere lib. 1. c. 11. *Antiquus auctor*, inquit, *Euhemerus, qui fuit ex civitate Meſſana, res geſtas Jovis & cæterorum, qui Dii putantur, collegit: hiſtoriamque contexuit ex titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ antiquiſſimis in templis habebantur*, [ Adde inſignem Plutarchi locum p. 641. Theophili ad Autoly.] Quid enim veri ab eo expectes qui Jovis hiſtoriam polliceatur? Non certè magis eum εἰκὸς ἀληθεύειν, quam illos vera dixiſſe conſtat, quos Sanctorum ut vocant Antonii, Franciſci, Bernardi; aliorumque D ſexcentorum, atque adeo, proh ſcelus! ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti vitam ſuo arbitrio confingere non puduit. At hodie ſanæ mentis homines non pudet, Bergæis iſtis, & Euemeris fidem habere. *Idem.*

4. *οὓς αὐτὸς εἴρηκε*) Locus Eratoſthenis pluribus refertur infrà lib. 11. *Idem.*

5. *καὶ τοῦτον δ' ἕνα*) vetus interpres legit τούτων: videtur legendum τούτου. Nam in manuſcriptis legitur ὑπολαμβάνοντος. τούτου autem τοῦ Μεσσηνίου Εὐημέρου. *Idem.*

6. *Διότιμον δὲ τὸν Στρομβίχου*) Profectò Eratoſtheni hanc narranti fabulam, potuit aliquis dicere, μὴ ψεῦδε, ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν. Et miror viro doctiſſimo viſum hoc Diotimi mendacium dignum quod in literas referret. Sanè non potuit Diotimus iſte aut impudentius aut magis evidenter mentiri. Ait ſe Cydno flumine in Choaſpem eſſe delatum: Hoc quid ſtultius dici potuit? Cydni quidem oſtia in mare Cilicium ſe exonerare notum eſt. Itaque ingredi ex illo mari in fluvium iſtum potuit: At eo deferri trans Euphratem ac Tigrin in Choaſpem non potuit, cum Cydni caput multis ſtadiorum millibus abſit à Choaſpe: hic ad orientem, ille ad occidentem. Sed demus ita eſſe ut dicebat nugator iſte, Cydnum nimirum ab aliquo loco prope Choaſpem C recta ad occaſum ferri, & ſuper Euphratem lapſum aliquandiu poſtea emergere: nam id de aliis multis fluminibus creditur: tamen fuitne Eratoſt. ita ἁπλοῦς, ut putaret Cydnum etiam ſub terris potuiſſe navigari? Atque hæc mihi ita videntur inepta & abſurda, ut probari ea potuiſſe Eratoſtheni non exiſtimem. Quare veriora exiſtimo quæ mox dicam. [ Porrò Diotimus hic videtur eſſe ἀπόγονος ejus, quem commemorat Thucidides libr. primo c. 45. & ſimillimè Διοτιμὸν τὸν Στρομβίχου appellat. ] *Idem*

7. *ἐπὶ τὸν Χοάσπιν ποταμὸν*) In manuſſ. ſcribitur per η. Sed utraque ſcriptura etiam alibi reperitur. De hoc autem flumine vide libro XV. *Idem.*

8. *ἀφικέσθαι τεσσαρακοσταῖον εἰς Σοῦσα*) Magna celeritas. Nam Herodotus V. 52. auctor eſt iter Sardibus ad Suſa eſſe dierum XC. putatis in ſingulos dies ſtadiis CL. Sardes autem propius Suſis abſunt quàm Athenæ. Herodoti autem ſtadiaſmus, etſi non eſt ille quidem ἀκριβὴς, tamen facilè ex eo diſcimus D difficile eſſe Athenis Suſa ſpatio XL. dierum venire: ei præſertim, qui velit flumina ἀναπλεῖν, quod ſe feciſſe gloriatur hic Diotimus. *Idem.*

9. *εἶτα θαυμάζειν*) manuſſ. θαυμάζει. *Idem.*

10. *διακύψαντα τὸν Κύδνον*) Si lectio hæc bene habet, videtur exiſtimaſſe Eratoſthenes, Cydnum terram ſubire, ac ſubter Euphratem & Tigrim labi, deinde autem emergere & ita ad mare Cilicium properare: quod de multis fluminibus ut rem certam narrant Geographi: ut de Alphæo notiſſimum eſt, & de Oronte in Syria, Tigride in Meſopotamia, Nilo in Lybia prope fontes ſuos, deque ſimilibus narrat variis locis Strabo. Sed tamen propter ea ἄτοπα, quæ hanc ἀπόφασιν ſequerentur, probo lectionem ſcriptorum librorum, διακόψαντα. Videtur enim mirari Eratoſthenes quî fieri poſſit, ut Cydnus Euphratem ac Tigrin medios ſecet: & meritò certè miratur. Nam quod de Rhodani per lacum Lema-

ἐκβαλεῖν. Οὐ μόνον δὲ ταῦτ᾽ ἄν τις ἐπισημήναιτο, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ περὶ τῶν τόπων οὐδὲ καθ᾽ ἑαυτόν πω γνώριμα εἶναί φησι τὰ καθ᾽ ἕκαστα ἀκριβολογούμενα· καὶ κελεύσας ἡμῖν μὴ ῥᾳδίως τοῖς τυχοῦσι πιστεύειν, καὶ τὰς αἰτίας διὰ μακρῶν ἀποδοὺς δι᾽ ἃς οὐδὲ πιστευτέον, 1 [μεθ᾽ ὃ λέγει ὅτι] περὶ τῶν κατὰ τὸν Πόντον, καὶ τὸν Ἀδρίαν αὐτὸς ἐπίστευσε τοῖς τυχοῦσι. Τοιγάρτοι 2 τὸν μὲν Ἰσσικὸν κόλπον ἐπίστευσεν ἑωθινώτατον τῆς καθ᾽ ἡμᾶς θαλάττης σημεῖον, τοῦ κατὰ Διοσκουριάδα τὴν ἐν τῷ τοῦ Πόντου μυχῷ σχεδόν τι καὶ τρισχιλίοις σταδίοις ἑωθινωτέρου ὄντος, καὶ κατ᾽ αὐτὸν, ἐκ τοῦ σταδιασμοῦ οὗ φησί· τοῦ τε Ἀδρίου, καὶ τὰ ἀρκτικὰ, καὶ τὰ ἔσχατα διεξιὼν, οὐδενὸς ἀπέχεται μυθώδους. Πεπίστευκε δὲ καὶ περὶ τῶν ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων πολλοῖς μυθώδεσι, 3 Κέρνην τε νῆσον, καὶ ἄλλους τόπους ὀνομάζων,
p.48. τοὺς μηδαμοῦ νυνὶ δεικνυμένους, περὶ ὧν μνησθησόμεθα καὶ ὕστερον. 4 Εἰπών τε τοὺς ἀρχαιοτάτους πλεῖν καὶ κατὰ λῃστείαν, ἢ ἐμπορίαν, μὴ πελαγίζειν δὲ, ἀλλὰ παρὰ γῆν, καθάπερ τὸν Ἰάσονα, ὅνπερ καὶ μέχρι τῆς Ἀρμενίας καὶ Μηδίας ἐκ τῶν Κόλχων στρατεῦσαι, ἀφέντα τὰς ναῦς, ὕστερόν φησι, τὸ παλαιὸν, οὔτε τὸν Εὔξεινον θαῤῥεῖν τινὰ πλεῖν· οὔτε παρὰ Λιβύην, καὶ Συρίαν, καὶ Κιλικίαν. Εἰ μὲν οὖν 5 τοὺς πάλαι, τοὺς πρὸ τῆς ἡμετέρας λέγει μνήμης, οὐδὲν ἐμοὶ μέλει λέγειν περὶ ἐκείνων, οὔτ᾽ εἰ ἔπλεον, οὔτ᾽ εἰ μή. Εἰ δὲ περὶ τῶν μνημονευομένων, οὐκ ἂν ὀκνήσαι τις εἰπεῖν, ὡς οἱ παλαιοὶ, μακροτέρας ὁδοὺς φανοῦνται καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν

A exire. Non hæc tantùm notari poſſunt, ſed id quoque, quòd ne ſua quidem ætate ſatis conſtare ait notitiam eorum locorum, de quibus ſingulis accuratè eſt traditum: jubenſque non facilè quibuſvis credere, ejuſque ſententiæ prolixè rationes reddens, poſt dicit de Ponto & Adria ſe proximè cuique credidiſſe. Itaque ergo Iſſicum ſinum noſtrorum marium omnium maximè verſus Orientem ſitum credidit, cum quod eſt ad Dioſcuriadem in imo Ponti receſſu ſitum mare, ferè tribus ſtadiorum millibus ſit Orienti vicinius, vel ex ab ipſo tradita ſtadiorum B dimenſione: Adriæque partes Septentrionales & extremas enarrans, nihil fabularum prætermittat. Multis quoque fabuloſis de iis, quæ ſint extra columnas Herculis fidem adhibuit, Cernam inſulam nominans aliaque loca, quæ hodie nullibi extant, quæ & poſtea commemorabimus. Cumque dixiſſet priſcos navigaſſe & prædatum, & mercatum, non ut in altum evehérentur, ſed tantùm litus legerent, ut & Iaſonem, qui relictis navibus terra expeditionem è Colchis in Armeniam & Mediam uſque fecerit: poſtea inquit, antiquitus, neque Euxinum mare, neque juxta Africam, C aut Syriam, aut Ciliciam quemquam navigare auſum. Qui ſi per priſcos intelligit eos, qui ante noſtram fuerunt memoriam, nihil me attinet de iis dicere, navigarintne an non navigarint. Sin de iis loquitur, quorum ad nos perlata eſt memoria, equidem nihil verear dicere antiquos longiora terra marique confeciſſe

manum tranſitu aliiſque id genus leguntur, ea minus mira ſunt. Miror autem Eratoſtheni non veniſſe in mentem commiſceri Choaſpem Eulæo, hunc autem Tigridi, qui jungitur Euphrati: quare potuit Diotimus Cydnum aliquandiu ἀναπλεύσας alio flumine in Euphratem deferri, & ita poſtea ad Choaſpem pervenire. Atque hoc modo poſſit fortaſſe accipi quod ait Herodotus, VI. 43. Mardonium in Ciliciam veniſſe è regia Perſæ, ducentem ſecum ingentem exercitum, & pedeſtrem, & nauticum: D quod etiam his verbis ſignificavit Æſchylus. Perſ. v. 52.

—— Βαβυλὼν
δ᾽ ἡ πολύχρυσος πάμμικτον ὄχλον
Πέμπει σύρδην, ναῶν τ᾽ ἐπόχους
Καὶ τοξουλκῷ λήματι πιστούς.

hoc eſt στρατὸν πεζὸν καὶ ναυτικόν. Quanquam malim equidem in hujuſmodi locis στρατὸν ναυτικὸν interpretari, aptum ad conſcendendas naves: aut naves fuêre iſtæ, quas alibi γομφωτὰς καὶ διαλύτους vocat. *Idem.*

1. μεθ᾽ ὃ λέγει ὅτι) Horum verborum loco habent veteres libri οἷον, quam lectionem ſecutus eſt vetus interpres: Sanè hic locus non bene habet. Videtur minima mutatione legi poſſe ὅμως περὶ τῶν, ut ſit hæc ſententia. Cum dixerit Eratoſthenes non temerè quibuſvis eſſe credendum, idque multis confirmaverit rationibus, ipſe tamen temerè quibuſvis credidit de rebus Ponticis & de Adria narrantibus. Aut ſi quis malit vulgatæ lectionis veſtigia retinere, legi fortaſſe poteſt μετ᾽ ὀλίγα λέγει, vel ὁμολογεῖ, aut alio ſimili modo. Sed de hoc loco amplius. *Idem.*

2. τὸν μὲν Ισσικὸν κόλπον ἐπίστευσεν) De hac re libro ſequenti pluribus. *Idem.*

3. Κέρνην τε νῆσον) Dionyſius de ſitu orbis, v. 219.

Αὐτῷ ἐπ᾽ Ὠκεανῷ, πυμάτης παρὰ τέμπεα Κέρνης·

*Ipſum ad Oceanum, ultimæ prope loca amœna Cernæ* ubi annotat interpres nondum editus, Ἡ Κέρνη λίμνη ἐστὶ τῆς Αἰθιοπίας παρὰ τῷ Ὠκεανῷ. Vide Euſtathium & Plinium: VI. 31. meminit & Lycophron. v. 18 Fallitur autem vir de Geographia bene meritus, qui annotat Κέρνην fuiſſe ἀμφιμήτριον appellatam: neque hoc dixit unquam is, cujus nomen laudat. *Idem.*

4. Εἰπών τε) Nunc diſputat de veterum navigationibus: quas negabat Eratoſthenes conferendas cum poſteriorum hominum navigationibus. Hanc ejus ἀπόφασιν expendit Geographus. Ego Eratoſtheni aſſentior. *Idem.*

5. τοὺς πάλαι, τοὺς πρὸ τῆς ἡμετέρας λέγει μνήμης) Juriſconſultorum eſt iſta τοῦ πάλαι deſcriptio. Nam iis conſuetudo antiqua dicitur, quæ antè omnium memoriam ceperit. Sed Strabo cum dicit ante noſtram memoriam, longius tempus complectitur: id omne ſcilicet, cujus res geſtæ literis ſunt mandatæ. *Idem.*

1. τοὺς

itine[illegible] quàm posteros: siquidem hi- A ſtoriis fides adhibenda eſt. Perhibentur enim Bacchus, Hercules, & ipſe Iaſon: tum ab Homero commemorati Ulyſſes & Menelaus. Theſeum quoque & Peiritheum probabile eſt propterea quòd longinquas fecerint expeditiones, hanc [illegible]onem in animis hominum re[illegible] quòd ad inferos deſcenderint, eademque de cauſa Caſtores maris eſſe procuratores dictos, ac navigantium ſervatores. Vulgatum eſt etiam ſermonibus Minois in mare imperium, & Phœnicum navigatio, qui etiam extra columnas Herculis progreſſi ſunt, ibique, & in media Africæ ora maritima urbes condiderunt B paulo poſt Trojani belli tempora. Æneam quoque, Antenorem, & Henetos, atque in univerſum eos, qui à bello Troiano per totum orbem terrarum diſperſi vagatique ſunt, æquum eſt; inter priſcos recenſeri. Uſu venit enim iſtius belli tempore cùm Græcis tum barbaris, ut & quæ domi poſſidebant, amitterent, & quæ bello adepti eſſent. itaque everſo Ilio, & victores ob inopiam prædationibus ſeſe dederunt, & multo magis victi, qui illi bello fuiſſent ſuperſtites. Atque adeò urbes ab his plurimæ feruntur conditæ per omnem, quæ extra Græciam eſt, oram maritimam, & aliquæ etiam mediterraneæ. Deinde Eratoſthenes, poſtquam diſſeruit C quantum ſit profectum in terræ habitatæ cognitione eorum ætate, qui poſt Alexandrum fuerunt, ſuorumque adeò æqualium, tranſit ad diſputationem figuræ terræ, non habitatæ, quod magis pertinebat ad ejus explicationem, ſed univerſæ terræ. Oportebat quidem hujus quoque mentionem facere, ſed non confuſè. Poſtquam ergo dixit totam terram eſſe globi forma, non ut torno facti, ſed qui habeat quaſdam inæqualitates, infert multitudinem ſingularum mutationum, quæ formæ ejus accidunt ab aqua, igne, concuſſionibus, exhalationibus, aliiſque ſimilibus, ne hîc quidem obſervato ordine. Univerſi quippe D

A τελέσαντες τῶν ὕστερον, εἰ χρὴ προσέχειν τοῖς λεγομένοις· οἷον Διόνυσος, καὶ Ηρακλῆς, καὶ αὐτὸς ὁ Ιάσων. ἔτι δ' οἱ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενοι, Οδυσσεὺς, καὶ Μενέλαος. Καὶ Θησέα δὲ, καὶ Πειρίθουν μακρὰς εἰκός ἐστι στρατείας ὑπομείναντας, καταλιπεῖν. δόξαν περὶ ἑαυτῶν, ὡς εἰς ᾅδου καταβάντας· [1] τοὺς δὲ Διοσκούρους ἐπιμελητὰς τῆς θαλάσσης λεχθῆναι, καὶ σωτῆρας τῶν πλεόντων· [2] ἥ τε Μίνω θαλαττοκρατία θρυλλεῖται, καὶ ἡ Φοινίκων ναυτιλία· οἳ καὶ τὰ ἔξω τῶν Ηρακλείων στηλῶν ἐπῆλθον, καὶ πόλεις ἔκτισαν κἀκεῖ καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Λιβύης παραλίας μικρὸν τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον· Αἰνείαν δὲ, καὶ Αν-B τήνορα καὶ Ενετοὺς, καὶ ἁπλῶς τοὺς ἐκ τῶν Τρωϊκοῦ πολέμου πλανηθέντας εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, [3] ἄξιον μὴ τῶν παλαιῶν ἀνθρώπων νομίσαι. Συνέβη γὰρ δὴ * τοῖς τότε Ελλησιν, ὁμοίως καὶ τοῖς βαρβάροις διὰ τὸν τῆς στρατείας χρόνον, ἀποβαλεῖν τά τε ἐν οἴκῳ, καὶ τῇ στρατείᾳ πορισθέντα· ὥστε μετὰ τὴν τοῦ Ιλίου καταστροφὴν, τούς τε νικήσαντας ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι διὰ τὰς ἀπορίας, καὶ * πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἡττηθέντας, καὶ περιγενομένους ἐκ τοῦ πολέμου· καὶ δὴ καὶ πόλεις ὑπὸ τούτων πλεῖσται κτισθῆναι λέγονται κατὰ πᾶσαν τὴν ἔξω τῆς Ελλάδος παρα-C λίαν, ἔστι δ' ὅπου καὶ τὴν μεσόγαιαν. Εἰπὼν δὲ καὶ αὐτὸς ὁπόσον προὔβη τὰ τῆς οἰκουμένης εἰς γνῶσιν τοῖς μετ' Αλέξανδρον, καὶ κατ' αὐτὸν ἤδη, μεταβέβηκεν ἐπὶ τὸν περὶ τοῦ σχήματος ἤδη λόγον, οὐχὶ περὶ τοῦ τῆς οἰκουμένης, ὅπερ ἦν οἰκειότερον τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ, ἀλλὰ τοῦ τῆς συμπάσης γῆς· [4] δεῖ μὲν γὰρ καὶ τούτου μνησθῆναι, μὴ ἀτάκτως δέ. [5] Εἰπὼν οὖν ὅτι σφαιροειδὴς ἡ σύμπασα, [6] οὐχ ὡς ἐκ τόρνου δὲ, ἀλλ' ἔχει τινὰς ἀνωμαλίας, ἐπιφέρει τὸ πλῆθος τῶν ἐν μέρει μετασχηματισμῶν αὐτῆς, οἳ συμβαίνουσιν ἔκ τε ὕδατος, καὶ πυρὸς, καὶ σεισμῶν, καὶ ἀναφυσημάτων, καὶ ἄλλων τοιούτων· οὐδ' D ἐνταῦθα τὴν τάξιν φυλάττων. Τὸ μὲν γὰρ

* Manuſſ. τοῖς τε Ελ.

* Vett. πολὺ

p. 49.

1. τοὺς δὲ Διοσκούρους ἐπιμελητὰς τῆς θαλάσσης) Vide Senecam in naturalibus quæſtionibus I, c. 1. & Ariſtotelis Meteorolog. libros, Euripidem, *Idem.*

2. ἥ τε Μίνω θαλαττοκρατία θρυλλεῖται) Diodorus libro quarto de Minoë οὗτος πρῶτος Ελλήνων ναυτικὴν δύναμιν ἀξιόλογον συστησάμενος ἐθαλαττοκράτησε. *Idem.*

3. Inter priſcos recenſeri.) Ἄξιον μὴ τῶν παλαιῶν, μὴ *videtur exſtingendum, niſi per interrogationem legas. Sed & paulò poſt particulam* ἤδη *à librario potius, quam ab auctore geminatam puto, &* δεῖ μὲν γὰρ *legi pro* δεῖν. Xyland.

3. ἄξιον μὴ τῶν) Legendum cum interrogatione potius. Æquumne eſt inter antiquos non habere? nam in veteribus quoque erat negatio. *Caſaub.*

4. δεῖ μὲν γὰρ) Hæc vetus lectio, vulgò δεῖν μὲν γάρ. *Idem.*

5. εἰπὼν οὖν ὅτι σφαιροειδὴς) Sequitur paullò gravior diſputatio, de terræ ſcilicet forma, & ejus variis μετασχηματισμοῖς. Veteres dicebant, Terram ita rotundam eſſe, ut ſi torno eſſet elaborata. Id rectè negabat Eratoſthenes. Terra enim σφαιροειδὴς eſt potius quam σφαῖρα. Addebat deinde Eratoſthenes, Terræ faciem ſubinde mutari, ejuſque rei cauſas afferebat varias: Strabo autem in Eratoſthene, primum diſputationum τάξιν reprehendit, deinde ipſas ἀποφάσεις expendit. *Idem.*

6. οὐχ ὡς ἐκ τόρνου δὲ) quod cenſuerunt veteres, ut ex Herodoto, cujus verba uſurpat Eratoſthenes, ſuprà diximus. *Idem.*

σφαιροειδὲς περὶ ὅλην τὴν γῆν ἀπὸ τῆς τοῦ ὅλου τάξεως συμβαίνει· οἱ δὲ τοιοῦτοι μετασχηματισμοὶ, τὴν μὲν ὅλην γῆν οὐδὲν ἐξαλλάττουσιν· ἐν γὰρ τοῖς μεγάλοις ἐναφανίζεται τὰ οὕτω μικρά· τῆς δ' οἰκουμένης διαθέσεις ἑτέρας καὶ ἑτέρας τινὰς ἀπεργάζονται, 1 καὶ τὰς προσεχεῖς αἰτίας ἄλλας καὶ ἄλλας ἔχουσι. Μάλιστα δέ φησι τὴν ζήτησιν παρέχειν, πῶς ἐν δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις, κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὁρᾶται πολλαχοῦ κόχλων καὶ ὀστρέων, 2 καὶ χηραμίδων πλῆθος, 3 καὶ λιμνοθάλατται· 4 καθάπερ φησὶ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἄμμωνος, καὶ τὴν ἐπ' αὐτὸ ὁδὸν τρισχιλίων σταδίων οὖσαν· πολλὴν γὰρ εἶναι χύσιν ὀστρέων, 5 ἅλας τε καὶ νῦν ἔτι εὑρίσκεσθαι πολλοὺς, ἀναφυσήματά τε θαλάττης εἰς ὕψος ἀναβάλλειν· πρὸς ᾧ καὶ ναυάγια θαλαττίων πλοίων δείκνυσθαι, ἃ ἔφασαν 6 διὰ τοῦ χάσματος ἐκβεβρᾶσθαι· καὶ ἐπὶ

A diſpoſitio efficit ut terra tota globi ſit forma. hujuſmodi autem m[illegible]tationes, figuræ totius terræ qualitate[illegible] non mutant, cùm in magnis tam exigua a[illegible] nihilum redigantur: tamen iſtæ mutationes in habitata terra aliquam [illegible]fficiunt varietatem, habentque alias atque alias proximas cauſas. [illegible]aute[illegible] ait maximè quæſtionem mov[illegible]o-modo in mediterraneis à mari ad duo vel tria ſtadiorum millia diſſitis inveniatur multis locis concharum oſt[illegible]o-rumque & 2 cheramidum multitudo, tum lacuum maris aqua plenorum: ſicut, ait, circa Ammonis templum, & iter, B quod ad illud ducit, longum tria ſta[illegible]diorum millia, multum eſſe oſt[illegible]orum diffuſum, ſaliſque etiamnu[illegible] inveniri multum, & maris in [illegible]um rejici exſufflationes: ibidemque in mari fractarum navium oſtendi fruſta, quæ per hiatum ferantur eſſe ejecta: & in

1. Καὶ τὰς προσεχεῖς αἰτίας) Terræ rotunditas cauſam habet, τὴν τοῦ σύμπαντος τάξιν, & terræ ipſius naturam, quæ gravis eſt: unde fit illa terræ partium σύμπιλησις, quam explicat philoſophus. Partium verò terræ μετασχηματισμοὶ, alias habent cauſas, ipſis proprias, non toti terræ communes. Quare nihil erat neceſſe utramque diſputationem conjungere, ut fecit Eratoſthenes. Sed quid Strabo de univerſæ terræ forma cenſuerit, pluribus ipſe exponit libro XVII. qui locus cum iſto debet conferri. *Idem.*

2. Et cheramidum.) χηραμίδων. *Hanc vocem vertere non ſum auſus. videtur oſtreorum aut concharum genus ſignificare, & in epitoma cum his atque cancris numeratur.* ι *pro* υ *repoſui analogia ductus, & ſic eſt apud Heſychium.* Χηραμίδες τὰ κοιλὰ καὶ ἔχοντα κενώματα, *quæ cava ſunt & inania.* Xyland.

2. καὶ χηραμίδων πλῆθος) intelligit cavitates repertas in ſaxis procul à mari, quales eſſe ſolent in ſcopulis fluctibus arroſis, ubi ſe nonnulli piſces recondunt. [Facta vox à χηραμοὶ, quæ dictio cavum locum denotat.] Apollonius libro IV. v. 1298. de pullis avium.

—— πεπτηότες ἔκτοθι πέτρης Χηραμοῦ.

[Nicander in Theriacis, τοῖς δὴ χηραμὰ κοῖλα, καὶ ὑληωρέας εὐνάς.] Utitur hac voce etiam Ariſtides Hymno Neptuni, ἀλλὰ ἔζων τρόπον θηρίων, οἱ πρότεροι ἐκεῖνοι, κατὰ χειὰς καὶ χηραμούς. Pomponius Mela, quas Strabo χηραμύδας vocat, ipſe *ſaxa attrita fluctibus* interpretatur, vide ad librum XVII. Χηραμὺς autem, ut πηλαμύς. Nam per υ non ι conſtanter hæc vox ſcribitur in veteribus libris, etiam lib. XVII. [Quanquam & per ι ſi quis ſcribat, parum refert. Sic enim apud Hippocratem, & Galenum, itemque apud Erotianum, χηραμίδα τὴν κοίλην κόγχην, ἣν μύακα καλοῦμεν.] *Caſaub.*

3. καὶ λιμνοθάλατται) Sic vocantur lacus magni, ſæpe mari propinqui, ac ſimiles aquæ ſalſedine: qui lacus ſi mari aliquo oſtio conjungantur, στομαλίμναι à Græcis appellantur: qua de voce plura libro quarto. Limnothalaſſas autem multis in locis commemorat Strabo: in Armenia, in Mattiana, in Phrygia, in Hiſpania, in Gallia ſupra Rhodani oſtia unam, & alteram ad Burdegalam, item alias ad Venetiam, ad Coſſam, in Cherroneſo Taurica, ad Leucadem, & alias quoque de quibus ſuis locis. Plinius quoque lib. ſecundo ſcribit, ibi fui[illegible], ubi iſtæ limnothalattæ reperiuntur. *Idem.*

4. καθάπερ φησὶ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμμῶνος) Ptolemæus lib. IV. de iſto tractu loquens: Habet, inquit, hæc ἐπαρχία, καὶ λιμνοθαλάσσας, τήν τε ἀπὸ τοῦ Λάθωνος ποταμοῦ ἐκτρεπομένην λίμνην, καὶ τὴν ὑπὸ παλίουρον λίμνην, ἐν ᾗ ἐστι κογχύλιον. [Ariſtoteles libro primo Meteorol. cap. ultimo refert regionem Ammoniam in Libya videri humiliorem & depreſ- C ſiorem regione inferiore & mari propinquiore: quod quidem, inquit, eſt à ratione alienum.] *Idem.*

5. ἅλας τε καὶ νῦν ἔτι εὑρίσκεσθαι πολλούς) Plinius ſalem hunc Ammoniacum fuiſſe dictum auctor eſt. Sic ille libro XXXI. c. 7. *Quo exemplo poſtea inter Ægyptum & Arabiam etiam ſquallentibus locis, ceptus eſt inveniri detractis harenis, qualiter & per Africæ ſitientia, uſque ad Ammonis oraculum. Is quidem creſcens cum lunæ noctibus: Nam Cyrenaici tractus nobilitantur Ammoniaco, & ipſo, quia ſub harenis inveniatur, ita appellato.* non igitur ab Ammone, ſed παρὰ τῆς ἄμμου, ſali huic nomen. Arrianus Ἀναβασ. libro III. in accurata hujus tractus deſcriptione, ἅλας αὐτομάτους & ὀρυκτοὺς appellat. Ammoniaci ſalis meminit etiam Dioſcorides libro quinto. c. 126. *Idem.*

6. διὰ τοῦ χάσματος ἐκβεβρᾶσθαι) eructata, & foras extruſa eſſe. De iis, quæ ma[illegible] evomit, hæc vox propriè dicitur. Pauſanias, τὰ ὑπὸ τοῦ κλύδω- D νος ἀπωθούμενα ἐς τὴν γῆν, ἐκβεβρᾶσθαι καλοῦσιν οἱ πολλοί. Diodorus libro XIV. τὸ δὲ μέγεθος τοῦ χειμῶνος, ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν αὐτοῖς τὰς ναῦς ἐξέβρασε. Βράζειν ſeu Βράσσειν eſt *concutere*, ſeu *gravius commovere*: ſignificat & *vanare frumentum*. unde Ariſtoteli τὰ ἐν λίκνοις βραττόμενα dicuntur Μετεωρ. lib. II. Gloſſarium, Βράζω, *ſcaturio*. Βράσσω, τὸ λικνίζω, *Vomo*, *Vanno*. Βραστὴρ, ἤγουν λίκνον, *Vannus*. Hinc puto deducendam vocem noſtram, *Breſſer*, ſeu *Berſer*: quod eſt, cunas movere, & *Berſeau*, quaſi Βραστήρ. Nam eadem prorſus ratione Græcis λίκνον παρὰ τὸ λίαν κινεῖσθαι eſt dictum: quæ vox utrunque ſignificat, & cunas, & vannum: vel quia utrumque λίαν κινεῖται, vel propter morem veterum. Τὰ γὰρ βρέφη inquit Theon, τὸ πρῶτον γενόμενα ἐν τῷ λικμητηρίῳ ἐτίθεσαν, εἰς σύμβολον εὐτροφίας. *Idem.*

I. τὴν

A columnulis eſſe poſitos delphinas cum hac inſcriptione, Cyrenæorum ad ſolenne ſpectaculum miſſorum. His dictis, Stratonis phyſici laudat ſententiam, & Xanthi Lydi. Xanthus dixerat, Artaxerxis ætate ingentem fuiſſe ſiccitatem, adeo ut defecerint paludes, flumina, & putei. vidiſſe autem paſſim procul à mari lapides conchylii formam referentes, aut pectinum aut cheramidum effigies, tum marinum lacum in Armenia & Mattienis, inque Phrygia inferiori. itaque ſibi perſuaſum eſſe campos iſtos aliquando fuiſſe mare. Strato autem ad cauſæ explicationem magis accedens, B exiſtimare ſe ait Euxinum mare caruiſſe aliquando exitu, qui eſt ad Byzantium: ſed flumina, quæ in id effunduntur, vi eum aperuiſſe, itaque aquam in Propontidem & Helleſpontum erupiſſe. Idem noſtro quoque mari accidiſſe. nam in eo quoque apud columnas fretum perrupiſſe, mari à fluminibus repleto, eaque effuſione aquæ detecta eſſe loca prius paluſtria. Cauſam autem affert, primùm quòd externi maris aliud eſt ſolum quàm interni: deinde, quòd etiamnum terra quædam faſciæ inſtar in longum porrecta ſub mari ab Europa in Africam protenditur. C quòd nimirum prius mare externum atque internum fuerint unum. Pontum porrò eſſe omnium minimè altum; profundiſſima, Creticum, Siculum, Sardoumque maria. Cùm enim maximi ac plurimi fluvii à ſeptentrione & ortu fluant, Pontum cœno impleri, cætera autem maria manere profunda:

A * στηλιδίων ἀνακεῖσθαι δελφῖνας, ἐπιγραφὴν ἔχοντας Κυρηναίων θεωρῶν. Ταῦτα δ' εἰπὼν, [1] τὴν Στράτωνος ἐπαινεῖ δόξαν τοῦ φυσικοῦ, καὶ ἔτι [2] Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ· τοῦ μὲν Ξάνθου λέγοντος, ἐπὶ Ἀρταξέρξου γενέσθαι μέγαν αὐχμὸν, ὥστ' ἐκλιπεῖν ποταμοὺς, καὶ λίμνας καὶ φρέατα. [3] αὐτὸν δὲ εἰδέναι πολλαχῇ πρόσω ἀπὸ τῆς θαλάσσης * λίθους τε κογχυλιώδεις, καὶ τὰ κτενώδεα, καὶ χηραμίδων τυπώματα, καὶ λιμνοθάλασσαν ἐν Ἀρμενίοις, καὶ ἐν Ματιηνοῖς, καὶ ἐν Φρυγίᾳ τῇ κάτω· ὧν ἕνεκα πείθεσθαι [4] τὰ πεδία ποτὲ θάλατταν γενέσθαι. Τοῦ δὲ Στράτωνος ἔτι μᾶλλον ἁπτομένου τῆς αἰτιολογίας, ὅτι φησὶν οἴεσθαι [5] τὸν B Εὔξεινον μὴ ἔχειν πρότερον τὸ κατὰ Βυζάντιον στόμα, τοὺς δὲ ποταμοὺς βιάσασθαι, καὶ ἀνοῖξαι, τοὺς εἰς αὐτὸν ἐμβάλλοντας· εἶτ' ἐκπεσεῖν τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Προποντίδα, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Τὸ δ' αὐτὸ συμβῆναι καὶ περὶ τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα τὸν κατὰ στήλας ἐκραγῆναι πόρον, πληρωθείσης ὑπὸ τῶν ποταμῶν τῆς θαλάττης· κατὰ δὲ τὴν ἔκρυσιν ἀνακαλυφθῆναι τὰ τεναγώδη πρότερον. Φέρει δ' αἰτίαν, πρῶτον μὲν ὅτι τῆς ἔξω θαλάττης καὶ τῆς ἐντὸς τοὔδαφος ἕτερόν ἐστιν· ἔπειθ' ὅτι καὶ νῦν ἔτι [6] ταινία τις ὕφαλος διατέτακεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν C Λιβύην· [7] ὡς ἂν μιᾶς οὔσης πρότερον, τῆς τὸ ἐντὸς, καὶ τῆς ἐκτός· καὶ [8] βραχύτατα μὲν εἶναι τὰ περὶ τὸν Πόντον· τὸ δὲ Κρητικὸν, καὶ Σικελικὸν, καὶ Σαρδῷον πέλαγος, σφόδρα βαθέα· [9] τῶν γὰρ ποταμῶν πλείστων, καὶ μεγίστων, ῥεόντων ἀπὸ τῆς ἄρκτου, καὶ τῆς ἀνατολῆς, ἐκεῖνο μὲν ἰλύος πληροῦσθαι, τὰ ἄλλα δὲ μένειν βαθέα·

* Manuſcr. στυλιδίων.

* Vett. quidam lib. λίθον κογχυλιώδη, quidam λίθον τε καὶ κοχλιώδη: alii, λίθους τε κοχλιώδεις.

p. 50.

1. τὴν Στράτωνος) De hoc Laërtius. *Idem.*

2. Ξάνθου τοῦ Λυδοῦ) Vide Suidam. Strabo hujus ſæpe meminit. Dionyſius Halicarn. lib. primo c. 28. hunc ait ἱστορίας παλαιᾶς εἰ καί τινα ἄλλον ἔμπειρον εἶναι, τῆς δὲ πατρίου καὶ βεβαιωτήν. *Idem.*

3. αὐτὸν δὲ εἰδέναι) Vetus lectio, ἰδεῖν & λίθοις κοχλιώδεις ſemper, non κογχυλιώδεις, quanquam ita ſcribitur etiam apud Herodotum. *Idem.*

4. τὰ πεδία ποτὲ θάλατταν γενέσθαι) Ariſtot. opinio eſt, mare ſedes certis temporum intervallis neceſſariò mutare: quare ſecundum Ariſtotelem, vera fuerit hæc Xanthi ſententia. Falli autem utrumque, hodie res docet ipſa: neque enim contigit illa quam conjiciebat Ariſtoteles maris μεταβολή. Sed philoſopho veterum mendacia impoſuerunt. *Idem.*

5. τὸν Εὔξεινον μὴ ἔχειν πρότερον) Diodorus Siculus libro v. auctor eſt, Pontum aliquando lacui magno fuiſſe ſimilem: deinde autem temporis ſucceſſu, ob multitudinem ac magnitudinem fluviorum, qui Pontum ingrediuntur, erupiſſe ad Cyanea primo: deinde ad Helleſpontum. Plinius refert multos veterum id exiſtimaſſe. Vide Solinum cap. 22. & 26. *Idem.*

6. Ταινία τις ὕφαλος διατέτακεν) Plinius libro tertio procem. *Tam modico ore tam immenſa æquorum vaſtitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. Qua de cauſa, limen interni maris multi eum locum appellavère.* Idem.

7. ὡς ἂν μιᾶς οὔσης πρότερον) Contingit huic loco quod ſexcentis in jure: ut tolleretur negatio. Nega- D tionem enim addendam, perſuaſum habeo. Lege ὡς ἂν μιᾶς οὐκ οὔσης, vel μὴ μιᾶς οὔσης. Continent hæc verba, id quod Strabo ex duobus proximis argumentis volebat efficere: fuiſſe, quum mare externum & internum non conjungerentur freto Gaditano. Quare luce jam eſt clarius deeſſe negationem. *Idem.*

8. Βραχύτατα μὲν εἶναι τὰ περὶ τὸν Πόντον) Negat τὰ περὶ τὸν Πόντον eſſe βαθέα, hoc eſt mare Ponti eſſe altum: quod in genere verum eſt, ac multorum auctorum teſtimoniis poteſt confirmari: habet tamen Pontus immenſam certis locis altitudinem: & vocantur illa loca τὰ Βαθέα τοῦ Πόντου. Auctor Ariſtoteles, Meteorolog. lib. primo. Plinius Ariſtotelis locum tranſtulit lib. 11. cap. 102. *Idem.*

9. τῶν γὰρ ποταμῶν πλείστων) Pontum ingrediuntur XL. flumina, omnia ἀξιόλογα, quædam maxima. Vide Arriani Periplum. *Idem.*

1 διὸ καὶ γλυκυτάτην εἶναι τὴν Ποντικὴν θάλατταν, τάς τ' ἐκρύσεις γίνεσθαι εἰς οὓς τόπους ἐγκέκλιται τὰ ἐδάφη· * 2 Δοκεῖ δὲ κἂν χωσθῆναι τὸν Πόντον ὅλον εἰς ὕστερον, ἂν μένωσιν αἱ ἐπιρρύσεις τοιαῦται· 3 καὶ γὰρ νῦν ἤδη τεναγίζειν τὰ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ Πόντου, 4 τόν τε Σαλμυδησσὸν, 5 καὶ τὰ καλούμενα Στήθη ὑπὸ τῶν ναυτικῶν, τὰ περὶ τὸν Ἴστρον, καὶ τὴν Σκυθῶν ἐρημίαν· τάχα δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἄμμωνος ἱερὸν πρότερον ἐπὶ τῆς θαλάττης ὂν, ἐκρύσεως γενομένης νῦν ἐν τῇ μεσογαίᾳ κεῖσθαι· * εἰκάζειν τε, καὶ τὸ μαντεῖον εὐλόγως ἐπιτοσοῦτον γενέσθαι ἐπιφανές τε, καὶ γνώριμον * ἐπὶ θαλάττῃ ὄν· B

* Manuſſ. δοκεῖν.
* Manuſſ. εἰκάζει.
* Vett. ἐπὶ θαλάττης.

A ideòque dulciſſimam eſſe Ponti aquam, fierique effluxus iis locis, ubi inclinatur fundus. putatque fore, ut ſi hujuſmodi affluxus fluviorum perduret, aliquando totus Pontus aggere oppleatur terræ. nam jam nunc in paludem converſam eſſe ſiniſtram Ponti partem, ubi eſt Salmydeſſus, & quæ S[illegible] eſt, pectora, à nautis vocantur, [illegible] Iſtrum & Scytharum deſertum. Fortaſſis etiam Ammonis templum, aliquando in mari jacuiſſe, quod nunc maris effluxu facto ſit in media terra: ac conjicere ſe, oraculum illud optima ratione tam illuſtre ac celebre factum eſſe, quòd in mari eſſet ſitum.

1. *διὸ καὶ γλυκυτάτην εἶναι τὴν Ποντικὴν*) Dulcecedinis aquæ Ponticæ cauſam aſſignant ſcriptores omnes, concurſum plurimorum in Pontum ingredientium fluminum. Id Ovidius ita eleganter expreſſit,

*Copia tot laticum, quas auget adulterat undas,*
*Nec patitur vires æquor habere ſuas.*
*Innatat unda freto dulcis, leviorque marina eſt,*
*Quæ proprium mixto de ſale pondus habet.*

Sic Plinius quodam loco magnitudine influentium amnium vinci ſalem ait. Simili ratione ait Strabo libro VII. tantam fluviorum multitudinem ingredi Acherontem fluvium, ut ad ejus oſtia mare Ionium dulceſcat. *Idem.*

2. *δοκεῖ δὲ κἂν χωσθῆναι τὸν Πόντον ὅλον*) Veterum fuit hæc de Ponto vaticinatio, fore aliquando ut totus limo oppleretur. Polybius libro IV. in elegantiſſima diſputatione de Ponto, poſtquam probavit argumentis, ut ipſe ait, non quorum fides pendeat *ἀπὸ τῶν ἐμπορικῶν διηγημάτων*, ſed apodicticis, Mæotin, quæ olim erat mare *σύῤῥουν* Ponto, nunc limo & aggeſta terra ita oppletam eſſe, ut jam fermè deſinat apta eſſe navigationibus, ſubdit deinde de Ponto, *Ἔσται δὲ καὶ περὶ τὸν Πόντον παραπλήσιον, καὶ γίνηται νῦν;* vide quæ ſequuntur. Sed vanum fuit hoc veterum vaticinium, ut hodie omnibus eſt notum. Vide quæ hac de re ſcripſere duo teſtes oculati, viri doctiſſimi, Gyllius & Busbequius. *Idem.*

3. *καὶ γὰρ νῦν ἤδη τεναγίζειν*) Polybius *καὶ γίνεται νῦν*. *Idem.*

4. *τόν τε Σαλμυδησσὸν*) Docet Geographus libro VII. hoc nomine ſignificari ſiniſtrum Ponti latus à Cyaneis ad Andriacam: quod littus eſt ſtadiorum DCC. Eſt autem hoc totum littus importuoſum, & præterea feris incolis infeſtum, Æſchylus Prometheo, v. 699.

------ ἵνα
Τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος
Ἐχθρόξενοι ναύτησι μητρυιὰ νεῶν.

Vide plura ad librum VII. Plinius hoc nomine urbem in illo tractu recenſet: jam quod ad ſcribendi rationem attinet, unum hoc nomen eſt de illis, in quibus video veteres modò ſibilum, modo aſpirationem præfixiſſe. Nam utraque lectio reperitur in antiquis libris, Ἁλμυδησσὸς & Σαλμυδησσὸς: cujus generis ſunt iſta, ut de multis, quæ nullo negotio proferre poſſem, pauca apponam. Ἀνδράκοττος, Σανδράκοττος, Ἐξιτανία, Σεξιτανία, Ὑσπιράτης, Σισπιράτις, Ἀρδιαῖοι, Σαρδιαῖοι, & Salmantica Hiſpanorum Polybio ea ratione Ἁλμάντικα ſive Ἑλμαντίκα dicta eſt: de quo jam nobis non eſt dubitandum. Ἁλμῶν aliis, Hellanico Salmos [Elana urbem Arabiæ Selana unus opinor Dionyſius Periegetes v. 926. appellat.] Aſtura Plinio, Storas Straboni. Sammitæ Straboni, Amnitæ Dionyſio. Sueſſones Cæſari & Straboni, Ptolemæo Οὐέσσονες. De Sellis & Hellis quærit Geographus libro ſeptimo: τὸ Κ, interdum ταυτὸ πάσχει. ut Καυλωνία, αὐλωνία. [Sciendum amplius Salmydeſſum dixiſſe veteres [illegible]ydeſſum ut inquit Suidas.] *Idem.*

5. *καὶ τὰ καλούμενα Στήθη ὑπὸ τῶν ναυτικῶν*) Intelligit quam vocat *ταινίαν* Polybius: cujus verba quia iſtum locum explicant, adſcribam. *Τοῦ γὰρ Ἴστρου πλείοσι στόμασι ἀπὸ τῆς Εὐρώπης εἰς τὸν Πόντον εἰσβάλλοντος, συμβαίνει πρὸς τοῦτον σχεδὸν ἐπὶ χίλια στάδια συνιστᾶναι ταινίαν, ἡμέρας δρόμον ἀπέχουσαν τῆς γῆς· ἥτις νῦν συνέστηκεν ἐκ τῆς τοῖς στόμασιν εἰσφερομένης ἰλύος· ἐφ' ἣν ἔτι πελάγιοι τρέχοντες, οἱ πλέοντες τὸν πόντον, λανθάνουσιν ἐποκέλλοντες νυκτὸς ἐπὶ τοὺς τόπους. Καλοῦσι δ' αὐτοὺς οἱ ναυτικοὶ Στήθη.*) Eſt igitur Στῆθος in hac ſignificatione vox nautica, & huic rei denotandæ aptiſſima. Nam Στῆθος, ſive pectus in humano corpore ea pars eſt, quæ ſi ſupinus in aqua natet aliquis, apparebit. Inde hæc Stethe appellata. Heſychius, Στῆθος, τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ πρόσχωμα, [Solinus c. 30. *brevia dorſuoſa.*] At poëta Latinus, *Dorſum* id dixit Aen. I. v. 113.

*Saxa vocant Itali, mediis quæ in fluctibus, Aras;*
*Dorſum immane mari ſummo.*

Planè exprimit vocem Στῆθος. Nam Homero *νῶτα θαλάσσης* aliud eſt. Ideo Ammianus doctiſſimus hiſtoriographus, quum vellet Stethe hæc Ponti exprimere, Dorſa appellavit XXII. c. 20. *Pontus*, inquit, *irruentium undarum multitudine temperatur, & conſurgit in brevia dorſuoſa limum globoſque aggerente multitudine circumvenientium fluentorum.* Nam brevia dorſuoſa ſunt *τὰ στήθη*. [Plinius quoque epiſtolarum lib. VI. Ep. 31. in elegantiſſima deſcriptione portus, qui eſt à Trajano factus ad Centumcellas. *Eminet jam & apparet ſaxeum dorſum: impactoſque fluctus in immenſum elidit & tollit.*] Fuere & alia aliis in locis Stethe appellata, ut ad Byzantium, quorum meminit Johannes Curopalates in Compendio hiſtoriæ, quod ex variis auctoribus exſcripſit potius, quam conſcripſit. Sic ille *Ἐγένετο δὲ καὶ βίαιος ἄνεμος μηνὶ Δεκεμβρίῳ, καὶ καταπεσόντες οἱ λεγόμενοι Δῆμοι συνέτριψαν τὰ κάτωθεν αὐτῶν βάθρα καὶ τὰ καλούμενα Στήθεα*: quæ verba vel ipſe à Cedreno, vel ab ipſo Cedrenus furatus eſt, ut alia non pauca. Sanè in Cedreno ſunt quàm plurima, quæ ſi ille auctor publici juris fieret, inde poſſent emendari: & in hoc ipſo loco, quia illa, *τὰ καλούμενα*, abſunt à Cedreno, procul à ſenſu abſiſtit interpretis verſio. *Idem.*

I. Σερ-

neque ejus gloriam probabile eſſe tantam potuiſſe exiſtere, quanta nunc eſt, ſi tam longè fuiſſet à mari diſſitum. Sed & Ægyptum priſcis temporibus mari fuiſſe inundatam uſque ad paludes, quæ ſunt apud Peluſium, & ad Caſium montem, ac Serbonidem lacum. Nam etiamnum quando ſalſugo in Ægypto effoditur, foſſas arenoſas & conchyliis refertas inveniri: nimirum regionibus mari olim tecta, & locis, quæ circa Caſium ſunt, & Gerra, palude oppletis, ac ea cum rubro mari connexis: pòſt, mari recedente ea fuiſſe detecta loca, & manſiſſe lacum Serbonidem: qui ipſe poſtea ita eruperit, ut paludis naturam induerit. Similiter etiam ripas lacus Salſi, litori maris quàm fluvii eſſe ſimiliores. Enimvero multas continentis terræ partes aliquandiu aquis tectas, rurſumque inde retectas fuiſſe, concedat aliquis: itemque terram fundis ſuis inæqualem eſſe, quæ nunc aqua integitur, atque adeo eam etiam, quæ ſupra mare extat & à nobis habitatur, tot obnoxiam, quot Eratoſthenes dixit, mutationibus. Itaque Xanthi ratio non poteſt ullo labefactari abſurdo. Adverſus Stratonem autem dici poteſt, quòd cùm multæ ſint veræ cauſæ, iis omiſſis falſam ipſe propoſuerit.

A τόν τε ἐπιπολὺ αὔτως ἐκπιεσμὸν ἀπὸ τῆς θαλάττης, οὐκ εὔλογον * ποιεῖν τὴν νῦν οὖσαν ἐπιφάνειαν, καὶ δόξαν. τήν τε Αἴγυπτον τὸ παλαιὸν θαλάττῃ κλύζεσθαι, μέχρι τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸ Πηλούσιον, καὶ τὸ Κάσιον ὄρος, καὶ τὴν 1 Σερβωνίδα λίμνην. ἔτι γοῦν καὶ νῦν 2 κατὰ τὴν Αἴγυπτον τῆς ἁλμυρίδος ὀρυττομένης, ὑφάμμους, καὶ * κογχυλιώδεις εὑρίσκεσθαι τοὺς βόθρους, ὡς ἂν τεθαλαττωμένης τῆς χώρας, καὶ τοῦ τόπου παντὸς τοῦ περὶ τὸ Κάσιον, καὶ τὰ Γέρρα καλούμενα, τεναγίζοντος, ὥστε συνάπτειν τῷ τῆς ἐρυθρᾶς κόλπῳ· ἐνδούσης δὲ τῆς θαλάττης ἀνακαλυφθῆναι, μεῖναι δὲ τὴν * Σερβωνίδα λίμνην. B εἶτ' ἐκραγῆναι καὶ ταύτην, ὥστε ἑλώδη γενέσθαι· 3 ὡς δ' αὔτως καὶ * τῆς ἁλμυρίδος λίμνης τοὺς αἰγιαλοὺς, θαλάττης μᾶλλον ἢ ποταμοῦ προσεοικέναι. 4 Τὸ μὲν οὖν ἐπικλύζεσθαί ποτε πολὺ μέρος τῆς ἠπείρου ἐπὶ καιρούς τινας, καὶ πάλιν ἀνακαλύπτεσθαι, δοίη τις ἄν· 5 ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ τοῖς ἐδάφεσιν ἀνώμαλον εἶναι τὴν γῆν ἅπασαν, τὴν νῦν ὕφαλον· καθάπερ γε νὴ Δία καὶ τὴν ἔξαλον, ἐν ᾗ οἰκοῦμεν, τοσαύτας δεχομένην, ὅσας αὐτὸς Ἐρατοσθένης εἴρηκε μεταβολάς. Ὥστε πρός γε τὸν Ξάνθου λόγον, οὐδὲν ἂν ἔχοι τις προσφέρειν ἄτοπον· 6 Πρὸς δὲ τὸν Στράτωνα λέγοιτ' ἄν, ὅτι πολλῶν αἰτίων ὄντων, ἀφεὶς ταῦτα, τὰ μὴ ὄντα αἰτιᾶται.

* Manuſſ. ποιεῖ

* Vett. κοχλιώδεις

* Manuſſ. Σιρβωνίδα

* Lego, τῆς Μύριδος

1. Σερβωνίδα λίμνην) Veteres libri ſemper Σιρβωνίδα. De his locis vide libros XVI. & XVII. *Idem.*

2. κατὰ τὴν Αἴγυπτον τῆς ἁλμυρίδος) Hujus rei auctor locupletiſſimus Herodotus II. c. 12. qui cum eſſet in Ægypto, obſervaſſe ſe ait, Ægyptum magis in mare prominere quam proximè adhærentem terram; vidiſſe etiam κογχύλια in montibus, & efflorescentem in ſuperficie terræ ſalſuginem: vide & Plutarchum de Iſide & Oſiride. *Idem.*

3. ὡς δ' αὔτως καὶ τῆς Αλμυρίδος) Velim me doceant interpretes, quis ſit iſte in Ægypto lacus, qui Salſus appelletur. Interea lego τῆς τοῦ Μύριδος λίμνης, Lacus Myridis apud Ægyptios omnibus notus. Vide Herodotum Euterpe c. 4. apud quem duplicem lectionem reperies hujus vocis, per υ & per οι, ut apud Latinos. Myſia & Mœſia. Straboni libro ultimo Μοίριδος ſemper. Ita autem legendum eſſe ut diximus, ipſe mihi Strabo teſtis, cujus hæc verba libro XVII. p. 809. θαυμαστὴν δὲ καὶ τὴν λίμνην ἔχει D τὴν Μοίριδος καλουμένην πελαγίαν τῷ μεγέθει, καὶ τῇ χρόᾳ θαλαττοειδῆ· καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς δ' ἐστιν ὁρᾶν ἐοικότας τοῖς θαλαττίοις. *Idem.*

4. Τὸ μὲν οὖν ἐπικλύζεσθαι) Nunc incipit reſpondere ſuperiori Eratoſthenis diſputationi: Primum concedere ſe ait ea potuiſſe contingere, quæ ex hiſtoria hauſerat Eratoſthenes: ipſam quoque Xanthi ἀπόφασιν ut probabilem admittit. Deinde ad Stratonis phyſici diſputationem accedit, & in eam doctè ut omnia inquirit. *Idem.*

5. ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ) Hæc videtur Xantho tribuere, cum ad Stratonem pertineant: ſed partem hanc dicti Stratonis conjungit cum ſententia Xanthi, utrumque probans. *Idem.*

6. πρὸς δὲ τὸν Στράτωνα λέγοιτ' ἂν) Sequitur lon- C ga Strabonis adverſus Stratonem diſputatio. Nobilis uterque philoſophus: & de re eſt diſputatio non ignobili, aut quam ſcire merito non cures. Judicent vero æqui judices, quantum juvari potuerint ab interpretibus hac in parte. Primum illud teneamus, quo de agitur. De terræ mutationibus & μετασχηματισμοῖς inſtituta eſt diſputatio. Dicebat Eratoſthenes multis in locis videri mare ibi fuiſſe, ubi nunc ſicca quidem ſunt omnia; ſed certa tamen antiqui maris remanent veſtigia. Quæſitum inde eſt ab eo, qui fieri potuerit, ut mare locum mutaverit: protulit Stratonis ſententiam. Is de hoc ita cenſuit: Fuiſſe tempus quum Pontus ceu aliquis lacus per ſe ſtaret, nec ut hodie proximo mari jungeretur: id enim poſtea eveniſſe cum impleviſſent ejus κοίλωμα XL. illi fluvij qui Pontum ingrediuntur: ſic demum erupiſſe Pontum, & oſtium Byzantinum effeciſſe. Similem dicebat Strato eruptionem noſtri maris in Oceanum fuiſſe. Cauſam D hujus ſuæ ſententiæ præcipuam afferebat Strato, ſoli diverſitatem in utroque mari, quod erumpit, & in quod fit eruptio. In hoc totius hujus diſputationis cardo verſatur. Strabo enim, quod de repletione Ponti dictum eſt, tacitè admittens, cauſam illam ſtrenue evertit, quam πρώτην ponebat Strato. Primum docet peccatum eſſe à Stratone eo modo, quem appellat philoſophus, παρὰ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον: deinde ejus ſententiam corrigit, & quomodo dicendum potius fuerit docet, probatque: Poſtremò falſam eſſe Stratonis opinionem probare nititur. Eſt autem hoc obſervandum, non reprehendi Stratonem eo nomine, quod cauſam hujus rei, petat à ſolo maris: nam inde quoque petit hic: ſed quod inde cauſam petens unde peti debuit, tamen non rectè eam aſſignarit. *Idem.*

Πρώτην γὰρ αἰτίαν φησὶν, ὅτι [1] τῆς ἐντὸς θαλάττης, καὶ τῆς ἐκτὸς οὐ ταυτὸν τὸ ἔδαφος, καὶ
p. 51. ὁ βυθός. [2] πρὸς γὰρ τὸ μετεωρίζεσθαι ταύτην, καὶ ταπεινοῦσθαι, καὶ ἐπικλύζειν τόπους τινὰς, καὶ ἀναχωρεῖν ἀπ᾽ αὐτῶν, οὐ τοῦτό ἐστιν αἴτιον, [3] ἀλλὰ καὶ ἄλλα ἐδάφη, τὰ μὲν ταπεινότερα εἶναι, τὰ δὲ ὑψηλότερα· [4] ἀλλὰ τὸ τὰ αὐτὰ ἐδάφη ποτὲ μὲν μετεωρίζεσθαι, ποτὲ δ᾽ αὖ ταπεινοῦσθαι, καὶ συνεξαίρειν, ἢ συνενδιδόναι τὸ πέλαγος· ἐξαρθὲν μὲν γὰρ, ἐπικλύσαι ἄν· ταπεινωθὲν δὲ, ἀναδράμοι ἂν εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. [5] Εἰ γὰρ οὕτω, δεήσει [καὶ] πλεονασμῷ τῆς θαλάττης αἰφνιδίῳ γινομένῳ τὴν ἐπίκλυσιν συμβαίνειν, καθάπερ ἐν ταῖς πλημμυρίσιν, ἢ ταῖς ἀναβάσεσι τῶν ποταμῶν, τοτὲ μὲν ἐπενεχθέντος ἑτέρωθεν, τοτὲ δ᾽ αὐξηθέντος τοῦ ὕδατος. [6] Ἀλλ᾽ οὔθ᾽ αἱ αὐξήσεις ἀθρόαι, καὶ αἰφνίδιοι γίνονται, οὔθ᾽ αἱ πλημμυρίδες τοσοῦτον ἐπιμένουσι χρόνον, οὐδ᾽ ἄτακτοί εἰσιν, [7] οὔτε κατὰ τὴν ἑτέραν ἐπικλύζουσι θάλατταν, οὐδ᾽ ὅπου ἔτυχε. [8] Λοιπὸν οὖν αἰτιᾶσθαι τὸ ἔδαφος, ἢ τὸ τῇ θαλάττῃ ὑποκείμενον, ἢ τὸ ἐπικλυζόμενον, μᾶλλον δὲ τὸ ὕφαλον· πολὺ γὰρ εὐκινητότερον, καὶ μεταβολὰς θᾶττον δέξασθαι δυνάμενον τὸ ἔνυγρον· καὶ γὰρ τὸ πνευματικὸν τὸ πάντων αἴτιον τῶν τοιούτων πλέον ἐνταῦθα. [9] Ἀλλ᾽ ὡς ἔφην τῶν τοιούτων ἀπεργαστικόν ἐστι παθῶν, τὸ αὐτὰ τὰ ἐδάφη ποτὲ μὲν ἐξαίρεσθαι,

A Principem enim cauſam eſſe ait, quod maris interni atque externi non idem eſt ſolum, eademque profunditas. Quòd enim hoc attollitur, aut ſubſidit, & vel inundat quædam loca, vel ab iis recedit, ejus rei cauſa non eſt quòd alia aliis ſola humiliora ſunt, aut altiora: ſed quòd idem ſolum modò attollitur, modò deprimitur, ſimulque etiam vel attollitur vel ſubſidit mare: atque vel exundat, vel in ſuum redit locum. Si enim Stratonis ſententia eſſet vera, neceſſe erat ut ſubito maris incremento eluvies fieret, ut in æſtus exundatione fit, & adſcenſione fluminum, ab altera ibi parte aquis alliſis, hîc auctis. B Atqui neque incrementa confertim & ſubitò accidunt, neque æſtu maris eruptiones tantum durant temporis, neque nullo fiunt ordine, neque ſecundùm alterum mare fiunt, neque quibuſvis in locis. Reſtat, ut cauſam adſcribamus ſolo, ſive quod mari ſubeſt, ſive quod inundatur: potiùs tamen ei, quod mari ſubeſt. Hoc enim multo eſt mobilius, & quod ob humiditatem celeriùs mutari poſſit. Spiritus enim hujuſmodi omnium rerum cauſa, ibi eſt copioſior. Sed, ſicuti dixi, cauſa horum efficiens accidentium eſt, quòd eadem ſola aliâs attolluntur, aliâs ſubſidunt, C non quòd alia aliis ſunt altiora, quod

1. τῆς ἐντὸς θαλάττης, καὶ τῆς ἐκτὸς) In iſta diſputatione verba iſta latius accipienda ſunt quam alibi ſoleant. Nam vulgo quidem mare ἐντὸς cum dicimus: mediterraneum intelligimus, quum mare ἐκτὸς, ſive ἔξω, Oceanum: hîc verò, quia agitur de maribus nondum conjunctis. ἡ ἐκτὸς θάλασσα eſt etiam mare, quod eſt extra τὸ κοίλωμα τοῦ Πόντου. Sic ἡ ἐντὸς ipſe Pontus· Atque hæc valdè ſunt obſervanda: nec aliter intelligi hæc diſputatio poteſt. *Idem.*

2. Πρὸς γὰρ τὸ μετεωρίζεσθαι) Corrigit Stratonis ſententiam, & quomodo potius fuerit dicendum indicat. *Idem.*

3. ἀλλὰ καὶ ἄλλα ἐδάφη, τὰ μὲν) Vide ut accipiat ſuperiora illa verba Stratonis τὰς τ᾽ ἐκρύσεις γίνεσθαι εἰς οὓς τόπους ἐγκέκλιται τὰ ἐδάφη. *Idem.*

4. ἀλλὰ τὸ τὰ αὐτὰ ἐδάφη ποτὲ μὲν μετεωρίζεσθαι) Eadem Plinij ſententia cujus hæc ſunt lib. ſecundo cap. 85. *Eadem naſcentium cauſa terrarum eſt, cum idem ille ſpiritus attollendo potens ſolo, non valuit erumpere. Naſcuntur enim nec fluminum tantum invectu, ſicut Echinades inſulæ ab Acheloo amne congeſtæ, majorque pars Ægypti à Nilo, in quam à Pharo inſula noctis & diei curſum fuiſſe Homero credimus? ſed & receſſu maris.* Achilles quoque Statius hac de re cum loqueretur, τὸ πάθος, inquit, οὐ περὶ τὸ πάσχον, ἀλλὰ περὶ τὸ βαστάζον. Cauſam autem hanc affert, συμβαίνει γὰρ, τὸ ὕδωρ κατά τινα μέρη τῆς γῆς, ἂν τύχῃ, ποτὲ μὲν πλεονάζειν, ποτὲ δὲ λήγειν. *Idem.*

5. Εἰ γὰρ οὕτω) Melius quidem Xylander hunc locum accepit quam vetus interpres: neuter tamen, opinor, mentem hujus loci pervidit. Exiſtimo enim objectionibus obviam ire Strabonem, quæ & ipſi & Stratoni fieri poterant, cum uterque in hoc conſentiat, cauſam hujus eruptionis à ſolo eſſe petendam. Quare legendum cenſeo, Εἰ γὰρ μὴ οὕτω. Niſi harum rerum cauſa ſit ſoli ἀνωμαλίᾳ, oportebit cauſam eſſe, πλεονασμὸν αἰφνίδιον maris. Hic duobus modis tantum poteſt contingere: vel ut in mari αἱ πλημμύρεις: vel ut in fluminibus αἱ ἀναβάσεις: in illis aliunde inferri aqua videtur: in his auget. *Idem.*

6. ἀλλ᾽ οὔθ᾽ αἱ) Atqui, ait, neutro modo hujuſmodi aliquis πλεονασμὸς poteſt contingere. Non ut in fluminibus αἱ ἀναβάσεις, quia hæ non repente fiunt: non ut æſtus in mari. Primum, quia hi paucarum ſunt horarum: ſtatim enim ſequitur ἡ ἄμπωτις: deinde quia certa ratione fiunt, non ita repentè & ἀτάκτως. Poſtremò, quia non fiunt ubique, ſed in Oceano tantum, non in noſtro mari, ubi iſtæ eruptiones contigêre. *Idem.*

7. οὔτε κατὰ τὴν ἑτέραν ἐπικλύζουσι θάλατταν) D Lego, κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπικλ. quam lectionem jam expoſui: vulgatæ autem interpretatio fingi commoda nulla, opinor, poteſt. Strabo libro v. auctor eſt, ſolam ferè illam noſtri maris partem, ubi Venetiæ, Oceani æſtus pati. *Idem.*

8. Λοιπὸν οὖν αἰτιᾶσθαι) Quum igitur πλεονασμὸς maris nequeat eſſe cauſa, ſequitur cauſam petendam à ſolo. Hæc ſatis teſtantur, non poſſe aliter accipi ſuperiorem locum quam nos accepimus. Porrò ſolum duplex eſt: rei inundatæ: maris inundantis. Utrum igitur potius in cauſa? Id quod mutationi magis eſt obnoxium: magis autem id eſt, quod maxime πνευματικόν. *Idem.*

9. ἀλλ᾽ ὡς ἔφην) Hactenus Stratoni & Straboni convenit. Nam uterque αἰτιᾶται τὸ ἔδαφος τὸ ὕφαλον: ſed quomodo ſit ſolum cauſa, diverſè explicant. *Idem.*

1. [illegible]

Strato ſumſit, putans rem ut in fluminibus, ita etiam in mari habere: nimirum fluxum fieri à ſublimioribus partibus. Alias maris fluxum, qui apud Byzantium fit, non imputaſſet ſolo, ſublimius eſſe dicens Euxini ſolum, quàm Propontidis, aut quod proximè ſequitur maris, ſimul etiàm cauſam addens: nempe fundum impleri à limo, quem illabentia ingerunt flumina, fierique brevem, ideòque aquam extrà profluere: atque hanc cauſam ad univerſum noſtrum mare externi reſpectu transfert, quòd nimirum hoc, quoque ſublimius effecerit ſolum id quod Atlantico mari ſubjacet: quippe multis impletur fluminibus, ac certa proportione reſpondentem conſequitur limi ſubſidentiam. Atqui oportebat hoc pacto influxum maris, qui apud columnas Herculis & Calpen fit, ſimilem eſſe ei qui, eſt apud Byzantium. Verùm hoc miſſum facio. dicent enim ibi quoque idem evenire, ſed avelli reciprocatione maris atque occultari. Hoc autem quæro: Quid impediebat antequam apertæ ſunt apud Byzantium maris fauces, quin fundus Euxini cùm eſſet humilior fundo Propontidis, & maris quod deinceps eſt, impleretur affluxu fluminum, ſive mare id eſt, ſive lacus Mæotide major? Si enim hoc concedatur, id porrò quæram, an non iſtius aquæ, & aquæ Propontidis ſuperficies ita erant affectæ, ut

A ποτὲ δὲ ὕφιζησιν λαμβανόντων, 1 οὐ τὸ, τὰ μὲν [μᾶλλον] εἶναι ὑψηλὰ, τὰ δὲ ἧττον. 2 Ὁ δὲ τοῦτο λαμβάνειν, νομίζων ὅπερ ἐπὶ τῶν ποταμῶν συμβαίνει, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης ἀπαντᾶν· τὸ, ἀπὸ τῶν μετεώρων τόπων εἶναι τὴν ῥύσιν. 3 Οὐδὲ γὰρ ἂν τοῦ κατὰ Βυζάντιον ῥοῦ τὸ ἔδαφος ᾐτιᾶτο, λέγων ὑψηλότερον τὸ τοῦ Εὐξείνου, ἢ τὸ τῆς Προποντίδος, καὶ τοῦ ἑξῆς πελάγους, ἅμα καὶ αἰτίαν προστιθείς. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἰλύος τῆς ἀπὸ τῶν ποταμῶν καταφερομένης πληροῦσθαι τὸν βυθὸν, καὶ βραχὺν γίνεσθαι· διὰ τοῦτο δὲ ῥεῖν καὶ εἰς τὰ ἐκτός· 4 τὸν δ' αὐτὸν λόγον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν θάλασσαν συμπᾶσαν * μεταφέρει πρὸς τὴν ἐκτὸς, 5 ὡς καὶ ταύτης μετεωρότερον τοὔδαφος [* μεταφέρειν in vett.]
B ποιούσης τὸ ὑποκείμενον τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει· καὶ γὰρ αὕτη ἐκ πολλῶν ποταμῶν πληροῦται, καὶ τὴν ὑποσταθμὴν τῆς ἰλύος δέχεται τὴν ἀνάλογον. 6 Ἐχρῆν οὖν καὶ τὸν εἴσρουν ὅμοιον γίνεσθαι τῷ κατὰ Βυζάντιον τὸν κατὰ στήλας, καὶ τὴν Κάλπην. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐῶμεν· ἐροῦσι γὰρ κἀκεῖ τοῦτο συμβαίνειν, περισπᾶσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἀμπώτεων, καὶ τῶν πλημμυρίδων, καὶ ἐπικρύπτεσθαι. 7 Ἐκεῖνο δὲ πυνθάνομαι, τί ἐκώλυε, πρὶν ἀνεῳχθαι τὸ στόμα τὸ κατὰ Βυζάντιον, ταπεινότερον ὂν τὸ τοῦ Εὐξείνου ἔδαφος τοῦ τῆς Προποντίδος καὶ τῆς ἑξῆς θαλάττης, πληρωθῆναι ὑπὸ τῶν ποταμῶν, εἴτε θάλατ- p. 52.
ταν οὖσαν καὶ πρότερον, εἴτε λίμνην, καὶ μείζω
C τῆς Μαιώτιδος; Εἰ γὰρ τοῦτο συγχωροῖτο, προσερήσομαι καὶ τοῦτο, ἆρά γε ἡ ἐπιφάνεια τοῦ ὕδατος ἐκείνου καὶ τοῦ τῆς Προποντίδος οὐχ οὕτως εἶχεν,

1. *οὐ τὸ*) vulgò *τῷ*, male: repetit ſententiam Stratonis, quam improbat. *Caſaub.*

2. *ὁ δὲ τοῦτο*) Fontem erroris Stratonici aperit. Putavit enim aquam maris per loca declivia ex ſuperioribus locis in inferiora fluere, ut in fluminibus cernere eſt. *Idem.*

3. *οὐδὲ γὰρ ἂν τοῦ*) Probat hanc fuiſſe Stratonis ſententiam. *Idem.*

4. *Τὸν δ' αὐτὸν λόγον*) Hic intelligimus Stratonem initio hujus diſputationis de Ponto tantum egiſſe. Deinde autem quaſi *πόρισμα* quoddam & corollarium addiderat: idem noſtro mari ad Gades contigiſſe, quod Ponto ad Byzantium: addit autem *σύμπασαν*, quia & Pontus pars eſt noſtri maris. *Idem.*

5. *ὡς καὶ ταύτης μετεωρότερον τοὔδαφος ποιούσης*) Locus corruptus: Sed facile eſt intelligere quid ſcripſerit Strabo. Ego non dubito ita locum exponi debere. Ait Strabo factam eſſe noſtri maris eruptionem ad Gades ſimili ratione ac factum in Ponto. Quæ ibi cauſa ex ſententia Stratonis? Solum maris Euxini *μετεωρότερον*, quam reliqui maris mediterranei. Jam convertamus ſermonem ad eruptionem ad Gades. Quænam igitur ſtatuenda ejus rei cauſa? Bimuli pueri jam intelligunt, cauſam eſſe Solum maris noſtri *μετεωρότερον*, quam ſolum Oceani: Quare non procul à vera lectione aberrabit, qui ita leget. *ὡς καὶ ταύτης μετεωρότερον τοὔδαφος ἐχούσης, ἢ τὸ ὑποκείμενον τῷ Ἀτλαντικῷ. ταύτης* autem, hoc eſt, *τῆς ἡμετέρας θαλάσσης*. Sed pro *ποιούσης* reponere *ἐχούσης* etſi coacti ſumus, cum non occurreret verbum commodius, tamen dubitanter id facimus. *Idem.*

6. *ἐχρῆν οὖν καὶ τὸν εἴσρουν*) Quia diverſa eſt natura freti Gaditani & freti Byzantini, diverſam etiam eorum cauſam eſſe ait. Diverſitas ea eſt, quod in Byzantino nulla fluctuum cernitur reciprocatio, ſed placidus tantum iſque perpetuus Ponti in Propontidem fluxus. In Gaditano neque ille fluxus apparet, & dies noctesque ſummus viget maris fervor. *Idem.*

7. *Ἐκεῖνο δὲ πυνθάνομαι*) Redeamus inquit ad Pontum, & cauſam à Stratone allatam expendamus: Strato ait cauſam, cur eruptio ad Byzantium ſit facta, eſſe ſoli inæqualitatem, qualem ſupra expoſuimus. Strabo adverſus hanc ſententiam ſic *ἐξ ὑποθέσεως* diſputat. Si potuit aliquando fieri hæc *ἔκρυσις* ſive eruptio, ita ut non eſſet ſolum maris Euxini *ὑπέρτερον* aut *ἐπικλινές*: Ergo ne nunc quidem cenſendum eſt ita contigiſſe. Negas potuiſſe? ita probat. Pontus potuit impleri antequam eſſet oſtium Byzantinum: cum adhuc ejus ſolum eſſet humilius ſolo reliqui maris, licet nunc ſe aliter res habeat: Ergo & conjungi. Hoc ſequi negas? Probo. Si Pontus fuiſſet impletus antequam eſſet oſtium Byzantinum, ſuperficies ejus & ſuperficies maris proximi ita diviſæ ſeorſim permanere non potuiſſent, ut altera eſſet altera ſuperior & altior. Quare neceſſariò ſe conjunxiſſent. Sic efficit quod initio propoſuit, non eſſe neceſſe *πρὸς τὴν ἔκρυσιν ταύτην*, ut ſolum eſſet *ὑπέρτερον* aut *ἐπικλινές*. *Idem.*

ὥστε [1] μέχρι μὲν ἡ αὐτὴ ἦν, μὴ βιάζεσθαι πρὸς τὴν ἔκρυσιν [2] διὰ τὴν ἐξ ἴσης ἀντέρεισιν, καὶ θλῖψιν· ἐπειδὴ δὲ [3] ὑπερεπόλασεν ἡ ἐντός, βιάσασθαι καὶ [4] ἀπεράσαι τὸ πλεονάζον· ἐκ δὲ τούτου γίνεσθαι σύρρουν τὸ ἔξω πέλαγος τῷ ἐντὸς, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν [5] ἐκείνῳ λαβεῖν, εἴτε θαλαττίῳ, εἴτε λιμναίῳ μὲν πρότερον ὄντι, θαλαττίῳ δὲ ὕστερον, διὰ τὴν μίξιν, καὶ τὴν ἐπικράτειαν. Εἰ γὰρ καὶ τοῦτο δώσουσιν, ἡ μὲν ἔκρυσις [6] οὐκ ἂν κωλύοιτο, ἡ νῦν. οὐκ ἀπὸ ὑπερτέρου δὲ ἐδάφους, οὐδὲ ἐπικλινοῦς, ὅπερ ἠξίου Στράτων. [7] Ταυτὰ δὲ μεταφέρειν καὶ ἐπὶ τὴν ὅλην τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν, καὶ τὴν ἐκτὸς, μὴ ἐν B τοῖς ἐδάφεσι, [8] καὶ ταῖς ἐπικλύσεσιν αὐτῶν τὴν αἰτίαν τοῦ ἔκρου τιθεμένους, ἀλλ' ἐν τοῖς ποταμοῖς· ἐπεὶ [9] οὐκ ἀπίθανον, κατ' αὐτοὺς, οὐδ' εἰ τὴν ὅλην θάλατταν τὴν ἡμετέραν, [10] λίμνην πρότερον εἶναι συνέβαινε, πληρουμένην ὑπὸ τῶν ποταμῶν, ἐπιπολάσασαν ἐκπεσεῖν ἔξω, διὰ τῶν κατὰ τὰς στήλας στενῶν, ὡς [11] ἐκ καταρρακτῶν ἐπαυξομένην ἀεὶ, καὶ μᾶλλον τὴν θάλατταν σύρρουν γίνεσθαι ὑπ' αὐτῆς τῷ χρόνῳ, καὶ συνδραμεῖν εἰς μίαν ἐπιφάνειαν, ἐκθαλαττωθῆναι δὲ διὰ τὴν ἐπικράτειαν. [12] Οὐ φυσικὸν δ' ὅλως, οὔτε τοῖς ποταμοῖς εἰκάζειν τὴν θάλατταν· οἱ μὲν γὰρ φέρονται κατὰ ἐπικλινὲς ῥεῖθρον, ἡ δὲ ἀκλινὴς ἕστηκεν· [13] οἱ δὲ πορθμοὶ C

A quandiu eædem manebant, non cogeretur aqua ad effluxum, cùm ex æquo ſe invicem ſuſtinerent ac premerent ſuperficies ? poſtquam autem interior eſt facta elatior, ibi demum vi erupit, atque quod abundabat, evomuit: quo factum eſt, ut exterius cum interno conflueret mare, eandemque cum eo ſuperficiem nanciſceretur, ſive marina fuit ejus aqua, ſive lacuſtris prius, deinde ob mixturam & maris vim ſuperiorem, marina. Nam ſi id quoque dabunt, hodie quoque effluxus nunquam prohibebitur, neque à ſuperiore ſolo, neque ab inclinato, quod voluit Strato. Hæc transferri poſſunt & ad totum noſtrum B mare, & ad externum, ita ut non in fundis & exundationibus eorum cauſam effluxus quæramus, ſed in fluminibus. Nam ipſorum quoque ſententia id abſurdum non eſt, ne ſi totum quidem mare noſtrum olim lacus fuit, qui à fluminibus impletus, turgente ſuperficie per anguſtias apud Calpen eruperit veluti per catarractas, ac magis magíſque auctus cum mari, ſucceſſu temporis magis ſubinde confluxerit, & in unam concurrerit ſuperficiem, ac qualitate maris prævalente ipſe quoque maris naturam induerit. Omnino autem philoſophiæ naturali conſentaneum non eſt, mare fluviis conferre: cùm hi fluxu ferantur C declivi, mare ſtet immobile. Cæterùm

1. Μέχρι μὲν ἡ αὐτὴ ἦν) quamdiu ſuperficies maris Euxini & Propontidis ac reliqui maris noſtri futura erat eadem, nec alteri altera eminens. *Caſaub.*

2. διὰ τὴν ἐξ ἴσης ἀντέρεισιν, καὶ θλῖψιν) Tamdiu, ait, futurum erat ut iſta duo maria ſejuncta permanerent, quamdiu æquum utrinque aquæ pondus & libramentum eſſet. Cum enim omnes undique maris ac terræ partes centrum æquè nitentes ſua gravitate capeſſant, non poteſt aquæ ſuperficies aliis locis eſſe eminentior quàm aliis, quin ſtatim diffundatur & una fiat. Similis fere ratio Ariſtotelis libro ſecundo de Cælo c. 13. ubi probat terræ figuram eſſe rotundam, propter συμπιεσμὸν partium graviorum. Porrò hæc, etſi verè dicuntur à Strabone, tamen, opinor, ægrè conceſſiſſet hoc Eratoſthenes: quando quidem placuit illi contra omnium Mathematicorum ſententiam, aquæ ſuperficiem non modo non eſſe omnibus in partibus eandem, ſed ne in vicinis quidem locis. Vide infrà. *Idem.*

3. ὑπερεπόλασεν ἡ ἐντὸς) Sermo eſt de mari Euxino & reliquo noſtro mari. ἡ ἐντὸς igitur hòc loco, omnino de Ponto tantum eſt accipiendum: ἡ ἔξω, de reliquo noſtro mari. *Idem.*

4. ἀπεράσαι) Elegans vox. Significat ſolo illidere. Origo eadem, quæ illi frequentis apud oratores, ἐξέρα τὸ ὕδωρ. Videtur autem tranſlata hîc à cottabis Græcorum: de quibus non referam quæ vulgò nota ſunt. Apud Dioſcoridem vox iſti affinis κατεράσαι ſæpe legitur. *Idem.*

5. ἐκείνῳ) mari Euxino. *Idem.*

6. οὐκ ἂν κωλύοιτο, ἡ νῦν) Lege, ἡ νῦν. *Idem.*

7. Ταυτὰ δὲ μεταφέρειν) δεῖ ſupple: quæ ellipſis Ariſtoteli frequens. Pertinent hæc ad Stratonis πόρισμα. *Idem.*

8. καὶ ταῖς ἐπικλύσεσιν αὐτῶν) Falſa lectio: nec diu pugnabo, ut eam deſtruam. Lege, ἐπικλίσεσι. Sic paulò antè ἔδαφος ἐπικλινές. *Idem.*

9. οὐκ ἀπίθανον, κατ' αὐτοὺς) Imò hoc ipſi cenſent *Idem.*

10. λίμνην πρότερον εἶναι συνέβαινε) An hoc ſequuti poëtæ λίμνην & paludem pro mari toties poſuerunt ? *Idem.*

11 ἐκ καταρρακτῶν ἐπαυξομένην ἀεὶ) Lego, ὡς ἐκ καταρρακτῶν, ἐπαυξομένην δὲ ἀεὶ καὶ μᾶλλον. De hoc loquendi genere ſuprà diximus. *Idem.*

12. Οὐ φυσικὸν δ' ὅλως) Nunc de eo Stratonis errore agit, in quo verſari eum ſupra indicavit, & quid inter naturam fluviorum & maris interſit docet: ait autem, οὐ φυσικόν. Stratonem perſtringes, qui Phyſicus audire voluit. *Idem.*

13. Οἱ δὲ πορθμοὶ ῥευματίζονται.) Fretorum argumento utebatur Strato, ut probaret etiam marium, D ſicut fluminum ἀπὸ μετεώρων τόπων εἶναι τὴν ῥύσιν. Nam quia perpetuo motu agitari freta certum eſt: dicebat Strato cauſam ejus rei eſſe τὴν πρόσχωσιν, limum quem mare fluens ſecum vehat: non ſecus ac de fluminibus apud omnes conſtat. Ipſum igitur cauſæ jugulum petit Strabo. ῥευματίζεσθαι autem non inundationem, ſed continuam fretorum agitationem ſignificat: philoſophus verbo ῥέειν ſimpliciter id ſignificavit libro Meteor. ſecundo: c. 1. ubi cauſam hujus rei τὴν ταλάντωσιν in omni mari, ſed in anguſto magis perſpicuam eſſe docet. ῥέουσα δὲ, inquit, ἡ θάλαττα φαίνεται κατὰ τὰς στενότητας, εἴπου διὰ τὴν περιέχουσαν γῆν εἰς μικρὸν ἐκ μεγάλου συνάγεται πελάγους, διὰ τὸ ταλαντεύεσθαι δεῦρο κἀκεῖ πολλάκις· εἰ δὲ διὰ τὴν στενότητα τῆς γῆς ὀλίγον ἐπέχει τόπον, ἀναγκαῖον τὴν ἐν τῷ πελάγει μικρὰν ταλάντωσιν ἐκεῖ φαίνεσθαι μεγάλην. At Strabonis hæc diſputatio tota eſt ἀνασκευα-

A fretorum inundatio ab alia cauſa dependet, non ab eo quod [1] ingeſto à fluviis cœno fundum pelagi exaggeret. Iſti enim aggeres, quibus mare excluditur, ad ipſa fiunt fluviorum oſtia: ſicut Stethe, quæ dicuntur ad Iſtri oſtia, & Salmydeſſus, adjuvantibus hoc etiam aliis torrentibus: ad Phaſidis exitum maritima Phaſidis ora, arenoſa humilis ac mollis: ad Thermodontem & Irin tota Themiſcyra, campus Amazonum, & major pars Sidenes: itaque etiam alii fluvii. Omnes enim Nilum imitantur, continenti adjungendo objectum oſtiis ſuis fretum, alii magis, alii minùs: minus, qui non multum cœni deferunt, magis, qui multum, & qui per molles tranſeunt
B agros, ac multos excipiunt torrèntes. Qualis eſt etiam Pyramus, qui Ciliciæ magnam adjecit partem: de quo etiam tale editum eſt oraculum.

*Iſthæc evenient, vaſtis quo Pyramus undis*
*Tempore, profuſo continget litore Cyprum.*

Navigabilis enim ille ex mediis Cataoniæ campis effunditur, ac delatus per Tauri anguſtias in Ciliciam, in fretum quod inter hanc & Cyprum eſt, exit. Quòd autem terra, quæ à fluminibus defertur, [8] non videtur in mare prodire,

A ῥευματίζονται κατ' ἄλλον τρόπον· οὐ διὰ τὸ τὴν ἰλὺν τὴν ἐκ τῶν ποταμῶν πρόσχουν τὸν τοῦ πελάγους βυθόν. Ἡ γὰρ πρόσχωσις περὶ αὐτὰ συνίσταται τὰ στόματα τῶν ποταμῶν· οἷον περὶ μὲν τὰ τοῦ Ἴστρου, τὰ λεγόμενα Στήθη, καὶ ἡ Σκυθῶν ἐρημία, [2] καὶ ὁ Σαλμυδησσός, καὶ ἄλλων χειμάρρων συνεργούντων πρὸς τοῦτο· περὶ δὲ τὰ τοῦ Φάσιδος ἡ Κολχικὴ παραλία, δίαμμος, καὶ ταπεινὴ, καὶ μαλακὴ οὖσα. [3] περὶ δὲ τὸν Θερμώδοντα, καὶ τὸν Ἶριν ὅλη Θεμίσκυρα, τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον, καὶ τῆς Σιδηνῆς τὸ πλέον· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. [4] Ἅπαντες γὰρ μιμοῦνται τὸν Νεῖλον, ἐξηπειροῦντες τὸν πρὸ αὐτῶν πόρον· οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον·
B ἧττον μὲν, οἱ μὴ πολλὴν καταφέροντες τὴν ἰλύν· μᾶλλον δὲ, οἱ πολλήν τε, καὶ μαλακόγειον χώραν ἐπιόντες, καὶ χειμάρρους δεχόμενοι πολλούς· [5] ὧν ἐστι καὶ ὁ Πύραμος, ὁ τῇ Κιλικίᾳ πολὺ μέρος προσθείς· ἐφ' οὗ καὶ λόγιον ἐκπέπτωκέ τι τοιοῦτον·

Ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε Πύραμος εὐρυοδίνης P. 53.
Ἠϊόνα προχέων ἱερὴν [6] ἐς Κύπρον ἵκηται.

Ἐκ μέσων γὰρ τῶν τῆς Καταονίας πεδίων ἐνεχθεὶς πλωτὸς, καὶ διεκπεσὼν διὰ τῶν τοῦ Ταύρου στενῶν εἰς τὴν Κιλικίαν, ἐκδίδωσιν εἰς τὸν πρὸ ταύτης τε, καὶ τῆς Κύπρου πόρον. [7] Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ φάνειν τὴν χοῦν εἰς τὸ πέλαγος προϊοῦσαν τὴν ὑπὸ τῶν ποταμῶν κάτω φερομένην,

*σκευαστική.* Nam contentus negare hujus *ῥύσεως* ſive *ῥευματισμοῦ*, cauſam eſſe quam putavit Strato: veram ipſe non docet: ſed quomodo *ἡ πρόσχωσις* cauſa eſſe nequeat quod ille volebat, pluribus explicat. Porrò quem *ῥευματισμὸν* Strabo appellat, vulgò *rheuma* vocabant. Auctor Vegetius libro v. cap. 12. *Idem.*

C

1. Ingeſto à fluviis cœno) *Qui hunc locum cum antecedentibus & tota diſputatione conferet, facilè videbit pro τὴν ὕλην me rectè repoſuiſſe ἴλην. quod feminini generis eſſe cum aliàs conſtat, tum Plutar. disertè ἀνατυραττομένην ἴλην dixit præceptis tuendæ valetudinis. fretorum inundatio autem mihi eſt, quòd Straboni ῥευματίζεσθαι, & de eo videtur loqui, quod freta cum aliquando ſiccum eſſent, eliſa maris aqua inundantur atque maris æſtum perferunt.* Xyland.

2. *καὶ ὁ Σαλμυδησσὸς*) Ergo Salmydeſſus ad oſtia Iſtri? hoc ego non concoquo: niſi quis dicat Strabonem ut & Ariſtotelem interdum, minus accuratum in exemplis. Sed locus ita potius accipiendus,
D ut poſt *ἐρημία* ſit diſtinctio: & Salmydeſſus nihil ad Iſtrum pertinere intelligatur. Sanè Salmydeſſum fluvium eſſe in eo tractu, quem ſuprà deſcripſimus & Salmydeſſum vocari diximus, auctores ſunt veteres nonnulli. Inde ſuſpicari poſſit aliquis, legendum hic eſſe, *καὶ περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν ὁ Σαλμύδησσος, καὶ ἄλλον*, &c. Docti viri cogitent. *Caſaub.*

3. *περὶ δὲ τὸν Θερμώδοντα, καὶ τὸν Ἶριν*) Commentarium ſi quis petat in hunc locum, legat quæ ſcribit doctiſſimus Apollonii ſcholiaſtes, iſta interpretans libro ſecundo, v. 965.

*Λεῖπον Ἅλυν ποταμὸν, λεῖπον δ' ἀγχίῤῥοον Ἶριν*
*Ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθονός.*

*Receſſit Alys fluvius, receſſit vicinus Iris*
*Et ſoli Aſſyrii aggeſtus fluvialis.* Idem.

4. *Ἅπαντες γὰρ μιμοῦνται τὸν Νεῖλον*) Vide præter alios Herodotum Euterpe c. 10. *εἰσὶ δὲ* inquit ille *καὶ ἄλλοι ποταμοὶ, οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεες οἵτινες ἔργα ἀποδεξάμενοι μεγάλα εἰσί.* [Porrò autem, ut verum eſt fluvios omnes Nilo ſimiles eſſe, limumque trahere ſecum: ita verum eſt, & quod ait Dionyſ. poëta, his carminibus, v. 228.

*Οὐ γάρ τις ποταμῶν ἐναλίγκιος ἔπλετο Νείλῳ*
*Οὔτ' ἰλὺν βαλέειν, οὔτε χθονὸς ὄλβον ἀέξειν.*]

*Non enim quiſquam fluviorum par eſt Nilo*
*Neque ad limum projiciendum, neque ad ſoli felicitatem (fertilitatem) augendam.* Idem.

5. *ὧν ἐστι καὶ ὁ Πύραμος*) Vide libro XII. p. 536. *Idem.*

6. *Ἐς Κύπρον ἵκηται*) ſignificat auctor carminis futurum, ut annectatur Cyprus continenti aut continens potius aggeſtione limi, quem devehit Pyramus, creſcat ad Cyprum. Verum id neque adhuc evenit, nec eventurum eſſe aliquando quicquam hodie indicio eſt. *Idem.*

7. *Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ φάνειν τὴν χοῦν*) Malè quidem legitur *φάνειν*, quæ vox eſt nihili: ſed nec *φαίνεσθαι*, quod interpreti placuit, eſt melius: Lege, *φθάνειν*,
D ut eſt etiam in libris ſcriptis. Cauſa inquit, cur non poſſit progredi ulterius in mare limus, quem flumina advehunt: ait autem *τὴν χοῦν*, quum *τὸν χοῦν* ſit uſitatius: Notant hoc Grammatici, *ὁ χοῦς* ajunt, *τὸ μέτρον, ἀεὶ ἀρσενικῶς, ὁ δέγε τῆς γῆς, καὶ θηλυκῶς εὕρηται παρὰ τῷ γεωγράφῳ.* Idem tamen *τὸν χοῦν* ſæpe dicit. *Idem.*

8. Non videtur in mare prodire.) *τοῦ μὴ φάνειν. quod rectum eſſe nunquam facilè mihi perſuadebitur. Cauſam reddit, cur terra, quam fluvii egerunt, non in mare protrudatur, ſed prope oſtia fluviorum ſubſidat. κινουμένη quin ſit legendum, non κινουμένην, nemo ſanus dubitabit, νηνεμίαν mox verti* malaciam, *quo vocabulo ventorum ceſſationem etiam Cæſar extulit, lib.* III. 15. *de bello Gallico, & interpres haud dubiè uſus fuit hac voce, quam librarius cum non noſſet, ridiculè in malitiam mutavit paulo inferius.* Xyland.

τὸ τὴν θάλατταν ἀναπώθειν αὐτὴν εἰς τοὐπίσω, παλίῤῥουν φύσει. 1 Ἔοικε γὰρ τοῖς ζώοις, καὶ καθάπερ ἐκεῖνα συνεχῶς ἀναπνεῖ τε καὶ ἐκπνεῖ, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αὐτὴ, ἐξ αὐτῆς τε καὶ εἰς ἑαυτὴν συνεχῶς παλινδρομικήν τινα * κινουμένη κίνησιν. 2 Δηλοῖ δὲ τῷ ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἑστῶτι κατὰ τὴν κυμάτωσιν· ἅμα γὰρ κλύζονται οἱ πόδες καὶ γυμνοῦνται, καὶ πάλιν κλύζονται, καὶ τοῦτο συνεχῶς· 3 τῷ δὲ κλύδωνι καὶ κῦμα ἐπιτρέχει, 4 κἂν γαληνότατον ᾖ ἐπιφερόμενον ἔχει τινὰ βίαν πλείω, καὶ ἀποῤῥίπτει πᾶν τὸ ἀλλότριον εἰς τὴν γῆν,

* Malè κινουμένην vulgo.

-- Πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευε.

Μᾶλλον μὲν οὖν 5 ἐν ἀνέμῳ συμβαίνει τοῦτο· ἀλλὰ καὶ ἐν νηνεμίᾳ, 6 καὶ ἐν ἀπογαίοις πνεύμασιν. οὐδὲ γὰρ ἧττον ἐπὶ γῆν φέρεται τὸ κῦμα ὑπεναντίως τῷ ἀνέμῳ, 7 ὡς ἂν ἰδίαν τινὰ τῆς θαλάττης τὴν κίνησιν συγκινούμενον αὐτῇ· τοιοῦτο ἐστὶ καὶ τὸ,

Iliad. δ. 425.

-- Ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην·

Καὶ τὸ,

Iliad. ρ. 265.

Ἠϊόνες βοόωσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω.

8 Ἡ μὲν οὖν ἔφοδος τοῦ κύματος ἔχει τινὰ βίαν, 9 ὥστ' ἀπωθεῖσθαι τὸ ἀλλότριον. Καὶ δὴ καὶ

A hæc cauſa eſt, quod mare ſuapte natura refluens eam retro relidit. Sicut enim animalia continenter ſpirant atque expirant, ita & mare eodem modo in ſeipſum atque è ſeipſo reciprocum quendam abſque intermiſſione patitur motum. Itaque in litore ſtans aliquis ad alluvionem maris, ſentire eum poteſt. ſimul enim & aqua teguntur pedes, & nudantur, & rurſum teguntur, idque continenter. Cum fluctuatione quoque unda fertur: quæ, etſi placidiſſimè ingruat, vim tamen habet B quandam majorem, & omnia aliena in terram rejicit:

*—multámque extra mare propulit algam.*

Magis quidem hoc fit flante vento: ſed tamen etiam in malacia, & ſpirantibus à terra ventis. nihilominus enim tum fluctus quaſi adverſans vento ad terram fertur, utpote qui proprium maris motum comitetur. Huc pertinet illud quoque:

*—extremaque litora circum*
*Tollitur incurvus, rorem maris & ſpuit alti.*

C Item,

*Eructante ſalo raucam dant litora vocem.*

Undæ igitur acceſſio vim habet quandam, ita ut aliena repellat. Atque hanc

1. ἔοικε γὰρ τοῖς ζώοις) Athenodori fuit hæc ſententia, ut ait libro tertio. p.173. & 174. Solini autem verba erunt inſtar commentarii c.26. *Phyſici autumant mundum animal eſſe, eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum, moveri ſpiritu, regi mente: quæ utraquè diffuſa per membra omnia externæ molis vigorem exerceant: ſicut ergo in corporibus noſtris commercia ſunt ſpiritalia, ita in profundis Oceani nares quaſdam mundi conſtitutas, per quas emiſſi anhelitus vel reducti, modo efflent maria, modo revocent.* Lunæ hoc alii verius tribuunt, ut infrà dicemus. *Caſaub.*

2. δηλοῖ δὲ) Scribe, Δῆλον δὲ τῷ. *Idem.*

3. τῷ δὲ κλύδωνι, καὶ κῦμα ἐπιτρέχει) Diſtinguit inter κλύδωνα & κῦμα, rectè. Sunt enim diverſa. Κλύδων in mari perpetuus, κῦμα mari agitato proprium: nunquam tamen ita tranquillum eſt mare, quin aliqua ſit unda, quæ κλύδωνα comitetur: ideo κύματα κλύζειν dicunt poëtæ: unde κλύδων. *Idem.*

4. κἂν γαλήνοτατον ᾖ) Lege, ὃ κἂν γαληνότατον ᾖ, ἐπιφερόμενον ἔχει τινὰ βίαν πλείω: majorem vim habet unda ingruens, quàm recedens ſcilicet, ut ex ſequentibus apparet. *Idem.*

5. ἐν ἀνέμῳ) Locutio elegans, pro ἐν καιρῷ ἂν ἀνέμου. Similiter lib. IV. ἐν τοῖς ἡλίοις pro lucente ſole, & apparente. *Idem.*

6. καὶ ἐν ἀπογαίοις πνεύμασι) Flatus diſtinguit à ventis. Plinius libro ſecundo, capite 43. *Simili modo ventos vel potius flatus, poſſe & ex arido ſiccoque halitu terræ gigni non negaverim: poſſe & aquis aëra expirantibus.* Idem de apogæis flatibus paullò poſt: *Namque & è fluminibus ac nivibus, & è mari videmus & quidem tranquillo, & alios, quos vocant Altanos, è terra conſurgere. Qui quidem cum è mari redeunt, tropæi vocantur: ſi pergunt apogæi.* Ex quibus verbis planum eſt cur dixerit Strabo ἐν νηνεμίᾳ καὶ ἀπογαίοις πν. De tropæis & apogæis plura philoſophus. *Idem.*

7. ὡς ἂν ἰδίαν τινὰ τῆς θαλάττης) hoc eſt, quum D moveantur hi fluctus motu quodam, qui mari eſt proprius. Mare dupliciter movetur: vi ventorum, & propria virtute: ait συγκινούμενον, quod ita accipiendum, συγκινουμένου τοῦ κύματος τῷ ἀνέμῳ, movente ſe fluctu unà cum vento. αὐτῷ igitur legendum non αὐτῇ: & ita vetus interpr. Ἰδίαν κίνησιν vocat, quam philoſophus ταλάντωσιν. auctor Epitomes, homo non imperitus, appellat προαιρετικὴν, elegantiſſimè. Sic in ſphæris κίνησις προαιρετικὴ vocatur ab Aſtrologis motus, qui eſt unicuique propius; & opponitur τῇ κινήσει τῇ διὰ τὴν ἐμπεριοχήν. *Idem*

8. ἡ μὲν οὖν ἔφοδος τοῦ κύματος) repetit illa, ἐπιφερόμενον ἔχει τινὰ βίαν πλείω. *Idem.*

9. ὥστε ἀπωθεῖσθαι τὸ ἀλλότριον) Idem ſentit interpres Apollonii cujus hæc ſunt verba in ſecundo commentario, τοῦ δὲ κύματος παλίσσυτον ἐλαύνοντος ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἰλὺν συμβαίνει τὴν χώραν ἐπὶ πολὺ παραύξεσθαι. *Idem.*

1. κά-

quidem maris quandam appellant purgationem, qua & cadavera & naufragiorum fragmina ad terram egeruntur. Et receſſio tantum non habet virium, quin cadaver, lignum, aut leviſſimum ſuber in terram fluctus ejiciat, 3 ſic & vicinorum ei locorum in mare excidere, relictis ab unda. Sic itaque pulverem quoque, & aquam cum eo turbatam fluctibus ad terram contingit ejici, adjuvante etiam gravitate,* ut celeriùs deorſum ad terram ſubſidant, quàm in altum propelli ut poſſint: vis enim fluvii vel modicè ultra oſtia progreſſa deſinit. Hac ergo ratione totum mare ingeſta terra complanari poterit, facto à litoribus initio, ſi continentes habeat amnium affluxus: poteritque id evenire, ſi Pontum Sardoo mari profundiorem ponamus, quod ubi profundiſſimum eſt, CIↃ. ulnarum altitudine præditum inventum eſſe menſura, Poſidonius perhibet. Sed hujuſmodi cauſæ explicationem fortaſſis minus aliquis perhibet. Præſtet rationem petere ex iis, quæ manifeſtiora ſunt, & quotidie quodammodo cernuntur. Nam diluvia, terræ motus, eruptiones flatuum, & tumores ſubiti terræ in mari latentis, mare quoque extollunt: ſubſidenteſque in ſe eædem terræ, faciunt ut mare demittatur. Non enim maſſæ quidem, & exiguæ inſulæ efferri è mari poſſunt, magnæ non poſſunt: aut inſulæ poſſunt, continentes non poſſunt: & ſubſidere etiam tam magna quàm parva poſſunt: *quando hiatus etiam, absorptæque habitationes

A [1] κάθαρσίν τινα τῆς θαλάτ]ης ταύτην φασὶ, καθ' ἣν καὶ τὰ νεκρὰ σώματα, καὶ τὰ ναυάγια εἰς γῆν ἐκκυμαίνεται. [2] Ἡ τ' ἀναχώρησις οὐκ ἔχει τοσαύτην βίαν· ὥστε νεκρὸν, ἢ ξύλον ἢ τὸ κουφότατον φελλὸν ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς γῆν ἀναβληθῆναι· οὕτω δὲ καὶ τῶν πλησίον αὐτῇ τόπων εἰς τὸ πέλαγος προσπεσεῖν ὑποληφθέντων ὑπὸ τοῦ κύματος· Οὕτω δὴ καὶ τὴν χοῦν, καὶ τὸ σὺν αὐτῇ τεθολωμένον ὕδωρ ἐκκυμαίνεσθαι συμβαίνει, καὶ τοῦ βάρους ἅμα συνεργοῦντος, ὥστε θᾶτ]ον κατενεχθῆναι πρὸς τὴν γῆν κάτω, πρὶν εἰς τὸ πρόσω πελαγίσαι. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ ποταμοῦ βία παύεται, μικρὸν προελθοῦσα τοῦ

B στόματος. Οὕτω μὲν οὖν [4] ἐνδέχεται προσχωσθῆναι τὸ πέλαγος πᾶν, ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν ἀρξάμενον, ἂν συνεχεῖς ἔχῃ τὰς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐπιρρύσεις. Τοῦτο δ' ἂν συμβαίη [5] κἂν τοῦ Σαρδονίου πελάγους ὑποθώμεθα βαθύτερον τὸν Πόντον, ὅπερ λέγεται τῶν ἀναμετρηθέντων βαθύτατον τοῦ χιλίων ὀργυιῶν, ὡς Ποσειδώνιός φησι. [6] Τὴν P. 54.
μὲν οὖν τοιαύτην αἰτιολογίαν ἧτ]ον ἄν τις ἀποδέξαιτο· μᾶλλον δ' ἀπὸ τῶν φανερωτέρων, καὶ τῶν καθ' ἡμέραν τρόπον τινὰ ὁρωμένων, ἀναπτέον τὸν λόγον. Καὶ γὰρ κατακλυσμοὶ, καὶ σεισμοὶ, καὶ [7] ἀναφυσήματα, καὶ ἀνοιδήσεις τῆς ὑφάλου γῆς, μετεωρίζουσι καὶ τὴν θάλατ]αν. αἱ δὲ συνιζήσεις ταπεινοῦσιν αὐτήν. Οὐ γὰρ μύδροι μὲν

C ἀνενεχθῆναι δύνανται, καὶ μικραὶ νῆσοι, μεγάλαι δ' οὔ· οὐδὲ νῆσοι μὲν, ἤπειροι δ' οὔ· ὁμοίως δὲ καὶ συνιζήσεις, καὶ μικραὶ, καὶ μεγάλαι γένοιντ' ἂν, εἴπερ καὶ τὰ χάσματα, καὶ καταπόσεις χωρίων,

1. *κάθαρσίν τινα τῆς θαλάτ]ης*) Plinius libro ſecundo capite 98. *Omnia plenilunio maria purgantur, quædam & ſtato tempore. Circa Meſſanam & Mylas fimo ſimilia expuuntur in littus purgamenta.* Seneca Naturalium Quæſtionum libro III. c. 26. *Eſt in Cherſoneſo Rhodiorum fons, qui poſt magnum intervallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatuſque eſt. Hoc quibuſdam locis fontes faciunt, ut non tantum lutum aut folia, ſed teſtas quoque, & quicquid putre jacuit, expellant: ubique autem facit mare, cui hæc natura eſt, ut omne immundum ſtercoroſumque littoribus impingat. Quædam verò partes maris id certis temporibus faciunt.* [Ariſtoteles Hiſtoriarum lib. 6. cap. 13. Τοῦ Πόντου καθαιρομένου ἐπιφέρεταί τι κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ὃ καλοῦσι φῦκος, &c. Plutarchus De vitanda ira, τὴν θάλασσαν ὅταν ἐκταραχθεῖσαι τοῖς πνεύμασι τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκον ἀναβάλλῃ, καθαίρεσθαι λέγουσιν.] *Idem.*

D 2. ἥ τ' ἀναχώρησις) Levis menda toti huic loco tenebras ita offudit ut viderint hîc nihil interpretes. Docuit modò undarum ἐφόδῳ fieri ut limus & reliqua id genus è mari propellerentur: nunc ait, τὴν ἀναχώρησιν, quæ contraria eſt ἐφόδῳ, non eſſe tantam, ut quemadmodum hæc foras trudit, ita illa intro vel leviſſimum quicquam admittere poſſit. Quare legendum ita cenſeo, ἡ δ' ἀναχώρησις οὐκ ἔχει τοσαύτην βίαν, ὥστε νεκρὸν, ἢ ξύλον, ἢ τὸ κουφότατον φελλὸν, ὡς ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς γῆν ἀναβληθῆναι, οὕτω δὲ καὶ ἐκ τῶν πλησίον, &c. Sequitur hinc ut limus non poſſit adire fundum maris nec eum immutare, quod Strato voluit. Sic lib. XIV. p. 641. & 642. Epheſino portu diſſerens Geographus, poſtquam docuit deceptos fuiſſe qui, ne oppleretur limo, eum fecerant βραχύστομον, unde factum eſt ut ſtatim oppleretur. Antea verò inquit, hos æſtus maris impediebant ne limus fundum accedere poſſet: foras enim ſemper propellebant. Ἀναχώρησιν igitur ἐφόδῳ facit contrariam. Thucydides verò ἐπαναχώρισιν κύματος vocat lib. III. c. 88. τὴν ἐξόρμησιν ἐπὶ τὴν γῆν. *Idem.*

3. Sic & vicinorum.) *Aſteriſco notavi locum haud dubiè mutilum.* Xyland.

4. ἐνδέχεται προσχωσθῆναι τὸ πέλαγος πᾶν) Non dicit poſſe totum mare repleri limo, & ita complanari, non inquam hoc dicit; ſed poſſe totum mare limo aggeſto prætexi, ſi fluviorum id mare ingredientium, tanta eſſet vicinitas, ut limus ab uno invectus poſſet conjungi cum limo proximi fluminis. Προχωσθῆναι fortaſſe rectius legeretur, quanquam parum in eo momenti. *Caſaub.*

5. κἂν τοῦ Σαρδονίου πελάγους) Profert hoc exemplum maris altiſſimi. Ariſtoteles Meteor. II. c. 1. auctor eſt maria Σαρδονικὸν καὶ Τυῤῥηνικὸν omnium marium eſſe altiſſima. *Idem.*

6. Τὴν μὲν οὖν τοιαύτην αἰτιολογίαν) Poſtquam Stratonis evertit ſententiam, ſuam nunc ipſe explicat pluribus ac confirmat. *Idem.*

7. ἀναφυσήματα) Plinius egeſtas moles appellat, libro ſecundo capite 75. *Idem.*

καὶ κατοικιῶν, ὡς [1] ἐπὶ Βούρας τε, καὶ Βιζώνης, A
καὶ ἄλλων πλειόνων * ὑπὸ σεισμῶν γενέσθαι φασί·

* Manuſſ. ὑπὸ σεισμοῦ

καὶ τὴν Σικελίαν οὐδέν τι μᾶλλον [2] ἀπορρῶγα τῆς Ἰταλίας εἰκάζοι τις ἄν, ἢ [3] ἀναβληθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς ἐκ βυθοῦ, συμμεῖναι. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰς Λιπαραίων νήσους, καὶ Πιθηκούσας. Ο δ᾽ οὕτως ἡδύς ἐστιν, [4] ὥστε καὶ μαθηματικὸς ὤν, οὐδὲ τὴν Ἀρχιμήδους βεβαιοῖ δόξαν ὅτι φησὶν ἐκεῖνος [5] ἐν τοῖς περὶ τῶν ὀχουμένων, παντὸς ὑγροῦ καθεστηκότος, καὶ μένοντος, τὴν ἐπιφάνειαν σφαιρικὴν εἶναι, [6] σφαίρας ταὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ γῇ. Ταύτην γὰρ τὴν δόξαν ἀποδέχονται πάντες οἱ μαθημάτων πως ἁψάμενοι. Ἐκεῖνος δὲ τὴν ἐντὸς θάλατταν, καίπερ μίαν οὖσαν, B ὥς φησιν, οὐ νομίζει ὑπὸ μίαν ἐπιφάνειαν τετάχθαι, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς σύνεγγυς τόποις. Καὶ μάρτυράς γε τῆς τοιαύτης ἀμαθίας ἀρχιτέκτονας ἄνδρας ποιεῖται· καίτοι τῶν μαθηματικῶν καὶ [7] τὴν ἀρχιτεκτονικὴν μέρος τῆς μαθηματικῆς ἀποφηναμένων. [8] Φησὶ γὰρ καὶ Δημήτριον διακόπτειν ἐπιχειρῆσαι τὸν τῶν Πελοποννησίων ἰσθμόν, πρὸς τὸ παρασχεῖν διάπλουν τοῖς στόλοις· [9] κωλυθῆναι δ᾽ ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων ἀναμετρησάντων, καὶ ἀπαγγειλάντων μετεωροτέραν τὴν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ θάλατταν τῆς κατὰ Κεγχρέας εἶναι. ὥστε εἰ διακόψει τὸ μεταξὺ χωρίον, ἐπικλυσθῆναι ἂν ἅπαντα τὸν περὶ Αἴγιναν πόρον, καὶ τὴν Αἴγιναν, καὶ αὐτὰς τὰς πλησίον C νήσους, καὶ μηδὲ τὸν διάπλουν ἂν γενέσθαι χρήσιμον. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ τοὺς εὐρίπους ῥοώδεις εἶναι, μάλιστα δὲ τὸν κατὰ Σικελίαν πορθμὸν ὅν φησιν

A & urbes, ut Bura, Bizona, aliæque plures terræ motibus abſorptæ feruntur. & Siciliam nihilo magis fruſtum ab Italia abruptum judicari poteſt, quam vi Ætnæi ignis rurſum è profundo projectam ita cohæſiſſe: itemque inſulas Liparæorum & Pithecuſas. Eratoſthenes autem adeò venuſtus eſt, ut tametſi 4 mathematicum ſe profiteatur, tamen Archimedis repudiet ſententiam, qui in libro de iis, quæ vehuntur, pronunciat, omnis humidi quod conſiſtat ac permaneat, ſuperficiem eſſe ſphæricam, ejuſque ſphæræ idem eſſe quod terræ centrum. quam ſententiam approbant omnes, qui mathematica attigerunt. At noſter, B mare internum, quamquam ſit unicum, ipſo etiam teſte, unica comprehendi circumferentia negat, aut eadem cum propinquis locis. Atque huius ſuæ inſcitiæ teſtes laudat architectos, cùm architecturam quoque partem mathematum eſſe mathematici dicant. Dicit enim & Demetrium conantem Iſthmum Peloponneſiacum diſcindere, ut tranſitum claſſibus aperiret, prohibitum fuiſſe ab architectis, dimenſis, & renunciantibus, mare quod eſt in ſinu Corinthiaco, celſius eo eſſe quod ad Cenchreas: itaque ſi intercapedinem horum divideret, fore ut quidquid eſt ad Æginæ trajectum ſitum, & ipſa adeò C Ægina vicinæque inſulæ aquis obruerentur, illaque per Iſthmum navigatio eſſet futura inutilis. Hanc eandem ob cauſam Euripos quoque eſſe fluctuoſos: maximè Siculum fretum, quod

1. *ἐπὶ Βούρας*) De Bura & Helice, conſule Plinium II. c. 92. Pauſaniam lib. VII. c. 25. alios. de Bizone Strabo lib. VII. p. 319. *Idem.*

2. *ἀπορρῶγα τῆς Ἰταλίας*) ut magna pars auctorum ſentit. *Idem.*

3. *ἀναβληθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς*) Pindarus de Ætna ſic canit, Pyth. Od. 1.

*—— ἀλλ᾽ ἐν ὄρφναισι πέτρας*
*Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ, ἐς βαθεῖ-*
*αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.*

Virgilius, Aen. III. 575.

*Interdum ſcopulos avulſaque viſcera montis*
*Erigit eructans, liquefactaque ſaxa ſub auras*
*Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo.* Idem.

4. Mathematicum ſe profiteatur.) *Ὥστε καὶ μὴ μαθηματικὸς ὤν. μὴ omitto aut etiam in περ verto. Nam certè fuit mathematicus, & ne cætera dicam, vel Suidas teſtatur eum aſtronomica ſcripſiſſe. Et hoc ipſo nomine reprehenditur, quod homo mathematicus à doctrina mathematica diſſenſerit: quod earum rerum rudi non perinde vitio daretur.* Xyland.

4. *ὥστε καὶ μαθηματικὸς ὤν*) Lege ut rectè conjicit Xylander, *καί περ μαθηματικὸς ὤν*. Sic ſolet Strabo & quid dicatur, & à quo attendere. Tale illud ſupra de Callimacho *καί περ γραμματικὸς ὤν*. vulgo *καὶ μὴ μαθ.* *Caſaub.*

5. *ἐν τοῖς περὶ τῶν ὀχουμένων*) Extat hodiéque (quanquam Latine tantum editus) hic liber. Sic libro XV. *ταῦτα μὲν οὖν φυσιολογίας ἔχεταί τινος, καὶ τῆς περὶ τῶν ὀχουμένων πραγματείας.* *Idem.*

6. *σφαίρας ταὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ γῇ*) Ait aquam & terram habere idem centrum. Mathematici in hoc diſtinctione utuntur. Centrum enim eſſe volunt duplex, Gravitatis, & Magnitudinis. De centro igitur gravitatis hoc concedunt: De centro magnitudinis negant. *Idem.*

7. *τὴν ἀρχιτεκτονικὴν μέρος τῆς μαθηματικῆς*) Vitruvius libro primo cap. primo de Architectura: *Ea naſcitur ex fabrica & ratiocinatione*, hoc eſt, *τῆς μηχανικῆς καὶ λογιστικῆς*. Vide locum, & alibi. *Idem.*

8. *φησὶ γὰρ καὶ Δημήτριον*) Tentatum non à D Demetrio tantum, ſed aliis quoque poſt eum. Plinius IV. cap. 4. *Quam ob cauſam perfodere navigabili alveo anguſtias tentavere Demetrius rex, Dictator Cæſar, C. princeps, Domitius Nero, infauſto, (ut omnium apparuit exitu) incepto.* De Cæſare id teſtantur Plutarchus, & Dio libro XLIV. itémque Suetonius. c. 44. De Neronis conatu hiſtoriam texunt Lucianus in cognomine dialogo, & in vita Apollonii Philoſtratus libro IV. *Idem.*

9. *κωλυθῆναι δ᾽ ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων*) Ægyptii videntur fuiſſe hi architecti: ita certè eos vocat Lucian. eandem rem ſic referens: *Ἔφασαν δὲ τοὺς γεωμετροῦντας τῆς ἑκατέρας θαλάττης τὰς φύσεις, οὐκ ἰσοπέδοις αὐταῖς συντυχεῖν, ἀλλ᾽ ὑψηλοτέραν ἡγουμένοις τὴν ἐκ τοῦ Λεχαίου περὶ τῇ Αἰγίνῃ δεδοικέναι· πελάγους γὰρ τοσούτου νήσῳ ἐπιχυθέντος, κἂν ὑποβρύχιον ἀπενεχθῆναι τὴν Αἴγιναν.* *Idem.*

eodem quo Oceanum modo æſtibus agitari dicit: bis enim quotidie mutare fluctum, ſicut & Oceanus quavis die ac nocte bis exundat atque in ſe refluit. Exundationem quidem fatendum eſt, aquis à Tyrrheno mare ad Siculum tanquam à ſublimiore ſuperficie delatis fieri: atque hic æſtus deſcendens nominatur: fatendum etiam, eodem eum tempore incipere atque deſinere, quo maris affluxus: incipit enim oriente atque occidente Luna, deſinit cùm ea ad medium cœli ſive ſupra ſive infra terram applicat: itemque refluxus ejus freti eſt, quem contra abeuntem vocant, qui utroque Lunæ ad medium cæli appulſu, init ſicut mare reſorbitio, & ceſſat Luna oriente vel occidente. Cæterùm de maris hac æſtuatione ſufficiunt, quæ à Poſidonio ſunt & Athenodoro dicta. De fretorum autem fluxu ac refluxu, cùm ipſi quoque magis phyſicam cauſam habeant, hoc pro inſtituto noſtro dixiſſe ſufficiet, non unum eſſe in univerſum modum æſtus fretis omnibus: alioqui non Siculum bis quotidie mutaretur, ſicut ipſe fieri fatetur, Chalcidicum ſepties, Byzantinum nunquam: id enim ſolum ſemper è Pontico mari in Propontidem effluxum habet: & Hipparcho ſi credimus, aliquando etiam ſubſtitit. Neque verò, ſi omnium eſſet fretorum eadem ratio, ab hac cauſa id penderet quam Eratoſthenes ponit, nempe quòd alia atque alia eſſet marium, quæ utrinque ſunt, ſuperficies. Nam nec fluminibus quidem hoc accideret, niſi ea haberent catarractas: quæ autem hoc habent, non viciſſim refluunt, ſed ad humiliora identidem loca deferuntur: idque evenit, quia fluxus eorum inclinatus eſt, & inclinata ſuperficies.

A ὁμοιοπαθεῖν ταῖς κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πλημμυρίσι τε, καὶ ἀμπώτεσι· δίς τε γὰρ μεταβάλλειν τὸν ῥοῦν ἑκάστης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καθάπερ τὸν Ὠκεανὸν, δὶς μὲν πλημμυρεῖν, δὶς δὲ ἀναχωρεῖν. Τὴν μὲν οὖν πλημμυρίδα δεῖ ὁμολογεῖν τὴν p. 55. ἐκ τοῦ Τυῤῥηνικοῦ πελάγους εἰς τὸ Σικελικὸν καταφερομένην, ὡς ἂν ἐκ μετεωροτέρας ἐπιφανείας, ὃν δὴ καὶ κατιόντα ὀνομάζεσθαι· ὁμολογεῖν δ' ὅτι καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἄρχεταί τε, καὶ παύεται καθ' ὃν αἱ πλημμυρίδες· ἄρχεται μὲν γὰρ [1] περὶ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης, καὶ τὴν δύσιν· λήγει δ' ὅταν συνάπτῃ τῇ μεσουρανήσει ἑκατέρᾳ, B τῇ τε ὑπὲρ γῆς, καὶ τῇ ὑπὸ γῆν τῇ τε ἀμπώτει τὸν ἐναντίον ἐξιόντα καλεῖσθαι, ταῖς μεσουρανήσεσι τῆς σελήνης ἀμφοτέραις ἐναρχόμενον, καθάπερ αἱ ἀμπώτεις, ταῖς δὲ συνάψεσι ταῖς πρὸς τὰς ἀνατολὰς καὶ δύσεις παυόμενον. Περὶ μὲν οὖν τῶν πλημμυρίδων, καὶ τῶν ἀμπώτεων, εἰρήκασιν ἱκανῶς Ποσειδώνιός τε, καὶ Ἀθηνόδωρος. Περὶ δὲ τῆς τῶν πορθμῶν παλιῤῥοίας, ἐχόντων καὶ αὐτῶν φυσικώτερον λόγον· κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τοσοῦτον εἰπεῖν ἀπόχρη, ὅτι οὐδὲ εἷς τρόπος τοῦ ῥοώδεις εἶναι τοὺς πορθμοὺς, ὅγε κατ' εἶδος· οὐ γὰρ ἂν ὁ μὲν Σικελικὸς δὶς ἑκάστης ἡμέρας μετέβαλλεν, ὡς οὗτος φησιν, [2] ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις, [3] ὁ δὲ C κατὰ Βυζάντιον οὐδὲ μετέβαλλεν, ἀλλ' ἢ διετέλει τὸν ἔκρουν ἔχων μόνον, τὸν ἐκ τοῦ Ποντικοῦ πελάγους εἰς τὴν Προποντίδα· [4] ὡς δὲ Ἵππαρχος ἱστορεῖ καὶ μονάς ποτε ἐποιεῖτο. Οὔτ' εἰ τρόπος εἷς εἴη, ταύτην ἂν ἔχοι τὴν αἰτίαν ἥν φησιν ὁ Ἐρατοσθένης, ὅτι ἡ ἐφ' ἑκάτερα θάλαττα ἄλλην καὶ ἄλλην ἐπιφάνειαν ἔχει· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ποταμῶν τοῦτο γένοιτ' ἂν, εἰ μὴ καταῤῥάκτας ἔχοιεν· ἔχοντες δὲ οὐ παλιῤῥοοῦσιν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἀεὶ φέρονται.

1. Περὶ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης) Inde veterum opinio, Lunæ vi & poteſtate Oceanum hos æſtus pati. Vide Plinium II. c 97. & Solinum. Apud M. Tullium de N. D. II. c. 7. Balbus Stoicus diſputans mundum eſſe animantem. *Poſſentne*, inquit, *æſtus maritimi fretorumque anguſtiæ ortu aut obitu Lunæ commoveri.* Caſaub.

2. ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις) Si ἑπτάκις hic debet accipi, ut δὶς paullò ante, verè dixerit Mela II. c. 7. Euripum alterno curſu ſepties die ac ſepties nocte fluctibus invicem verſis fluere: idémque diſertim ait Seneca Hercule Oetæo. ℣. 779. Ego vero exiſtimo eos, qui primi de Euripo ita ſcripſere aut locuti ſunt, finito numero pro infinito, ut fit, uſos. Habeo enim auctorem Livium, qui ita ſentit, cujus hæc ſunt verba libro XXVIII. c. 6. *Et fretum ipſum Euripi non ſepties die ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat: ſed temerè in modum venti, nunc hùc nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur.* Ut Livio aſſentiar facit auctorum inconſtantia hac in re: dum alii ſepties, alii bis ſepties, alii ſexies tantum ἐντὸς νυχθημέρου, Euripi fluctus reciprocari volunt. Nam ſexies etiam ſunt qui dicant: Antiphilus

D Byzantius poëta elegantiſſimus, Floril. l. I. c. 36.

Εὐβοϊκοῦ κόλποιο παλινδίνητε θάλασσα,
  Πλαγκτὸν ὕδωρ, ἰδίοις ῥεύμασιν ἀντίπαλον,
Ἠελίῳ κὴν νυκτὶ τεταγμένον, ἐς τρὶς ἄπιστον
  Ναυσὶν ὅσον πέμπεις χεῦμα δανειζόμενον,
Θαῦμα βίου, θαμβῶντε τὸ μυρίον, οὐδὲ ματεύω
  Σὴν στάσιν, ἀῤῥήτῳ ταῦτα μέμηλε φύσει. *Idem.*

3. ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον οὐδὲ μετέβαλλεν) Plinius II. c. 97. *Pontus ſemper extra meat in Propontidem, introrſus in Pontum nunquam refluo mari:* Idem libro IV. cap. 13. *Non eſt omittenda multorum opinio, priuſquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia interiora illo capite naſci non Gaditano freto exiſtimavère, haud improbabili argumento: quoniam æſtus ſemper è Ponto profluens nunquam reciprocetur.* Longè tamen aliter Polybius libro quarto, ubi & rapiditatem hujus freti, & varias μεταβολὰς pluribus deſcribit: Eum adi. Legendum autem ἢ tantum, non ἀλλ' ἢ. *Idem.*

4. ὡς δὲ Ἵππαρχος ἱστορεῖ καὶ μονὰς ἐποιεῖτο) Planudes, cujus excerpta è Strabone quædam habui, videtur aliter legiſſe hunc locum: habet ille pro his, μονὴν δὲ οὐδεὶς ποιεῖται. Sed ego lectionem vulgatam probo. *Idem.*

1. Ergo

D Καὶ τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ κεκλιμένον εἶναι τὸ ῥεῦμα, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. πελάγους δὲ τίς ἂν φαίη κεκλιμένην ἐπιφάνειαν; καὶ μάλιστα κατὰ τὰς σφαιροποιούσας ὑποθέσεις τὰ τέσσαρα σώματα, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖα φαμέν. [2] Ὥστ' οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας, ἀλλ' οὐδὲ καθεστῶτας, καὶ μένοντας, συῤῥοίας μὲν ἐν αὐτοῖς οὔσης, μὴ μιᾶς δὲ ἐπιφανείας, ἀλλὰ τῆς μὲν ὑψηλοτέρας, τῆς δὲ ταπεινοτέρας. [3] Οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ γῆ κατὰ ἕξιν ἐσχημάτισται στερεὰ οὖσα, ὥστε καὶ κοιλάδας ἔχειν συμμενούσας, καὶ ἀναστήματα, οὕτω καὶ τὸ ὕδωρ· [4] ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ τὸ βάρος ῥοπῇ τὴν ὄχησιν ἐπὶ τῆς γῆς ποιεῖται, καὶ τοιαύτην λαμβάνει τὴν ἐπιφάνειαν, οἵαν ὁ Ἀρχιμήδης φησίν. B [5] Ἐπιφέρει δὲ τοῖς περὶ τοῦ Ἄμμωνος, καὶ τῆς Αἰγύπτου ῥηθεῖσιν, ὅτι δοκοίη καὶ τὸ Κάσιον ὄρος περικλύζεσθαι θαλάττῃ, καὶ πάντα τόπον, ὅπου νῦν τὰ καλούμενα Γέῤῥα, καθ' ἕκαστά
p.56. τε τεναγίζειν συνάπτοντα τῷ τῆς ἐρυθρᾶς κόλπῳ, συνελθούσης δὲ τῆς θαλάσσης ἀποκαλυφθῆναι. Τὸ δὴ τεναγίζειν τὸν λεχθέντα τόπον συνάπτοντα τῷ τῆς ἐρυθρᾶς κόλπῳ, [6] ἀμφίβολόν ἐστιν· ἐπειδὴ τὸ συνάπτειν, σημαίνει καὶ τὸ σύνεγγυς, καὶ τὸ ψαύειν, ὥστε εἰ ὕδατα εἴη, σύῤῥουν

D Quis autem dixerit pelagi declivem eſſe ſuperficiem? maximè qui ea ſuppoſita ſequatur, quibus quatuor elementa ſphærica eſſe traduntur. [1] Ergo non modò non refluentia, ſed ne conſiſtentia quidem aut manentia, cùm ſit in iis confluentia, non una autem ſuperficies, ſed una celſior, alia humilior. Non enim, ſicut terra habitu ſuo formæ eſt ſolidæ, ita ut cavernas etiam habeat permanentes, itemque eminentes quaſdam partes: ita etiam aqua. Sed ipſo ſuæ gravitatis momento per terram fertur, eamque ſuperficiem nanciſcitur, quam ei Archimedes adſcribit. B Porrò iis, quæ de Ammone & Ægypto dicta ſunt, addit credere ſe Caſium quoque montem mari fuiſſe tectum, & omnia ea loca, ubi nunc ſunt Gerra, in paludibus fuiſſe contiguis mari rubro, mari autem coëunte eſſe detecta. Ambiguum verò eſt, quòd dicitur iſta loca paludibus tecta cum rubro mari fuiſſe contigua: nam contiguum, & propinquum ſignificat, & contingere: ut ſiquidem aquæ fuerunt, intelligantur

1. Ergo non modò.) *Locus mutilus, videtur de fretis loqui.* Xyland.

2. *ὥς τ' οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας*) Concluſio eſt hujus diſputationis de fretorum *παλιῤῥοίᾳ* (adverſus Eratoſthenem, qui ſoli *ἀνωμαλίαν* hujus cauſam eſſe volebat: & maris ejuſdem aliam atque aliam eſſe ſuperficiem fluminum ductus ſimilitudine putabat: in quo errare eum docuit Strabo. Flumina namque propter catarractas poſſunt variam habere *τὴν ἐπιφάνειαν*: iidem tamen nunquam *παλιῤῥοοῦσιν*. Maris verò ſuperficiem unam eſſe & eandem neceſſe eſt, quum hæc ſit quatuor elementorum natura, ut corpore rotundo prædita ſint. Quare, inquit, jam Strabo, ſi maria confluunt & ſic eſt diverſa eorum ſuperficies, ex iis, quæ diximus, intelligere eſt, non modo non poſſe freta hac ratione *παλιῤῥοεῖν*, ſed ne in eodem quidem ſtatu manere: omnino enim neceſſe erit, ut ſimul ac confluent maria, æquetur ſtatim utriuſque ſuperficies. Diligens lector ſuperiora & ſequentia cum his comparans facilè animadvertet hanc eſſe iſtius loci ſententiam. Nam hoc ipſa diſputationis ſeries indicat. Legendum igitur cenſeo, *ὥστε οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας, οἷον εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ καθεστῶτας καὶ μένοντας*, &c. *Caſaub.*

3. *οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ γῆ*) *Λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος.* Potuit aliquis dicere, Quemadmodum terra multa habet & quæ cava ſint, & quæ promineant ac protuberent, quæ nihilominus tamen rotunda dicitur: ſic & maris ſuperficies altior aut depreſſior eſſe poteſt? Reſpondet, Terram quidem, cujus eſt ſolidum corpus, poſſe: Mare verò cujus corpus eſt fluxum, non poſſe. *Idem.*

4. *ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ βάρος ῥοπῇ*) Aquæ natura ea eſt, ut omnes ejus partes ad centrum vergentes è ſublimiori in inferiora perpetuò ferantur: Inferius autem eſt, ad quod à centro minor ducitur linea: hinc ſequitur aquarum ſuperficiem non poſſe aliam eſſe quam rotundam & undique æquabilem: non igitur poteſt, ut vult Eratoſthenes, aliis locis eminere, aliis eſſe depreſſior: quin ne plana quidem eſſe poteſt. Plinius libro ſecundo capite 65. *Contra quod ut ſint plana maria, & qua videntur figura, non* C *poſſe id accidere, magno ſuo gaudio, magnaque gloria inventores Græci ſubtilitate Geometrica docent. Namque cum è ſublimi in inferiora aquæ ferantur, & ſit hæc natura earum confeſſa, nec quiſquam dubitet in littore ullo acceſſiſſe eas, quò longiſſimè devexitas paſſa ſit, proculdubio apparere, quo quid humilius ſit, propius centro eſſe terræ: omneſque lineas quæ emittantur ex eo ad proximas aquas, breviores fieri, quàm quæ ad extremum mare à primis aquis. Ergo totas omnique ex parte aquas vergere in centrum: ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur.* Hæc Plinii diſputatio etſi non eadem omnino eſt cum noſtra, tamen huic loco lucis affert plurimum. *Idem.*

5. *ἐπιφέρει δὲ τοῖς περὶ τοῦ Ἄμμωνος*) Pergit reliqua hujus *ἀποφάσεως* Eratoſthenicæ expendere: Sed hîc, contra quàm hactenus fecerat, tuetur ejus partes, eumque à reprehenſionibus Hipparchi defendit: qui malè quædam Eratoſthenis dicta accipiens, multa in ſequentibus reprehenderat. Ac licet rectè pleraque ab eo eſſent reprehenſa: tamen in eo pec- D caverat Hipparchus, quod quum principia, quæ ab Eratoſth. erant poſita, aut conceſſiſſet, aut non refutaſſet, quæ ille ſuis principiis ſuperſtruxerat, evertere conabatur. Atqui oportuit ea prius evertere quibus ceu fundamentis reliquæ Eratoſth. *ἀποφάσεις* innitebantur. Sic hodie, qui adverſus novum philoſophum diſputant, antequam principia illa everterint, quibus ille fretus bonas artes ſolus intelligit, fruſtra aliquid ſe præſtitiſſe putant. Illa enim, illa eſt *πολυπίδαξ ὕλη, ἀφ' ἧς τὰ κομψὰ βλαστάνει βουλεύματα*: hoc eſt furioſæ debacchationes adverſus præſtantiſſimos quoſque ſcriptores. *Idem.*

6. *ἀμφίβολόν ἐστι*) Non ſanè quòd verbi *συνάπτειν* ſignificatio ambigua ſit, ſed quod eam reddit ambiguam auctorum uſus. Proprie enim *συνάπτειν* dicitur, id quod alteri eſt conjunctum, & aptum. Sed uſus obtinuit ut, *συνάπτειν* dicerentur loca vicina, vide ad lib. nonum. *Idem.*

re: ut ſiquidem aquæ fuerunt, intelligamus confluxiſſe invicem. Atque ego quidem ita accipio, paludes iſtas dicere, eum prope ad mare rubrum acceſſiſſe, dum adhuc occluſæ fuerunt apud columnarum anguſtiæ: quibus perruptis, effluxu per eas mare noſtrum ſubſediſſe, & ſiccatas eſſe paludes. At Hipparchus contiguum eſſe ita intelligit, quaſi ob repletionem mare noſtrum cum rubro confluxiſſet: reprehendenſque Eratoſthenem, quærit aperto per columnas freto ſi noſtrum mare effluxerit, cur non ſimul etiam rubrum mare, quod cum noſtro fuerit continuum, effluxerit, ſed eandem retinuerit ſuperficiem, neque ſubſederit: cùm ipſius quoque Eratoſthenis de ſententia externum mare totum confluat, itaque & occiduum & rubrum mare unum ſint. His dictis hoc concludit, eandem eſſe altitudinem maris, quod eſt extra columnas rubri, unumque cum altero confluxiſſe. Atqui Eratoſthenes negabit ſe hoc dixiſſe, mare noſtrum cum rubro ob repletionem confluxiſſe, ſed tantùm prope ad id acceſſiſſe: negabit ſequi unum & continuum mare eandem habere altitudinem, atque ſuperficiem, ſicut ne noſtrum quidem: atque adeo id quod eſt apud Lechæum & Cenchreas unica vult contineri ſuperficie. Quod cùm ipſe annotaverit Hipparchus in diſputatione ſua contra illum, opinionemque illius habeat cognitam, de ſuo aliquid opponat potiùs, non hoc arripiat tanquam in promptu ſitum, eum qui ait externum mare eſſe continuum, dare etiam hoc unicam eſſe eius ſuperficiem. Præterea falſi arguens inſcriptionem delphinorum de theoris Cyrenæis, cauſam haud probabilem affert: ſcilicet quo tempore Cyrene ſit condita, memoriæ eſſe proditum, oraculum autem illud maritimum aliquando fuiſſe, à nemine commemorari. Quid enim, ſi nemo id narrat, ſed tamen inter indicia ex quibus locum eum fuiſſe aliquando maritimum, delphinorum iſta dedicatio habetur, & de Cyrenæis inſcriptio? Concedens porro ſurſum elato fundo, ſurſum attolli quoque potuiſſe mare & aquis obruere locum uſque ad oraculum,

A εἶναι θάτερον θατέρῳ. Ἐγὼ μὲν ἔν δέχομαι, ἢ τὸ συνεγγίζειν τὰ τενάγη τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ ἕως ἀκμὴν ἐκέκλειστο τὰ κατὰ τὰς στήλας στενά· ἐκραγέντων δὲ, τὴν ἀναχώρησιν γενέσθαι, ταπεινωθείσης τῆς ἡμετέρας θαλάττης διὰ τὴν κατὰ τὰς στήλας ἔκρυσιν. Ἵππαρχος δὲ ἐκδεξάμενος τὸ συνάπτειν ταυτὸν τῷ σύῤῥουν γενέσθαι τὴν ἡμετέραν θάλατταν τῇ ἐρυθρᾷ διὰ τὴν πλήρωσιν, αἰτιᾶται τί δή ποτε οὐχὶ τῇ κατὰ τὰς στήλας ἐκρύσει, μεθισταμένη ἐκεῖσε ἡ καθ᾽ ἡμᾶς θάλαττα, συμμεθίστα καὶ τὴν σύῤῥουν αὐτῇ γενομένην τὴν ἐρυθρὰν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ αὐτῇ διέμεινεν ἐπιφανείᾳ, B μὴ ταπεινουμένη. καὶ γὰρ κατ᾽ αὐτὸν Ἐρατοσθένη τὴν ἐκτὸς θάλατταν ἅπασαν σύῤῥουν εἶναι, ὥστε καὶ τὴν ἑσπέριον, καὶ τὴν ἐρυθρὰν μίαν θάλατταν εἶναι. Τοῦτο δ᾽ εἰπὼν, ἐπιφέρει τὸ ἀκόλουθον τὸ, τὸ αὐτὸ ὕψος ἔχειν, τήν τε ἔξω στηλῶν θάλατταν, καὶ τὴν ἐρυθρὰν, καὶ ἔτι τὴν ταύτῃ γεγονυῖαν σύῤῥουν. Ἀλλ᾽ οὔτ᾽ εἰρηκέναι τοῦτό [1] φησιν Ἐρατοσθένης, τὸ, σύῤῥουν γεγονέναι κατὰ τὴν πλήρωσιν τῇ ἐρυθρᾷ· ἀλλὰ συνεγγίσαι μόνον· οὔτ᾽ ἀκολουθεῖν τῇ μιᾷ καὶ συνεχεῖ θαλάττῃ, τὸ αὐτὸ ὕψος ἔχειν, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιφάνειαν· ὥσπερ οὐδὲ τὴν καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ νὴ Δία [2] τὴν κατὰ τὸ Λέχαιον, καὶ τὴν περὶ Κεγχρεάς· ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος ἐπισημαίνεται ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν λόγῳ. εἰδὼς οὖν τὴν δόξαν αὐτοῦ τοιαύτην, ἰδίᾳ τι πρὸς αὐτὸν λεγέτω, καὶ μὴ ἐξ ἑτοίμου λαμβανέτω, ὡς ἄρα ὁ φήσας μίαν εἶναι τὴν ἔξω θάλατταν σύμφησι καὶ ὅτι μία ἐστὶν αὐτῆς ἡ ἐπιφάνεια. [3] Ψευδῆ δ᾽ εἶναι φήσας τὴν ἐπὶ τοῖς δελφῖσιν ἐπιγραφὴν Κυρηναίων θεωρῶν, αἰτίαν ἀποδίδωσιν οὐ πιθανήν· ὅτι ἡ μὲν τῆς Κυρήνης κτίσις [4] ἐν χρόνοις φέρεται μνημονευομένοις, τὸ δὲ μαντεῖον οὐδεὶς μέμνηται ἐπὶ θαλάττῃ ποτὲ ὑπάρξαν. Τί γὰρ εἰ μηδεὶς μὲν ἱστορεῖ, ἐκ δὲ τῶν τεκμηρίων ἐξ ὧν εἰκάζομεν παράλιόν D ποτε τὸν τόπον γενέσθαι, οἵ τε δελφῖνες ἀνετέθησαν, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἐγένετο ἐπὶ Κυρηναίων θεωρῶν; Συγχωρήσας δὲ τῷ μετεωρισμῷ τοῦ ἐδάφους συμμετεωρισθεῖσαν καὶ τὴν θάλασσαν ἐπικλύσαι τοὺς μέχρι τοῦ μαντείου τόπους,

1. φησὶν Ἐρατοσθένης) Lege, φήσειεν. *Idem.*

2. τὴν κατὰ τὸ λέχαιον) in ſinu Corinthiaco, ut paullò antè dictum. *Idem.*

3. ψευδῆ δ᾽ εἶναι φήσας) quod ſupra affirmabat Eratoſthenes. *Idem.*

4. ἐν χρόνοις φέρεται μνημονευομένοις) iis temporibus contigit, quorum res geſtæ literarum monumentis continentur. Sic ſupra πρὸ ἡμετέρας μνήμης. Euſebius auctor eſt regnante Athenis Cecrope annum XII. conditam in Libya fuiſſe Cyrenem. [Varro μυθικὸν hoc tempus appellabat ut ait Cenſorinus.] Idem porrò annotat quarta Olympiade conditam à Theræis Cyrenem: [quod in hiſtoricum tempus à Varrone dictum incidit.] qua de re lege Herodotum IV. 156. Pindarum, Appollonium, & Callimachum. *Idem.*

p. 57. [1] πλέον τῶν τρισχιλίων σταδίων ἀπὸ θαλάττης διέχοντας, οὐ συγχωρεῖ τὸ μέχρι τοσούτου μετεωρισμὸν, ὥστε καὶ τὴν Φάρον ὅλην καλυφθῆναι, καὶ τὰ πολλὰ τῆς Αἰγύπτου· ὥσπερ οὐχ ἱκανοῦ ὄντος τοῦ τοσούτου ὕψους καὶ ταῦτα ἐπικλύσαι. Φήσας δὲ εἴπερ ἐπεπλήρωτο ἐπὶ τοσοῦτον ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα πρὶν τὸ ἔκρηγμα τὸ κατὰ τὰς στήλας γενέσθαι, ἐφ' ὅσον εἴρηκεν ὁ Ἐρατοσθένης, χρῆναι καὶ τὴν Λιβύην πᾶσαν, καὶ τὰ πολλὰ τῆς Εὐρώπης, καὶ τῆς Ἀσίας κεκαλύφθαι πρότερον, τούτοις ἐπιφέρει, διότι καὶ ὁ Πόντος τῷ Ἀδρίᾳ σύρρους ἂν ὑπῆρξε κατά τινας τόπους· ἅτε δὴ τοῦ Ἴστρου ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Πόντον σχιζομένου, καὶ ῥέοντος εἰς ἑκατέραν τὴν θάλατταν, διὰ τὴν θέσιν τῆς χώρας. Ἀλλ' οὔτ' ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Πόντον μερῶν ὁ Ἴστρος τὰς ἀρχὰς ἔχει, [2] ἀλλὰ τἀναντία ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἀδρίου ὀρῶν· οὔτ' εἰς ἑκατέραν τὴν θάλατταν ῥεῖ, ἀλλ' εἰς τὸν Πόντον μόνον, σχίζεταί τε πρὸς αὐτοῖς μόνον τοῖς στόμασι. [3] Κοινὴν δέ τινα τῶν πρὸ αὐτοῦ τισὶν ἄγνοιαν ταύτην ἠγνόηκεν, ὑπολαβοῦσιν εἶναί τινα ὁμώνυμον τῷ Ἴστρῳ ποταμὸν, ἐκβάλλοντα εἰς τὸν Ἀδρίαν ἀπεσχισμένον αὐτοῦ· [4] ἀφ' οὗ καὶ τὸ γένος Ἴστρων, δι' οὗ φέρεται, λαβεῖν τὴν προσηγορίαν· [5] καὶ τὸν Ἰάσονα ταύτῃ ποιήσασθαι τὸν ἐκ τῶν Κόλχων ἀνάπλουν. [6] Πρὸς δὲ τὴν ἀθαυμασίαν τῶν

qui ultra tria ſtadiorum millia occupat: tamen tantam elevationem non admittit, quæ Pharum totam & multa Ægypti loca poſſit obtegere: quaſi vero tanta altitudo non ſufficiat his quoque obruendis. Dicit deinde, ſi mare antequam fretum ad columnas perrumperet, intumuit in tantum, quantum Eratoſthenes ait, neceſſariò & totam Africam, & multas Europæ Aſiæque partes fuiſſe priùs inundatas: hisque addit, Pontum quoque cum Adria debuiſſe quibuſdam locis confluere, eò quòd Iſter à Ponticis partibus diviſus, in utrumque dictorum marium effluat, ob poſitum locorum. Atqui neque Ponticis è partibus Iſter oritur, ſed contra à montibus ultra Adriam ſitis: neque in utrumque exit mare, ſed in ſolum Pontum: & finditur ad oſtia demum ſua. Communis autem hic ei cum ætate prioribus nonnullis eſt error, qui putaverunt eſſe quendam fluvium Iſtro cognominem, qui in Adriam exeat ab illo divulſus, ab eoque denominari gentem Iſtros per quos defluit, eôque Jaſonem è Colchis navigaſſe. Quò minùs autem admiratio

1. Πλέον ἢ ἀπὸ θαλάττης διέχοντας τῶν τρισχ.) Reſtitui veram lectionem ex libris veteribus πλέον τῶν τρισχιλίων σταδίων ἀπὸ θαλ. *Idem.*

2. ἀλλὰ τἀναντία ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἀδρίου ὀρῶν) De Danubii fontibus vide libro ſeptimo. *Idem.*

3. Κοινὴν δέ τινα τῶν πρὸ αὐτοῦ) Ariſtoteles in hoc errore verſatur, cujus ſunt, Φασὶ δὲ τὸν Ἴστρον ῥέοντα ἐκ τῶν Ἑρκυνίων καλουμένων σχίζεσθαι, καὶ τῇ μὲν ἐς τὸν Πόντον ῥεῖν, τῇ δὲ ἐς τὸν Ἀδρίαν. & iterum lib. VIII. c. 13. in hiſtoria animalium de piſci loquens, quem τριχαῖον vocat, οὗτοι μόνοι ἀναπλέουσιν εἰς τὸν Ἴστρον, εἶθ' ᾗ σχίζεται, καταπλέουσιν εἰς τὸν Ἀδρίαν. quòd *ſolæ ipſæ ſubeunt Iſtrum amnem, unde fiſſo flumine per abditum terræ meatum defluunt in Adriam ſinum.* Fuit & Theopompus in hoc errore, ut teſtatur Strabo lib. VII. Conſule Plinium lib. III. 18. *Idem.*

4. ἀφ' οὗ καὶ τὸ γένος Ἴστρων) Juſtinus lib XXXII. c. 3. *Iſtrique ex vocabulo amnis, quo à mari conceſſerant, appellati. Idem.*

5. καὶ τὸν Ἰάσονα ταύτῃ ποιήσασθαι) Timageti ſententiam fuiſſe ait Scholiaſtes Apollonii, Danubium ortum è Celticis montibus locum quendam earundem regionum ingredi indéque egreſſum ſcindi in duas partes, ac harum quidem partium alterum ad Pontum properare: alteram verò in mare Celticum (Adriaticum opinor intelligebat) deferri. Argonautas igitur iſti Iſtri brachio vectos in Tyrrhenum mare perveniſſe, Timagetum ſequutus eſt Apollonius, ut ſupra indicavimus. Juſtinus XXXII. c. 3. vero hac de re ſic ſcribit. *Iſtrorum gentem fama eſt originem à Colchis ducere, miſſos ab Aeta rege ad Argonautas, raptoreſque filiæ perſequendos: qui ut à Ponto intraverunt Iſtrum, alveo Sabi fluminis penitus invecti, veſtigia Argonautarum inſequentes, naves ſuas humeris, per juga montium, uſque ad litus Adriatici maris tranſtulerunt, cognito, quòd Argonautæ idem propter magnitudinem navis priores feciſſent.* Diodorus verò Siculus lib. IV. c. 58. eos reprehendit qui hanc de reditu Argonautarum ſequerentur ſententiam: duos enim fluvios ejuſdem nominis malè ab ipſis confundi. Atque hoc tum demum fuiſſe exploratum quum à Romanis Iſtri fuere ſubacti. *Idem.*

μὴν κάθετον, μικρῷ πλειόνων ἢ χιλίων, ὅσον
ἦν ἡ ὑπεροχὴ τῆς ἐπὶ Θάψακον πρὸς τὴν μέχρι
Βαβυλῶνος. ἐκ δὲ τούτων καὶ τὴν λοιπὴν τῶν περὶ
τὴν ὀρθὴν συλλογίζεται, πολλαπλάσιον οὖσαν
τῆς λεχθείσης καθέτου. Προστίθησι δὲ ταύτῃ τὴν
ἀπὸ Θαψάκου πρὸς ἄρκτον ἐκβαλλομένην μέ-
χρι τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν, ἧς τὸ μὲν ἔφη μεμε- C
τρῆσθαι Ἐρατοσθένης, καὶ εἶναι χιλίων ἑκατὸν, τὸ
δ᾽ ἀμέτρητον ἐᾷ. οὗτος δ᾽ ἐπὶ τοὐλάχιστον
ὑποτίθεται χιλίων, ὥστε τοῦ συνάμφω δισχι-
λίων καὶ ἑκατὸν γίνεσθαι· ὃ προσθεὶς τῇ ἐπ᾽ εὐ-
θείας πλευρᾷ τοῦ τριγώνου μέχρι τῆς καθέτου
* τῆς Βαβυλῶνος πολλῶν χιλιάδων λογίζεται
διάστημα τὸ ἀπὸ τῶν Ἀρμενίων ὀρῶν, καὶ τοῦ
[2] δι᾽ Ἀθηνῶν παραλλήλου [μέχρι τῆς ἐκ Βα-
βυλῶνος καθέτου, ἥτις ἐπὶ τοῦ διὰ Βαβυ-
λῶνος παραλλήλου] ἵδρυται. τὸ δέ γε ἀπὸ τοῦ
δι᾽ Ἀθηνῶν παραλλήλου ἐπὶ τὸν διὰ Βαβυ-
λῶνος δείκνυσιν, οὐ μεῖζον ὂν σταδίων δισχι-
λίων τετρακοσίων· ὑποτεθέντος τοῦ μεσημβρι- D
νοῦ παντὸς τοσούτων σταδίων ὅσον Ἐρατοσθένης φη-
σίν. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἂν ἦν τὰ ὄρη τὰ Ἀρμένια
καὶ τὰ τοῦ Ταύρου ἐπὶ τοῦ δι᾽ Ἀθηνῶν παραλλή-
λου, ὡς Ἐρατοσθένης· ἀλλὰ πολλαῖς χιλιάσι
σταδίων ἀρκτικώτερα κατ᾽ αὐτὸν ἐκεῖνον. Ἐνταῦ-
θα δὴ πρὸς τὸ τοῖς ἀνεσκευασμένοις λήμμασι
προσκεχρῆσθαι, πρὸς τὴν τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου τάξιν,

* Manuſſ. τῆς ἐκ Βαβυλ.

A neque ſi fuiſſet, & non tamen Caſpiarum portarum meridiano ad rectos angulos inſiſteret, id ad argumenti concluſionem erat facturum. At Hipparchus iſta quaſi in promptu ſita ſumens, atque ut putat, oſtendens Babylonem de ſententia Eratoſthenis paulo pluribus ↀ ſtadiis orienti quàm Thapſacum eſſe propinquiorem: aliud rurſum ſibi fingit aſſumptum ad inſequentem demonſtrationem: aitque, ſi imaginatione concipiatur recta linea à Thapſaco verſus meridiem ducta, perpendicularisque in eam à Babylone demiſſa, fore triangulum rectangulum, quod comprehendatur à linea à Thapſaco ad Babylonem tendente, & ea B quæ à Babylone ad perpendiculum in meridianam Thapſaci lineam agitur, ipſaque Thapſaci linea meridiana. Hujus trianguli latus recto angulo oppoſitum facit lineam à Thapſaco ad Babylonem porrectam, cui longitudinem aſſignat ſtadiorum IV ↀ IↃCCC: perpendiculari à Babylone in meridianam Thapſaci, paulo amplius ↀ, quanto excedebat linea ad Thapſacum eam quæ eſt uſque ad Babylonem: atque ex his etiam reliquum latus quod angulum rectum conficit, ſupputat, cujus aliquota pars ſit iſta perpendicularis. Huic adjicit lineam à Thapſaco uſque ad C montes Armenios porrectam, cujus partem ait Eratoſthenes dimenſam eſſe ſtadiorum ↀ C, omittitque id, cujus nondum eſt explorata menſura. Hipparchus ponit id eſſe ad minimum ↀ ſtadiorum, ut ſimul ſint ↀ ↀ C ſtadia. Hoc ergo addens trianguli lateri quod ad lineam rectam ei adjungitur uſque ad cathetum Babylonis, multorum millium ſupputat intervallum ab Armeniis montibus & parallelo Athenarum uſque ad cathetum è Babylone, quæ in Babylonis parallelo inſiſtit. A parallelo autem qui per Athenas ducitur ad eum qui per Babylonem, oſtendit non ampliùs eſſe ſtadiis ↀ ↀ CCCC, poſito toto meridiano tot ſta- D diorum, quot affirmat Eratoſthenes. Quod ſi ita eſt, Armenii montes & Taurus non erunt in parallelo Athenienſi, quod voluit Eratoſthenes, ſed multis ſtadiorum millibus verſus ſeptentriones vergent, ſecundùm hunc ipſum. Hoc loco præterquam quòd ſumtionibus utitur refutatis ad trianguli rectanguli conſtitutionem, iſtud quoque

1. *μὴ ὀρθὴν δὲ*) Legendum ex conjectura *μὴ πρὸς ὀρθὴν δὲ τῇ διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινῇ*. At in libro Henrici Stephani ita legitur hîc quoque ut paullò ante, *μὴ πρὸς ὀρθὰς δὲ τῇ*. Xylander hunc locum melius quàm vetus interpres tractavit. *Idem.*

2. *Δι᾽ Ἀθηνῶν*) In vett. lib. ſemper *δι᾽ Ἀθηναίων* legitur. *Idem.*

ſumit ad id quod conceſſum non eſt, A lineam quæ recto angulo ſubtenditur, rectam, à Thapſaco ad Babylonem uſque ſtadiis conſtare IV CIↃ IↃCCC: nàm hanc viam Eratoſthenes ait eſſe juxta Euphratem, ac Meſopotamiam cum Babylonia contineri magno circulo ab Euphrate & Tigri: majorem tamen partem ab Euphrate circuiri. Ergo recta linea à Thapſaco ad Babylonem, ſi juxta Euphratem ducatur, ſummam hanc non modò non æquabit, ſed & magno erit intervallo minor. Hæc ergo ratiocinatio ſubverſa eſt. Et quidem dictum eſt fieri non poſſe datis duabus lineis à Caſpiis portis, quarum una ad Tha- B pſacum, altera ad Armeniæ montes è regione Thapſaci ſitos, indeque minimum diſſitos (ipſo Hipparcho auctore) ſtadiis bis mille ac centum, deducatur, eæ ut inter ſe æqualiter undiquaque diſtent, item paralleli ſint ad lineam quæ eſt per Babylonem ducta, quam meridionale latus vocat Eratoſthenes. Ille igitur cùm iter montanum quantum eſſet exprimere non poſſet, lineæ autem à Thapſaco ad Caſpias portas menſuram cognitam haberet, hanc poſuit, addiditque, ut craſſa Minerva loquar, cùm alias menſuram indicaturi ſpacii quod eſt ab Ariana uſque ad Euphratem, non multum intereſſet utrius lineæ dimenſionem haberet. Qui autem C eas lineas pro æqualiter diſtantibus ab eo poſitas accipit, is planè videtur hominem puerilis ignorantiæ inſimulare. Hæc igitur utpote puerilia, miſſa faciamus. Quæ verò Eratoſtheni vitio dari poſſunt, talia ſunt. Quemadmodum enim ſectio in 2 membra differt à tributione in partes: (quòd illa nimirum deſcriptionem quandam habet naturalem, certaque forma & punctis ſuis definitam, unde & illud Poëtæ eſt:

*Illum ſcindendo verùm in ſua membra reſolvens:*

hæc nihil tale habet) utimur autem utraque tempeſtivè, ratione habita opportunitatis ac neceſſitatis: ita in rebus geographi- D cis, ſanè in partes faciendæ ſunt diviſiones dum ſingula perſequimur, magis tamen ſectiones in membra ſunt imitandæ, quàm quæ in qualeſcunque partes fiunt: ex illis enim puncta ſeu termini poſſunt ſumi,

A καὶ τοῦτο λαμβάνει πρὸς τὸ μὴ διδόμενον, τὴν ὑποτείνουσαν τῇ ὀρθῇ γωνίᾳ τὴν ἀπὸ Θαψάκου γραμμὴν εὐθεῖαν εἶναι μέχρι Βαβυλῶνος ἐν σταδίοις τετρακισχιλίοις ὀκτακοσίοις. Παρά τε γὰρ τὸν Εὐφράτην φησὶν εἶναι τὴν ὁδὸν ταύτην ὁ Ἐρατοσθένης, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν σὺν τῇ Βαβυλωνίᾳ, μεγάλῳ κύκλῳ περιέχεσθαι λέγων ὑπό τε τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος· τὸ πλέον δὲ τῆς περιοχῆς ὑπὸ τοῦ Εὐφράτου * συμβαίνει, φησίν· ὥσθ' ἡ ἀπὸ Θαψάκου εἰς Βαβυλῶνα εὐθεῖα, ὅταν παρὰ τὸν Εὐφράτην ᾖ, [1] οὔτ' ἂν τοσούτων σταδίων, οὐδ' ἐγγύς. Ἀνατέτραπται οὖν ὁ συλλογισμός. Καὶ μὴν εἴρηταί γε ὅτι οὐχ B οἷόν δεδομένων γραμμῶν ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν κατάγεσθαι, τῆς μὲν ἐπὶ Θάψακον, τῆς δ' ἐπὶ τὰ τῶν Ἀρμενίων ὄρη τὰ κατάλληλα τῇ Θαψάκῳ, ἀπέχοντα τῆς Θαψάκου τοὐλάχιστον κατ' αὐτὸν τὸν Ἵππαρχον δισχιλίους καὶ ἑκατὸν σταδίους, ἀμφοτέρας παραλλήλους εἶναι καὶ ἀλλήλαις, καὶ τῇ διὰ Βαβυλῶνος, ἣν νότιον πλευρὰν Ἐρατοσθένης ἐκάλεσεν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν οὐκ ἔχων καταμεμετρημένην εἰπεῖν τὴν παρὰ τὰ ὄρη ὁδὸν, τὴν δ' ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Κασπίους πύλας, ταύτην εἶπε, καὶ προσέθηκε τὸ, ὡς τυπωδῶς εἰπεῖν· ἄλλως τε τῷ βουλομένῳ τὸ μῆκος εἰπεῖν τὸ μετὰ τὴν Ἀριανὴν μέχρι Εὐφράτου χώρας, οὐ πολὺ διέφερε ταύτην ἢ ἐκείνην C καταμετρεῖν· ὁ δ' ὡς παραλλήλους ὑπακούων λέγεσθαι, τελέως ἂν δόξειε καταγινώσκειν παιδικὴν ἀμαθίαν τοῦ ἀνθρώπου. Ταῦτα μὲν οὖν δεῖ ἐᾶν ὡς παιδικά. Ἃ δ' ἄν τις αἰτιάσαιτο τοῦ Ἐρατοσθένους, τοιαῦτά ἐστι. Καθάπερ γὰρ ἡ κατὰ μέλος τομὴ, τῆς ἄλλως κατὰ μέρος διαφέρει, (διότι ἡ μὲν κατὰ μέλη λαμβάνει περιγραφὴν ἔχοντα φυσικὴν, ὀρθῶσθαί τινι καὶ τύπῳ σημειώδει· καθ' ὃ καὶ τοῦτο εἴρηται,

[3] Τὸν δὲ διαμμελεϊστὶ ταμών --

ἡ δ' οὐδὲν ἔχει τοιοῦτον·) χρώμεθα δ' οἰκείως ἑκατέρᾳ τὸν καιρὸν καὶ τὴν χρείαν σκοποῦντες· οὕτως ἐπὶ τῶν γεωγραφικῶν, δεῖ D μὲν τομὰς ποιῆσαι τῶν μερῶν, τὰ καθ' ἕκαστα ἐπιόντας· μιμεῖσθαι δὲ τὰς κατὰ μέλος τομὰς μᾶλλον, ἢ τὰς ὡς ἔτυχε· τὸ γὰρ σημειῶδες καὶ τὸ εὐπεριόριστον ἐκεῖθεν λαβεῖν ἐστι,

* Manuſſ. συμβαίνων.

p. 83.

1. οὔτ' ἂν τοσούτων σταδίων) Addenda vox εἴη, vel ita οὔτ' ἂν εἴη τοσούτων vel poſt vocem τοσούτων. Videndum etiam an paullò antè deſit vox ἠγμένη poſt vocem εἴη. *Idem.*

2. Membra.) Μέλη. differunt pars & membrum, quatenus pars eſt quidvis reſpectu totius: unumquodque membrum ut pars totius, ita ipſum quoque totum quoddam eſt, & ſuos terminos proprios habet, quibus circumſcribitur. ἡ μὲν κατὰ μέλη.] Omnino ſic legendum, non μέρη & ἑκατέρᾳ patrio, non dandi caſu. *Xyland.*

3. Τὸν δὲ διαμμελεϊστὶ ταμών) Videtur eſſe ex Homero. Sic Ιλιαδ. ω. μελεϊστὶ ταμών [Sed ſcripſiſſe Strabo videtur, τοὺς δὲ διαμμελεϊστὶ ταμών. Sic enim apud Hom. Ὀδ. ι. in hiſtoria Cyclopis,

Τοὺς δὲ διαμμελεϊστὶ ταμὼν ὡπλίσσατο δόρπον.

Apud Plato. ſpeciem proverbii habet illa in Politico κατὰ μέλη τέμνειν ὥσπερ ἱερεῖον. *Caſaub.*

A οὐ χρείαν ἔχει ὁ γεωγράφος. Εὐπεριόριστον δὲ, ἂν ποταμοῖς, ἢ ὄρεσιν, ἢ θαλάττῃ [1] δυνατὸν ᾖ, καὶ ἔθνει δὲ, ἢ ἔθνεσι, καὶ μεγέθει ποσῷ, καὶ σχήματι, ὅπου τοῦτο δυνατόν. πανταχοῦ δὲ, ἀντὶ τοῦ γεωμετρικῶς τὸ ἁπλῶς καὶ ὁλοσχερῶς ἱκανόν. μέγεθος μὲν οὖν ἱκανόν ἐστιν ἂν τὸ μέγιστον εἴπῃς μῆκος καὶ πλάτος· ὡς τῆς οἰκουμένης, ἑπτὰ μυριάδων εἰ τύχοι μῆκος, πλάτος δ' ἔλαττον ἢ ἥμισυ μικρῷ τοῦ μήκους. Σχῆμα δ', ἂν τι τῶν γεωμετρικῶν τινὶ σχημάτων εἰκάσῃς, ἴσως τὴν Σικελίαν τριγώνῳ· [2] ἢ τῶν ἄλλων * γνωρίμων τινὶ σχημάτων, οἷον τὴν Ἰβηρίαν βύρσῃ, τὴν Πελοπόννησον πλατάνου φύλλῳ· ὅσῳ δ' ἂν μεῖζον ᾖ τὸ τεμνόμενον, τοσῷδε καὶ ὁλοσχερεστέρας πρέποι ἂν ποιεῖσθαι τὰς τομάς. B Ἡ μὲν οὖν οἰκουμένη [δίχα] διῄρηται, τῷ τε Ταύρῳ καὶ τῇ ἐπὶ στήλας θαλάττῃ· καλῶς . . . . . καὶ τοῦ νοτίου μέρους. Καὶ ἡ μὲν Ἰνδικὴ περιώρισται πολλοῖς· καὶ γὰρ ὄρει καὶ ποταμῷ καὶ θαλάττῃ, καὶ ἑνὶ ὀνόματι, [3] ὡς ἔθνος ἑνὸς ἔθνους· ὥστε καὶ τετράπλευρος ὀρθῶς λέγεται, καὶ ῥομβοειδής· ἡ δ' * Ἀριανὴ ἧττον μὲν τὸ εὐπερίγραφον ἔχει, διὰ τὸ τὴν ἑσπερίαν πλευρὰν συγκεχύσθαι· διώρισται δ' ὅμως ταῖς τε τρισὶ πλευραῖς ὡς ἂν εὐθείαις καὶ τῷ ὀνόματι ὡς ἂν ἑνὸς ἔθνους. C Ἡ δὲ τρίτη σφραγὶς τελέως ἀπερίγραφός ἐστιν, οὔπω γε ἀφορισθεῖσα· ἥτε γὰρ κοινὴ πλευρὰ αὐτῇ τε καὶ τῇ Ἀριανῇ συγκέχυται, ὡς προείρηται· καὶ ἡ νότιος πλευρὰ ἀργότατα εἴληπται· οὔτε περιγράφει τὴν σφραγῖδα, διὰ μέσης τε αὐτῆς βαδίζουσα· καὶ πολλὰ μέρη ἀπολείπουσα πρὸς νότον, οὐ τὸ μῆκος ὑπογράφει τὸ μέγιστον· τὸ γὰρ προσάρκτιον πλευρὸν μεῖζον· οὔθ' ὁ Εὐφράτης ἑσπερινόν ἐστι πλευρὸν, οὐδ' εἰ ἐπ' εὐθείας ῥέοι· τῶν ἄκρων αὐτοῦ μὴ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεσημβρινοῦ κειμένων· τί γὰρ μᾶλλον ἑσπέριον, ἢ νότιον; Χωρὶς δὲ τούτων ὀλίγης οὔσης τῆς ἐπὶ θάλατταν λοιπῆς τὴν Κιλίκιον καὶ τὴν Συριακὴν, τὸ μὴ μέχρι D δεῦρο προάγειν [4] δυοῖν τὴν σφραγῖδα, οὐ πιθανόν, τῆς τε Σεμιράμιδος καὶ τοῦ Νίνου [5] Σύρων λεγομένων·

Vett. lib. γνωρίμῳ τινί

p. 84.

* Vett. lib. Ἀριανή

A quibus unumquodque commodè circumſcribatur, quæ res geographo eſt opus. Eam autem conſequetur, ſi definire aliquid poſſit fluminibus, montibus, mari, gente, populis, magnitudine (ubi hoc licet) ac figura certa: ubique autem loco geometricæ præciſionis, ſimplicior atque rudior ratio ſufficiet. Nam magnitudo ſatis videbitur expreſſa, ſi maximam longitudinem ac latitudinem dixeris: ut terræ habitatæ longitudinem (verbi gratia) LXX millia latitudinem paulo ſemiſſe longitudinis minorem. Figura, ſi quid geometricæ alicui compares figuræ, ut (exempli gratia) Siciliam triangulo, aut formæ alicujus rei notæ, ut Hiſpaniam tergori, B Peloponeſum folio platani. Cæterum quanto majus eſt id quod dividitur, tanto etiam grandiora fieri ſegmenta par eſt. Porro terra habitabilis in duas partes rectè diviſa eſt, Tauro monte, & mari ad columnas & partis auſtrinæ. Atque India quidem multis finibus circumſcripta eſt, monte, fluvio, mari uno nomine, ut gens unius gentis, quare quadrilatera, & rhombi ſimilis rectè dicitur. Ariana minùs commodè circumſcribitur, eò quòd latus occiduum cum aliis eſt confuſum: definita tamen eſt tribus lateribus tanquam rectis, & nomine, ut unius gentis. Tertium autem ſigillum planè C circumſcriptione caret. Nam & latus quod ei commune eſt cum Ariana, confuſum eſt, ut diximus: & meridionale latus negligentiſſimè expreſſum eſt, quippe neque ſigillum eo includitur, cùm per id medium tranſeat: & quia multas verſus meridiem partes relinquit, longitudinem maximam non deſcribit: nam ſeptentrionale latus majus eſt: neque Euphrates occiduum latus conficit, ne ſi rectà in quidem flueret ad lineam: cùm ejus extrema non ſint in eodem meridiano. quî ergo magis occiduum quàm auſtrinum faceret latus? abſque etiam his, cùm paulum reſtet terræ uſque ad mare Cilicium & Syrium, D quòd ſigillum non uſque ad duo iſta producit, conſentaneum non eſt: cùm & Semiramis & Ninus Syri dicantur:

1. *δυνατὸν ᾖ*) ſubaudi *χρῆσθαι πρὸς τοὺς περιορισμούς*. Nam tale quid omnino ſupplendum: ſiquidem ab auctore eſt prætermiſſum. *Idem.*

2. *ἢ τῶν ἄλλων γνωρίμων τινὶ σχημάτων*) Hoc faciunt Geographi in multorum locorum deſcriptione. Sic totam terram quæ habitatur chlamydi comparant: ſic & Alexandriæ ſolum *χλαμυδοειδές* vocant: ſic Italiam, alii *κίσσῳ* alii folio querno comparant. Sardiniam veſtigio humano: Iberiam *βύρσῃ βοός*. Naxum *ἀμπέλου φύλλῳ*: Peloponeſum, *πλατάνου φύλλῳ*: Cyprum Ovinæ pelli, & Pontum Euxinum arcui Scythico. *Idem.*

3. *Ὡς ἔθνος ἑνὸς ἔθνους*) Ita legitur in omnibus codicibus: neque aliter interpretes. Mihi tamen ſuſpecta eſt hæc lectio, & vel *ὡς ὄντος ἑνὸς ἔθνους* legendum videtur: vel *ὡς ἔθος ἑνὸς ἔθνους*. Sententia quidem non eſt obſcura. *Idem.*

4. *δυοῖν τὴν σφραγῖδα οὐ πιθανόν*) Quis non videt vocem *δυοῖν* ineptè hîc eſſe poſitam? Equidem vel inducendam omnino cenſeo, vel ita legendum *τὸ μὴ μέχρι δεῦρο προάγειν τὴν σφραγῖδα, δυοῖν ἕνεκα οὐ πιθανόν*. ſequuntur enim duo argumenta quibus id probat. *Idem.*

5. *Σύρων λεγομένων*) De Syrorum appellatione vide initio libro XVI. *Idem.*

quorum illa Babylonem condidit & regiam habuit, ille Ninum, quæ primaria urbs (ſic metropolin liceat exprimere) Syriæ cenſetur: cúmque eadem adhuc lingua utantur extra intraque Euphratem. Proinde hîc gentem nobiliſſimam tanta intercapedine divellere, parteſque ejus peregrinis adjungere nationibus, minime convenit. Neque enim dicere poteſt ſe magnitudine coactum eſſe: quod enim uſque ad mare reſtat terræ, id nunquam æquabit Indiam, ac ne Arianam quidem, adſumtis quæ ſuperſunt uſque ad fines felicis Arabiæ & Ægypti. Erat itaque multo melius eò uſque progredi, & ita dicere: additamentum tertii ſigilli eſt terra uſque ad mare Syrium. Atque ſic meridionale latus, non quo modo is habet, deſcriberetur, neque ad rectam lineam: ſed à Carmania ſtatim dextra ora maritima. Naviganti enim in ſinum Perſicum, uſque ad oſtia Euphratis, ac deinde terminos Meſopotamiæ & Babyloniæ conjungenti initio Iſthmi qui Arabiam felicem à reliqua continente dirimit, tum deinceps ad dextram pergenti uſque ad intimum Arabici ſinus, Peluſium, & Canopicum Nili oſtium: hoc erit latus meridionale: reliquum occiduum à Canopico oſtio uſque ad Ciliciæ oram. Quartum ſigillum conſtabit Arabia Felice, ſinu Arabico, tota Ægypto & Æthiopia. Hujus partis longitudo continebitur duobus meridianis, quorum unus per occaſum, alter

A ὧν τῆς μὲν ἡ Βαβυλὼν κτίσμα καὶ βασίλειον· τοῦ δὲ, Νῖνος, ὡς ἂν μητρόπολις τῆς Συρίας· καὶ τῆς διαλέκτου δὲ μέχρι νῦν διαμενούσης τῆς αὐτῆς, τοῖς τε ἐκτὸς τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῖς ἐντός. Τὸ ἐνθαῦθα μέντοι τοιούτῳ διασπᾶν μερισμῷ, ἔθνος γνωριμώτατον, καὶ τὰ μέρη συνάπτειν τοῖς ἀλλοεθνέσιν, * ἥκιστα ἂν πρέποι. Οὐδὲ γὰρ ὑπὸ μεγέθους ἀπηναγκάσθαι λέγοι ἄν. καὶ γὰρ τὸ μέχρι θαλάττης, [1] οὐ μὴν πω ἂν ἐξισάζοιτο τῇ Ινδικῇ· ἀλλ' οὐδὲ τῇ Αριανῇ, [2] προσλαβὸν [3] καὶ τὸ μέχρι τῶν ὁρῶν τῆς εὐδαίμονος Αραβίας καὶ τῆς Αἰγύπτου. Ὥστε πολὺ κρεῖττον ἦν μέχρι δεῦρο προελθεῖν τῆς τρίτης εἰπόντας σφραγῖδος, [4] τοσαύτη προσθήκη τῇ
B μέχρι τῆς Συριακῆς θαλάττης. τὸ μὲν νότιον πλευρὸν, [5] οὐχ ὅπερ ἐκεῖνος εἶπεν ἔχον οὐδ' ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς Καρμανίας εὐθὺς τὴν δεξιὰν παραλίαν· εἰς πλέοντι γὰρ τὸν Περσικὸν κόλπον μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Εὐφράτου, [6] καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ὁρίοις [7] τῆς Μεσήνης καὶ τῆς Βαβυλωνίας συνάπτον, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ διορίζοντος τὴν εὐδαίμονα Αραβίαν ἀπὸ τῆς ἄλλης ἠπείρου, [8] εἶτ' ἐφεξῆς αὐτὸν * τοῦτον δεξιὸν διήκοντα μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Αραβίου κόλπου καὶ Πηλουσίου, καὶ ἔτι τοῦ Κανωβικοῦ στόματος τοῦ Νείλου· τοῦτο μὲν τὸ νότιον πλευρόν· τὸ δὲ λοιπὸν ἑσπέριον, τὴν ἀπὸ τοῦ Κανωβικοῦ στόματος μέχρι τῆς Κιλικίας παραλίαν.
C Τετάρτη δ' ἂν εἴη σφραγὶς ἡ συνεστῶσα ἔκ τε τῆς εὐδαίμονος Αραβίας καὶ τοῦ Αραβίου κόλπου, καὶ τῆς Αἰγύπτου πάσης, καὶ τῆς Αἰθιοπίας· ταύτης δὲ τῆς μερίδος, μῆκος μὲν ἔσται τὸ ἀφοριζόμενον, ὑπὸ δυοῖν μεσημβρινῶν·

* Vulg. ἥκιστα ἄν.

p. 85.

* Videlicet τὸν ἰσθμὸν

1. οὐ μὴν πω ἂν ἐξισάζοιτο τῇ Ινδικῇ) Deeſſe quædam antè hæc verba videtur ἡ φράσις ſatis argumento eſſe: ut ſic hæc ſententia ſi producatur tertia hæc σφράγις uſque ad mare etſi futura eſt maxima: tamen ne ſic quidem Indiæ ſive tertiæ σφραγῖδι parem fore. *Idem.*

2. προσλαβὸν) Ita vett. lib. rectè: præceſſit enim τὸ μέχρι θαλάττης. Vulgò προσλαβὼν quaſi ſubaudiretur ὁ Ερατοσθένης quod non convenit. *Idem.*

3. καὶ τὸ μέχρι τῶν ὀρῶν τῆς εὐδαίμονος Αραβίας) Quorum montium? non enim ſatis video quoſnam potiſſimum intelligere debeamus. Quare malim τῶν ὅρων. Ορος dividens Æthiopiam felicem, eſt iſthmus inter duos ſinus Perſicum & Arabicum. Ορος Ægypti, ſinus Arabicus cum iſthmo inter eum ſinum & mare noſtrum. Vetus autem interpres ita hunc locum tranſtulit, ut videatur voces illas τῶν ὅρων non legiſſe. *Idem.*

4. τοσαύτη προσθήκη) Videtur eſſe ſententia ἐλλιπὴς ac manca: quæ plena erit, ſi ſic legas, ac diſtinguas, τῆς τρίτης εἰπόντας σφραγῖδος πᾶν ὅπερ ἐκεῖνος εἶπεν. σὺν τοσαύτῃ πρ. Neque tamen ita ſcripſiſſe Strabonem aio: Οὐχ οὕτω τετύφωμαι. Tantum dico quid ſuſpicer. *Idem.*

5. οὐχ ὅπερ ἐκεῖνος εἶπεν ἔχον) ſic legitur in vete. lib. niſi quod in quibuſdam ὥσπερ ſcriptum eſt pro ὅπερ. *Idem.*

6. καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς ὁρίοις) Omnino corruptus eſt iſte locus: In vett. lib. legitur εἰσπλέοντι παρὰ τὸν περσικὸν κ. longè meliùs: verùm de eo plura in Commentariis. *Idem.*

7. τῆς Μεσήνης) Magnus error Xylandri, qui putat Meſſenen eſſe Meſopotamiam, atque ita vertit. Atqui Meſſene eſt μέση τοῦ Τίγριδος ut Stephanus ait: non τοῦ Τίγριδος καὶ Ευφράτου ut Meſopotamia: vide Plinium libro VI. cap. 27. Stephanus Meſſenen eandem cum ea quæ Adiabene vocatur putat eſſe. Idem Stephanus alio loco docet Meſ-
D ſenen vocari eam regionem quam cingit Tigris in duos alveos ſciſſus: quorum qui eſt ad dextram appellatur Delas, qui ad ſiniſtram Tigris. Plinius autem addit, ubi poſtea remeavere in unum alveum hi duo, appellari Paſitigrin. Ex his facilè videt lector harum rerum vel mediocriter peritus, quantum à veritate abſunt, qui Meſſenen cum Meſopotamia confundunt. *Idem.*

8. Εἶτ' ἐφεξῆς αὐτὸν τοῦτον δεξιὸν) In priore editione Germanica operarum errore legitur τοῦτο. Xylander eum errorem non videtur animadvertiſſe: ita enim edidit: & præterea parum feliciter hunc locum eſt interpretatus. Intelligit autem iſthmum Eudæmonis Arabiæ quem ait cum ſuperis expreſſa παραλίᾳ latus meridianum quartæ σφαγῖδος potuiſſe conficere: τοῦτον igitur legendum non τοῦτο: & item δεξιὸν non διεξιὸν ut habent quidam manuſſ. *Idem.*

A ὁ μὲν γὰρ γράφεται διὰ τοῦ δυσμικωτάτου σημείου τοῦ ἐπ' αὐτῆς, ὁ δὲ διὰ τοῦ ἑωθινωτάτου· πλάτος δὲ, τὸ μεταξὺ δυεῖν παραλλήλων· ὧν ὁ μὲν γράφεται διὰ τοῦ βορειοτάτου σημείου, ὁ δὲ διὰ τοῦ νοτιωτάτου· ἐπὶ γὰρ τῶν ἀνωμάλων σχημάτων ἐφ' ὧν πλευραῖς οὐ δυνατὸν ἀφορίσαι πλάτος καὶ μῆκος, οὕτω τὸ μέγεθος ἀφοριστέον. Καθόλου δὲ νοητέον, ὅτι οὐχ ὡσαύτως λέγεται μῆκος καὶ πλάτος, ἐπὶ ὅλου καὶ μέρους· ἀλλ' ἐφ' ὅλου μὲν τὸ μεῖζον διάστημα καλεῖται μῆκος, τὸ δ' ἔλαττον, πλάτος· ἐπὶ μέρους δὲ μῆκος μὲν τὸ παράλληλον τῷ τοῦ ὅλου μήκει τμῆμα ἐκείνου ὁπότερον ἂν ᾖ μεῖζον, κἂν τὸ ληφθὲν διάστημα ἐν τῷ πλάτει μεῖζον ᾖ τοῦ B ληφθέντος ἐν τῷ μήκει διαστήματος. Διὸ καὶ τῆς οἰκουμένης ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν μηκυνομένης, ἀπὸ δὲ ἄρκτων ἐπὶ νότον πλατυνομένης, καὶ τοῦ μὲν μήκους ἐπὶ παραλλήλου τινὸς τῷ ἰσημερινῷ γραφομένου· τοῦ δὲ πλάτους ἐπὶ μεσημβρίας, δεῖ καὶ τῶν μερῶν λαμβάνεσθαι, μήκη μὲν τὰ παράλληλα τῷ μήκει τμήματα αὐτοῦ, πλάτη δὲ τὰ τῷ πλάτει· οὕτω γὰρ ἂν ἄμεινον ὑπογράφοιτο, πρῶτον μὲν τὸ μέγεθος τῆς οἰκουμένης ὅλης· ἔπειτα δὲ καὶ ἡ διάθεσις, καὶ τὸ σχῆμα τῶν μερῶν, καθ' ἃ μὲν ἀπολείπειν, καθ' ἃ δὲ πλεονάζειν φαινομένων τῇ τοιαύτῃ παραθέσει. C Ἐρατοσθένης δὲ τὸ μὲν τῆς οἰκουμένης λαμβάνει μῆκος ἐπὶ τῆς διὰ Στηλῶν καὶ Κασπίων πυλῶν, καὶ Καυκάσου γραμμῆς, ὡς ἂν εὐθείας· τὸ δὲ τῆς τρίτης μερίδος, ἐπὶ τῆς διὰ Κασπίων πυλῶν καὶ Θαψάκου· τὸ δὲ τῆς τετάρτης, ἐπὶ τῆς διὰ Θαψάκου καὶ Ἡρώων πόλεως, [2] μέχρι τῆς μεταξὺ τῶν στομάτων τοῦ Νείλου, ἀνάγκη καταστρέφειν εἰς τοὺς περὶ Κάνωβον καὶ Ἀλεξάνδρειαν τόπους· ἐνταῦθα γάρ ἐστι τὸ ἔσχατον στόμα τὸ καλούμενον Κανωβικόν τε καὶ Ἡρακλεωτικόν. Εἴτ' οὖν ἐπ' εὐθείας ἀλλήλοις τὰ μήκη τίθησιν, εἴθ' ὡς ἂν γωνίαν ποιοῦντα κατὰ Θάψακον· ἀλλ' ὅτι γε οὐ παράλληλον οὐδέτερον τῷ τῆς οἰκουμένης D μήκει, φανερόν ἐστιν ἐξ αὐτῶν ὧν εἴρηκεν αὐτός.

p. 86. Τὸ μὲν γὰρ τῆς οἰκουμένης μῆκος διὰ τοῦ Ταύρου γράφει, καὶ τῆς ἐπ' εὐθείας μέχρι στηλῶν θαλάττης, κατὰ γραμμὴν τὴν διὰ τοῦ Καυκάσου καὶ Ῥόδου καὶ Ἀθηνῶν· ἀπὸ δὲ Ῥόδου εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατὰ τὸν δι' αὐτῶν μεσημβρινὸν, οὐ πολὺ ἐλάττους φησὶ τῶν τετρακισχιλίων εἶναι σταδίων· ὥστε

per ortui proximum ejus punctum deſcribetur: longitudo inter duas parallelos, quarum una per ſeptentrioni, altera per meridiei viciniſſimum punctum ducatur. Nam in figuris quæ inæqualibus inter ſe lineis includuntur, cùm lateribus longitudo & latitudo explicari non poſſunt, magnitudo hac ratione eſt definienda. In univerſum autem intelligendum eſt, non eodem modo longitudinem & latitudinem in toto atque in parte dici: nam longius ſpacium in toto appellatur longitudo, brevius latitudo: in parte autem longitudo eſt id latus, quod æquali intervallo juxta totius longitudinem porrigitur, etiamſi major ſit latitudo. Ergo cùm terræ orbis, quantum ejus habitatur, ab ortu verſus occaſum in longum protendatur, à ſeptentrionibus autem verſus Auſtrum dilatetur, longitudoque circulo qui ſit æquinoctiali parallelus deſcribatur, latitudo [1] in ipſo meridiano notetur: partium quoque longitudines ſumi debent, portiones totius longitudini parallelæ, & latitudines latitudini: ſic enim rectiùs exprimi poterit cùm totius habitatæ terræ magnitudo, tum partium diſpoſitio ac figura, quæ hac comparatione inſtituta in quibuſdam excedi, in quibuſdam excedere videbuntur. At Eratoſthenes longitudinem terræ habitatæ in linea, quam ipſe rectam putat, ſumit, quæ per columnas, portas Caſpias, & Caucaſum ducatur: tertiæ autem partis, in ducta per Caſpias portas & Thapſacum: quartæ, in ducta per Thapſacum & Heroum urbem, quam porrectam uſque ad oſtia Nili neceſſe eſt finiri in locis Canopo & Alexandreæ vicinis: ibi enim ultimum eſt oſtium, quod Canopicum & Heracleoticum dicitur. Proinde ſive longitudines iſtas in eadem ponat recta linea, ſive lineæ hæ apud Thapſacum faciant angulum: id quidem ex ejus ipſius verbis liquet, neutram harum longitudinem æqualiter ab orbis habitati longitudine diſtare. Longitudinem enim hanc deſcribit in recta linea, quæ Taurum, mare ad columnas, Caucaſum, Rhodum, & Athenas tangat. Jam à Rhodo Alexandriam uſque, ſecundùm ductum per hæc loca meridianum, non multo minùs quatuor ſtadiorum millibus eſſe ait: tantum ergo

1. In ipſo meridiano.) Ἐπὶ μεσημβρίας. ego evidentiam ſecutus ſum. & hæc verba ſi ita ſcripſit Strabo, idem ſignificant atque ἐπὶ μεσημβρινοῦ. Cæterùm quod ſequebatur οὐ δεῖ τῶν &c. particulam negantem ſuſtuli, planè ſententiæ hujus loci atque doctrinæ repugnantem, eandem inferius omiſſam ante πολὺ ἐλάττους φησὶ, repoſui. *Xyland.*

2. μέχρι τῆς μεταξὺ τῶν στομάτων) Vetus lectio plenior eſt. μέχρι τῆς παραλίας τῆς μεταξὺ [illegible] *Caſaub.*

1. Γεν-

intervallum erit inter parallelos Rhodi & Alexandriæ : cum hoc autem ſeu idem eſt is qui per Heroum urbem ducitur , aut meridiem verſus magis vergit : quo efficitur lineam quæ incidit in hunc parallelum , & eum qui per Rhodum & Caſpias portas agitur , ſive recta eſt ea ſive fracta , neutrius reſpectu parallelum eſſe. Non ergo longitudines rectè accipiuntur , nihilóque rectiùs particulæ latitudinum. Sed nos priùs ad Hipparchum reverſi , ea quæ ſequuntur , inſpiciamus. Rurſum enim quaſdam ſumptiones geometricè ponens , ea quæ is craſſius dixerat , refellit. Ait enim , Eratoſthenis ſententia , à Babylone ad portas Caſpias intervallum eſſe ſtadiorum ɪↄᴄ ᴄɪↄ ɪↄ ᴄᴄ : ad fines Carmaniæ & Perſidis amplius novem millibus , quod ſitum ſit in recta linea verſus ortum æquinoctialem ducta , quæ ad angulos rectos inſiſtat lineæ ei quæ commune eſt latus ſecundi & tertii ſigilli : itaque ex ejus ſententia fieri triangulum rectangulum , cujus rectus angulus ad fines Carmaniæ pertineat , & latus ei ſubtentum altero eorum quæ eum includunt , ſit minus : ergo Perſidem ſecundo ſigillo debere adſcribi. Adverſus hæc dictum eſt , neque lineam quæ à Babylone in Carmaniam ducitur , paralleli loco ſumi : neque meridianam appellatam eſſe eam lineam , quæ ſigilla diſtinguit : nihil ergo contra eum dictum eſt , ne id quidem quod infertur. Cùm enim dixerit à Caſpiis portis ad Babylonem tot eſſe quot docuimus ſtadia , ad Suſa autem ɪↄↄ , demtis ᴄ : rurſum ab iiſdem profectus poſitionibus , triangulum ait obtuſangulum conſtitui ad Caſpias portas , Suſa , & Babylonem , cujus recto major angulus Suſis inſiſtat , laterum ea longitudine manente , quæ expoſita fuit. Inde ratiocinatur his poſitis conſequens fore , meridianam lineam quæ per Caſpias portas agitur , in parallelo per Babylonem & Suſa tranſeunte , communem interſectionem magis verſus occidentem ſitam , habituram ea interſectione ejuſdem paralleli & rectæ à Caſpiis portis ad fines Carmaniæ Perſidiſque deductæ , & ampliùs quatuor

A τοσοῦτον καὶ οἱ παράλληλοι διέχοιεν ἂν ἀλλήλων, ὅ, τε διὰ Ῥόδου καὶ ὁ δι' Ἀλεξανδρείας· ὁ δ' αὐτὸς πως ἐστὶ τούτῳ, ὁ διὰ τῆς Ἡρώων πόλεως, ἢ νοτιώτερός γε τούτου· ὥσθ' ἡ συμπίπτουσα γραμμὴ τούτῳ γε τῷ παραλλήλῳ καὶ τῷ διὰ Ῥόδου καὶ Κασπίων πυλῶν, εἴτ' εὐθεῖα, εἴτε κεκλασμένη, οὐκ ἂν εἴη παράλληλος οὐδετέρᾳ. Οὐκ εὖ γοῦν λαμβάνεται τὰ μήκη· οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ αἱ διαβόρειοι λαμβάνονται μερίδες. Ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἵππαρχον πρότερον ἐπανιόντες, τὰ ἑξῆς ἴδωμεν. Πάλιν γὰρ πλάσας ἑαυτῷ λήμματα, [1] γεωμετρικῶς ἀνασκευάζει τὰ ὑπ' ἐκείνου τυπωδῶς λεγόμενα. Φησὶ γὰρ
B αὐτὸν λέγειν τὸ ἐκ Βαβυλῶνος εἰς μὲν Κασπίους πύλας διάστημα σταδίων ἑξακισχιλίων ἑπτακοσίων· εἰς δὲ τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας καὶ Περσίδος πλειόνων ἢ ἐννακισχιλίων· ὅπερ ἐπὶ γραμμῆς κεῖται πρὸς ἰσημερινὰς ἀνατολὰς εὐθείας ἀγομένης· γίνεσθαι δὲ ταύτην κάθετον ἐπὶ τὴν κοινὴν πλευρὰν τῆς τε δευτέρας καὶ τῆς τρίτης σφραγῖδος· ὥστε κατ' αὐτὸν συνίστασθαι τρίγωνον ὀρθογώνιον, ὀρθὴν ἔχοντα τὴν πρὸς τοῖς ὅροις τῆς Καρμανίας, καὶ τὴν ὑποτείνουσαν εἶναι ἐλάττω μιᾶς [2] τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν ἐχουσαν· δεῖν οὖν τὴν Περσίδα τῆς δευτέρας ποιεῖν σφραγῖδος. Πρὸς ταῦτα δ' εἴρηται, ὅτι οὔθ' ἡ ἐκ Βαβυλῶνος εἰς τὴν Καρμανίαν ἐπὶ
C παραλλήλου λαμβάνεται, οὔθ' ἡ διορίζουσα εὐθεῖα τὰς σφραγῖδας μεσημβρινὴ εἴρηται· ὥστ' οὐδὲν εἴρηται πρὸς αὐτόν· οὐδὲ τὸ ἐπιφερόμενον. Εἰρηκότος γὰρ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν εἰς μὲν Βαβυλῶνα τοὺς λεχθέντας, εἰς Σοῦσα δὲ σταδίους εἶναι τετρακισχιλίους ἐννακοσίους, ἀπὸ δὲ Βαβυλῶνος τρισχιλίους τετρακοσίους· πάλιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὁρμηθεὶς ὑποθέσεων, ἀμβλυγώνιον τρίγωνον συνίστασθαί φησι πρός τε ταῖς Κασπίοις πύλαις καὶ Σούσοις καὶ Βαβυλῶνι, τὴν ἀμβλεῖαν ἔχον γωνίαν πρὸς Σούσοις, τὰ δὲ τῶν πλευρῶν μήκη τὰ ἐκκείμενα· εἶτ' ἐπιλογίζεται, διότι συμβήσεται κατὰ τὰς ὑποθέσεις ταύτας,
D τὴν διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινὴν γραμμὴν, ἐπὶ τοῦ διὰ Βαβυλῶνος καὶ Σούσων παραλλήλου δυσμικωτέραν ἔχειν τὴν κοινὴν τομὴν τῆς κοινῆς τομῆς τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου, καὶ τῆς ἀπὸ Κασπίων πυλῶν καθηκούσης εὐθείας ἐπὶ τοὺς ὅρους p. 87.
τοὺς τῆς Καρμανίας καὶ τῆς Περσίδος, πλείοσι τῶν

1. *Γεωμετρικῶς ἀνασκευάζει τὰ ὑπ' ἐκείνου τυπωδῶς λεγόμενα)* Laborabat antè hic locus ab interpunctione. vocem *γεωμετρικῶς* cum ſuperioribus conjunxit Xylander : magno errore : longeque melius vetus interpres cum *ἀνασκευάζει* junxit. Xylandrum ſi nihil aliud , ſaltem ſimiles loci movere debuerant. Quoties enim hoc in Hipparcho reprehendit Strabo , quod quæ *παχυμερέστερον* & *γεωγραφικῶς* dicta erant ab Eratoſth. ipſe *γεωμετρικῶς* refellit ? Paullò poſt, *Ἐροῦμεν δὲ πρὸς αὐτὸν ὅτι τοῦ Ἐρατοσθένους ἐν πλάτει λαμβάνοντος εὐθείας ὅπερ οἰκεῖόν ἐστι γεωγραφίας, ἐκεῖνος γεωμετρικῶς αὐτὸν εὐθύνει.* *Idem.*

2. *τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν ἔχουσαν)* *ἐχουσῶν.* In veteribus ſic, *περιεχουσῶν τὴν ὀρθήν.* *Idem.*

τετρακισχιλίων καὶ τετρακοσίων· σχεδὸν δή τι πρὸς τὴν διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινὴν γραμμὴν, ἡμίσειαν ὀρθῆς ποιεῖν γωνίαν τὴν διὰ Κασπίων πυλῶν καὶ τῶν ὅρων τῆς τε Καρμανίας καὶ τῆς Περσίδος· καὶ νεύειν αὐτὴν ἐπὶ τὰ μέσα τῆς τε μεσημβρίας καὶ τῆς ἰσημερινῆς ἀνατολῆς· ταύτῃ δ' εἶναι παράλληλον τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, ὥστε καὶ τοῦτον ἀπὸ τῶν ὀρῶν οὐκ ἐπὶ μεσημβρίαν ῥεῖν, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, ἀλλὰ μεταξὺ ταύτης, καὶ τῆς ἰσημερινῆς ἀνατολῆς, καθάπερ ἐν τοῖς ἀρχαίοις πίναξι καταγέγραπται. Τίς οὖν συγχωρήσει τὸ νῦν συσταθὲν τρίγωνον ἀμβλυγώνιον εἶναι, μὴ συγχωρῶν ὀρθογώνιον εἶναι τὸ περιέχον αὐτό; τίς δ' ἐπὶ παραλλήλου κειμένην τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς Σοῦσα μίαν τῶν τὴν ἀμβλεῖαν περιεχουσῶν, τὴν ὅλην μὴ συγχωρῶν τὴν μέχρι Καρμανίας; τίς δὲ τῷ Ἰνδῷ παράλληλον τὴν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας; ὧν χωρὶς κενὸς ἂν εἴη ὁ συλλογισμός. Χωρὶς δὲ τούτων, κἀκεῖνος εἴρηκεν ὅτι ῥομβοειδές ἐστι τὸ σχῆμα τῆς Ἰνδικῆς· καὶ καθάπερ ἡ ἑωθινὴ πλευρὰ περιέσπασται πολὺ πρὸς ἕω, καὶ μάλιστα τῷ ἐσχάτῳ ἀκρωτηρίῳ, ὃ καὶ πρὸς μεσημβρίαν προσπίπτει πλέον παρὰ τὴν ἄλλην ἠϊόνα, οὕτω καὶ ἡ παρὰ τὸν Ἰνδὸν πλευρά. [1] Πάντα δὲ ταῦτα λέγει οὐ γεωμετρικῶς ἐλέγχων, οὐ πιθανῶς· ταῦτα δὲ καὶ αὐτὸς ἐπενέγκας ἑαυτῷ ἀπολύεται, φήσας, εἰ μὲν παρὰ μικρὰ διαστήματα ὑπῆρχεν ὁ ἔλεγχος, συγγνῶναι ἂν ἦν· ἐπειδὴ δὲ παρὰ χιλιάδας σταδίων φαίνεται διαπίπτων, οὐκ εἶναι συγγνωστέ· καίτοι ἐκεῖνόν γε καὶ παρὰ τετρακοσίους σταδίους αἰσθητὰ ἀποφαίνεσθαι τὰ παραλλάγματα, ὡς ἐπὶ τοῦ δι' Ἀθηνῶν παραλλήλου καὶ τοῦ διὰ Ῥόδου. [2] Ἔστι δὲ τὸ πρὸς

A millibus ſtadiorum & ſtadiis CCCC: ac ferè ad Caſpiarum portarum meridianam lineam dimidium recti angulum conficere eam quæ per portas Caſpias, ac fines Carmaniæ & Perſidis : eamque inclinare in medium inter meridiem & ortum æquinoctialem, ab eáque undiquaque æqualiter diſſitum eſſe Indum fluvium : itaque & [illegible] non verſus meridiem à montibus fluere, ut Eratoſthenes dicit, ſed inter meridiem atque ortum æquinoctialem : ſicut in vetuſtis tabulis fuit deſcriptum. Quis autem concedat triangulum nunc conſtitutum, eſſe obtuſangulum, non concedens id quod ipſum continet eſſe B rectangulum ? quis in parallelo ſitam lineam à Babylone ad Suſa ductam unam eſſe earum quæ obtuſum angulum includunt ; totam non concedens eam quæ eſt uſque ad Carmaniam ? quis Indo parallelum eſſe eam, quæ à Caſpiis portis ad fines Carmaniæ ducitur ? ſine quibus vana eſt ratiocinatio. Præter hæc ille etiam dixit Indiæ figuram eſſe rhombi ſimilem, & ſicut orientale latus valdè eſt verſus ortum circumductum, maximè ultimo promontorio quod & magis verſus meridianum vergit quàm reliquum litus : ita & latus juxta Indum. Hæc omnia C dicit, neque Geometricè refutans, neque probabiliter. Atque hæc inferens, ipſe ſua diſſolvit, ita loquens : Nam ſi error in exiguis deprehenderetur intervallis, ignoſci poterat : quia autem aliquot ſtadiorum millibus aberratur, venia dari non poteſt : atqui illum pronunciare diverſitatem etiam ad CCCC ſtadia ſentiri poſſe, ut in parallelo qui per Athenas, & qui per Rhodum ducitur. Eſt autem quod ad ſenſum attinet,

1. Πάντα δὲ ταῦτα λέγει οὐ γεωμετρικῶς ἐλέγχων οὐ πιθανῶς) Ex iis quæ paullò antè notavimus apparet legendum eſſe ὡς γεωμετρικῶς ἐλέγχων οὐ πιθανῶς. Vetus tamen interpres retinuit & ipſe vulgatam lectionem. *Idem.*

2. Ἔστι δὲ τὸ πρὸς αἴσθησιν οὐχ ἁπλοῦν. &c.) Locus longe corruptiſſimus, & Viro doctiſſimo deploratus, quem minima mutatione ſic reſtituimus : Ἔστι δὲ τὸ πρὸς αἴσθησιν οὐχ ἁπλοῦν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν πλάτει μείζονι, τὸ δ' ἐλάττονι. Μείζονι μὲν, εἰ αὐτῷ τῷ ὀφθαλμῷ πιστεύομεν, ἢ καρποῖς, ἢ κράσεσιν ἀέρων πρὸς τὴν τῶν κλιμάτων κρίσιν, ἐλάττονι δ' ἂν, δι' ὀργάνων γνωμονικῶν, ἢ διοπτρικῶν. Editum eſt D vulgo : μείζονι μὲν ἐν αὐτῷ τῷ ὀφθαλμῷ πιστευομένῃ καρποῖς. Sed & peſſimè vir eruditus emendabat, ἐν πίστει μείζονι. Nihil tam contrarium Strabonis menti. Climatum differentia ex parallelorum diverſitate, & cœli varia inclinatione, ἐν τῷ πλάτει τῆς οἰκουμένης ſumitur, ut meridianorum variatio ἐν τῷ μήκει. Dicit igitur Strabo eam climatum varietatem, quæ ſenſu comprehenditur, duplici modo colligi ſolere, in majore latitudine, & in minore. In majore quidem latitudine percipi, quum oculis noſtris credimus, aut fructibus, aut aërum temperiei, ad judicium ferendum de climatum varietate. Optima igitur emendatio, εἰ αὐτῷ τῷ ὀφθαλμῷ πιστεύομεν, ἢ καρποῖς, ἢ κράσεσιν ἀέρων πρὸς τὴν τῶν κλιμάτων κρίσιν. Nam malè etiam vulgo ſcriptum eſt, πρὸς τὴν τῶν κλιμάτων κρᾶσιν. Ceterum clementior aër, aut rigidior, diverſum oſtendit regionis clima. Fructus alii in aliis regionibus naſcuntur, & variam inclinationem cœli fatentur. Oculis hoc ipſum arbitramur, quum omnia phœnomina diſſimilia appareant, & ſitus terræ diſſimilis. Hæc differentia climatum ὡς πρὸς αἴσθησιν, ἐν πλάτει μείζονι colligitur. Etenim ſæpe fit, ut per aliquot ſtadiorum eamdem aëris temperiem ſentiamus, eoſdem gigni fructus videamus, & alia quædam ſimilia reperiamus. Quin altera ratio, quâ idem deprehendimus, ἐν πλάτει ἐλάττονι, ſed ea eſt, quæ ex gnomonicis, & dioptricis inſtrumentis comparatur. Hanc diverſitatem climatum αἰσθητὴν, quæ ex umbrarum incrementis capitur, ad quadringenta ſtadia ſentiri pronuntiavit Hipparchus, alii ad trecenta, alii ad quingenta. Sequitur apud Strabonem [illegible] ἡ δι' Ἀθηνῶν παράλληλος γνωμονικῶς [illegible] εἰκότως

ἐν

non ſimplex, ſed alia latior, alia minor ratio: major, cùm ipſi oculo creditur de fructibus aut temperamentis aëris pro climatum ratione: minor, cùm gnomonica & dioptrica adhibentur inſtrumenta. Nam parallelus ductus per Athenas gnomonicè obſervatus, itémque qui per Rhodum & Cariam ducitur, probabiliter tot ſtadiorum intercapedinem ſenſui objeciſſent. Qui autem in latitudine ter mille, longitudine autem etiam XL millium fines, maris autem XXX millium, ſumens lineam ab occaſu ad ortum æquinoctialem: & in utramque partem alia meridionalia, alia ſeptentrionalia appellans, hæcque laterculos nominans & ſigilla: is videat quomodo & hæc dicat, & latera hæc ſeptentrionalia, illa auſtrina, & quomodo hæc occidua, illa orientalia: idemque ea prætermittens in quibus magnum eſt erratum, rationem reddat: id enim par eſt: exigua autem etiamſi eum fugerint, refutandus non eſt. Enimvero hîc neutro modo is hominem redarguit: nam neque de tanta latitudine demonſtratio poteſt geometrica dari: neque ubi geometricè agere vult, ſumtionibus utitur in confeſſo ſitis, ſed ipſe ſibi eas fingit. Præſtat autem de quarta dicere parte: ubi prioribus vitiis adjicit 5 culpandi ſtudium, inque eiſdem aut ſimilibus hypotheſibus permanſionem. Id quidem meritò reprehendit, quòd Eratoſthenes longitudinem appellat hujus partis lineam à Thapſaco ad Ægyptum pertinentem: quod perinde ſit, ac ſi quis parallelogrammi diametrum, ejus figuræ longitudinem appellet. Non enim in eodem parallelo jacent Thapſacus & Ægypti ora maritima, ſed in valde invicem diſtantibus: inque ſpacio inter hos interveniente quaſi ad angulum & obliqua ducitur à Thapſaco ad Ægyptum linea. Id autem non

A αἴσθησιν οὐχ ἁπλοῦν· ἀλλὰ [1] τὸ μὲν ἐν πλάτει μείζονι, τὸ δ' ἐλάττονι· [2] μείζονι μὲν ἐν αὐτῷ τῷ ὀφθαλμῷ πιστευομένη καρποῖς ἢ κράσεσι ἀέρων πρὸς τὴν τῶν κλιμάτων κρᾶσιν· ἐλάττονι δ' αὖ, δι' ὀργάνων γνωμονικῶν, ἢ διοπτρικῶν. Ὁ μὲν οὖν δι' Ἀθηνῶν παράλληλος, γνωμονικῶς ληφθεὶς, καὶ ὁ διὰ Ῥόδου καὶ Καρίας, εἰκότως ἐν σταδίοις τοσούτοις αἰσθητὴν ἐποίησε τὴν διαφοράν· ὁ δ' ἐν πλάτει μὲν τρισχιλίων σταδίων, [3] μήκει δὲ καὶ τετρακισμυρίων ὄρους, πελάγους δὲ τρισμυρίων, λαμβάνων τὴν ἀπὸ δύσεως ἐπ' ἰσημερινὰς ἀνατολὰς γραμμὴν, καὶ τὰ ἐφ' ἑκάτερα ... τὸ μέρος, p. 88.
B τὰ μὲν νότια ὀνομάζων, τὰ δὲ βόρεια, καὶ ταῦτα πλινθία καλῶν καὶ σφραγίδας· νοείσθω πῶς καὶ ταῦτα λέγει, καὶ πλευρὰ τὰ μὲν ἀρκτικὰ, τὰ δὲ νότια· καὶ πῶς τὰ μὲν ἑσπέρια, τὰ δὲ ἑωθινά· καὶ τὸ μὲν παρὰ πολὺ διαμαρτανόμενον παρορῶν, ὑπεχέτω λόγον· δίκαιον γάρ· τὸ δὲ παρὰ μικρὸν οὐδὲ παριδὼν ἐλεγκτέος ἐστίν. Ἐνταῦθα δ' οὐδετέρως αὐτῷ προσάγεταί τις ἔλεγχος· οὔτε γὰρ τῆς ἐν τοσούτῳ πλάτει γεωμετρική τις [4] δύναιτ' ἂν ἀπόδειξις· οὔτ' ἐν οἷς ἐπιχειρεῖ γεωμετρεῖν, ὁμολογουμένοις χρῆται λήμμασιν, ἀλλ' ἑαυτῷ πλάσας.
C Βέλτιον δὲ περὶ τῆς τετάρτης λέγειν μερίδος· [6] προστίθησι δὲ καὶ τοῦ φιλαιτίου καὶ τοῦ μένοντος ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑποθέσεων ἢ τῶν παραπλησίων. Τοῦτο μὲν γὰρ ὀρθῶς ἐπιτιμᾷ, διότι μῆκος ὀνομάζει τῆς μερίδος ταύτης τὴν ἀπὸ Θαψάκου μέχρις Αἰγύπτου γραμμήν· ὥσπερ εἴ τις παραλληλογράμμου τὴν διάμετρον μῆκος αὐτοῦ φαίη· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ παραλλήλου κεῖται ἥ τε Θάψακος, καὶ ἡ τῆς Αἰγύπτου παραλία, ἀλλ' ἐπὶ διεστώτων πολὺ ἀλλήλων· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ διαγώνιός πως ἄγεται καὶ λοξὴ ἡ ἀπὸ Θαψάκου εἰς Αἴγυπτον. Τὸ δὲ θαυμάζειν

*ἐν σταδίοις τοσούτοις αἰσθητὴν ἐποίησε διαφορὰν*, id eſt, *ἐν τετρακοσίοις σταδίοις*. Ergo parallelus, qui per Athenas tranſit *ἐν πλάτει*, diſtat à parallelo *διὰ Ῥόδου, καὶ Καρίας* ſtadiis quadringentis. Sic parallelus à parallelo ſecundum Hipparchum ſtadiis quadringentis longe eſt, quo in ſpatio notabilem, ac ſenſibilem fieri climatis variationem putavit. *Salmaſ. Exercit. Plinian: edit. Traject. pag. 467.*

1. *τὸ μὲν ἐν πλάτει μείζονι*) Vox *πλάτει* atque adeo totus iſte locus valde eſt mihi ſuſpectus. Nec mihi ſatisfacit quod aliquando putavi, legendum eſſe *ἐν πίστει*. Quare de hoc loco amplius. *Caſaub.*

2. *μείζονι μὲν ἐν αὐτῷ*) Forte legendum *μείζονι μὲν οὖν*, vel *μείζονι μὲν, ἂν αὐτῷ*, vel ſic *ἐν μείζονι*, [illegible] *Idem.*

3. *μήκει δὲ καὶ τετρακισμυρίων ὅρους*) Lego, *ὄρους*. Taurum enim montem intelligit. Sic mox *πελάγους*
D *δὲ*. Longitudinem enim *τῆς οἰκουμένης* efficit mare noſtrum & ei *συνεχὴς* Taurus. Eſt autem habitatæ terræ longitudo Straboni *ἑπτὰ μυριάδων*. *Idem.*

4. *Δύναιτ' ἂν ἀπόδειξις*) Lego, *δύναιτ' ἂν εἶναι ἀπόδειξις*. Omnino enim videtur excidiſſe vox *εἶναι*. *Idem.*

5. Culpandi ſtudium.) *Φιλητίου* Aldus habebat, nos *φιλιτίου*: & *μένοντος* rectè uterque. Interpres mendum in priore voce non obſervans, neſcio quos Philetios & Menontes nobis creavit: cum Hipparcho vitia duo præter ſuperiora objiciantur, *τὸ φιλαίτιον, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς αὐταῖς, οὐ μὴν χρησταῖς, μένειν ὑποθέσεσι* quod Ariſtoteles vocat *θέσιν διαφυλάττειν*. *Xyland.*

6. *προστίθησι δὲ καὶ τοῦ φιλαιτίου*) Rectè Xylander hunc locum emendavit, inſerto vocabulo *τὸ* antè *τοῦ*. *Caſaub.*

1. συν

πως ἐθάῤῥησεν εἰπεῖν ἑξακισχιλίων σταδίων, τὸ A ἀπὸ Πηλουσίου εἰς Θάψακον, πλειόνων ὄντων ἢ ἑπτακισχιλίων, οὐκ ὀρθῶς· λαβὼν γὰρ δι' ἀποδείξεως μὲν, ὅτι ὁ διὰ Πηλουσίου παράλληλος τοῦ διὰ Βαβυλῶνος πλείοσιν ἢ δισχιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις νοτιώτερός ἐστι, κατ' Ἐρατοσθένη δὲ (ὡς οἴεται) διότι τοῦ διὰ Βαβυλῶνος ὁ διὰ τῆς Θαψάκου ἀρκτικώτερος τετρακισχιλίοις ὀκτακοσίοις σταδίοις, [1] συμπίπτει φησὶ πλείους [2] τῶν ἑπτακισχιλίων. Πῶς οὖν κατ' Ἐρατοσθένη δείκνυται ἡ τοσαύτη ἀπόστασις τοῦ διὰ Βαβυλῶνος παραλλήλου ἀπὸ τοῦ διὰ Θαψάκου * ζητῶν· ὅτι μὲν γὰρ ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Βαβυλῶνα τοσοῦτόν ἐστιν, εἴρηκεν ἐκεῖνος· ὅτι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ B δι' ἑκατέρου παραλλήλου ἐπὶ τὸ διὰ θατέρου, οὐκ εἴρηκεν. Οὐδὲ γὰρ ὅτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, μεσημβρινοῦ ἐστιν ἡ Θάψακος καὶ ἡ Βαβυλών· τοὐναντία γὰρ αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος ἔδειξε, κατ' Ἐρατοσθένη πλείοσιν ἢ δισχιλίοις σταδίοις συμβαίνειν ἀνατολικωτέραν εἶναι τὴν Βαβυλῶνα τῆς Θαψάκου· ἡμεῖς τε παρατίθεμεν τὰς Ἐρατοσθένους ἀποφάσεις, ἐν αἷς τὸν Τίγριν καὶ τὸν Εὐφράτην ἐγκυκλοῦσθαι τήν τε Μεσοποταμίαν καὶ τὴν Βαβυλωνίαν, καὶ τὸ πλέον γε τῆς ἐγκυκλώσεως τὸν Εὐφράτην ποιεῖν·

p.89. ἀπὸ γὰρ τῶν ἄρκτων ἐπὶ μεσημβρίαν ῥυέντα, ἐπιστρέφειν πρὸς τὰς ἀνατολὰς, ἐκπίπτειν δὲ ἐπὶ μεσημβρίαν. ἡ μὲν οὖν ἐπὶ μεσημβρίαν ἀπὸ C τῶν ἄρκτων ὁδὸς, ὡς μεσημβρινοῦ τινός ἐστιν· ἡ δ' ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς ἐπιστροφὴ, καὶ ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα, ἔκνευσίς τε ἐστιν ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ, καὶ οὐκ ἐπ' εὐθείας, διὰ τὴν ῥηθεῖσαν ἐγκύκλωσιν. τὴν δέ γε ὁδὸν εἴρηκε τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων σταδίων τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ Θαψάκου [4] παρὰ τὸν Εὐφράτην, προσθεὶς καθάπερ ἐπίτηδες τοῦ μὴ ἵνα εὐθεῖαν αὐτὴν δέξασθαι καὶ μέτρον τοῦ μεταξὺ δυοῖν παραλλήλων διαστήματος. Μὴ διδομένου δὲ τούτου, κενόν ἐστι καὶ τὸ ἐφεξῆς δείκνυσθαι δοκοῦν, ὅτι συνισταμένου ὀρθογωνίου τριγώνου πρός τε Πηλουσίῳ καὶ Θαψάκῳ καὶ τῇ τομῇ τοῦ τε διὰ Θαψάκου πα- D ραλλήλου, καὶ τοῦ διὰ Πηλουσίου μεσημβρινοῦ,

* Xyland. ζητῶ. cui aſſentior.

A rectè, quòd miratur qui auſus fuerit dicere Thapſacum Peluſio diſtare ſex millibus ſtadiorum, cùm diſtet amplius ſeptem millibus. Demonſtrans enim Peluſianum parallelum à Babylonio verſus meridiem amplius CIↃ CIↃ IↃ ſtadiis vergere: ſecundùm Eratoſthenem autem (ut opinatur) Babylonio Thapſacenum ſeptentrionaliorem eſſe quater mille & IↃ CCC ſtadiis: confíciuntur, inquit, ſtadia millibus ſeptem plura. Hæc parallelorum diſtantia quomodo ex Eratoſthenis ſententia oſtendatur, [3] quæro. Id quidem hic dixit, tantam eſſe Babylonis à Thapſaco di- B ſtantiam: ſed parallelos horum locorum tantundem diſtare, non dixit. Neque verò afferri id poteſt, Thapſacum & Babylonem in eodem eſſe meridiano. Contra enim ipſe Hipparchus demonſtravit, ſecundùm Eratoſthenem eſſe Babylonem Thapſaco amplius CIↃ CIↃ ſtadiis orientaliorem. Et nos adducimus Eratoſthenis pronunciata, in quibus eſt, Tigri & Euphrate ambiri Meſopotamiam & Babyloniam, ita ut Euphrates majorem circularis iſtius ambitionis partem conficiat. Eum enim à ſeptentrione profluentem verſus orientem converti, & verſus me- C ridiem effluere. At quod à ſeptentrione verſus meridiem fluit, id quidem ſecundùm meridianum aliquem fieri poteſt. Sed illa verſus ortum averſio, & verſus Babylonem, declinatio jam eſt à meridiano, neque in recta linea permanſio, propter modò dictum ambitum. Iter quoque à Thapſaco Babylonem juxta Euphratem dixit eſſe IV CIↃ & IↃ CCC ſtadiorum, id quaſi dedita opera addens, iter id non poſſe in rectam lineam dirigi, cujus menſura eſſet intervallum inter duos parallelos. Quo negato, vanum jam eſt deinceps demonſtrare velle, conſtituto rectangulo triangulo ad Peluſium D Thapſacum & interſectionem Thapſaceni paralleli cum Peluſiaco meridiano,

1. συμπίπτει φησὶ πλείους) Suſpecta mihi vox συμπίπτει. Certè συμπίπτειν mallem. *Idem.*

2. τῶν ἑπτακισχιλίων) Vetus lectio ὀκτακισχιλίων. *Id.*

3. Quæro.) Ζητῶν. Si ζητῶ legas, omnia rectè habent. infrà ἀπὸ τῶν ἄρκτων, erat ἐπὶ liquidò falſum, ut & καινὸν pro κενὸν bis. ὑπὸ τὴν ὀρθὴν.] erat περί. Sed ego cum ſuperiora ſecutus ſum, tum rationem. Nihil enim abſurdi erat in triangulo rectangulo duorum laterum quæ rectum angulum faciunt alterum altero longius eſſe: ſed alterum horum hypotenuſa eſſe longius, id multis modis abſurdum eſſet. quod non tantum peculiariter 47 primi Euclidis docere poteſt, ſed & in univerſum de quocunque triangulo ejuſdem libri propoſitio 19 demonſtrat, cùm ex ejuſdem 32 facilè colligatur in rectangulo triangulo nullum poſſe eſſe locum angulo, qui quantitate rectum excedat. Paulo poſt ληφθέντος γωνιαίου τῶν ὅρων πλάτης: legendum videtur ὁρῶν. *Xyland.*

4. Παρὰ τὸν Εὐφράτην, προσθεὶς καθάπερ ἐπίτηδες) Non dubium mihi eſt hunc locum ſic eſſe diſpungendum, Τὴν δὲ γε ὁδὸν εἴρηκε τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων σταδίων τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ Θαψάκου, παρὰ τὸν Εὐφράτην προσθεὶς καθάπερ ἐπίτηδες, vel ſic potius, τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα ἀπὸ Θαψάκου παρὰ τὸν Εὐφράτην· παρὰ τὸν Εὐφράτην προσθεὶς. Nam quod prudenter adjectum fuiſſe notat Strabo, hæc ſunt verba, παρὰ τὸν Εὐφράτην. Quare [illegible] Xylander. *Caſaub.*

Vnum eorum quæ rectum angulum faciunt laterum, nempe quod eſt in meridiano, longius eſſe eo quod recto ſubtenditur angulo, ductum à Thapſaco ad Peluſium. Vanum eſt & id quod huic annectitur, concluſum ex propoſitione non conceſſa. Nequaquam enim datum hoc eſt, à Babylone uſque ad Caſpiarum portarum meridianum eſſe ſpacium ſtadiorum IV CIↃ IↃ CCC. Demonſtravimus enim Hipparchum id confeciſſe ex iis quæ non conceſſit Eratoſthenes. Ut autem invalidum ſit quod pro eo datum eſt, ſumens amplius novem ſtadiorum millibus à Babylone eſſe ad lineam quæ ſic ducitur à Caſpiis portis ad fines Carmaniæ, ut ille dixit, idem demonſtravit. At enim non hoc fuit objiciendum Eratoſtheni: ſed id, quòd magnitudinum & figurarum, quibus latitudo tribuitur, oporteat eſſe aliquam menſuram: & alicubi magis, alicubi minus concedendum. Si enim ſumatur latitudo montium qui ad ortum æquinoctialem porriguntur, ſtadia ter mille, ſimiliterque maris uſque ad portas Herculis: faciliùs concedat quiſpiam ejus parallelos in una latitudine ductas veluti linea examinari, quàm eas qui invicem incidunt. interque ipſas incidentes eas quæ in ea ipſa concurrunt latitudine, quàm quæ extrà: itemque diſtantes eò uſque ut latitudinem non excedant, quàm exeuntes: & quæ in majori longitudine potiùs, quàm quæ in minori. Etenim ſic inæqualitas longitudinum atque figurarum faciliùs celari poſſit. Verbi gratia in latitudine Tauri totius & maris uſque ad columnas Herculis, ſi ponantur tria ſtadiorum millia, intelligitur adhuc figura parallelis contenta lineis, quæ circumſcribat totum illum montem & dictum mare. Quòd ſi ergo longitudinem in plura dividas parallelogramma, diametrumque cùm totius tum partium accipias: faciliùs ſanè totius diameter eadem reputabitur parallelus & æqualis lateri longitudinis, quàm partium diameter. & quanto minus erit particulare parallelogrammum, tanto id magis eveniet. nam & obliquitas diametri, & inæqualitas longitudinis minùs arguitur in magnis: ut in his non verearis diametrum figuræ longitudinem appellare. Si ergo diametrum magis adhuc obliques, ut vel

A μία τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν ἡ ἐπὶ τοῦ μεσημβρινοῦ μείζων ἔσται τῆς ὑπὸ τὴν ὀρθὴν τοῦ ἀπὸ Θαψάκου εἰς Πηλούσιον. Κενὸν δὲ καὶ τὸ συνάπτον τούτῳ ἀπὸ μὴ συγχωρουμένου λήμματος κατασκευαζόμενον· οὐ γὰρ δὴ δίδοται τὸ ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπὶ τὸν διὰ Κασπίων πυλῶν μεσημβρινὸν εἶναι διάστημα τετρακισχιλίων σταδίων ὀκτακοσίων· ἐλήλεγκται γὰρ ὑφ᾽ ἡμῶν ἐκ τῶν μὴ συγχωρουμένων ὑπ᾽ Ἐρατοσθένους κατεσκευακότα τοῦτο τὸν Ἵππαρχον· ἵνα δ᾽ ἀνίσχυρον ᾖ τὸ * ὑπ᾽ ἐκείνου διδόμενον, λαβὼν τὸ εἶναι πλείους ἢ ἐννακισχιλίους ἐκ Βαβυλῶνος B ἐπὶ τὴν ἐκ Κασπίων πυλῶν οὕτως ἀγομένην γραμμὴν ὡς ἐκεῖνος εἴρηκεν ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς Καρμανίας, ἐδείκνυε τὸ αὐτό· Οὐ τοῦτο νῦν λεκτέον πρὸς τὸν Ἐρατοσθένη, ἀλλ᾽ ὅτι τῶν ἐν πλάτει λεγομένων καὶ μεγεθῶν καὶ σχημάτων, εἶναί τι δεῖ μέτρον· καὶ ὅπου μὲν μᾶλλον, ὅπου δὲ ἔλαττον συγχωρητέον. Ληφθέντος γὰρ τοῦ τῶν ὀρῶν πλάτους τῶν ἐπὶ τὰς ἰσημερινὰς ἀνατολὰς ἐκτεινομένων τρισχιλίων σταδίων, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ τῆς θαλάττης τῆς μέχρι στηλῶν, μᾶλλον ἄν τις συγχωρήσειεν ὡς ἐπὶ μιᾶς γραμμῆς ἐξετάζεσθαι [1] τὰς παραλλήλους ἐκείνης ἐν τῷ αὐτῷ πλάτει ἀγομένας, ἢ τὰς συμπιπτούσας· καὶ C τῶν συμπιπτουσῶν τὰς ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ τῷ πλάτει τὴν σύμπτωσιν ἐχούσας, ἢ τὰς ἐκτός· ὡσαύτως καὶ διϊσταμένας μέχρι τοῦ μὴ ἐκβαίνειν τοῦ πλάτους ἢ τὰς ἐκβαινούσας· καὶ τὰς ἐν μείζονι μήκει μᾶλλον, ἢ τὰς ἐν ἐλάττονι· καὶ γὰρ ἡ ἀνισότης τῶν μηκῶν συγκρύπτοιτ᾽ ἂν μᾶλλον, καὶ ἡ ἀνομοιότης τῶν σχημάτων· οἷον ἐν τῷ πλάτει τοῦ Ταύρου παντὸς καὶ τῆς μέχρι στηλῶν θαλάττης, ὑποκειμένων τρισχιλίων σταδίων, νοεῖται ἕν τι παραλληλόγραμμον χωρίον, τὸ περιγράφον τό, τε ὄρος ἅπαν καὶ τὴν λεχθεῖσαν θάλατταν. ἐὰν οὖν διέλῃς εἰς πλείω παραλληλό- D γραμμα τὸ μῆκος, καὶ τὴν διάμετρον ὅλου τε τούτου λάβῃς καὶ τῶν μερῶν, ῥᾷδιον ἂν ἡ τοῦ ὅλου διάμετρος ἡ αὐτὴ λογισθείη παράλληλός τε καὶ ἴση τῇ κατὰ τὸ μῆκος πλευρᾷ, ἤπερ ἡ ἐν τοῖς μέρεσι· καὶ ὅσῳ γ᾽ ἂν ἧττον ᾖ τὸ παραλληλόγραμμον τὸ ληφθὲν ἐν μέρει, τοσῷ δὲ μᾶλλον τοῦτ᾽ ἂν συμβαίνοι· ἥ τε γὰρ λοξότης τῆς διαμέτρου ἧττον ἀπελέγχεται, καὶ ἡ ἀνισότης τοῦ μήκους ἐν τοῖς μεγάλοις· ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἂν ὀκνήσειας ἐπ᾽ αὐτῶν τὴν διάμετρον εἰπεῖν μῆκος τοῦ σχήματος. Ἐὰν οὖν τὴν διάμετρον λοξώσῃς μᾶλλον, ὥστε

* Vulgò ὑπὲρ.

p. 90.

1. τὰς παραλλήλους ἐκείνης ἐν τῷ αὐτῷ πλάτει] Legendum puto τὰς παραλλήλους ἐκείνοις τὰς ἐν αὐτῷ Idem.

ἐκπεσεῖν ἔξω τῶν πλευρῶν ἑκατέρας, ἢ τῆς γε ἑτέρας, οὐκ ἂν ὁμοίως ἔτι ταῦτα συμβαίνοι· τοιοῦτον δή τι λέγω τὸ μέτρον τῶν ἐν πλάτει λεγομένων. Ὁ δ' ἀπὸ τῶν Κασπίων πυλῶν, τὴν μὲν δι' αὐτῶν τῶν ὀρῶν λαμβάνων, ὡς ἂν ἐπὶ ταὐτοῦ παραλλήλου μέχρι στηλῶν ἀγομένην, τὴν δ' ἀποκλίνουσαν εἰς Θάψακον εὐθὺς ἔξω πολὺ τῶν ὀρῶν· καὶ πάλιν ἐκ Θαψάκου προσεκβάλλων ἄλλην μέχρις Αἰγύπτου τοσοῦτον ἐπιλαμβάνουσαν πλάτος, εἶτα τῷ μήκει τῷ ταύτης καταμετρῶν τὸ τοῦ χωρίου μῆκος διάμετρον τετραγώνου, καταμετρεῖν δὴ δόξειε τὸ τοῦ τετραγώνου μῆκος. Ὅταν δὲ μὴ διάμετρος ᾖ, ἀλλὰ κεκλασμένη ἡ γραμμή, πολὺ μᾶλλον ἂν δόξειε πλημμελεῖν. κεκλασμένη γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ Κασπίων πυλῶν διὰ Θαψάκου πρὸς τὸν Νεῖλον ἀγομένη. πρὸς μὲν Ἐρατοσθένη ταῦτα. Πρὸς δὲ τὸν Ἵππαρχον κἀκεῖνο, ὅτι ἐχρῆν ὡς κατηγορίαν πεποίηται τῶν ὑπ' ἐκείνου λεχθέντων, οὕτω καὶ ἐπανόρθωσίν τινα ποιήσασθαι τῶν ἡμαρτημένων· ὅπερ ἡμεῖς ποιοῦμεν. ἐκεῖνος δὲ εἰ καί που τούτου πεφρόντικε, κελεύει ἡμᾶς τοῖς ἀρχαίοις πίναξι προσέχειν, δεομένοις παμπόλλῳ τινὶ μείζονος ἐπανορθώσεως ἢ ὁ Ἐρατοσθένους πίναξ προσδεῖται. Καὶ τὸ ἐπιφερόμενον δ' ἐπιχείρημα τῆς αὐτῆς ἔχεται μοχθηρίας· λαμβάνει γὰρ ἐν λήμματι τὸ ἐκ τῶν μὴ διδομένων κατασκευασθέν, ὡς ἠλέγξαμεν ἡμεῖς, ὅτι Θαψάκου Βαβυλὼν ἀνατολικωτέρα ἐστὶν οὐ πλείοσιν ἢ χιλίοις σταδίοις· ὥστ' εἰ καὶ πάνυ συνάγεται τὸ πλείοσιν ἢ δισχιλίοις καὶ τετρακοσίοις σταδίοις ἀνατολικωτέραν αὐτὴν εἶναι ἐκ τῶν λεγομένων ὑπὸ τοῦ Ἐρατοσθένους, ὅτ' ἐπὶ τὴν τοῦ Τίγριδος διάβασιν, ᾗ Ἀλέξανδρος διέβη, ἀπὸ Θαψάκου ἐστὶ σύντομος σταδίων δισχιλίων τετρακοσίων·
p. 91. ὁ δὲ Τίγρις καὶ ὁ Εὐφράτης ἐγκυκλωσάμενοι τὴν Μεσοποταμίαν, τέως μὲν ἐπ' ἀνατολὰς φέρονται, εἶτ' ἐπιστρέφουσι πρὸς νότον, καὶ πλησιάζουσι τότε ἀλλήλοις τε ἅμα, καὶ Βαβυλῶνι· οὐδὲν ἄτοπον συμβαίνει τῷ λόγῳ. Πλημμελεῖ δὲ καὶ ἐν τῷ ἑξῆς ἐπιχειρήματι, ἐν ᾧ συνάγειν βούλεται, ὅτι τὴν ἀπὸ Θαψάκου ἐπὶ Κασπίους πύλας ὁδόν, ἣν μυρίων σταδίων Ἐρατοσθένης εἴρηκεν, οὐκ ἐπ' εὐθείας ἀναμεμετρημένην ὡς ἐπ' εὐθείας παραδίδωσι, τῆς εὐθείας πολὺ ἐλάττονος οὔσης· ἡ δ' ἔφοδός ἐστιν αὐτῷ τοιαύτη· Φησὶν εἶναι καὶ κατ' Ἐρατοσθένη τὸν αὐτὸν μεσημβρινόν, τόν τε διὰ τοῦ Κανωβικοῦ στόματος, καὶ τὸν διὰ Κυανέων· διέχειν δὲ τοῦτον τοῦ διὰ Θαψάκου ἑξακισχιλίους τριακοσίους σταδίους· τὰς δὲ Κυανέας τοῦ Κασπίου ὄρους ἑξακισχιλίους ἑξακοσίους, ὃ κεῖται κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐπὶ τὸ Κάσπιον πέλαγος ἐκ Κολχίδος· ὥστε παρὰ τριακοσίους σταδίους, τὸ ἴσον εἶναι διάστημα ἀπὸ τοῦ διὰ Κυανέων

hæc figura chlamydis ſimilis : nam in extremis latitudinem valde contrahi animadverſum eſt , præcipue occiduis, ſingula nobis perluſtrantibus. Nunc autem deſcripſimus locum ſuperficiei ſphæricæ , in quo terram habitam ſitam dicimus. Oportet vero eum, qui manu fabricatis operibus veritatem imitatur quam fieri poteſt proximè , globo qui terram referat , formato, qualis eſt Cratetis, in eo quadrilaterum illud deſignare, inque eo tabulam geographicam collocare. Sed quoniam magno opus eſt globo , cujus exigua pars illud ſit quadrilaterum, quod ſufficiat ad perſpicue inſcribendas terræ habitatæ partes , eaſque adſpectui proprie exhibeat : ſane fecerit egregie, qui talem conficere poterit. diametrum globus talis requirit decem pedibus majorem. Qui vero tantum , aut non multo minorem globum parare nequit , is in plana deſcribat tabula, ſeptem minimum pedum. Parum enim intererit , ſi loco circulorum parallelorum ac meridianorum , quibus climata & ventos indicamus , reliquaſque differentias & comparationes partium terræ inter ſe & cum cœlo, rectis lineis utamur parallelis & in eos ad angulos rectos incidentibus : cum magnitudinem & figuram viſu in plana ſpectatam ſuperficie intellectus facilè transferre poſſit ad rotundam & ſphæricam. eadem ratio eſt obliquorum rectorumque circulorum. Ac tametſi per polos ducti meridiani circuli in ſphæra omnes ad unum punctum concurrunt : nihil tamen refert ſi in plana tabula paulatim coëuntes conum ſeu metam efficiant: non enim ſæpe hoc neceſſitas exiget, neque ut ſuperficies , ita etiam coitio evidens eſt , tranſlatis in tabulam delineationibus , & deſcriptis rectis lineis. Et quidem deinceps reliqua ita exponemus , ut deſcriptione in tabula plana propoſita. Exponemus enim tum quæ ipſi obivimus terra marique , tum de quibus aliorum ſermonibus aut ſcriptis nobis fides eſt facta. Ipſi obivimus verſus occaſum ab Armenia uſque ad Etruriæ loca Sardiniæ oppoſita : verſus meridiem ab Euxino ponto uſque ad fines Æthiopiæ. Neque verò reliquorum qui ſitum terræ deſcripſerunt, quenquam invenies, qui dicta intervalla obeundo , multo plura atque nos præſtiterit : nam qui in occidua plaga plura viderunt, orientalium non tantum quam

A καὶ χλαμυδοειδές πως τὸ σχῆμα· πολλὴ γὰρ συναγωγὴ τοῦ πλάτους περὶ τοῖς ἄκροις εὑρίσκεται, καὶ μάλιστα τοῖς ἑσπερίοις, τὰ καθ' ἕκαστα ἐπιόντων ἡμῶν. Νυνὶ μὲν οὖν ἐπιγεγράφαμεν ἐπὶ σφαιρικῆς ἐπιφανείας τὸ χωρίον, ἐν ᾧ φαμὲν ἱδρῦσθαι τὴν οἰκουμένην. Καὶ δεῖ τὴν ἐγγυτάτω [1] διὰ τῶν χειροκμήτων οἰκημάτων μιμούμενον τὴν ἀλήθειαν ποιήσαντα σφαῖραν τὴν γῆν, καθάπερ τὴν Κρατήτειον, ἐπὶ ταύτης ἀπολαβόντα τὸ τετράπλευρον, ἐντὸς τούτου τιθέναι τὸν πίνακα τῆς γεωγραφίας· ἀλλ' ἐπειδὴ μεγάλης δεῖ σφαίρας, ὥστε πολλοστημόριον αὐτῆς ὑπάρχον τὸ λεχθὲν τμῆμα, ἱκανὸν γενέσθαι δέξασθαι σαφῶς τὰ προσήκοντα μέρη τῆς οἰκουμένης, καὶ τὴν οἰκείαν
B παρασχεῖν ὄψιν τοῖς ἐπιβλέπουσι, τῷ μὲν δυναμένῳ κατασκευάσασθαι τηλικαύτην, οὕτω ποιεῖν βέλτιον· ἔστω δὲ μείζω δέκα ποδῶν ἔχουσα τὴν διάμετρον· τῷ δὲ μὴ δυναμένῳ τηλικαύτην ἢ μὴ πολλῷ ταύτης ἐνδεεστέραν, ἐν ἐπιπέδῳ καταγραπτέον πίνακι τοὐλάχιστον ἑπτὰ ποδῶν. Διοίσει γὰρ μικρὸν, ἂν, ἀντὶ τῶν κύκλων, τῶν τε παραλλήλων, καὶ τῶν μεσημβρινῶν, οἷς τά τε κλίματα καὶ τοὺς ἀνέμους διασαφοῦμεν, καὶ τὰς ἄλλας διαφορὰς, καὶ τὰς σχέσεις τῶν τῆς γῆς μερῶν, πρὸς ἄλληλά τε καὶ τὰ οὐράνια, εὐθείας γράφομεν· τῶν μὲν παραλλήλων παραλλήλους, τῶν δὲ ὀρθῶν πρὸς ἐκείνους ὀρθάς· τῆς διανοίας ῥᾳδίως μεταφέρειν δυναμένης τὸ p. 117.
ὑπὸ τῆς ὄψεως ἐν ἐπιπέδῳ θεωρούμενον ἐπι-
C φανείᾳ σχῆμα καὶ μέγεθος, ἐπὶ τὴν περιφερῆ τε καὶ σφαιρικήν· ἀνάλογον δὲ, καὶ περὶ τῶν λοξῶν κύκλων καὶ εὐθειῶν φαμέν. Εἰ δ' οἱ μεσημβρινοὶ οἱ παρ' ἑκάστοις διὰ τοῦ πόλου γραφόμενοι πάντες συννεύουσιν ἐν τῇ σφαίρᾳ πρὸς ἓν σημεῖον, ἀλλ' ἐν τῷ ἐπιπέδῳ γε οὐ διοίσει πίνακι τὰς εὐθείας μικρὸν συννευούσας ποιεῖν κῶνον τὰς μεσημβρινάς· οὐδὲ γὰρ πολλαχοῦ τοῦτ' ἀναγκαῖον, οὐδ' ἐκφανής ἐστιν ὥσπερ ἡ περιφέρεια, οὕτω καὶ ἡ σύννευσις, μεταφερομένων τῶν γραμμάτων εἰς τὸν πίνακα τὸν ἐπίπεδον, καὶ γραφομένων εὐθειῶν. Καὶ δὴ καὶ τὸν ἑξῆς λόγον ὡς ἐν ἐπιπέδῳ πίνακι τῆς γραφῆς γινομένης ἐκθήσομεν. Ἐροῦμεν δὴ τὴν μὲν ἐπελθόντες
D αὐτοὶ τῆς γῆς καὶ θαλάττης· περὶ ἧς δὲ πιστεύσαντες τοῖς εἰποῦσιν, ἢ γράψασιν. Ἐπήλθομεν δὲ ἐπὶ δύσιν μὲν ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας μέχρι τῶν κατὰ Σαρδῶνα τόπων τῆς Τυρρηνίας· ἐπὶ μεσημβρίαν δὲ ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου μέχρι τῶν τῆς Αἰθιοπίας ὅρων. Οὐδὲ τῶν ἄλλων δὲ οὐδὲ εἷς ἂν εὑρεθείη τῶν γεωγραφησάντων πολύ τι ἡμῶν μᾶλλον ἐπεληλυθὼς τῶν λεχθέντων διαστημάτων· ἀλλ' οἱ πλεονάσαντες [2] περὶ τὰ δυσμικὰ μέρη, τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς οὐ τοσοῦτον

1. *Διὰ τῶν χειροκμήτων οἰκημάτων*) Veteres lib. *χειροτμήτων*: non placet: quanquam ita vetus interpres: *οἰκημάτων*, vox eſt mihi ſuſpecta. *Caſaub.*

2. *Περὶ τὰ δυσμικὰ*) in multis veteribus libris ſcriptum eſt *δυσικά*. Ac mirum quàm ſæpè illa vox in manu ſcriptis occurrat: quæ ne Græca quidem videtur eſſe. *Idem.*

ἥψαντο· οἱ δὲ περὶ τἀναντία, τῶν ἑσπερίων ὑστέρησαν. ὁμοίως δ᾽ ἔχει καὶ περὶ τῶν πρὸς νότον καὶ τὰς ἄρκτους. Τὸ μέντοι πλέον κἀκεῖνοι καὶ ἡμεῖς ἀκοῇ παραλαβόντες συντίθεμεν· καὶ τὸ, τὸ σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην φύσιν, ὁποία καὶ ὁπόση· τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἡ διάνοια ἐκ τῶν αἰσθητῶν συντίθησι τὰ νοητά. σχῆμα γὰρ καὶ χρόαν καὶ μέγεθος μήλου, καὶ ὀδμὴν καὶ ἁφὴν καὶ χυμὸν ἀπαγγέλλουσιν αἱ αἰσθήσεις· ἐκ δὲ τούτων συντίθησιν ἡ διάνοια τὴν τοῦ μήλου νόησιν· καὶ αὐτῶν δὲ τῶν μεγάλων σχημάτων, τὰ μέρη μὲν αἴσθησις ὁρᾷ, τὸ δ᾽ ὅλον ἐκ τῶν ὁραθέντων [1] ἡ διάνοια τίθησιν· οὕτω δὲ καὶ οἱ φιλομαθεῖς ἄνδρες, ὥσπερ αἰσθητηρίοις πιστεύσαντες τοῖς ἰδοῦσι [2] καὶ πλανηθεῖσιν οὓς ἔτυχε τόπους, ἄλλοις κατ᾽ ἄλλα μέρη τῆς γῆς, συντιθέασιν εἰς ἓν διάγραμμα τὴν τῆς ὅλης οἰκουμένης ὄψιν. Ἐπεὶ καὶ οἱ στρατηγοὶ πάντα μὲν αὐτοὶ πράττουσιν, οὐ πανταχοῦ δὲ πάρεισιν· ἀλλὰ πλεῖστα κατορθοῦσι δι᾽ ἑτέρων, ἀγγέλοις πιστεύοντες, καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν διαπέμποντες οἰκείως τὰ προστάγματα. Ὁ δ᾽ ἀξιῶν μόνους εἰδέναι τοὺς ἰδόντας, ἀναιρεῖ τὸ τῆς ἀκοῆς κριτήριον· [3] ἥ τις πρὸς ἐπιστήμην ὀφθαλμοῦ πολὺ κρεῖττόν ἐστι. Μάλιστα δ᾽ οἱ νῦν ἔχοιεν ἄμεινον ἄν τι λέγειν περὶ τῶν κατὰ Βρεττανοὺς καὶ Γερ-
p. 118. μανοὺς καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον, τούς τε ἐντὸς καὶ τοὺς ἐκτὸς, Γέτας τε, καὶ Τυρεγέτας, καὶ Βαστάρνας· ἔτι δὲ τοὺς περὶ τὸν Καύκασον, οἷον Ἀλβανοὺς καὶ Ἴβηρας. [4] ἀπήγγελται δ᾽ ἡμῖν καὶ ὑπὸ τῶν τὰ Παρθικὰ συγγραψάντων τῶν περὶ Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀρτεμείτην, [5] ἃ πολλῶν ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀφώρισαν, τὰ περὶ τὴν Ὑρκανίαν καὶ τὴν Βακτριανήν.

nos attigerunt, contra alii pauciora in occaſu: quod idem de ſeptentrione & meridie affirmo. Pleraque tamen ut illi, ita nos quoque auditu percepta compoſuimus: itaque figuram, magnitudinem, omnemque naturam & conditiones terræ collegimus: quo modo intellectus ex iis quæ ſenſus ſuppeditat, notiones in animo effingit. Figuram enim, colorem, magnitudinemque pomi, tum odorem, tactum, & ſaporem ſenſus indicant: ex his intellectus pomi notionem componit. Ipſarumque etiam magnarum figurarum partes ſenſus cernit, totum intellectus ex viſis concipit. Ita & cognitionis avidi fidem adhibentes veluti ſenſibus, alias atque alias terræ partes pervagatis ac contemplatis, totius habitatæ terræ unam quandam compoſitam deſcriptionem ob oculos ponunt. Sic & imperatores, ipſi quidem omnia agunt, non ubique tamen adſunt, ſed multa aliorum opera perficiunt, nunciis credentes, & pro rebus auditis mandantes. Qui verò contendit eos ſolos ſcire, qui viderint, is auditus in judicando officium tollit, ad ſcientiam parandam longè viſu utilius. Præſertim verò noſtræ ætatis homines certius aliquid dicere poſſunt de Britannis, Germanis, Iſtri accolis, interioribus & exterioribus, Getis, Tyrigetis, Baſtarnis & ad Cauſaſum habitantibus, ut Albanis & Iberis. Apollodorus quoque Artemita, Parthici belli ſcriptor, multa nobis accuratiùs cognita tradidit de Hyrcania & Bactriana. Quin & in

1. *διάνοια τίθησιν*) Malim *συντίθησιν* ut modo dixit, *ἐκ δὲ τούτων συντίθησιν ἡ διάνοια τὴν τοῦ μήλου νόησιν*. Eſt autem hic locus egregius, & ut ſi quis alius illuſtris. *Caſaub.*

2. *καὶ πλανηθεῖσιν οὓς ἔτυχε τόπους*) fortaſſe *περὶ οὓς ἔτυχε τόπους*. *Idem*

3. *ἥ τις πρὸς ἐπιστήμην πολὺ κρεῖττόν ἐστι*) Lego, *κρείττων*. Quod ait, præſtare auditum viſui *πρὸς ἐπιστήμην*: id verò controverſia non caret: nec Straboni aſſentietur Polybius, qui *τὴν ὅρασιν* longè præfert. Quum enim, inquit, duo veluti inſtrumenta nobis ſint à natura conceſſa, *οἷς πάντα πυνθανόμεθα καὶ πολυπραγμονοῦμεν*, viſus haud paullò certior eſt & *ἀληθινώτερος*, & ut ait Heraclitus, *ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες*. Vide reliqua. Equidem Polybium & Strabonem facilè conciliari poſſe exiſtimo: quum ſit utriuſque ſententia meo judicio veriſſima. Nam etſi certior eſt *ἡ ὅρασις*: tamen pauca omnino ſic ſciri poſſunt: ideo *ἡ ἀκοὴ* utilior *πρὸς ἐπιστήμην* dici merito poteſt. (Nec me fugit eo nomine viſum ab Ariſtotele commendari idq; multis locis: qui, ſi adhibeatur ſuperior diſtinctio, nihil huic Strabonis ſententiæ obſit. & ſanè ipſe philoſophus initio lib. De ſenſu & ſenſilibus auditum longe præſtare *εἰς φρόνησιν* reliquis ſenſibus ratione probat validiſſima; rectè tamen adjiciens fieri id per accidens: ſed vide locum. Lactantius planiſſimis verbis Straboni aſſentitur, Inſtitut. lib. III. c. 9. *Quid quod plus eſt* (inquit) *in auribus quàm in oculis ſitum? quoniam doctrina & ſapientia percipi auribus poteſt, oculis ſolis non poteſt.* Vide quædam à Cuiacio notata hac de re ad titul. 6. Inſtitut. lib. tertio. Quod autem dicitur pluris eſſe oculatus teſtis unus quam auriti duo: id ſi in univerſum accipiatur, falſum eſt. Nam *τῶν ἀκουστῶν* & *γευστῶν* teſtes oculati ſunt inepti, ſed *τῶν ὁρατῶν* teſtes oculati pluris ſunt quam auriti. Cæteri quia *τῶν αἰσθητῶν* ſunt plura *ὁρατὰ*: idem in hoc dicto ſenſus viſus poſitus pro univerſitate ſenſuum Nam ſententia hæc demum erit vera, Teſtem cujuſque rei eum eſſe plurimi faciendum, qui ipſe rem, qua de agitur, perceperit, & ſenſu qui ad eam rem deſideratur, puta *ἀκοῇ τὰ ἀκουστὰ, ὄψει τὰ ὁρατὰ*, &c. *Idem.*

4. *Ἀπήγγελται δ᾽ ἡμῖν*) hoc eſt, Expoſita etiam ſunt à nobis ea quæ de Hyrcania & Bactriania accuratiùs Apollodorus Artemita quàm alij conſcripſit. Hanc eſſe ſententiam apparet ex lib. XI. p. 519. ubi in deſcriptione illarum regionum toties citatur Apollodorus Artemita. Interpretes hunc locum aliter accipiunt quibus non aſſentior. *Idem.*

5. *ἃ πολλῶν ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀφώρισαν*) Fortè *ἃ τῶν πολλῶν*, vel *ἃ τῶν ἄλλων*. *ἀφορίζειν* eſt accuratè explicare alicuius regionis fines ac terminos. *Idem.*

1. ἐμ-

Arabiam felicem Romani jam cum exercitu profecti ſunt, ductore Ælio Gallo, amico ac ſodali noſtro: & Alexandrinorum mercatorum claſſis per Nilum jam navigans & Arabicum ſinum uſque ad Indiam, multo iſta nobis, quàm olim fuerant, notiora reddidit. Quo tempore Gallus Ægypto præfuit, ad ipſum veni, unaque uſque ad Syenem & fines Æthiopiæ adſcendi, ibique comperi CXX naves à Muris portu Indiam verſus navigare: cùm ſub Ptolemæis regibus perpauci auderent navigare, & merces Indicas advehere. Primum proinde ac potiſſimum eſt ad ſcientiam & uſus civiles, figuram & magnitudinem quàm ſimpliciſſimè in tabulam geographicam aptare, ſimulque quæ & quanta totius terræ ſit portio, indicare. Hoc enim proprium eſt geographi. Subtiliter autem de tota diſputare terra, & de uniuſcujuſque zonæ vertebra, alterius eſt ſcientiæ: ut utrum in altera etiam parte vertebræ quadrans inhabitetur: nam ſi ita res habet, certè non à noſtris habitatur hominibus, ſed aliam illam terram appellari debere probabile eſt. Nobis de noſtra dicendum eſt. Eſt ergo hujus figura chlamydis forma ſimilis. Maximam ejus latitudinem linea per Nilum ducta deſcribit, incipiens à Cinnamomiferæ regionis parallelo, & Ægyptiorum exulum inſula, deſinens in parallelum Hiberniæ. Longitudinem alia, in hanc ad angulos æquales incidens ab occidente ducta per Columnas & fretum Siculum, uſque ad Rhodum & ſinum Iſſicum, inde præter Taurum, qui Aſiam dirimit, & in orientale deſinens mare inter Indos & ſupra Bactrianam ſitos Scythas. Intelligendum eſt verò parallelogrammum quoddam, in quo chlamydiformis hæc figura ita inſcripta ſit, ut longitudini longitudo reſpondeat, ſitque maxima, & latitudo latitudini. Hæc chlamydiformis ergo figura, terra eſt habitata. Latitudinem ejus docuimus definiri extremis parallelis lineis, quæ habitatas ejus partes ab habitationi ineptis dirimunt, eæ ſunt, verſus ſeptentrionem per Hiberniam tranſiens;

A τῶν τε Ῥωμαίων καὶ εἰς τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν 1 ἐμβαλλόντων μετὰ στρατιᾶς νεωστὶ, ἧς ἡγεῖτο ἀνὴρ φίλος ἡμῖν καὶ ἑταῖρος Αἴλιος Γάλλος· καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐμπόρων 2 στόλος ἤδη πλεόντων διὰ τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς, ἃ πολὺ μᾶλλον καὶ ταῦτα ἔγνωσται τοῖς νῦν ἢ τοῖς πρὸ ἡμῶν. Ὅτε γοῦν Γάλλος ὑπῆρχε τῆς Αἰγύπτου, συνόντες αὐτῷ καὶ συναναβάντες μέχρι Συήνης, καὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ὅρων, ἱστοροῦμεν ὅτι καὶ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι νῆες πλέοιεν ἐκ Μυὸς ὅρμου πρὸς τὴν Ἰνδικήν· πρότερον ἐκ τῶν Πτολεμαϊκῶν βασιλέων, ὀλίγων παντάπασι θαῤῥούντων πλεῖν, καὶ τὸν Ἰνδικὸν ἐμπορεύεσθαι φόρτον. B Τὰ μὲν οὖν πρῶτα καὶ κυριώτατα καὶ πρὸς ἐπιστήμην 3 καὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικὰς ταύτας, σχῆμα καὶ μέγεθος, ὡς εἰπεῖν, ἁπλούστατα ἐγχειρεῖν, τὸ πίπτον εἰς τὸν γεωγραφικὸν πίνακα, συμπαραδηλοῦντα καὶ τὸ 4 ποῖόν τι καὶ πόσον μέρος τῆς ὅλης γῆς ἐστί. τοῦτο μὲν γὰρ οἰκεῖον τῷ γεωγράφῳ. τὸ δὲ περὶ ὅλης ἀκριβολογεῖσθαι τῆς γῆς, καὶ περὶ σπονδύλου παντὸς τῆς λεγομένης ζώνης, ἄλλης τινὸς ἐπιστήμης ἐστίν· οἷον εἰ περιοικεῖται καὶ κατὰ θάτερον τεταρτημόριον ὁ σπόνδυλος. καὶ γὰρ εἰ οὕτως ἔχει οὐχ ὑπὸ τούτων γε οἰκεῖται τῶν παρ᾽ ἡμῖν· ἀλλ᾽ ἐκείνην ἄλλην οἰκουμένην θετέον· ὅπερ ἐστὶ πιθανόν· Ἡμῖν δὲ τὰ ἐν αὐτῇ ταῦτα λεκτέον. C Ἔστι δή τι χλαμυδοειδὲς σχῆμα τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης· οὗ τὸ μὲν πλάτος ὑπογράφει τὸ μέγιστον ἡ διὰ τοῦ Νείλου γραμμὴ, λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλου, 5 καὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων τῶν φυγάδων νήσου μέχρι, τοῦ διὰ τῆς Ἰέρνης παραλλήλου· τὸ δὲ μῆκος, ἡ ταύτης πρὸς ὀρθὰς ἀπὸ τῆς ἑσπερίας διὰ στηλῶν καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ, μέχρι τῆς Ῥοδίας καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου, παρὰ τὸν Ταῦρον ἰοῦσα, τὸν διεζωκότα τὴν Ἀσίαν, καὶ καταστρέφουσα ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλατταν, μεταξὺ Ἰνδῶν καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς Βακτριανῆς Σκυθῶν. Δεῖ δὴ νοῆσαι παραλληλόγραμμόν τι, D ἐν ᾧ τὸ χλαμυδοειδὲς σχῆμα ἐγγέγραπται οὕτως, ὥστε τὸ μῆκος τῷ μήκει ὁμολογεῖν, 6 καὶ ὅσον εἶναι τὸ μέγιστον, καὶ τὸ πλάτος τῷ πλάτει. Τὸ μὲν δὴ χλαμυδοειδὲς σχῆμα, οἰκουμένη ἐστί· τὸ δὲ πλάτος ὁρίζεσθαι ἔφαμεν αὐτῆς ταῖς ἐσχάταις παραλλήλοις πλευραῖς, ταῖς διοριζούσαις p. 119 τὸ οἰκήσιμον αὐτῆς, καὶ τὸ ἀοίκητον ἐφ᾽ ἑκάτερα· αὗται δ᾽ ἦσαν, πρὸς ἄρκτους μὲν, ἡ διὰ τῆς Ἰέρνης·

1. ἐμβαλλόντων μετὰ στρατιᾶς νεωστί) Malim ἐμβαλόντων. Hiſtoriam habes libro XVI. p. 780. *Caſaub.*
2. στόλος ἤδη πλεόντων) Vide libro XVII. ubi de Alexandria. p. 791. &c. *Idem.*
3. καὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικάς) Memor eſt ubique ſui inſtituti. Nam hoc opus eorum potiſſimum gratiâ ſuſcepit qui in Reip. adminiſtratione verſantur: ut libro primo pag. 10. dictum eſt. *Idem.*
4. ποῖόν τι καὶ πόσον μέρος) Scripti duo, ποῖόν τι καὶ ποσόν. *Idem.*
5. καὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων) De hac diximus ad lib. I. pag. 30. *Idem.*
6. καὶ ὅσον εἶναι τὸ μέγιστον) Lege cum veteribus codicibus ἴσον non ὅσον. *Idem.*



1. Τοῦτο

πρὸς δὲ τῇ διακεκαυμένῃ, ἡ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου· αὗται δὴ προσεκβαλλόμεναι ἐπί τε τὰς ἀνατολὰς, καὶ ἐπὶ τὰς δύσεις μέχρι τῶν ἀνταιρόντων μερῶν τῆς οἰκουμένης, ποιήσουσί τι παραλληλόγραμμον πρὸς τὰς ἐπιζευγνυούσας διὰ τῶν ἄρκτων αὐτάς. Ὅτι μὲν οὖν ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ οἰκουμένη, φανερὸν, ἐκ τοῦ μήτε τὸ πλάτος αὐτῆς τὸ μέγιστον ἔξω πίπτειν αὐτοῦ, μήτε τὸ μῆκος. Ὅτι δ' αὐτῆς χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμά ἐστιν, ἐκ τοῦ τὰ ἄκρα μυουρίζειν τὰ τοῦ μήκους ἑκατέρωθεν· κλυζόμενα δ' ἀπὸ τῆς θαλάττης, καὶ ἀφαιρεῖν τοῦ πλάτους. [1] τοῦτο δὲ ἢ δῆλον ἐκ τῶν περιπλευσάντων τά τε ἑῷα μέρη, καὶ τὰ δυσμικὰ ἑκατέρωθεν· τῆς τε γὰρ Ἰνδικῆς νοτιωτέραν πολὺ τὴν Ταπροβάνην καλουμένην νῆσον ἀποφαίνουσιν, οἰκουμένην ἔτι καὶ ἀνταίρουσαν τῇ τῶν Αἰγυπτίων νήσῳ, καὶ τῇ τὸ κιννάμωμον φερούσῃ γῇ· τὴν μὲν γὰρ κρᾶσιν τῶν ἀέρων παραπλησίαν εἶναι. τῆς τε μετὰ τοὺς Ἰνδοὺς Σκυθίας τῆς ὑστάτης, ἀρκτικώτερά ἐστι τὰ κατὰ τὸ στόμα τῆς Ὑρκανίας θαλάττης, καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ κατὰ τὴν Ἰέρνην· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἔξω στηλῶν λέγεται· δυσμικώτατον μὲν γὰρ σημεῖον τῆς οἰκουμένης, τὸ τῶν Ἰβήρων ἀκρωτήριον, ὃ καλοῦσιν Ἱερόν· κεῖται δὲ κατὰ γραμμήν πως πρὸς τὴν διὰ Γαδείρων τε καὶ στηλῶν, καὶ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ τῆς Ῥοδίας· συμφωνεῖν γὰρ καὶ τὰ ὡροσκοπεῖα καὶ τοὺς ἀνέμους φασὶ τοὺς ἑκατέρωσε φορούς, καὶ τὰ μήκη τῶν μεγίστων ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν· ἔστι γὰρ τεσσαρεσκαίδεκα ὡρῶν ἰσημερινῶν τε καὶ νυκτῶν, [2] ἔν τε τῇ παραλίᾳ· τῇ κατὰ Γάδειρα καὶ Ἴβηράς ποτε ὁρᾶσθαι. Ποσειδώνιος δ' ἐκ τινος ὑψηλῆς οἰκίας ἐν πόλει διεχούσῃ τῶν τόπων τούτων ὅσον τετρακοσίους σταδίους, φησὶν ἰδεῖν ἀστέρα, ὃν τεκμαίρεσθαι τὸν Κάνωβον αὐτόν· ἔκ τε τούτου μικρὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας προελθόντας ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ὁμολογεῖν ἀφορᾶν αὐτὸν, καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς ἐν Κνίδῳ· τὴν γὰρ Εὐδόξου σκοπὴν, οὐ πολὺ τῶν οἰκήσεων ὑψηλοτέραν εἶναι· λέγεσθαι δ' ὅτι ἐκεῖνος ἐντεῦθεν ἀφεώρα τὸν Κάνωβον ἀστέρα· εἶναι δ' ἐπὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ κλίματος τὴν Κνίδον, ἐφ' οὗ καὶ τὰ Γάδειρα, καὶ ἡ ταύτῃ παραλία. ἐντεῦθεν δὲ πρὸς μὲν τὰ νότια μέρη πλέουσιν, ἡ Λιβύη κεῖται· ταύτης δὲ τὰ δυσμικώτατα, [3] μικρὰ τῶν Γαδείρων πρόκειται μᾶλλον· εἶτ' ἄκραν ποιήσαντα στενὴν ἀναχωρεῖ πρὸς ἕω καὶ νότον, καὶ πλατύνεται κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν τοῖς Αἰθερίοις Αἰθίοψι συνάψῃ· οὗτοι

p. 120.

A ad zonam verò torridam, per Cinnamomiferam: quæ lineæ verſus ortum occaſumque protractæ uſque in oppoſitas terræ habitatæ partes, cum lineis per ſeptentrionem ductis, & has conjungentibus, parallelogrammum includent. In quo eſſe terram habitatam ex eo patet, quòd neque latitudo ejus maxima extrà cadit, neque longitudo. Eſſe autem eam chlamydi forma ſimilem, quia extrema longitudinis utrinque in acutum coarctantur mari alluente, & de latitudine aliquid detrahente: id ſciri certò poteſt ex iis qui utrinque & ortivas & occiduas partes navibus ſunt circumvecti. B Pronunciant enim ii, Taprobanam inſulam multo longiùs verſus meridiem quàm ſit India, ſitam, cultam, & oppoſitam Ægyptiorum inſulæ, & Cinnamomiferæ regioni: cum quibus eandem habet aëris temperiem: & quæ ſita ſunt ad os maris Hyrcani, atque adhuc magis Hibernia, magis verſus ſeptentrionem inclinant quàm extrema Scythia quæ eſt poſt Indos. Similiter de eo quod eſt extra columnas, dicitur. Terræ enim habitatæ punctum maximè occiduum eſt promontorium Hiſpaniæ, quod Sacrum dicitur, ſitum ferè in ea linea, quæ per Gades, Columnas, fretum Siculum & Rhodiam tranſit: C nam & horologia ajunt convenire, & eoſdem utrinque ventos ferri, & eandem eſſe utrobique longiſſimæ diei vel noctis quantitatem: eſt enim maxima dies XIV horarum æquinoctialium: & in ora maritima Gaditana atque Hiſpanica ſic aliquando obſervatum fuiſſe. Poſidonius refert ſe de excelſa quadam domo in urbe ab iis locis ad CCCC ſtadia diſtante, ſtellam vidiſſe, quam exiſtimaverit eſſe Canopum: & qui inde verſus meridiem ex Hiſpania paululum progreſſi ſint, fateri ſe eum cernere: quod etiam hiſtoria Cnidia teſtatur. Eſt enim in Cnido Eudoxi ſpecula, non multo domibus ſublimior, ex D qua is fertur Canopum ſpectaſſe: eſſe autem Cnidum in Rhodiaco climate, in quo & Gades, oraque maritima ejus. Inde verſus meridiem navigantibus Africa occurrit, cujus partes occidentaliſſimæ paululum ultra Gades procurrunt: inde arcto promontorio facto verſus orientem & meridiem reflectitur, paulatimque in latum porrigitur, donec Æthiopas Ætherios attingat. hi

1. Τοῦτο δ' ἢ δῆλον) Lege ſine ἢ ut in quinque veteribus ſcriptis. *Caſaub.*

2. ἔν τε τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Γάδειρα καὶ Ἴβηράς ποτε ὁρᾶσθαι) Quid? non enim dicit quid illud ſit quod in Hiſpania conſpici poſſit. Puto autem deeſſe alicuius ſideris nomen. Ipſius fortaſſe Canopi, de quo etiam in ſequentibus loquitur. *Idem.*

3. μικρὰ τῶν Γαδ.) Malim μικρῷ. *Idem.*

1. Τὰς

ſunt ultimi infra Carthaginem, attingentes Cinnamomiferæ parallelum. Qui verò in diverſam partem navigant, verſus ſeptentrionem, eorum curſus ab ſacro promontorio ad Artabros dirigitur, ad dextram manum habentium Luſitaniam: deinceps reliquis verſus orientem ad angulum obtuſum, uſque ad extrema Pyrenes, quæ in Oceanum deſinunt. His occiduæ Britanniæ partes oppoſitæ ſunt verſus ſeptentrionem. Itemque Artabris verſus ſeptentrionem opponuntur inſulæ Cattiterides, (quaſi ſi ſtannarias dicas) in pelago, & Britannico propemodum ſitæ climate. Itaque ergo liquet in quantum contrahantur extrema habitatæ terræ ſecundum longitudinem à circumfuſo mari. Proinde cum hæc ſit univerſi figura, è re videtur fore, ut duæ ſumantur rectæ lineæ, quæ ſe invicem ad angulos rectos partitæ, altera longitudinem maximam, altera eodem modo latitudinem contineat: atque harum altera erit una de parallelis, altera de meridianis; deinde ut imaginemur utrique parallelum, itaque dividamus terram & mare quo utimur. Sic enim magis apparebit figura, qualem tradidimus, & linearum magnitudo identidem mutata, tam earum quæ latitudinem, quam earum quæ longitudinem explicant: meliùs etiam demonſtrabuntur inclinationes locorum (ſic in præſentia ſubiit climata exprimere) verſus quatuor mundi plagas. Quandoquidem verò iſtas lineas duci neceſſe eſt per loca nota: mediæ quidem duæ, longitudinem latitudinemque complectentes, jam antè ductæ ſunt & explicatæ: reliquæ hac ratione facilè percipientur: quodammodo enim his tanquam principiis uſi, æqualiter diſtantes partes & reliquas habitationum rationes complexi ſumus, quas vel ad terram habent, vel ad cœleſtia. Plurimùm autem mare terram deſcribit, & in formam redigit, ſinus efficiens, & alta maria, & freta, nec non Iſthmos, peninſulas, atque promontoria: eique operam in hoc navant & amnes & montes: horum enim ope continentes, nationes, urbiumque commodi ſitus excogitati ſunt, aliæque varietates, quarum plena eſt tabula ſingulis regionibus deſcribendis aptata. In his & inſularum multitudo eſt diſperſa cùm in alto mari, tum in ora continentis paſſim, quarum aliæ aliis adſunt vel virtutes vel vitia, aliæ utilitates aliis, alia incommoda, partim natura loci, partim

A δ' ὑπόκεινται τῶν περὶ Καρχηδόνα τόπων ὕστατοι, συνάπτοντες τῇ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου γραμμῇ. Εἰς δὲ τἀναντία πλέουσιν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου μέχρι τῶν Ἀρτάβρων καλουμένων, ὁ πλοῦς ἐστι πρὸς ἄρκτον, ἐν δεξιᾷ ἔχουσι τὴν Λυσιτανίαν· εἶτ' ὁ λοιπὸς πρὸς ἕω πᾶς ἀμβλεῖαν γωνίαν ποιῶν, μέχρι τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων τῶν τελευτώντων εἰς τὸν Ὠκεανόν· τούτοις δὲ τὰ ἑσπέρια τῆς Βρεττανικῆς ἀντίκειται πρὸς ἄρκτον· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Ἀρτάβροις ἀντίκεινται πρὸς ἄρκτον, αἱ Καττιτερίδες καλούμεναι νῆσοι, πελάγιαι κατὰ τὸ Βρεττανικόν πως κλίμα ἱδρυμέναι. Ὥστε δῆλον ἐφ' ὅσον συνάγεται τὰ
B ἄκρα τῆς οἰκουμένης κατὰ μῆκος ὑπὸ τοῦ περικεχυμένου πελάγους εἰς στενόν. Τοιούτου δὲ ὄντος τοῦ καθόλου σχήματος, χρήσιμον φαίνεται δύο λαβεῖν εὐθείας· αἳ τέμνουσαι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλας, ἡ μὲν διὰ τοῦ μήκους ἥξει τοῦ μεγίστου παντός· ἡ δὲ διὰ τοῦ πλάτους· καὶ ἡ μὲν τῶν παραλλήλων ἔσται μία· ἡ δὲ τῶν μεσημβρινῶν· ἔπειτα ταύταις παραλλήλους ἐπινοοῦντας ἐφ' ἑκατέραν, διαιρεῖν κατὰ ταύτας τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν ᾗ χρώμενοι τυγχάνομεν· καὶ γὰρ τὸ σχῆμα μᾶλλον ἂν καταφανὲς γένοιτο ὁποῖον εἰρήκαμεν, καὶ τὸ μέγεθος τῶν γραμμῶν, ἄλλα καὶ ἄλλα μέτρα ἐχουσῶν, τῶν τε τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους· καὶ τὰ κλίματα ἀποδηλωθή-
C σεται βέλτιον, τά τε ἑωθινὰ μᾶλλον καὶ τὰ ἑσπέρια, ὡς δ' αὔτως τὰ νότια καὶ τὰ βόρεια. Ἐπεὶ δὲ διὰ γνωρίμων τόπων λαμβάνεσθαι δεῖ τὰς εὐθείας ταύτας, αἱ μὲν ἐλήφθησαν ἤδη· λέγω δὲ τὰς μέσας δύο, τήν τε τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους τὰς λεχθείσας πρότερον· αἱ δ' ἄλλαι ῥᾳδίως γνωρίζοιντ' ἂν διὰ τούτων· τρόπον γάρ τινα στοιχείοις χρώμενοι τούτοις τὰ παράλληλα μέρη συνεχόμεθα, καὶ τὰς ἄλλας σχέσεις τῶν οἰκήσεων, τάς τ' ἐπὶ γῆς καὶ πρὸς τὰ οὐράνια. πλεῖστον δ' ἡ θάλαττα γεωγραφεῖ καὶ σχηματίζει τὴν γῆν, κόλπους ἀπεργαζομένη καὶ πελάγη καὶ πορθμούς· ὁμοίως δὲ
D ἰσθμοὺς καὶ χερρονήσους καὶ ἄκρας. προσλαμβάνουσι δὲ ταύτῃ καὶ οἱ ποταμοὶ καὶ τὰ ὄρη· διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἤπειροί τε, καὶ ἔθνη, καὶ πόλεων θέσεις εὐφυεῖς ἐνενοήθησαν, καὶ τἆλλα ποικίλματα ὅσων μεστός ἐστιν ὁ χωρογραφικὸς πίναξ. ἐν δὲ τούτοις καὶ τὸ τῶν νήσων πλῆθός ἐστι κατεσπαρμένον, ἔν τε τοῖς πελάγεσι καὶ κατὰ τὴν παραλίαν πᾶσαν· ἄλλων ἄλλας ἀρετάς τε καὶ κακίας, καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν χρείας ἐπιδεικνυμένων ἢ δυσχρηστίας, τὰς μὲν φύσει, [1] τὰς δὲ ἐκ p. 121.

1. Τὰς δ' ἐκ κατασκευῆς, ὡς φύσει δεῖ λέγειν) Lege & diſtingue, τὰς δ' ἐκ κατασκευῆς. Τὰς μὲν δὴ φύσει λέγειν. Xylander hunc locum optimè interpretatus eſt. *Caſaub.*

κατασκευῆς, ἃς φύσει δεῖ λέγειν· διαμένουσι γάρ· αἱ δ' ἐπίθετοι δέχονται μεταβολάς· καὶ τούτων δὲ τὰς πλείω χρόνον συμμένειν δυναμένας, ἐμφανιστέον· [1] μὴ πολὺ μὲν, ἄλλως δ' ἐπιφάνειαν μὲν ἐχούσας τινὰ καὶ δόξαν, ἣ πρὸς τὸν ὕστερον χρόνον παραμένουσα τρόπον τινὰ συμφυῆ τοῖς τόποις ποιεῖ [2] καὶ μηκέτι οὖσαν κατασκευήν. Ὥστε δῆλον, ὅτι δεῖ καὶ τούτων μεμνῆσθαι· περὶ πολλῶν γὰρ ἐστι πόλεων τοῦτ' εἰπεῖν, ὅπερ εἶπε Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον, ἃς οὕτως ἠφανίσθαι φησὶν, ὥστ' εἰ μηδὲ πώποτε ᾠκίσθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα. Ἀλλ' ὅμως καὶ εἰς τούτους τοὺς τόπους, καὶ εἰς ἄλλους ἀφικνοῦνται ἄσμενοι· [3] τὰ ἴχνη ποθοῦντες ἰδεῖν τῶν οὕτω διωνομασμένων ἔργων, καθάπερ καὶ τοὺς τάφους τῶν ἐνδόξων ἀνδρῶν· οὕτω δὲ καὶ νομίμων καὶ πολιτειῶν μεμνήμεθα τῶν μηκέτι οὐσῶν· [4] ἐνταῦθα καὶ τῆς ὠφελείας προσκαλουμένης τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων· ἢ γὰρ ζήλου χάριν, ἢ ἀποτροπῆς τῶν τοιούτων.

Λέγωμεν δ' ἀναλαβόντες ἀπὸ τῆς πρώτης ὑποτυπώσεως, ὅτι ἡ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη γῆ περίρρυτος οὖσα, δέχεται κόλπους εἰς ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης [5] κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πολλοὺς, μεγίστους δὲ τέσσαρας· [6] ὧν ὁ μὲν βόρειος, Κασπία καλεῖται θάλαττα, οἱ δ' Ὑρκανίαν προσαγορεύουσιν· ὁ δὲ Περσικὸς καὶ Ἀράβιος, ἀπὸ τῆς νοτίας ἀναχέονται θαλάττης, ὁ μὲν τῆς Κασπίας καταντικρὺ μάλιστα, ὁ δὲ τῆς Ποντικῆς. Τὸν δὲ τέταρτον ὅσπερ πολὺ τούτους ὑπερβέβληται κατὰ τὸ μέγεθος, ἡ ἐντὸς καὶ καθ' ἡμᾶς λεγομένη θάλαττα ἀπεργάζεται, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας λαμβάνουσα, καὶ τοῦ κατὰ τὰς Ἡρακλείους στήλας πορθμοῦ· μηκυνομένη δ' εἰς τὸ πρὸς ἕω μέρος, [7] ἐν ἄλλῳ πλάτει· μετὰ δὲ ταῦτα σχιζομένη καὶ τελευτῶσα [8] εἰς δύο κόλπους πελαγίους, τὸν μὲν ἐν ἀριστερᾷ, ὅνπερ Εὔξεινον πόντον προσαγορεύομεν· τὸν δ' ἕτερον τὸν συγκείμενον ἔκ τε τοῦ Αἰγυπτίου πελάγους, καὶ τοῦ Παμφυλίου, καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ.

opere humano. Et naturales quidem oportet referre locorum conditiones, cùm permaneant, mutationi obnoxiis iis quæ ſunt adſcititiæ: quanquam harum quoque pleræque non ſunt prætereundæ, quæ aliquanto ſaltem tempore permanſuræ ſunt, ac quibus aliquid famæ & nobilitatis adhæret: hæc enim etiam ad poſteritatem locis illis inhærens, efficit ut quaſi adnata videantur ea quæ jam pridem deſierunt eſſe accidentia, ut facilè appareat, horum quoque faciendam mentionem. Hoc enim de multis urbibus licet pronunciare, quod de Olyntho & vicinis dixit Demoſthenes: quas ita ait deletas eſſe, ut ſi quis nunc ad ea loca perveniat, is dubitare poſſit unquamne ibi fuerit habitatum. Veruntamen in hujuſmodi loca libenter homines proficiſcuntur, ipſa veſtigia tam nobilium operum cupientes videre, ſicut & ſepulcra inclytorum virorum: eadem ratione legum quoque & formarum reipublicæ recordamur jam ibi abolitarum, utilitate ad hanc cognitionem non ſecus quàm ad actionum notitiam invitante: aut enim ut imitemur ea, aut ut devitemus, cognita nobis eſſe cupimus.

Nos autem repetita prima deſignatione hoc nunc addimus, terram noſtram habitatam mari circumdatam in ſe ab externo mari ſive Oceano multos admittere ſinus: maximos autem quatuor: de quibus is qui ad ſeptentrionem ſpectat, Caſpium vocatur mare, ſive Hyrcanum. Perſicus autem ſinus, & ſinus Arabicus à meridionali infunduntur mari, alter maximè è regione Caſpii maris, alter ex oppoſita Ponto Euxino parte. Quartum, qui magnitudine dictos multum ſuperat, internum & noſtrum (ut nominant) mare efficit incipiens ab occaſu, & freto quod eſt ad columnas Herculis, ac deinde diverſa latitudinis ratione verſus ortum protentum, donec in duos tandem marinos finditur ſinus: quorum alter ad ſiniſtram ſitus, Euxinum mare dicitur, alter Ægyptio, Pamphylio, & Iſſico mari conſtat.

1. μὴ πολὺν μὲν) Lege, καὶ τὰς πολὺν μέν. *Caſaub.*

2. καὶ μηκέτι οὖσαν κατασκευήν) Lege totum hunc locum: Intelliges ni fallor, legendum eſſe μηκέτι οὖσαν κατασκευῇ, vel ἐκ κατασκευῆς, ut paullò ante, vel κατασκευαστὴν ut opponantur συμφυὴς & κατασκευαστός. *Idem.*

3. τὰ ἴχνη ποθοῦντες) Lege cum veteribus τὰ γε ἴχνη. *Idem.*

4. ἐνταῦθα καὶ τῆς ὠφ.) Fortè, καὶ ἐνταῦθα. Vulgò malè hæc diſtinguuntur: προσκαλουμένης autem habent veteres quidam, non προκαλουμένης. *Idem.*

5. κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πολλοὺς, μεγίστους δὲ τέσσαρας) In hac brevi Inſtitutione ſequitur Geographus Eratoſthenem: ſicut & Dionyſius Periegetes, qui hanc ſententiam ſic expreſſit: loquitur de Oceano, ỷ. 43.

Κόλπους δ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἀπερεύγεται ἔνδοθι βάλλων
Εἰς ἅλα· τυτθοὺς μὲν πλέονας, πίσυρας δὲ μεγίστους.
*Sinus autem hinc inde eructat introrſum mittens*
*In mare: parvos quidem plures, quatuor verò maximos.* Idem.

6. ὧν ὁ μὲν βόρειος) Fallitur. Caſpium enim mare non Oceani ſinus, ſed mare per ſe. Vide ad lib. XI. *Idem.*

7. ἐν ἄλλῳ πλάτει) Lego, ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ πλάτει. *Idem.*

8. εἰς δύο κόλπους πελαγίους) τῷ μεγέθει videlicet, *Idem.*

Hi omnes ab externo mari effecti ſinus, anguſtos habent introitus, magis tamen Arabicus & mare mediterraneum, quàm reliqui. Terra autem eos includens, in tres eſt, ut docuimus, diviſa partes. Atque Europa quidem omnium maximè variam habet figuram: omnium ſimpliciſſimam Africa: medium tenet Aſia: cauſa hujus vel diverſitatis vel æqualitatis figuræ pendet ab interiore ora maritima: exteriora, ut dixi, formam referunt chlamydis, ſinubus quos retuli demptis, omiſſiſque exiguis quibuſdam differentiis: nam in magna quantitate exiguæ nullus eſt locus. Enimverò ſiquidem in hiſtoria geographica non figuras modò quærimus & quantitates locorum, ſed & mutuam (ut monui) eorum collationem: qua in parte internum mare majorem quàm externum præbet varietatem: ad hæc, illius major eſt temperamenti æqualitas: pluresque ad hoc quàm ad alterum urbes ſunt ac gentes bonis utentes legibus: nos autem ea ſcire cupimus, in quibus plura negotia, plures reipub. adminiſtrationes, artes plures aliaque ad prudentiam conducentia: tum noſtræ neceſſitates ad ea nos ducunt, quorum commercia & ſocietas nobis parari poſſunt: hæc autem ſunt ea loca quæ incoluntur, aut potiùs quæ bene incoluntur: In his omnibus magnam, ut diximus, prærogativam habet mare internum: Ab eo igitur ſumemus noſtræ deſcriptionis exordium.

Hujus ſinus initium eſſe fretum ad columnas, jam antè docuimus: cujus ſumma anguſtia fertur eſſe LXX circiter ſtadiorum. Ubi illud arctum circumnavigaris, quod eſt CXX ſtadiorum, litora jam majorem in modum diducuntur, magiſque adeò id quod ad lævam eſt. Deinde magni maris alicujus apparet ſpecies. Id includitur dextro latere ora Africæ maritima uſque ad Carthaginem: altero Hiſpanica ora, & Gallica ad Narbonem ac Maſſiliam, tum Liguſtica, & tandem Italica uſque ad fretum Siculum. Ortivum pelagi hujus latus eſt Sicilia, & freta ab utraque ejus parte: unum ad Italiam, VII ſtadiorum, alterum ad Carthaginem, ſtadiorum, CIϽ IϽ. Cæterùm linea quæ à Columnis ad fretum minus ducitur, pars eſt lineæ ad Rhodum ac Taurum inde pertinentis, pelaguſque dictum

A Ἅπαντες δὲ οἱ λεχθέντες ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης κόλποι, στενὸν ἔχουσι τὸν εἴσπλουν· μᾶλλον δὲ ὅ, τε Ἀράβιος καὶ ὁ κατὰ στήλας, 1 ἧττον δ' οἱ λοιποί. Ἡ δὲ περικλείουσα αὐτοὺς γῆ τριχῇ νενέμηται, καθάπερ εἴρηται. Ἡ μὲν οὖν Εὐρώπη πολυσχημονεστάτη πασῶν ἐστίν· ἡ δὲ Λιβύη τἀναντία πέπονθεν· ἡ δὲ Ἀσία μέσην πως ἀμφοῖν ἔχει τὴν διάθεσιν. ἅπασαι δ' ἐκ τῆς ἐντὸς παραλίας, ἔχουσι τὴν αἰτίαν τοῦ τε πολυσχήμονος καὶ τοῦ μή· ἡ δ' ἐκτὸς πλὴν τῶν λεχθέντων κόλπων ἁπλῆ καὶ χλαμυδοειδής ἐστιν, ὡς εἶπον· τὰς δ' ἄλλας ἐν μικρῷ διαφορὰς ἐατέον· οὐδὲν γὰρ ἐν τοῖς μεγάλοις τὸ μικρόν. B Ἔτι δὲ ἐπεὶ κατὰ τὴν γεωγραφικὴν ἱστορίαν οὐ σχήματα μόνον ζητοῦμεν καὶ μεγέθη τόπων, ἀλλὰ καὶ σχέσεις πρὸς ἄλληλα αὐτῶν, ὥσπερ ἔφαμεν, καὶ ἐνταῦθα τὸ ποικίλον ἡ ἐντὸς παραλία παρέχεται μᾶλλον, ἢ ἡ ἐκτός· πολὺ δ' ἐστὶ καὶ τὸ εὔκρατον, καὶ τὸ πόλεσι καὶ ἔθνεσι εὐνομουμένοις μᾶλλον συνοικούμενον ἐνταῦθα, ἢ ἐκεῖ· ποθοῦμεν τε εἰδέναι ταῦτα, ἐν οἷς πλείους παραδίδονται πράξεις καὶ πολιτεῖαι καὶ τέχναι, καὶ τἄλλα ὅσα εἰς φρόνησιν συνεργεῖ, αἱ χρεῖαι συνάγουσιν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα, ὧν ἐν ἐφικτῷ αἱ ἐπιπλοκαὶ καὶ κοινωνίαι· ταῦτα δ' ἐστὶν ὅσα οἰκεῖται· μᾶλλον δ' οἰκεῖται C καλῶς. Πρὸς ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα, ὡς ἔφην, ἡ παρ' ἡμῖν θάλαττα πλεονέκτημα ἔχει μέγα· καὶ δὴ καὶ ἔνθεν ἀρκτέον τῆς περιηγήσεως.

Εἴρηται δὲ ὅτι ἀρχὴ τοῦδε τοῦ κόλπου ἐστὶν ὁ κατὰ τὰς στήλας πορθμός· τὸ δὲ στενώτατον τούτου περὶ ἑβδομήκοντα σταδίους λέγεται· περιπλεύσαντι δὲ τὸν στενωπὸν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων ὄντα, διάστασιν λαμβάνουσιν αἱ ἠιόνες ἀθρόαν, ἡ δ' ἐν ἀριστερᾷ μᾶλλον· εἶτ' ὄψις μεγάλου φαίνεται πελάγους· ὁρίζεται δ' ἐκ μὲν τοῦ δεξιοῦ πλευροῦ τῇ Λιβυκῇ παραλίᾳ μέχρι Καρχηδόνος, ἐκ δὲ θατέρου τῇ τε Ἰβηρικῇ, D καὶ τῇ Κελτικῇ κατὰ Ναρβῶνα καὶ Μασσαλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα τῇ Λιγυστικῇ, τελευταία δὲ τῇ Ἰταλικῇ, μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ. Τὸ δ' ἑῷον τοῦ πελάγους πλευρὸν ἡ Σικελία ἐστί, καὶ οἱ ἑκατέρωθεν αὐτῆς πορθμοί· ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ ἑπτὰ σταδίοις, ὁ δὲ πρὸς τῇ Καρχηδόνι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων. Ἡ δ' ἀπὸ τῆς τῶν στηλῶν ἐπὶ τὸ ἑπταστάδιον γραμμή, μέρος μέν ἐστι τῆς ἐπὶ Ῥόδον καὶ τὸν Ταῦρον, μέσον δέ πως τέμνει

p. 122.

1. *ἧττον δ' οἱ λοιποί*) De Caſpii oſtio meræ nugæ, ut iam diximus. De Perſico ſinu non fallit: Nam habet oſtium latum ſtad. ICC. ſi vera eſt Arriani vel lectio vel aſſertio: vide ad lib. XVI. p. 727. At maris mediterranej oſtium vix LXX. ſtad. latum eſt, ᾗ *στενώτατον*. Arabicum quoque ſinum oſtio eſſe anguſtiore VII. milliarium Italicorum conſtat. *Caſaub.*

1. *Λίγε-*

A τὸ λεχθὲν πέλαγος. [1] λέγεται δὲ σαδίων μυρίων καὶ δισχιλίων· τοῦτο μὲν δὴ τὸ μῆκος τοῦ πελάγους· πλάτος δὲ τὸ μέγιστον ὅσον πεντακισχιλίων σαδίων τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου μεταξὺ Μασσαλίας καὶ Νάρβωνος ἐπὶ τὴν καταντικρὺ Λιβύην. Καλοῦσι δὲ τὸ πρὸς τῇ Λιβύῃ πᾶν μέρος τῆς θαλάττης ταύτης, Λιβυκὸν πέλαγος· τὸ δὲ πρὸς τῇ καταντικρὺ γῇ, τὸ μὲν Ἰβηρικὸν, τὸ δὲ Λιγυστικὸν, τὸ δὲ Σαρδῴνιον, τελευταῖον δὲ μέχρι τῆς Σικελίας τὸ Τυῤῥηνικόν. Νῆσοι δ' εἰσὶν ἐν μὲν τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος μέχρι τῆς Λιγυστικῆς συ-
p. 123. χναί· μέγισται δὲ Σαρδὼ καὶ Κύρνος μετά γε τὴν Σικελίαν· αὕτη δὲ καὶ [2] τῶν ἄλλων ἐστὶ μεγίστη τῶν B καθ' ἡμᾶς καὶ ἀρίστη. Πολὺ δὲ τούτων ἀπολείπονται, πελάγιαι μὲν, Πανδατερία τε καὶ Ποντία· πρόσγειοι δὲ, Αἰθαλία τε καὶ Πλανασία [ 4 καὶ Ἰλούα ] καὶ Πιθήκουσαι, καὶ Προχύτη, καὶ Καπρέαι, [5] καὶ Λευκασία, καὶ ἄλλαι τοιαῦται. ἐπὶ θάτερα δὲ τῆς Λιγυστικῆς, αἱ πρὸς τῆς λοιπῆς ἠϊόνος μέχρι στηλῶν οὐ πολλαί, ὧν εἰσιν [6] ἥ τε Γυμνησία καὶ Ἔβυσος· οὐ πολλαὶ δὲ οὐδὲ πρὸ τῆς Λιβύης καὶ τῆς Σικελίας· ὧν εἰσι Κόσσουρά τε καὶ Αἰγίμουρος, καὶ αἱ Λιπαραίων νῆσοι, ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσι. Μετὰ δὲ τὴν Σικελίαν καὶ τοὺς ἑκατέρωθεν πορθμοὺς, ἄλλα πελάγη συνάπτει· τό, τε περὶ τὴν

ſecat medium, ac traditur longa eſſe ſtadia CCIↃↃ CIↃ CIↃ. Latitudo ejus maxima ad IↃↃ ſtadiorum à ſinu Galatico qui eſt inter Narbonem ac Maſſiliam ad oppoſitam Africam. Quidquid hujus maris eſt ad Africam, Africum ſeu Libycum mare dicitur: quæ ad oppoſitam terram pertinent partes, mare Hiſpanicum, Liguſticum, Sardoum, ac denique Tyrrhenum uſque ad Siciliam dicuntur. Inſulæ ejus ſunt in ora quidem Tyrrheni maris ad Liguriam uſque crebræ; inter quas Sardinia & Cyrnus (ſive eam Corſicam mavis dicere) maximæ poſt Siciliam: hæc enim reliquarum noſtrarum omnium & maxima eſt & optima. multo his minores, in alto [3] Pandataria & Pontia, pone continentem Æthalia, Planaſia, Ilua, Pithecuſæ, Prochyta, Capreæ, Leucoſia, & aliæ ſimiles. In altera autem parte Liguſtici maris ante reliquum mare uſque ad Columnas non multæ, inque his Gymneſia & Ebuſus. Non multæ etiam ante Siciliam & Africam jacent, è quibus eſt Coſura, Ægimurus, & Liparæorum inſulæ, quas nonnulli Aeoli cognomento dicunt. Poſt Siciliam & utrumque ad eam fretum, alia jam alta maria continenter ſequuntur, id quod ante

1. *Λέγεται δὲ ϛαδίων μυρίων καὶ διϛχιλίων*) Cum C dicit *λέγεται* indicat ſe referre quod vulgò credebatur. Ideò legendum puto *τρισχιλίων*· Nam ita ſupra ſcribitur: ubi vulgò receptam *τῆς οἰκουμένης*. longitudinis dimenſionem refert, *εἶτα τὸ δίαρμα τὸ ἐπὶ ϛήλας ἀπὸ πορθμοῦ μυρίους τρισχιλίους*. *Caſaub.*

2. *Τῶν ἄλλων ἐϛὶ μεγίϛη*) Magis placet ordo verborum qui in veteribus reperitur, *αὕτη δὲ τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐϛὶ μεγίϛη καὶ ἀρίϛη*. *Idem.*

3. Pandataria.) Hoc nomen, & Ebuſi, correxi ex alijs ipſius Strabonis locis. De Automalis mox eſt locus mutilus. Vide ipſum Strabonem, penè ſub operis hujus calcem pag. 836. *Xyland.*

4. *καὶ Ἰλούα*) Reprehenditur ab eruditis viris Strabo, quòd Æthaliam & Iluam ſeparet quaſi duæ eſſent inſulæ: quum una ſit & eadem inſula: licet Ptolemæus duas faciat: cujus ſimilia in eadem re peccata alibi arguemus. Ad Strabonem verò quod attinet, cum ſciremus inſulas Tyrrheni maris eum deſcripſiſſe viſas ſibi, non *ἐξ ἀκοῆς* tantum, putabamus D trajectione verborum hunc locum, fuiſſe corruptum: quum ipſe ita ſcripſiſſet, *πρόσγειοι δὲ, Αἰθαλία τε (ἢ καὶ Ἰλούα) καὶ Πιθ.* Sed poſtea juſſerunt nos eſſe ſecuros veteres codices. In quatuor enim antiquis manu ſcriptis illa non reperiuntur *καὶ Ἰλούα*: nimirum ex Ptolemæo aliquis Strabonis Geographiam amplificavit: quod alibi quoque factum deprehendimus. *Caſaub.*

5. *Καὶ Λευκασία.*) Lectionem Caſaubonus emendavit, putavitque ex Manuſſ. *Λουκασία* legendum eſſe; Certum autem eſt vitio librariorum accidiſſe, ut *Λευκασία* dicatur, cum *Λευκωσία* ſcribendum ſit. Sic enim Lycophron verſ. 722.

*Ἀκτὴν δὲ τὴν προύχουσαν εἰς Ἐνιπέως*
*Λευκωσία ῥιφεῖσα τὴν ἐπώνυμον*
*Πέτραν ὀχήσει δαρὸν*

*In ripam autem eminentem Enipei*
*Ejecta Leucoſia, cognominem diu*
*Occupabit Inſulam.*

Ibi & *Leucoſiam* inſulam, & *Leucoſiam* Sirena apertè nominat; Nec *Λευκασία* in illo verſu locum habere poteſt, ſecunda brevi: Cum igitur ab illa Sirene ſic nominata, inſulæ nomen datum plures auctores ſint, *Leucoſiam* inſulam eſſe dicendam, non *Leucaſiam*, ſatis inde conſtare poteſt. Nec enim duæ ſunt diverſæ inſulæ *Leucaſia* & *Leucoſia*, quarum illa ab Æneæ conſobrina, hæc ab una Sirenum nomen ſortita ſit. Sed eamdem inſulam, unamque *Leucoſiam* alii ab Æneæ conſobrina ibi ſepulta, alii à Sirene *Leucoſia* in illud littus ejecta dictam ſcripſere. Strabo Lib. vi. pag. 252. *ἐντεῦθεν ἐκπλέοντι τὸν πόντον, νῆσος Λευκωσία μικρὸν ἔχουσα πρὸς τὴν ἤπειρον διάπλουν, ἐπώνυμος μιᾶς τῶν Σειρηνῶν ἐκπεσούσης δεῦρο.* i. e. *Hinc in altum naviganti Leucoſia Inſula occurit, brevi à continente trajectu nomine referens unam Sirenum, quæ ibi locorum ejecta fuit*; & pag. 258. *καὶ ἡ Λευκωσία.* *Λευκωσία* poſtremò Græcum eſt, non *Λευκασία*. *Λευκῶσαι* eſt *albare*, unde *λεύκωσις*, & *Λευκωσία* proprium nomen: *Λεύκωμα*, *album*. Salmas. Exer. Plin. edit. Traiect. pag. 49. colum. b. lit. C. D. E.

6. *ἥτε Γυμνησία καὶ Ἔβυσος*) De his accuratius ad lib. III. p. 159. Dionyſius poeta verſatur in eodem errore. ℣ 457.

*Νῆσοι δ' ἑξείης Γυμνήσιαι. ἄγχι δὲ Βοῦσος.*
*Inſulæ autem deinceps Gymnaſiæ (Baleares) prope verò Buſus*

quem poetæ locum, quum omnes codices, tum etiam meus ſcriptus cum antiquis ſcholiis ita ſcriptum habeant, neſcio an mutanda fuerit lectio Aldina *καὶ Βοῦσος*, quam lectionem etiam Euſtathius & Stephanus confirmant. *Caſaub.*

Syrtes eſt & Cyrenaicam: ipſæque Syrtes, & quod olim Auſonium, nunc Siculum vocatur mare, continuum cum illo & confluens. Quod ante Syrtes & Cyrenaicam eſt mare, id Libycum vocatur, & in Aegyptium pelagus deſinit. Syrtium minor ambitum habet CIↃ IↃC ſtadiorum: ante fauces utrinque ſunt inſulæ Meninx & Cercina. Majoris Syrtis circulum Eratoſthenes ait eſſe ſtadiorum IↃↃ, profunditatem CIↃ IↃCCC, ab Heſperidum inſulis ad Automala, & Cyrenaicæ limites ad reliquam Libyam. Alii circuitum tradiderunt ſtadiorum IV CIↃ altitudinem CIↃ IↃ, quanta etiam latitudo faucium eſt. Siculum pelagus verſus ortum eſt ante Siciliam & Italiam, anteque trajectum Rhegii uſque ad Locros, & Meſſeniæ Syracuſas uſque & ad Pachynum. Augetur autem verſus ortum uſque ad Cretæ extrema: majorem quoque Peloponneſi partem alluit, & ſinum Corinthiacum implet. Verſus ſeptentrionem autem, Japygiam promontorium, & fauces Jonii ſinus tangit, & partes Epiri meridiem ſpectantes uſque ad ſinum Ambracium & continentem oram, quæ cum Peloponneſo ſinum Corinthiacum includit: Ionius autem ſinus pars eſt maris quod nunc Adria dicitur: hujus dextrum latus Illyricum, ſiniſtrum Italia facit, uſque ad receſſus juxta Aquilejam: protenditur verſus ſeptentrionem & occaſum anguſtus, & longus ad VI millia ſtadiorum, latitudine, ubi ea ſumma eſt, CIↃ CC. Inſulæ autem in eo ſunt crebræ ante Illyricum, Apſyrtides, Ceryctica & Liburnides: item Iſſa, Tragurium, nigra Corcyra, Pharus: & ante Italiam Diomedeæ. Maris Siculi à Pachyno ad Cretam longitudo ſtadiorum perhibetur IV CIↃ IↃ: tantundemque ad Tænarum Laconicæ. A promontorio autem Japygia ad intimum ſinus Corinthiaci, minus eſt tribus millibus:

A Σύρτεων, καὶ τῆς Κυρηναίας, καὶ αὐταὶ αἱ Σύρτεις, καὶ τὸ Αὐσόνειον μὲν πάλαι νυνὶ δὲ καλούμενον Σικελικὸν, σύρρουν ἐκείνῳ καὶ συνεχές. Τὸ μὲν οὖν πρὸ τῶν Σύρτεων καὶ τῆς Κυρηναίας καλεῖται Λιβυκόν· τελευτᾷ δ' εἰς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος· τῶν δὲ Σύρτεων ἡ μὲν ἐλάττων ἐστὶν ὅσον χιλίων καὶ ἑξακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον [ἔχουσα·] πρόκεινται δ' ἐφ' ἑκάτερα τοῦ στόματος νῆσοι, [1] Μήνιγξ τε καὶ Κέρκινα· τῆς δὲ μεγάλης Σύρτεως φησὶν Ἐρατοσθένης τὸν κύκλον εἶναι πεντακισχιλίων· [2] τὸ δὲ βάθος χιλίων ὀκτακοσίων, [3] ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα, καὶ τὸ τῆς Κυρηναίας μεθόριον πρὸς τὴν ἄλλην γῆν τὴν ταύτῃ Λιβύην· ἄλλοι δὲ τὸν περίπλουν τετρακισχιλίων σταδίων εἶπον· τὸ δὲ B βάθος, χιλίων καὶ πεντακοσίων, ὅσον καὶ τὸ πλάτος τοῦ στόματος. Τὸ δὲ Σικελικὸν πέλαγος, πρὸ τῆς Σικελίας ἐστὶ καὶ τῆς Ἰταλίας ἐπὶ τὸ πρὸς ἕω μέρος, καὶ ἔτι τοῦ μεταξὺ πόρου τῆς τε Ῥηγίνης, μέχρι Λοκρῶν, καὶ τῆς Μεσσηνίας μέχρι Συρακουσῶν, καὶ Παχύνου· αὔξεται δ' ἐπὶ μὲν τὸ πρὸς ἕω μέρος μέχρι τῶν ἄκρων τῆς Κρήτης· καὶ τὴν Πελοπόννησον δὲ περικλύζει τὴν πλείστην, καὶ πληροῖ τὸν Κορινθιακὸν καλούμενον κόλπον· πρὸς ἄρκτους δ' ἐπί τε ἄκραν Ἰαπυγίαν καὶ τὸ στόμα τοῦ Ἰονίου κόλπου, καὶ τῆς Ἠπείρου τὰ νότια μέρη, μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, καὶ τῆς συνεχοῦς παραλίας τῆς ποιούσης τὸν Κορινθιακὸν κόλπον πρὸς τὴν Πελοπόννησον. Ὁ δ' Ἰόνιος κόλ- C πος μέρος ἐστὶ τοῦ νῦν Ἀδρίου λεγομένου· τούτου δὲ τὴν μὲν ἐν δεξιᾷ πλευρὰν ἡ Ἰλλυρὶς ποιεῖ· τὴν δ' εὐώνυμον ἡ Ἰταλία, μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ τὴν Ἀκυληΐαν· ἔστι δὲ πρὸς ἄρκτον ἅμα καὶ πρὸς τὴν ἑσπέραν ἀνέχων, στενὸς καὶ μακρός· μῆκος μὲν ὅσον ἑξακισχιλίων σταδίων, πλάτος δὲ, τὸ μὲν μέγιστον διακοσίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις· νῆσοι δὲ εἰσὶν ἐνταῦθα συχναὶ μὲν αἱ πρὸ τῆς Ἰλλυρίδος, αἵ τε Ἀψυρτίδες, καὶ Κηρυκτικὴ καὶ Λιβυρνίδες. p. 124.
ἔτι δ' Ἴσσα καὶ Τραγούριον, καὶ ἡ μέλαινα Κόρκυρα, καὶ Φάρος· πρὸ τῆς Ἰταλίας δὲ αἱ Διομήδειοι. Τοῦ Σικελικοῦ δὲ τὸ ἐπὶ Κρήτην ἀπὸ Παχύνου, τετρακισχιλίων καὶ πεντακοσίων [σταδίων] φασί· τοσοῦτον δὲ καὶ τὸ ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς. D Τὸ δὲ ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου, τὸ μὲν τρισχιλίων ἐστὶν ἔλαττον·

1. Μήνιγξ) Paſſim reperies alteram γραφὴν quam ex veterib. lib. annotavimus Μῆνιξ. *Caſaub.*

2. τὸ δὲ βάθος) Βάθος vocat ſpatium in quod effunditur Syrtis maior à Libyco littore in continente penetrans. *Idem.*

3. ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα) Xylander ἀφ' ἑσπερίδων interpretatur, ab Heſperidum inſulis. Vellem docuiſſet nos ubi eæ eſſent quas intelligebat. Non enim ſat ſcio, intellexit de iis quas commemorat Plin. lib. VI. 31. Et tamen quasnam alias vellet intelligi neſcio. Enimvero inſulas hîc nullas Strabo commemorat. Nam ut indicet τὸ βάθος Syrtis majoris, effundi eam ait ab Heſperidibus ad Automala. Heſperides vocabantur olim teſte Ptolem. Berenice urbs maritima in Cyrenaica ditione. Stephanus. Ἑσπερὶς πόλις Λιβύης ἡ νῦν Βερενίκη. Plinio IV. c 5 verò, cui potius aſſentior ea urbs non Ἑσπερίδες, nec Ἑσπερὶς, ſed Ἑσπερίδων dicitur. *Berinice in Syrtis extremo cornu eſt quondam vocata Heſperidum ſupradictarum, vagantibus Græciæ fabulis.* Straboni lib. XVII. p. 836. in eo tractu eſt λιμὴν Ἑσπερίδων. Vide locum. *Automala* autem urbs fuit in ipſo μυχῷ majoris Syrtis. Inſpice Ptolem. tabulas. Facilè intelliges quàm rectè τὸ βάθος majoris Syrtis ab Heſperidum urbe ad Automala dimetiatur Geographus. *Idem.*

A τὸ δ᾽ ἀπὸ ἄκρας Ἰαπυγίας εἰς τὴν Λιβύην πλεόντων, τετρακισχιλίων ἐστί· νῆσοι δ᾽ εἰσὶν ἐνταῦθα, ἥ τε Κόρκυρα καὶ Σύβοτα, πρὸ τῆς Ἠπειρώτιδος, καὶ ἐφεξῆς πρὸ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου Κεφαλληνία, καὶ Ἰθάκη, καὶ Ζάκυνθος, καὶ Ἐχινάδες. τῷ δὲ Σικελικῷ συνάπτει τὸ Κρητικὸν πέλαγος, καὶ τὸ Σαρδωνικὸν, καὶ τὸ Μυρτῶον, ὃ μεταξὺ τῆς Κρήτης ἐστὶ καὶ τῆς Ἀργείας καὶ τῆς Ἀττικῆς, πλάτος ἔχον τὸ μέγιστον τὸ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, ὅσον χιλίων καὶ διακοσίων σταδίων· μῆκος δὲ ἔλαττον ἢ διπλάσιον. Ἐν τούτῳ δὲ νῆσοι Κύθηρά τε καὶ Καλαυρία, καὶ αἱ περὶ Αἴγιναν καὶ Σαλαμῖνα, καὶ τῶν Κυκλάδων τινές. Τὸ δὲ συνεχὲς τὸ Αἰγαῖόν ἐστιν ἤδη [1] σὺν τῷ Μέλανι B κόλπῳ, καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ· καὶ τὸ Ἰκάριον καὶ Καρπάθιον μέχρι Ῥόδου καὶ Κρήτης καὶ Κύπρου καὶ τῶν πρώτων μερῶν τῆς Ἀσίας· αἵ τε Κυκλάδες νῆσοι εἰσὶ, καὶ αἱ Σποράδες, καὶ αἱ προκείμεναι τῆς Καρίας, καὶ Ἰωνίας καὶ Αἰολίδος, μέχρι τῆς Τρῳάδος· λέγω δὲ Κῶ, καὶ Σάμον, καὶ Χῖον, καὶ Λέσβον, καὶ Τένεδον· ὡσαύτως δ᾽ αἱ προκείμεναι τῆς Ἑλλάδος μέχρι τῆς Μακεδονίας καὶ τῆς ὁμόρου Θρᾴκης, Εὔβοιά τε καὶ Σκύρος, καὶ Πεπάρηθος, καὶ Λῆμνος, καὶ Θάσος, καὶ Ἴμβρος, καὶ Σαμοθρᾴκη, καὶ ἄλλαι πλείους· περὶ ὧν ἐν τοῖς καθ᾽ ἕκαστα δηλώσομεν. Ἔστι δὲ τὸ μῆκος τῆς θαλάττης C ταύτης, περὶ τετρακισχιλίους ἢ μικρῷ πλείους, τὸ δὲ πλάτος περὶ δισχιλίους· περιέχεται δὲ ὑπὸ τῶν λεχθέντων μερῶν τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι Θερμαίου κόλπου πρὸς ἄρκτον ἐχούσης τὸν πλοῦν παραλίας, καὶ τῶν Μακεδονικῶν κόλπων μέχρι τῆς Θρᾳκίας χερρονήσου. Κατὰ δὲ ταύτην ἐστὶ τὸ ἑπταστάδιον τὸ κατὰ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον, δι᾽ οὗ τὸ Αἰγαῖον καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἐκδίδωσι πρὸς ἄρκτον εἰς ἄλλο πέλαγος, ὃ καλοῦσι Προποντίδα· κἀκεῖνο εἰς ἄλλο τὸ Εὔξεινον προσαγορευόμενον πόντον· [2] Ἔστι δὲ διθάλαττος τρόπον τινὰ οὗτος· κατὰ μέσον γάρ πως ἄκραι δύο * προσπίπτουσιν, ἡ μὲν ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ τῶν βο- D ρείων μερῶν, ἡ δ᾽ ἐκ τῆς Ἀσίας ἐναντία ταύτῃ, συναγούσῃ τὸν μεταξὺ πόρον, καὶ ποιούσῃ δύο πελάγη μεγάλα. τὸ μὲν οὖν τῆς Εὐρώπης ἀκρωτήριον, καλεῖται Κριοῦ μέτωπον· τὸ δὲ τῆς Ἀσίας, Κάραμβις· διέχοντα ἀλλήλων περὶ δισχιλίους σταδίους, καὶ πεντακοσίους· Τὸ μὲν οὖν πρὸς ἑσπέραν πέλαγος, μῆκός ἐστιν ἀπὸ Βυζαντίου μέχρι

* Malim προπίπτουσιν.

p. 125.

ab Japygia autem in Africam navigatio eſt IV CIↃ. Inſulæ ibi ſunt Corcyra & Sybota ante Epirum, ac deinde ante ſinum Corinthiacum Cephallenia, Ithaca, Zacynthus, Echinades. Siculum mare contingunt Creticum, Sardoum, Myrtoum: hoc inter Cretam eſt & Argiam & Atticam, latiſſimum ab Attica ad ſtadia CIↃ CC, longitudine paulo minus quàm dupla. Inſulæ in eo Cythera, Calauria, Ægina, Salamis, & vicinæ his, ac Cycladum nonnullæ. Inſequitur continuò Ægæum mare cum Melane ſinu & Helleſponto. Tum Icarium mare, & Carpathium uſque ad Rhodum, Cretam, Cyprum, & primas Aſiæ partes. Ibi ſunt Cyclades inſulæ, & Sporades, & quæ ſitæ ſunt ante Cariam, Ioniam, Aeolidem, uſque ad Troadem: Cos inquam, Samus, Chius, Lesbus, Tenedus: item quæ ante Græciam ſitæ ſunt uſque ad Macedoniam & confinem Thraciam, Eubœa, Scyrus, Peparethus, Lemnus, Thaſus, Imbrus, Samothrace, aliæque plures, de quibus in ſingulorum enarratione dicemus. Hujus maris longitudo eſt ſtadiorum IV CIↃ aut paulo amplius, latitudo circiter CIↃ CIↃ: includitur à dictis Aſiæ partibus, & ora maritima quæ à Sunio eſt uſque ad Thermæum ſinum verſus ſeptentrionem, & ſinus Macedoniæ uſque ad Thraciæ Cherroneſum. Ad hanc fretum eſt ſeptem ſtadia latum, inter Seſtum & Abydum, per quod fretum mare Aegæum & Helleſpontus verſus ſeptentrionem effluunt in aliud mare, quod appellatur Propontis: hocque rurſum in aliud, cui Euxino Ponto nomen eſt. Eſt autem pontus hic quodammodo bimaris: nam ad medium ferè ejus procurrunt duo promontoria, alterum ab Europa & Septentrionalibus locis, alterum huic oppoſitum ab Aſia, quæ in arctum contrahunt mare in medio ſitum, inque duo magna maria totum dividunt: promontorio, quod ab Europa procurrit, nomen eſt Criûmetopon, (quo vocabulo frons arietis notatur,) quod ab Aſia, Carambis: diſtant inter ſe ad CIↃ CIↃ IↃ ſtadia. Porrò pelagus Euxini maris quod eſt adverſus occaſum, id in longum porrigitur à Byzantio uſque

1. *Σὺν τῷ Μέλανι κόλπῳ καὶ τὸ Ἑλλ.)* De Melane ſinu Dionyſius Periegetes, ℣. 538.

Κεῖθι Μέλας καὶ κόλπος ἐφ᾽ Ἑλλήσποντον ἴησιν,
Ἀφρὸν ἐρευγόμενος.

*Illic Melaſque ſinus ad Helleſpontum vadit*
*Spumam eructans.* Caſaub.

2. *Ἔστι δὲ διθάλαττος τρόπον τινὰ οὗτος)* Dionyſius poeta poſtquam deſcripſit Carambin & Criû metopon, ſubjicit ℣. 156.

Ἐκ τοῦ δ᾽ ἂν καὶ πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα.

*Ex hoc vero & Pontum videas bimarem.* Idem.

1 Διαρ-

A καὶ μάλιϛα τοὺς ἡγεμόνας· καὶ διὰ τοῦτο 1 Ανακρέοντα μὲν οὕτως εἰπεῖν· Εγὼ τ' ἂν οὔτ' Αμαλθίης βουλοίμην κέρας, * οὔτε τὰ πεντήκοντά τε καὶ ἑκατὸν Ταρτησσοῦ βασιλεῦσαι. Ηρόδοτον δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ βασιλέως καταγράψαι, 2 καλέσαντα Αργανθώνιον· ἢ γὰρ οὕτω δέξαιτ' ἄν τις, * ἢ ἴσον τούτῳ τοῦ Ανακρέοντος, ἢ κοινότερον, οὔτε Ταρτησσοῦ πολὺν χρόνον βασιλεῦσαι. 3 Ενιοι δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρτηΐαν προσαγορεύουσι. Τῇ B δὲ τῆς χώρας εὐδαιμονίᾳ καὶ τὸ ἥμερον καὶ τὸ πολιτικὸν συνηκολούθησε τοῖς Τουρδιτανοῖς, καὶ τοῖς Κελτικοῖς δὲ διὰ τὴν γειτνίασιν, ὡς εἴρηκε Πολύβιος, διὰ τὴν συγγένειαν· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἧττον· τὰ πολλὰ γὰρ κωμηδὸν ζῶσιν. Οἱ μέντοι Τουρδιτανοὶ, καὶ μάλιϛα οἱ περὶ τὸν Βαῖτιν, τελέως εἰς τὸν Ρωμαίων μεταβέβληνται τρόπον, οὐδὲ τῆς διαλέκτου τῆς σφετέρας ἔτι μεμνημένοι. 5 Λατῖνοί τε οἱ πλεῖϛοι γεγόνασι, καὶ ἐποίκους εἰλήφασι Ρωμαίους· ὥστε μικρὸν ἀπέχουσι τοῦ πάντες εἶναι Ρωμαῖοι· αἵ τε νῦν συνῳκισμέναι πόλεις, ἥ τε ἐν τοῖς Κελτικοῖς 6 Πεζαυγοῦϛα, καὶ ἡ 7 ἐν τοῖς Τουρδούλοις Αὐγοῦϛα Ημερίτα, καὶ ἡ περὶ τοὺς Κελτίβηρας 8 Καισαραυγοῦ- C ϛα, καὶ ἄλλαι ἔνιαι κατοικίαι, τὴν μεταβολὴν τῶν λεχθεισῶν πολιτειῶν ἐμφανίζουσι· καὶ δὴ τῶν Ιβήρων ὅσοι ταύτης εἰσὶ τῆς ἰδέας,

* Forte οὔτ' ἔτη

* Locus ſuſpectus

1. Ανακρέοντα μὲν οὕτως εἰπεῖν) Plinius lib. VII. cap. 48. Anacreon poëta Arganthonio Tarteſſiorum regi CL. tribuit annos. *Caſaub.*

2. καλέσαντα Αργανθώνιον) Locus eſt Κλεῖοι Herod. I. 163. Απικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησσὸν προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλεῖ τῶν Ταρτησσίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Αργανθώνιος. ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ πάντα, εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Vide Marc. Tull. de ſenectute c. 19. Lucianus, ut Strabo, loci Herodoti & Anacreontis meminit. Αργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησσίων βασιλεὺς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ηρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ανακρέων, ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθος τισὶ δοκεῖ. Obiter notabis Luciani μνημονικὸν ἁμάρτημα: D neque enim rectè Herodotum citat. Phlegon quoque eodem modo peccat cum ſcribit. Αργανθώνιος ὁ τῶν Ταρτησσίων βασιλεὺς ὡς ἱϛορεῖ Ηρόδοτος καὶ Ανακρέων ὁ ποιητὴς, ἔτη ρν. Vide Plinium VII. c. 48. & Valerium Max. VIII. c. 13. *Idem.*

3. ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν) [illegible] Mela & Plinius, Pauſanias & Appianus. *Idem.*

4. *Et cognationem.*) Καὶ inſerui. Intelligo autem de Celticis non Galliæ, ſed Bæticæ, quorum ſuprà facta eſt mentio, & quos etiam Ptolemæus novit. id infrà plenius intelliges in Artabrorum deſcriptione. Apud Appianum Ιβηρικῇ conſtanter pro Carteja Καρπησσὸς Carpeſſus. *Xyland.*

5. Λατῖνοι τε οἱ πλεῖϛοι γεγόνασι) Plinius auctor eſt oppida Bæticæ XXX. Latio fuiſſe antiquitus donata. *Caſaub.*

6. Πεζαυγοῦϛα) Probo vehementer ſcripturam librorum Παξαυγοῦϛα. Sic alia in Hiſpania reperies ab Romanis cognominata, ut apud Ptolemæum Πὰξ Ιουλία. Plenus eſt hujuſmodi cognominibus Plinii de Hiſpanis tractatus. *Idem.*

7. Ἥ τε ἐν τοῖς Κελτικοῖς Πεζαυγοῦϛα *Pezauguſta in Celtica.*) Optimè repoſuit ex Manuſcriptis doctiſſimus Caſaubonus Παξαυγοῦϛα, quod nomen nunc deformatum eſt in *Badajos*: eſt autem urbs ad Anam fluvium, nunc *Guadiana*, ſita. *Palmer.*

8. ἐν τοῖς Τουρδούλοις Αυγοῦϛα Ημερίτα) Ptolemæo Luſitanorum urbs in mediterraneis. Plinius eam Anæ fluvio eſſe appoſitam teſtatur. De hac Auſonius de Clar. urb. IX.

*Iure mihi poſt has memorabere nomen Iberum*
*Emerita: æquoreus quam præterlabitur amnis.*
*Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.*

Prudentius autem nec Turdulorum, ut Strabo, nec Luſitanorum, ut Ptolemæus, ſed Vectonum eſſe indicat, in accurata ejus deſcriptione: quem locum propter elegantiam integrum proferam. Eſt autem in Eulalia. Hym. IX. ℣, 186.

*Nunc locus Emerita eſt tumulo*
*Clara colonia Vectoniæ:*
*Quam memorabilis amnis Ana*
*Præterit, & viridante rapax*
*Gurgite mœnia pulchra lavat.* Caſaub.

9. Καισαραυγοῦϛα) Ptolemæo Καισάρεια Αὐγοῦϛα. Pomponius Mela II. 6. *Urbium de mediterraneis in Tarraconenſi clariſſimæ fuerunt Palantia & Numantia: nunc eſt Cæſarauguſta.* Idem.

1 στολάτοι λέγονται ἢ τογάτοι· ἐν δὲ τούτοις εἰσὶ καὶ οἱ Κελτίβηρες οἱ πάντων νομισθέντες ποτὲ θηριωδέστατοι. Ταῦτα μὲν περὶ τούτων.

2 Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἱεροῦ πάλιν ἀκρωτηρίου τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσιν ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς παραλίας, τὸ πρὸς τὸν Τάγον, κόλπος ἐστίν· ἔπειτα ἄκρα τὸ Βαρβάριον, καὶ αἱ τοῦ Τάγου ἐκβολαὶ πλησίον· 3 ἐφ' ἃς εὐθύπλοιαι· στάδιοι δ' εἰσὶ δέκα· ἐνταῦθα καὶ ἀναχύσεις· ὧν μία ἐπὶ πλείους ἢ τετρακοσίους σταδίους 4 ἀπὸ τοῦ λεχθέντος πύργου, 6 καθ' ἣν ὑδρεύονται εἶπον λάκεια. Ὁ δὲ Τάγος καὶ τὸ πλάτος ἔχει τοῦ στόματος, εἴκοσί που σταδίων, καὶ τὸ βάθος μέγα, ὥστε 7 μυριαγωγοῖς ἀναπλεῖσθαι. Δύο δ' ἀναχύσεις ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις ποιεῖται πεδίοις, ὅταν αἱ πλῆμαι γίνωνται·
p. 152. ὥστε πελαγίζειν μὲν ἐπὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίους, καὶ ποιεῖν πλωτὸν τὸ πεδίον· ἐν δὲ τῇ ἐπάνω ἀναχύσει 8 καὶ νῆσον ἀπολαμβάνειν ὅσον τριάκοντα σταδίων τὸ μῆκος· πλάτος δὲ μικρὸν ἀπολεῖπον τοῦ μήκους, 9 εὐαλσὲς καὶ εὐάμπελον.

A ſtolati ſeu togati appellantur, in quibus ſunt Celtiberi, quondam omnium maximè feri inhumanique habiti. Verùm hæc de his hactenus.

Jam à Sacro rurſum promontorio in alteram oræ maritimæ verſus Tagum progredientibus, ſinus eſt, deinde promontorium Barbarium, & prope Tagi oſtia, ad quæ rectà navigatur, x ſtadiorum intervallo. Ibi ſunt & effuſiones, quarum una à dicta Turri ſeu Pyrgo ad cccc prodit ſtadia, unde etiam aquantur 5 Eipon Laceia. Tagi autem oſtia latitudine ſunt xx circiter ſtadiorum, profunda admodum, ita ut etiam navibus
B myriagogis ſubvehi liceat. Cum autem mare effluit, duas Tagus effuſiones facit in campos ſupra oſtia poſitos, ita ut ſtagnet maris inſtar campus ad CL. ſtadia & navigabilis ſit. In ſuperiore effuſione inſula quoque includitur longitudine xxx ſtadiorum, ferèque tanta etiam latitudine, lucis apta & vitifera.

1. *στολάτοι λέγονται ἢ τογάτοι*) A nonnullis veteribus libris aberant illa *ἢ τογάτοι*: quæ tamen *ἀπρὶξ* ſunt nobis retinenda: ſic namque Gallos quoque togatos legimus, qui Romanos mores induiſſent. Vide Dionem ſub finem libri quadrageſimi ſexti. Et Strabo ipſe paulò poſt ita ſcribit, hos fuiſſe *εἰς τὸν ἥμερον καὶ τὸν Ἰταλικὸν τύπον μετακειμένους ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐσθῆτι.* Ratio nominis in promptu: nam Toga quam Græci *τήβεννον* vertunt, veſtis Romanorum propria. *Caſaub.*

2. *Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ πάλιν*) Deſcripſit hactenus oram Hiſpaniæ, quæ eſt à Calpe ad Sacrum promontorium: nunc pergit ab eodem Sacro promontorio ad Nerium Artabrorum promontorium, quod occiduum latus & ſeptentrionale terminat. *Idem.*

3. *ἐφ' ἃς εὐθύπλοιαι*) Ad quas *ἐκβολὰς* Tagi eſt *εὐθύπλοια* & recta navigatio à Barbario promontorio, eſtque illud intervallum ſtadiorum x. niſi mendum in numero. *Idem.*

4. *ἀπὸ τοῦ λεχθέντος πύργου*) Apparet deeſſe nonnihil in ſuperioribus: Nam in toto libro unius *πύργου* facta mentio, quem appellavit *Καπίωνος*, qui nihil ad hunc locum facit. *Idem.*

5. *Eipon Laceia.*) *Ὑδρεύονται εἶπον λάκεια.* Locus eſt fœdè corruptus. Si liceat divinare, legerem *ἵδρυνται ἵππων καὶ Σαλάκια.* ut ſit. Ubi ſitæ ſunt Hippon & Salacia. certè Ptolemæus has duas urbes Barbario promontorio propinquas facit, planéque ita collocat, ut probabile ſit idem hîc feciſſe Strabonem. de Pyrgo ſeu turri nihil habeo. Myriagogus navis à pondere mercium videtur dicta; ſed qua ratione, nondum didici, neque explicat Pollux, qui meminit. IV. 22. Inſulam, quam mox deſcribit, puto eſſe Londobridem Ptolemæi, quæ ipſa deſcriptio eſt depravatiſſima? & qui totam paginam perleget attentè, facilè ſentiet multa deeſſe. Hodie Barlingas vocant. Sed & quæ de Junii Bruti Callaici rebus geſtis habentur, mendoſa ſunt, quid enim ſignificent *πλίθροις* & *ὅλοσιν*? itáque poſui quod ſuccurrebat mutaturus libenter, ubi vel apta inciderit conjectura. *ῥεῖθρον* alveum fluvii ſignificat, idque vocabuli facilè ſubſtituerem *πλίθροις*. ſed *ὅλοσιν* quid fiet? *Xyland.*

6. *καθ' ἣν ὑδρεύονται εἶπον λάκεια*) Duo hæc poſtrema verba aberant à duobus manuſcriptis codicibus: & ſunt ſanè depravata mirificè. Xylandri conjectura non eſſet illa quidem improbanda, ſi ullum locum in illo tractu reperiremus, cui nomen eſſet *ἵππων*, quod ipſe ſibi neſcio qua ratione falsò perſuaſit. Nam *ὅλιος ἵππων*, quod apud Ptolemæ-
C um legitur, aliud eſſe conſtat. Hermolaus autem Barbarus, vir longè longéque doctiſſimus, quem non ſine flagitio audent quidam Barbarum appellare, is igitur putabat legendum hoc loco *ὅπου λάκεια.* Nam Lanceam oppidum & Plinius & Ptolemæus commemorant. Ego etſi non habeo quod ſuper hoc liquidò poſſim affirmare, præſertim cum ita legatur in libris veteribus, tamen Hermolao libenter aſſentior. Iam verò quod ad vocem *ὑδρεύεσθαι*, non eſſe eam in *ἵδρυνται* mutandam, quod Xylandro videbatur, evincit ſimillimus hoc eodem libro locus, ubi de Bætis exundationibus ſimiliter ita ſcribit, *τότε δὲ ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ, ὥσθ' ὑδρεύεσθαι τοὺς στρατιώτας αὐτόθι.* *Caſaub.*

7. *μυριαγωγοῖς ἀναπλεῖσθαι*) Navem *μυριαγωγὸν* appellat, quam libro XVII. in ſimillimo loco *μυριοφόρον.* (quemadmodum *ἀγκαλιδαγωγοὶ* aſini appellantur, qui & *ἀγκαλιδοφόροι*) *βάθος δὲ ὅσον ἀρκεῖ μυριοφόρῳ νηΐ.* Thucydides libro VII. c. 25. *προσαγαγόντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι.*
D Eadem ergo ratione navis *μυριαγωγός.* Nec eſt vocis analogia obſcura. Sic enim *ἱππαγωγὸς* navis etiam Livio dicitur, & Thucydidi *ὁπλιταγωγὸς* libro VI. c. 25. (apud Pollucem [illegible]). *οἰναγωγὸν πλοῖον*, & id genus multa. Cæterum diſertiores hanc vocem refugiſſe teſtis Pollux I. c. 9. *Μυριοφόρος*, inquit, *ναῦς, τὸ δὲ μυριαγωγὸς εὐτελές.*) *Idem.*

8. *Καὶ νῆσον ἀπολαμβάνειν*) Scribe, *νησίον.* *Idem.*

9. *εὐαλσὲς καὶ εὐάμπελον*) Scripti libri habebant *εὐαλθές*: quidam *εὐαλτές*, Sic *δυσαλθὲς* legas in Epigrammatis. Lego tamen *εὐαλσὲς*, cui voci ſua pulchrè conſtat analogia. Nam ut à *γένος* & *κλέος* fiunt *εὐγενὴς καὶ εὐκλεὴς*, ſic ab *ἄλσος*, *εὐαλσής.* *Ἄλσος* autem ut ſciunt omnes non ſaltum tantum Deo ſacrum ſignificat: ſed quemlibet locum *κάθυγρον* & *κατάδενδρον.* *Idem.*

Sita eſt|| inſula ratione . . . . diſtare ſitam in monte prope fluvium à mari diſſitam ferè 10 ſtadia, habentem etiam circum ſe ſolum bonum, & ſurſum navigationes faciles, aliquantiſper etiam magnis ſcaphis, deinde fluvialibus lembis: & ſuper Moronem adhuc longior eſt ſurſum navigatio. Hac urbe Brutus, qui cognomentum Callaici tulit, tanquam arce belli uſus, bellum contra Luſitanos geſſit, eoſque devicit, fluminiſque oſtia ita munivit, ut navigationes in mediterranea, & commeatus ſubvectiones liberas haberet. Itaque hæ urbium ad Tagum ſitarum ſunt optimæ. Fluvius piſcium & oſtreorum copia abundat. Oritur ex Celtiberis, ac per Vettones, Carpetanos, & Luſitanos occaſum æquinoctialem verſus meat: & cùm aliquandiu Anæ & Bætis reſpectu æqualibus intervallis decurrit, avertitur, illis ad oram meridionalem declinantibus. Quis ſupra dictos montes ſiti ſunt, eorum maximè ad meridiem vergunt Oretani, parte aliqua pertingentes uſque ad litus maris quod eſt 7 extra Columnas.

A 1 Κεῖται δ' ἡ νῆσος κατὰ λόγον ἀπολιπεῖν κειμένην ἐν ὄρει τοῦ ποταμοῦ πλησίον ἀφεστῶσαν τῆς θαλάσσης, ὅσον πεντακοσίους σταδίους· ἔχουσαν δὲ καὶ χώραν ἀγαθὴν τὴν πέριξ, καὶ τοὺς ἀνάπλους εὐπετεῖς, μέχρι μὲν πολλοῦ, καὶ μεγάλοις σκάφεσι· τὸ δὲ λοιπὸν τοῖς ποταμίοις λέμβοις· καὶ ὑπὲρ τὸν Μόρωνα δ' ἔτι μακρότερος ἀνάπλους ἐστί· ταύτῃ δὲ τῇ πόλει 2 Βροῦτος ὁ Καλλαϊκὸς προσαγορευθεὶς, ὁρμητηρίῳ χρώμενος, ἐπολέμησε πρὸς τοὺς Λυσιτανοὺς, καὶ κατέστρεψε τούτους. 3 Τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλίθροις ἐπεχείρησε τὴν ὄλοσιν, ὡς ἂν ἔχοι τοὺς ἀνάπλους ἐλευθέρους, καὶ τὰς ἀνακομιδὰς τῶν ἐπιτηδείων· ὥστε καὶ τῶν περὶ τὸν Τάγον πόλεων αὗται B κράτισται. 4 Πολυΐχθυς δ' ὁ ποταμὸς, 5 καὶ ὀστρέων πλήρης· ῥεῖ δ' ἔχων τὰς ἀρχὰς ἐκ Κελτιβήρων, διὰ Οὐεττώνων καὶ Καρπητανῶν καὶ Λυσιτανῶν, ἐπὶ δύσιν ἰσημερινὴν, μέχρι ποσοῦ παράλληλος ὢν τῷ τε Ἀνᾳ καὶ τῷ Βαίτι· μετὰ δὲ ταῦτα ἀφιστάμενος ἐκείνων ἀποκλινόντων πρὸς τὴν νότιον παραλίαν. Οἱ δ' ὑπερκείμενοι 6 τῶν λεχθέντων ὀρῶν, Ὠρητανοὶ μέν εἰσι νοτιώτατοι, 8 καὶ μέχρι τῆς παραλίας διήκοντες ἐκ μέρους τῆς ἐκτὸς στηλῶν.

1. *κεῖται δὲ ἡ νῆσος, κατὰ λόγον ἀπολιπεῖν κειμένην*) Quatuor illa verba *κατὰ λόγον ἀπολιπεῖν κειμένην* non agnoſcit prior interpres. Et ſunt ſanè corrupta, quin ſi ea ſuſtuleris, plana erit & perſpicua ſententia, quæ nunc Oedipo aliquo opus habet. Puto autem è margine in textum irrepſiſſe, hac ratione: Cum enim modò dixerit Strabo inſulam hanc habere longitudinem xxx. ſtadiorum, *πλάτος* autem *μικρὸν ἀπολεῖπον*, ſuſpicor ad iſta verba notatum fuiſſe ab aliquo *κατὰ λόγον γὰρ ἀπολιπεῖν*, quod verum eſt. latitudo enim *κατὰ λόγον* minor eſt longitudine. Sed hæc juris ſunt arbitrarii. Suſpicatus hoc quoque ſum aliquando, quia *Μόρωνος* mox fit C mentio quaſi jam alibi nominatæ, legendum fortaſſe hîc eſſe pro *κατὰ λόγον ἀπολιπεῖν*, ſic, *κατὰ Μόρωνα πόλιν*, de quo docti judicent. Inſulam autem hanc, Londobridem eſſe Ptolemæi, infœlix eſt viri docti conjectura. Nihil enim à vero alienius dici potuit. Illa eſt in alto Oceano, hæc procul à mari in flumine Tago ſupra ejus æſtuaria. *Caſaub.*

2. *Βροῦτος ὁ Καλλαϊκὸς προσαγορευθεὶς*) Scripſerat Livius libro XLIV. de hoc bello. & XLV. Epit. LVI. de bello adverſus Callaicos, unde cognomen Callaici reportavit D. Iunius Brutus: quem alii ſcriptores *Callaicum* ut hîc Strabo & Plinius, alii *Callæcum*, D alii *Gallæcum* nominant, prout nimirum variè ſcribitur illius provinciæ nomen: Hujus porrò belli eſt apud Oroſium & Eutropium IV. c. 8. alioſque rerum Romanarum ſcriptores mentio: ſed mentio tantùm, nuſquam narratio: quæ ſi alicubi extaret, minus eſſet ignota illa urbs, quam vocat Strabo Moronem. *Idem.*

3. *τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλίθροις ἐπεχείρησε τὴν ὄλοσιν*) Locus corruptiſſimus & qui me diu torſit. In libris ſcriptis ita legitur *τηνολόσειν*. quæ lectio etſi quovis monſtro monſtroſior eſt, mihi tamen ad veram lectionem indagandam præivit: Legendum igitur eſt, *τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλευροῖς ἐπετείχισε τινὰς πόλεις*.. Nolo quorundam more emendationem noſtram prædicare: veriſſimam certè eam eſſe perſuaſum fere habeo. Nam & mutatio priſcæ lectionis parva fit, & Strabo paulò poſt *μονονουχὶ βοᾷ* ſe ita ſcripſiſſe. Cum enim ſubjicit, *ὥς τε τῶν περὶ τὸν τάγον πόλεων αὗται κράτισται*, annon ſatis manifeſtò ſignificat hæc verba de quibuſdam urbibus ad Tagum ſitis eſſe accipienda? Jam *πλιθροῖς* in *πλευροῖς* minori mutatione reſtituo, quàm *ῥειθροῖς* ut Xylander. In reliquis duabus vocibus ſyllabarum tranſpoſitione peccatum eſt: & ſanè ex *ἐπετείχισε* nemo non videt, lapſum proclivem fuiſſe in *ἐπεχείρησε*. Similiter etiam pro *τινὰς πόλεις* eadem tranſpoſitione ſyllabarum, & literarum aliquot mutatione monſtrum illud natum eſt, quo nullum tota Africa monſtroſius *τηνολόσειν*. Ipſum porrò loquendi genus quod reſtituimus, & elegans eſt & ſententiam continet optimam. Ait namque Strabo, fuiſſe aliquot urbes in utraque fluminis ripa à Bruto munitas, ut eſſet commeatus invectio facilis ac tuta. Sic lib. ſequenti dicuntur Maſſilienſes *κτίσαι τινὰς πόλεις ἐπιτειχίσματα τοῖς Ἴβηρσι*. hoc eſt quibus ſuos fines defenderent ab incurſionibus Hiſpanorum. *Idem.*

4. *πολυΐχθυς δὲ ὁ ποταμὸς*) Iuſtinus XLIV. c 1. de Hiſpaniæ fluviis, *In hac curſus amnium non torrentes, rapidique ut noceant, ſed leves, & vineis campiſque irrigui, æſtuariiſque Oceani affatim piſcoſi.* Idem.

D 5. *καὶ ὀστρέων*) MS. *ὀστρακίων*. *Idem.*

6. *τῶν λεχθέντων ὀρῶν*) Illo loco, *ὑπέρκειται δὲ τὰ μεταλλείας ἔχοντα ὄρη· καθήκει δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Τάγον*. *Idem.*

7. *Extra Columnas.* ( Interpres legit *ἐντὸς*. Vettones autem ſcripſi, ut inveni ſuprà, apud Ptolemæum, alios. Idem pro Acontia legit Contiam. *Xyland.*

8. *καὶ μέχρι τῆς παραλίας διήκοντες ἐκ μέρους τῆς ἐκτὸς στηλῶν*) Legendum omnino *ἐντὸς στηλῶν* ut habent libri ſcripti. Nam hoc ſignificat Strabo, Oretanorum regionem magis ad meridiem accedere quam Carpetanorum & Vettonum: quos tres populos ut vicinos Geographi ſæpe conjungunt: adeo autem *νοτιωτέραν* ait eſſe Oretanorum regionem, ut etiam aliqua ſui parte porrigatur uſque ad mare noſtrum, noſtrum inquam: non enim poterat ad fretum *ἐκτὸς στηλῶν* pertinere, ut cuivis rem diligenter conſideranti ſtatim patebit. *Caſaub.*

Καρπητανοί τε μετὰ τούτους πρὸς ἄρκτους, εἶτα Οὐέττωνες [1] καὶ Οὐακκαῖοι, δι᾽ ὧν ὁ Δουρίας ῥεῖ, [2] κατ᾽ Ακουτίαν πόλιν τῶν Οὐακκαίων [3] ἔχων διάβασιν. Καλλαϊκοὶ δ᾽ ὕστατοι τῆς ὀρεινῆς ἐπέχοντες πολλήν· διὸ καὶ δυσμαχώτατοι ὄντες, τῷ τε καταπολεμήσαντι τοὺς Λυσιτανοὺς, αὐτοὶ παρέσχον τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ νῦν ἤδη τοὺς πλείστους τῶν Λυσιτανῶν, Καλλαϊκοὺς καλεῖσθαι παρεσκεύασαν. Τῆς μὲν οὖν Ὠρητανίας, κρατιστεύουσα ἐστὶ πόλις [5] Κάστουλον, καὶ Ὠρία. [6] Τοῦ δὲ Τάγου τὰ πρὸς ἄρκτον, ἡ Λυσιτανία, ἐστὶ μέγιστον τῶν Ιβηρικῶν ἐθνῶν, καὶ πλείστοις χρόνοις ὑπὸ Ρωμαίων πολεμηθέν· περιέχει δὲ τῆς χώρας ταύτης τὸ μὲν νότιον πλευρὸν ὁ Τάγος, τὸ δ᾽ ἑσπέριον καὶ τὸ ἀρκτικὸν, ὁ Ὠκεανὸς, τὸ δ᾽ ἑωθινὸν, οἵ τε Καρπητανοὶ καὶ οἱ Οὐέττωνες καὶ Οὐακκαῖοι, καὶ Καλλαϊκοὶ τὰ γνώριμα ἔθνη· τἆλλα δὲ οὐκ ἄξιον ὀνομάζειν, διὰ τὴν μικρότητα καὶ τὴν ἀδοξίαν· ὑπεναντίως δὲ τοῖς νῦν, [7] ἔνιοι καὶ τούτους Λυσιτανοὺς ὀνομάζουσιν. [8] Ὅμοροι δ᾽ εἰσὶν ἐκ τοῦ πρὸς ἕω μέρους, οἱ μὲν Καλλαϊκοὶ τῷ [9] τῶν Αστούρων ἔθνει καὶ τοῖς Ἴβηρσιν, οἱ δ᾽ ἄλλοι τοῖς Κελτίβηρσι.
p. 153. Τὸ μὲν οὖν μῆκος [11] μυρίων καὶ τρισχιλίων σταδίων·

A Ab his verſus ſeptentrionem ſunt Carpetani, deinde Vettones & Vaccæi, per quos Durias fluit, urbem Vaccæorum Acontiam perlabens. Ultimi ſunt Callaici, (Callæcos & Gallæcos alii vocant) montanæ regionis multum incolentes: quare etiam difficillimi ſuperatu: & qui Luſitaniam debellavit cognomentum eſt Callaici ab iis inditum., & effecerunt, ut nunc plurimi Luſitanorum Callaici vocentur. Oretaniæ primariæ urbes ſunt 4 Cætulum & Oria. ¶ A Tago verſus ſeptentrionem eſt Luſitania maximam complectens Hiſpanorum gentem, plurimoque tempore bellis Romanis petita. B Hujus regionis auſtrinum latus Tagus includit, occiduum & ſeptentrionale Oceanus, ortivum Carpetani, Vettones, Vaccæi & Callaici nobiles gentes: reliquæ enim ob parvitatem & obſcuritatem non ſunt dignæ mentione. Secus autem quàm nunc quidam etiam hos Luſitanos appellant. Contermini Luſitani ſunt verſus ortum, Calaici Aſturibus & Iberis, reliqui Celtiberis. Longitudo eſt 10 XIII. millia ſtadiorum,

1. καὶ Ουακκαῖοι) Alii Vaccæi, Stephano Βακαῖοι. Sic in aliis multis Latinis dictionibus Græci partim literam B pro V ponunt: partim diphthongum ου, ut Βιργίλιος & Οὐιργίλιος. Αλβίων, & Αλουίων. Plinii Barduli Ptolemæo ſunt, Οὐαρδουλοί. *Caſaub.*

2. κατ᾽ Ακοντίαν πόλιν) Stephanus, Ακούτεια πόλις Ιβηρίας κατα Στράβων ἐν τῷ τρίτῳ· τὸ ἐθνικὸν Ακουιτανοί, (ſic enim legendum non Ακουτανοὶ) ὡς αὐτός· ἔοικε τὸ ι κατὰ πλεονασμὸν ἔχειν. Ex his Stephani verbis meritò ſuſpicetur quis legendum apud Strab. Ακούτειαν: alioquin fruſtra quæres locum quem indicat Stephanus. Mirum verò quod ait, Ακουϊτανοὺς apud noſtrum ab iſta urbe dici: cum ille perpetuò ſic appellet Aquitanos, gentem quamvis τοῖς Ἴβηρσι προσεμφερῆ, tamen in Gallia ſitam. *Idem.*

3. ἔχων διάβασιν) hoc eſt, *trajici ſolitus.* Xylander, *perlabens*, craſſo errore: melius vetus interpres. *Idem.*

C 4. *Cætulum.*) Κάιτουλον, fortè Caſtulo, Καστούλων, nobilis urbs, & Oretanis etiam à Ptolemæo tributa. fieri poteſt etiam ut Oria ſit Oretum Ὤρητον: *Xyland.*

D 5. Κάτουλον καὶ Ὠρία) Legendum Καστάλων καὶ Ὠρία. Docet id locus Artemidori apud Stephanum: qui poſtquam docuit Ὠρίαν urbis eſſe in Hiſpania nomen, unde dicti ſint Ὠρητανοὶ, ſubjicit locum Artemidori, ἀμφότεροι γὰρ, inquit, κατοικοῦσι τὴν παραλίαν, καὶ τινὰ τῆς μεσογείας· πρῶτον μὲν Ὠρητανοὶ πόλεις δ᾽ ἐν αὐτοῖς εἰσι μεγάλαι Ὠρία καὶ Καστάλων, qui locus huic Strabonis eſt planè geminus: ſed liberandus eſt mendis quibus eſt obſeſſus Stephani codex. Nam primum Ὠρισία malè legitur, item Ὀρσία adhuc ineptius pro Ὠρία, ut rectè habet Strabo, & ita quoque Stephanum ſcripſiſſe ex ipſo certiſſimum eſt. Deinde Κατάλων pro Καστάλων ſcribi perperam, non dicam ſuſpicari me, ſed certò ſcire ex ipſo Stephano, qui alio loco Caſtalonem magnam urbem Oretaniæ ex eodem Artemidoro commemorat. Mirum verò, quum toties hanc urbem Strabo nominet, nuſquam ejus nomen rectè ſcriptum poſſe reperiri. *Caſaub.*

5. Τῆς μὲν οὖν Ὠρητανίας, κρατιστεύουσα ἐστὶ πόλις Κάιτουλον, καὶ Ὠρία.) Utriuſque urbis nomen corruptum ex Ptolemæi libro II. cap. 6. corrigendum eſt, apud quem Καστουλῶν & Ὤρητον, id eſt, *Caſtulo* & *Oretum*, ſeu Ὤρητον Γερμανῶν, id eſt, *Oretum Germanorum* ſcribitur. Plin. quoque lib. III. c. 3. ejus oppidanos *Caſtulonenſes* memorat, & Cæſar de bello civili lib. 1. celebrat ſaltum Caſtulonenſem. *Pinedo in Stephan: de urb. pag. 367. n. 90. & p. 734. n. 24.*

6. Τοῦ δὲ Τάγου τὰ πρὸς] ἄρκτον, ἡ Λυσιτανία, ἐστὶ) Longè alius Luſitaniæ περιορισμὸς apud Romanos ſcriptores & Ptolemæum: quem non ignoravit Strabo, ut ipſe mox docet: ſed maluit tamen ſequi veterum Geographorum diviſiones, quam Romanorum principum, qui pro ſua libidine provinciarum terminos modo hos modo illos conſtituebant. *Caſaub.*

7. ἔνιοι καὶ τούτους Λυσιτανοὺς ὀνομάζουσι) Ptolemæus quidem in deſcriptione Luſitaniæ Οὐέττωνας commemorat. *Idem.*

8. ὅμοροι δ᾽ εἰσὶν) Non Luſitania, ſed ii quos dixit latus orientale Luſitaniæ efficere, Capetani, Vettones, Vaccæi & Callaici. *Idem.*

9. τῶν Αστούρων) forſaſſe Αστούρων vel Αστύρων. Infra Αστούρους vocat. *Idem.*

10. *XIII. millia.*) Nemo ex ſuperioribus non intelligit non falſum modò hoc eſſe, ſed & impoſſibile. quia tamen non habebam quod ſubſtituerem certò, reliqui. Nam Ptolemæi rationes non libet huc accommodare, ſæpè admodum à noſtri auctoris ſententia diverſas. fortè numeri errorem genuerunt, & CIↃ CCC ſtadia legendum, χιλίων τριακοσίων. *Xyland.*

11. Μυρίων καὶ τρισχιλίων σταδίων) Aſſentior Xylandro putanti è notis α, τ, fuiſſe factas ι, γ, hoc eſt poſitum eſſe 13000. pro 1300. *Caſaub.*

I. ἡ δὲ

latitudo longè minor, ab ortivo latere A ad oppoſitam oram maritimam. Latus illud ortivum ſublime eſt & aſperum: infra eam tota regio eſt plana uſque ad mare, exceptis paucis non magnis montibus. Jam Ariſtotelem Poſidonius ait, æſtuum marinorum, qui fiunt in Hiſpania, cauſas non rectè adſcribere litori & Mauritaniæ: dicentem mare ideò reciprocare, quia extrema terrarum ſublimia ſunt & aſpera, quæ & fluctum duriter excipiant, & in Hiſpaniam repercutiant: cùm pleraque litora ſint humilia, & arenæ tumulis conſtent. Rectè hic quidem. Luſitania ergo de qua nobis ſermo, opulenta B eſt, ac magnis parviſque fluminibus pervia, quæ omnia Tagi parallela ſunt, & ab oriente manant: per pleraque à mari ſubvehi in continentem licet, habentque auri ramenta plurima. Notiſſimi autem iſtorum amnium deinceps à Tago ſunt Muliadas, ſubvectiones habens exiguas, & Vacua itidem: tum Durius, è longinquis fluens partibus præter Numantiam multaſque alias Celtiberorum & Vaccæorum habitationes, magniſque per eum ſubvehi licet ſcaphis ad IↃCCC uſque ſtadia, deinde alii fluvii: ac poſt hos Lethes, id eſt 6 Oblivionis amnis, quem alii Limæam vocant: C

A τὸ δὲ πλάτος πολὺ ἔλαττον, ὃ ποιεῖ τὸ ἑωθινὸν πλευρὸν, εἰς τὴν ἀντικειμένην παραλίαν· ὑψηλὸν δ᾽ ἐστὶ τὸ ἑωθινὸν καὶ τραχύ· ἡ δὲ ὑποκειμένη χώρα, πεδιὰς πᾶσα, καὶ μέχρι θαλάττης, πλὴν ὀλίγων ὀρῶν οὐ μεγάλων· Ἤδη καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, οὐκ ὀρθῶς αἰτιᾶσθαι τὴν παραλίαν καὶ τὴν Μαυρουσίαν τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων· παλιρροεῖν γὰρ φάναι τὴν θάλατταν, διὰ τὸ τὰς ἄκρας ὑψηλάς τε καὶ τραχείας εἶναι, δεχομένας τε τὸ κῦμα σκληρῶς, καὶ ἀνταποδιδούσας τῇ Ἰβηρίᾳ· τἀναντία γὰρ θινώδεις εἶναι καὶ ταπεινὰς τὰς πλείστας, ὀρθῶς λέγων. B 1 Ἡ δ᾽ οὖν χώρα περὶ ἧς λέγομεν, εὐδαίμων τέ ἐστι, καὶ ποταμοῖς μεγάλοις διαρρεῖται καὶ μικροῖς, ἅπασιν ἐκ τῶν ἑωθινῶν μερῶν παραλλήλοις τῷ Τάγῳ· ἔχουσι δὲ καὶ ἀνάπλους οἱ πλείους καὶ ψῆγμα τοῦ χρυσοῦ πλεῖστον· γνωριμώτατοι δὲ τῶν ποταμῶν, ἐφεξῆς τῷ Τάγῳ 2 Μυλιάδας, ἀνάπλους ἔχων μικρούς, 3 καὶ Οὐακούα, ὡσαύτως· 4 μετὰ δὲ τούτους, Δούριος, μακρόθεν τε ῥέων παρὰ Νουμαντίαν, καὶ πολλὰς ἄλλας τῶν Κελτιβήρων καὶ Οὐακκαίων κατοικίας, μεγάλοις τ᾽ ἀναπλεόμενος σκάφεσιν, ἐπὶ ὀκτακοσίους σχεδόν τι σταδίους. 5 Εἶθ᾽ ἄλλοι ποταμοί· καὶ μετὰ τούτους, 7 ὁ τῆς Λήθης, 8 ὅν τινες Λιμαίαν, C

1. *ἡ δ᾽ οὖν χώρα περὶ ἧς λέγομεν*) Luſitania, cujus laudes è Polybio habes apud Athenæum initio libri octavi. *Caſaub.*.

2. *Μουλιάδας*) Ptolemæo fluvius *ἐφεξῆς τῷ Τάγῳ* eſt *Μόνδας*; etſi autem ſcio Græcos non eodem modo omnes Barbara iſta nomina ſolitos efferre, perſuaſum tamen habeo non aliter ſcripſiſſe Strabonem quàm Ptolem. Legitur in Strabone quoque *Μούνδας*. Plinius IV.c.22. *A Durio Tagus* CC. M. P. *interveniente unda*. Idem.

3. *καὶ Οὐακούα*) Apud Ptolemæum Mondæ ſuccedit *Οὔακος*. *Idem.*

4. *μετὰ δὲ τούτους, Δούριος*) Ptolemæus, poſtquam ſuperiorum fluminum *ἐκβολὰς* nominavit, *μεθ᾽ ἃς*, inquit, *αἱ τοῦ Δωρίου ποταμοῦ ἐκβολαί*. Appiano ſemper *Δόριος*. Plinius IV.c.20. hunc fluvium eodem modo quo Strabo ferè deſcribit. *Durius amnis*, inquit, *ex maximis Hiſpaniæ, ortus in Peleudonibus & juxta Numantiam lapſus, dein per Arevacos Vaccæoſque, diſterminatis ab Aſturia Vectonibus, à Luſitania Gallæcis, ibi quoque Turdulos à Bracaris arcens.* Idem.

5. *εἶθ᾽ ἄλλοι ποταμοί*) Avum fluvium commemorat Ptolemæus inter Duriam & Nebin, cui ſuccedit fluvius Limius, qui eſt Oblivionis fluvius, contrario ordine quam apud Strabonem. Avo Celandum adjungit Mela III. c. I. *Idem.*

6. Oblivionis.) *Βελιῶνα vox eſt corrupta, cum Strabo Οβλιουιῶνα. (puto) ſcripſiſſet. de hoc monui in annotationibus, ad XXXIVam. Plutarchi rerum Romanarum quæſtionem. Λιμαῖος paulo pòſt λήμιος legitur; utrum rectius, non pronuncio, certè Limæus eſt etiam apud Plinium* IV. 22. Xyland.

7. *ὁ τῆς Λήθης*) Non dicit *ἡ Λήθη*, ſed *ὁ τῆς Λήθης*. Rectè. Nam is fluvius non Oblivio, ſed Oblivionis fluvius appellabatur. Pomponius Mela III. c. I. *Et cui Oblivionis cognomen eſt Limia*. Plinius IV. c. 22. *Aeminius quem alibi quidam intelligunt & Limæam vocant, oblivionis antiquitus dictus.* ſic igitur Græcè non *Λήθη* ſed *τῆς Λήθης* dici debet. Fallitur ergo vir eruditus, qui annotat Limæam à Strabone *Λήθην* appellari. Fallitur etiam Appianus, qui cum reperiſſet hunc fluvium *λήθης* appellari ſecundo caſu, rectum inde finxit *ἡ Λήθης*, quod non debuit. Nam & fluvius inferorum *τῆς Λήθης* vocatur. In Epigramm. Anth. III. c. I. ep. 19.

*—— σὺ δ᾽ εἰ θέμις ἐνφθιμένοισι.*
*Τοῦ Λήθης ἐπ᾽ ἐμοὶ μήτι πίῃς πόματος.*

In Epitoma Livij LV. malè *fluviam oblivionem* vulgò D edunt, quum ſit legendum *Oblivionis*. Apud Livium ipſum non diſſimilè mendum obſervabimus. Nam ubi vulgò edunt libro XXXIV. *Miſit expeditos*. pedites equiteſque qui circa Cylarabin (gymnaſium, id eſt, minus trecentos paſſus ab urbe) cùm erumpentibus à porta Lacedæmoniis prælium commiſerant. Legendum eſt, *qui circa Cylarabis gymnaſium, (id eſt* &c. Neque enim Cylarabis appellatus eſt ille locus, ſed Cylarabis gymnaſium. Pauſanias *Κυλαράβου γυμνάσιον*, in Corinthiacis. II, 22. Redeo ad Lethæum fluvium: de eo Silius Italicus libro primo. 235.

*Quique ſuper Gravios lucentes volvit arenas*
*Infernæ populis referens oblivia Lethes.*

Strabo libro XIV. p. 647. varios Oblivionis fluvios referens, *ληθαίους* vocat. *Caſaub.*

8. *ὅν τινες Λιμαίαν*) Sic Plin. Mela III. c. I. vocat Limiam, Ptolemæus Limium. *Idem.*

¹ οἱ δὲ Βελιῶνα καλοῦσι· καὶ οὗτος δ' ἐκ Κελτιβήρων καὶ Οὐακκαίων ῥεῖ· ² καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Βαῖνις (³ οἱ δὲ Μίνιον φασὶ) ⁴ πολὺ μέγιστος τῶν ἐν Λυσιτανίᾳ ποταμῶν, ⁵ ἐπὶ ὀκτακοσίους καὶ αὐτὸς ἀναπλεόμενος σταδίους. Ποσειδώνιος δὲ ἐκ Καντάβρων καὶ αὐτὸν ῥεῖν φησί· πρόκειται δὲ τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ νῆσος, ⁶ καὶ χηλαὶ δύο ὅρμους ἔχουσαι. Ἐπαινεῖν δ' ἄξιον τὴν φύσιν, ὅτι τὰς ὄχθας ὑψηλὰς ἔχουσιν οἱ ποταμοί, καὶ ἱκανὰς δέχεσθαι τοῖς ῥείθροις τὴν θάλατταν πλημμυροῦσαν, ὥστε μὴ ὑπερχεῖσθαι, μηδ' ἐπιπολάζειν ἐν τοῖς πεδίοις. ⁷ Τῆς μὲν οὖν Βρούτου στρατείας ὅρος οὗτος· περαιτέρω δ' εἰσὶν ⁸ ἄλλοι πλείους ποταμοὶ παράλληλοι τοῖς λεχθεῖσιν· ⁹ ὕστατοι δ' οἰκοῦσιν Ἄρταβροι περὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται Νέριον, ἣ καὶ τῆς ἑσπερίου πλευρᾶς καὶ τῆς βορείου πέρας ἐστί· περιοικοῦσι δ' αὐτὴν Κελτικοί, συγγενεῖς τῶν ἐπὶ τῷ Ἄνᾳ· καὶ γὰρ τούτους καὶ Τουρδούλους στρατεύσαντας ἐκεῖσε, στασιάσαι φασὶ μετὰ τὴν διάβασιν ¹⁰ τοῦ Λημίου ποταμοῦ· πρὸς δὲ τῇ στάσει καὶ ἀποβολῆς τοῦ ἡγεμόνος γενομένης, καταμεῖναι σκεδασθέντας αὐτόθι· ἐκ τούτου δὲ καὶ τὸν ποταμὸν Λήθης ἀγορευθῆναι. Ἔχουσι δὲ
p. 154. οἱ Ἄρταβροι πόλεις συχνὰς, ἐν κόλπῳ συνοικουμένας· ὧν οἱ πλέοντες χρώμενοι τοῖς τόποις, ¹¹ Ἀρτάβρων λιμένας προσαγορεύουσιν· ¹² οἱ δὲ νῦν τοὺς

profluens è Celtiberis & Vaccæis. Poſt hunc Bænis, quem alii Minium nominat, fluviorum Luſitaniæ longè maximus, ipſe quoque adverſus navigatur ad IↃCCC ſtadia: hunc quoque è Cantabris delabi auctor eſt Poſidonius: ante oſtia ejus ſita eſt inſula, & duæ crepidines portubus præditæ. Natura autem loci laudem meretur, quod ripas habent flumina ſublimes, & quæ ſufficiant ad expediendum alveis mare exundans, ita ut non effundantur, neque in campos dimanent. Atque hic eſt finis expeditionis Bruti. Ulteriùs autem plures ſunt amnes, dictorum paralleli. Ultimi colunt Artabri ad promontorium quod vocatur Nerium, in quod occidua atque ſeptentrionalis linea deſinunt: habitant circùm Celtici, cognati eorum Celticorum qui ſunt ad fluvium Anam. Ferunt enim inter hos & Turdulos, cùm feciſſent expeditionem eò, Limæo, (quem diximus) flumine tranſito ortam ſeditionem: ad quam cùm acceſſiſſet ducis obitus, manſiſſe illos ibi diſperſos, indeque Oblivioni fluvio factum nomen. Habent Artabri complures urbes, ſitas juxta ſeſe in ſinu, qui eò navigant, Artabrorum portus appellant: noſtra ætate

1. οἱ δὲ Βελιῶνα) Non diſpliceret eruditiſſimi viri conjectura ſuper his verbis, putantis eſſe alluſum ad vocem Latinam Oblivionis, tum legerem Οβλιβιῶνος non ῶνα. Sed obſtant veteres libri in quibus omnibus conſtanter ita legitur. Nihil igitur mutandum. *Caſaub.*

2. καὶ ὁ μετ' αὐτῶν Βαῖνις) Lego μετ' αὐτόν. Nam ordinem fluviorum indicat: quanquam Ptolemæus, ut iam dixi, aliter collocat. Exiſtimo enim quem hîc vocat Βαῖνις non alium eſſe ab eo qui Ptolemæo Νῆβις. *Idem.*

3. οἱ δὲ Μίνιον φασὶ) etiam Ptolemæo fluvius, qui Lethæo ſuccedit, Minius appellatur: ſed is alius eſt à Bæni: ſiquidem Bænis & Nebis idem eſt fluvius. Suſpicari aliquis poſſit, legendum eſſe hoc loco, Νίμιος vel Νίμις. Nam Appianus eum fluvium qui Lethæo ſuccedit ita nominat περάσας δὲ καὶ τόνδε (λήθην) καὶ μέχρι Νίμιος ἑτέρου ποταμοῦ παρελθών. Veruntamen in tanta ſcriptorum inconſtantia nihil affirmare poſſumus. *Idem.*

4. πολὺ μέγιστος) Plinius IV. c. 22. teſtatur Minium amnem IV. M. P. ore ſpatioſum eſſe. *Idem.*

5. ἐπὶ ὀκτακοσίους σταδίους) Lege, ὀκτακοσίους σταδίους. *Idem.*

6. καὶ χηλαὶ δύο ὅρμους ἔχουσαι) Χηλὰς vocant Græci quas Latini *pilas*: hæ erant moles in mare procurrentes, & portum à ventis defendentes, hoc ſenſu in Gloſſario *Pila* explicatur παραστάς: nam quod in foribus παραστάδες id in portu iſtæ χηλαὶ & pilæ. *Moles* etiam vocant Latini ſcriptores: Græci generali interdum voce χώματα. Pollux I. c. 9. χηλὰς enumerat inter loca ad quæ navis commodè poteſt appellere. Recentiores Græci, μώλους Latina voce appellant. *Idem.*

7. Τῆς μὲν οὖν Βρούτου στρατείας ὅρος οὗτος) Idem docet Appianus. Nam is poſtquam expoſuit res à Bruto geſtas trans Minium, adjicit inde eum eſſe Romam profectum. Epitome Livii LV. D. *Iunius Luſitaniam urbium expugnationibus uſque ad Oceanum perdomuit: & quum fluvium Oblivionis tranſire nollent raptum ſignifero ſignum ipſe tranſtulit, & ſic ut tranſgrederetur perſuaſit. Idem.*

8. ἄλλοι πλείους ποταμοὶ) Via & Tamara Ptolemæo. *Idem.*

9. ὕστατοι δ' οἰκοῦσιν Ἄρταβροι) Mira confuſio apud Plinium in expoſitione huius tractus. Primum Nerion promontorium malè confundit cum Oliſipponenſi. Nam ni fallor vehementer, aut hæc duo fuêre occidui lateris diverſa promontoria: prius Oliſipponenſe, ubi Oliſippo urbs, deinde Nerium: quod Strabo & Ptolemæus ajunt accoli ab Artabris: ideo promontorium Artabrum à veteribus nonnullis dictum: quos dum reprehendit Plinius, ipſe, opinor, ſe non intelligit. Celticum autem idem eſſe cum Nerio inde intelligimus, quod Strabo mox teſtatur Celticos τὴν ἄκραν περιοικεῖσθαι. *Idem.*

10. τοῦ Λημίου ποταμοῦ) Lege, Λιμαίου, ut ſupra Λιμαίας. & Plinio Limæas. In ſcriptis libris eſt Λιμέου, ſicque vetus vertit. *Idem.*

11. Ἀρτάβρων λιμένας προσαγορεύουσιν) Scripti libri λιμένα. Ptolemæo etiam Ἀρτάβρων λιμήν. *Idem.*

12. οἱ δὲ νῦν τοὺς Ἀρτάβρους, Ἀροτρέβας καλοῦσι) Dubium eſt docendine an reprehendendi animo hæc ſcribat. Plin. IV. c. 22. quidem acriter reprehendit. Cum enim dixiſſet Arrotrebas promontorium Celticum accolere, poſtea eos reprehendit, qui Artabros ibi collocarent. Vide locum. Mela Ἀρτάβρων λιμένα Ptolemæi & Strabonis Arotebrarum portum nuncupat. Qui autem conciliare nituntur Plinium Melæ fruſtra ſunt. *Idem.*

1. περὶ

Artabris Arotrebarum tribuitur appellatio. Gentes ſunt ad xxx, quæ regionem inter Tagum & Artabros incolunt. Quanquam autem ſolum illud felix eſt, quod ad fruges & pecus attinet, itemque auri, argenti, & ſimilium rerum copiam: tamen plerique Luſitanorum victus è terra petendi omiſſo ſtudio, latrociniis belloque continenti cùm ſeſe invicem, tum Tago tranſmiſſo finitimos infeſtarunt, donec Romani malo iſti finem impoſuerunt, repreſſis eis, & pleriſque eorum urbibus in pagos mutati, nonnullis etiam melius conditis. Initium hujuſmodi injuriarum fecerunt nimirum montani: qui cùm ſterile ſolum colerent, & pauca poſſiderent, aliena concupiverunt: alii dum horum injurias defendunt, ipſi quoque neceſſariò à ſuorum operum curatione abſtracti, pro agricultura militiam tractavere: quo factum eſt ut terra neglecta bonorum ſuorum ferax eſſe deſineret, & à latronibus habitaretur. ¶ Ferunt Luſitanos eſſe inſidiandi indagandique peritos, celeres, leves, verſatiles. Aſpide utuntur parva, cujus diameter duum pedum, cava foras, loris ſuſpenſa: non enim fibulas aut anſas habet: ad hæc ſica, aut enſis: plerique lineis, rari loricatis utuntur thoracibus, aut tres criſtas habentibus galeis, cæteri nervis contra ictus firmatis aſpidibus utuntur:

A Ἀρ[illegible] Ἀροτρέβας καλοῦσιν. Ἔθνη μὲν οὖν
1 περὶ τριάκοντα τὴν χώραν νέμεται, τὴν μεταξὺ Τάγου καὶ τῶν Ἀρτάβρων. Εὐδαίμονος δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης, κατά τε καρποὺς καὶ βοσκήματα, καὶ τὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν παραπλησίων πλῆθος, ὅμως οἱ πλείους αὐτῶν, τὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἀφέντες βίον, ἐν λῃστηρίοις διετέλουν *καὶ πολέμῳ συνεχεῖ, 2 πρός τε ἀλλήλους, καὶ τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς, διαβαίνοντες τὸν Τάγον· ἕως ἔπαυσαν αὐτοὺς Ῥωμαῖοι, ταπεινώσαντες, 3 καὶ κώμας ποιήσαντες τὰς πόλεις αὐτῶν τὰς πλείστας, ἐνίας δὲ καὶ συνοικίζοντες βέλτιον. Ἤρξαντο δὲ τῆς ἀνοίας ταύτης οἱ ὀρεινοί, καθάπερ εἰκός· λυπρὰν γὰρ νεμόμενοι, καὶ

* Vulgo, πρός τε ἀλλήλους, καὶ συνεχεῖ τινι.

B μικρὰ κεκτημένοι, τῶν ἀλλοτρίων ἐπεθύμουν· οἱ δὲ ἀμυνόμενοι τούτους, ἄκυροι τῶν ἰδίων ἔργων καθίσταντο ἐξ ἀνάγκης· ὥστ' ἀντὶ τοῦ γεωργεῖν ἐπολέμουν καὶ οὗτοι· καὶ συνέβαινε τὴν χώραν ἀμελουμένην, 4 στεῖρην εἶναι τῶν ἐμφύτων ἀγαθῶν, οἰκεῖσθαι δ' ὑπὸ λῃστῶν. Τοὺς δ' οὖν Λυσιτανοὺς φασιν ἐνεδρευτικοὺς, ἐξερευνητικοὺς, 5 ὀξεῖς, κούφους, 6 εὐεξελίκτους· 7 ἀσπίδιον δ' αὐτοὺς δίπουν ἔχειν τὴν διάμετρον, κοῖλον εἰς τὸ πρόσθεν, τελαμῶσιν ἐξηρτημένον· οὔτε γὰρ πόρπακας, οὔτ' ἀντιλαβὰς ἔχει· 8 παραξιφὶς πρὸς τούτοις, ἢ κοπίς· 9 λινοθώρακες οἱ πλείους· 10 σπάνιοι δὲ ἁλυσιδωτοῖς χρῶνται,

C καὶ τριλοφίαις· 11 οἱ δ' ἄλλοι νευρίνοις κράνεσιν·

1. περὶ τριάκοντα) Scripta lectio, περὶ ν, hoc eſt πεντήκοντα. Luſitaniam teſtatur Plinius totam eſſe populorum xlv. *Caſaub.*

2. πρός τε ἀλλήλους καὶ συνεχεῖ πολέμῳ) Eleganter ſcripti libri καὶ πολέμῳ συνεχεῖ πρός τε ἀλλήλους, καὶ πρὸς τοὺς ὁμόρους. Tali autem ingenio eſſe hodieque Hiſpanos, nimis verum eſt. Juſtinus xliv. c. 2. penè ad verbum, *Corpora hominum ad inediam, laboremque: animi ad mortem parati. Bellum quam otium malunt: ſi extraneus deeſt, domi hoſtem quærunt*, Silius Italicus v. [illegible]

*Prodiga gens animæ & properare facillima mortem.*
*Namque ubi tranſcendit florentes viribus annos,*
*Impatiens ævi ſpernit noviſſe ſenectam.* Idem.

3. καὶ κώμας ποιήσαντες τὰς πόλεις αὐτῶν) Κῶμαι ſunt quæ mœnibus carent: πόλεις quæ mœnibus cinguntur. Conſilium autem Romanorum, quo hîc uſi dicuntur ad pacandam Hiſpaniam à M. Portio Catone auctore eſt profectum: qui, teſte Plinio, effecit, ut omnium oppidum, quæ intra Bætin eſſent, muri una die dejicerentur, vide Appianum & Plutar. Frontinus ſtrat. l. c. 1. *M. Portius Cato devictas à ſe Hiſpaniæ civitates, exiſtimabat in tempore rebellaturas fiducia murorum: ſcripſit itaque ſingulis ut diruerent munimenta, minatus bellum.* Ergo quod Cato in parte Hiſpaniæ à ſe ſubacta fecerat, id poſtea, qui Luſitaniam devicere, ſunt imitati: Is autem fuiſſe videtur Cæſar, qui Luſitanos & Callaicos primus teſte Plutarcho ſub jugum Romanorum miſit: Auguſto id tribuit Strabo non uno loco. *Idem.*

4. στεῖραν εἶναι) Libri veteres, στεῖραν οὖσαν τῶν ἐμφύτων ἀγαθῶν, οἰκεῖσθαι ὑπὸ λῃστῶν. *Idem.*

5. ὀξεῖς, κούφους εὐεξελίκτους) Diodorus libro quinto, de Luſitanis, κούφοις γὰρ χρώμενοι καθοπλισμοῖς, καὶ παντελῶς ὄντες εὐκίνητοι καὶ ὀξεῖς δυσχείρωτοι τοῖς ἄλλοις εἰσί. *Idem.*

6. εὐεξελίκτους) hoc eſt qui facilè aciem explicent: nam id Græci dicunt ἐξελίσσειν τὴν τάξιν. Dio, τὴν γὰρ τάξιν ὅπως ἀντιπρόσωποι αὐτοῖς γένωνται ἐξελίξαντες. Xenophon quoque παιδ. lib. viii. ait ducis boni eſſe, ὄπισθεν ἐπιφανέντων τῶν πολεμίων, ὀρθῶς ἐξελίξαι. *Idem.*

7. ἀσπίδιον δ' αὐτοῖς δίπουν) Polybius libro iii. teſtatur ſcuta ſimilia fuiſſe Gallis & Hiſpanis. De Gallicis lib. ſequenti. θυρεοὺς vocat Polybius. Idem Diodorus libro quinto. *Idem.*

8. παραξιφὶς πρὸς τούτοις, ἢ κοπὶς) Idem Polybius gladios Hiſpanorum & Gallorum diverſos ait eſſe. Horum uſum eſſe tantum πρὸς καταφορὰν ad

D cædendum: illorum πρὸς κέντημα καὶ καταφορὰν ad punctim cæſimque pugnandum; deſcribitur à Diodoro pluribus, lib. v. *Idem.*

9. λινοθώρακες οἱ πλείους) Polybius, Καὶ τῶν μὲν Κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' Ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων, ξενίζουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν πρόσοψιν. *Idem.*

10. σπάνιοι δὲ ἁλυσιδωτοῖς χρῶνται) A[illegible], quia Gallorum proprium inventum, non Hiſpanorum, lorica. Varro L. Lat. iv. p. 29. ed. Dordr. *Lorica à loreis, quod de corio crudo pectoralia faciebant: poſtea ſuccuderunt Galli è ferro ſub id vocabulum ex annuleis ferream tunicam.* Uſos tamen lorica fuiſſe Celtiberos teſtatur & Diodorus. *Idem.*

11. οἱ δ' ἄλλοι νευρίνοις κράνεσιν) Diodorus auctor eſt, Luſitanos φορεῖν ἐν τοῖς πολέμοις πέλτας μικρὰς παντελῶς, διαπεπλεγμένας νεύροις καὶ δυναμένας σκέπειν τὸ σῶμα περιττότερον διὰ τὴν στερεότητα. Idem Celtiberis κράνη tribuit χαλκᾶ. *Idem.*

[1] οἱ πεζοὶ δὲ καὶ κνημίδας ἔχουσι· [2] ἀκόντια δ' ἕκαστος πλείω· τινὲς δὲ καὶ δόρατι χρῶνται· ἐπιδορατίδες δὲ χάλκεαι. Ἐνίους δὲ τῶν προσοικούντων τῷ Δουρίῳ ποταμῷ [3] Λακωνικῶς διάγειν φασίν, [4] ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς, καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων, καὶ ψυχρολουτροῦντας, [5] καὶ μονοτροφοῦντας [6] καθαρείως καὶ λιτῶς· θυτικοὶ δ' εἰσὶ Λυσιτανοί· τά τε σπλάγχνα ἐπιβλέπουσιν οὐκ ἐκτέμνοντες· προσεπιβλέπουσι δὲ καὶ τὰς ἐν τῇ πλευρᾷ φλέβας· καὶ ψηλαφῶντες δὲ τεκμαίρονται· σπλαγχνεύονται δὲ καὶ δι' ἀνθρώπων αἰχμαλώτων, καλύπτοντες σάγοις· εἶθ' ὅταν πληγῇ ὑπὸ τὰ σπλάγχνα, ὑπὸ τοῦ ἱεροσκόπου μαντεύονται, πρῶτον ἐκ τοῦ πτώματος. Τῶν δ' ἁλόντων τὰς χεῖρας ἀποκόπτοντες τὰς δεξιὰς, ἀνατιθέασιν· ἅπαντες δὲ οἱ ὄρειοι λιτοὶ, ὑδροπόται, χαμαιεῦναι, καὶ βαθεῖαν κατακεχυμέναι τὴν κόμην γυναικῶν δίκην· μιτρωσάμενοι δὲ τὰ μέτωπα, μάχονται.

p. 155. τραγοφαγοῦσι δὲ μάλιστα, καὶ τῷ Ἄρει τράγον θύουσι, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ ἵππους· ποιοῦσι δὲ καὶ ἑκατόμβας ἑκάστου γένους Ἑλληνικῶς, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι,

[7] Πάντα θύειν ἑκατόν·

Τελοῦσι δὲ καὶ ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ὁπλιτικοὺς καὶ ἱππικοὺς, πυγμῇ, καὶ δρόμῳ, καὶ ἀκροβολισμῷ, καὶ τῇ σπειρηδὸν μάχῃ.

A pedites ocreas quoque uſurpant: ſpicula ſingulis plura, nonnulli etiam haſta utuntur, ærea cuſpide. Quoſdam eorum, qui ad Durium amnem accolunt, Laconica ferunt uti vitæ ratione, bis unguento utentes, & candentibus lapidibus calefacientes, & frigida lavantes, unoque cibi genere purè frugaliterque utentes. Immolando ſtudent Luſitani, & exta intuentur non exſecta: præterea & laterum venas inſpiciunt, ac tangendo etiam divinant. Quin & ex captorum extis conjiciunt, ſagis ea occultantes: deinde cùm ea pulſum edunt infrà, primùm ex cadavere B aruſpex futura prædicit. Captivorum manus dextras amputant, diiſque conſecrant. Omnes, qui in montibus degunt, victu utuntur tenui, aquam bibunt, humi cubant, crines mulierum in morem demittunt, mitris faciem velati pugnant. Maximè capros edunt, & Marti caprum immolant, præterea que captivos, & equos. Quin & ritu Græco centurias victimarum (hecatombas ſic exprimo) quotannis inſtituunt, ut & Pindarus ait:

*Immolare centena omnia.*

Certamina etiam gymnica, arma, & C equeſtria edunt, pugno, curſu, velitatione, & inſtructo cohortatim prœlio.

1. οἱ πεζοὶ δὲ καὶ κνημῖδας ἔχουσι) Diodorus de Celtiberis, καὶ περὶ τὰς κνήμας τριχίνας εἱλοῦσι κνημῖδας. *Caſaub.*

2. ἀκόντια δ' ἕκαστος πλείω) Gæſa intelligit. Gloſſarium. Ἀκοντίου εἶδος, *Geſa.* Sunt autem gæſa Hiſpanis propria. Nam qui Gallorum inventum eſſe volunt, quia dixit Virgilius, Aen. VIII. 661.

--- *Duo quiſque Alpina coruſcant Gæſa manu.*

falluntur niſi me Athenæus fallit: qui libro VI. auctor eſt gæſorum uſum didiciſſe Romanos ab Hiſpanis. Scio tamen gæſa Gallis tribui à pleriſque ſcriptoribus. Pollucis VII. c. 33. vero dum de gæſo agit meritò inſcitiam mireris. *Idem.*

3. Λακωνικῶς διάγειν φασὶ) Lacones in Hiſpania olim fuiſſe, & teſtatur infra Strabo diſertè, & ex aliquot oppidorum nominibus quæ commemorant D Plinius & Ptolemæus facilè eſt intelligere. *Idem.*

4. ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς καὶ πυρίαις) Explicat quid ſit λακωνικῶς διάγειν: oleo nimirum ungere ſe, & uti πυρίαις. Dio libro LIII. de Agrippa, τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασε. Λακωνικὸν γὰρ τὸ γυμνάσιον ἐπειδήπερ οἱ λακεδαιμόνιοι γυμνοῦσθαι τε ἐν τῷ τότε χρόνῳ καὶ λίπα ἀσκεῖν μᾶλλον ἐδόκουν ἐπεκάλεσε. Straboni alio interprete non fuit opus. Porrò quid ſit πυρία, hoc eſt Caldarium ſive Tepidarium Laconicum præter alios vide apud Vitruvium lib. V. cap. X. (Athenæus lib. XII. c. 3. p. 519. tradit, apud Sybaritas inventas fuiſſe pelves, in quibus ſedentes calefierent. εὑρέθησαν, inquit, καὶ πύελοι ἐν αἷς κατακείμενοι ἐπυριῶντο. quem locum interpres longe aliter accipit. Notandum autem non apud Lacones tantum fuiſſe in uſu τὰ πυριατήρια. nam Ariſtoteles & Plutarchus, & alii Græci auctores paſſim eorum meminere.) *Idem.*

5. καὶ μονοτροφοῦντας) Phylarchus apud Athenæum II. c. 6. p. 44. teſtatur τοὺς Ἴβηρας πάντας ὑδροποτεῖν, καίτοι πλουσιωτάτους ἀνθρώπων ὄντας· μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐσθῆτας δὲ φορεῖν πολυτελεστάτας. *Hiſpanos quamvis hominum ditiſſimos aquam bibere. Solos cibum capere ob parſimoniam, indui tamen ſumptuoſſima veſte.* Idem.

6. καθαρίως καὶ λιτῶς) Sic de ſe Auſonius ſemihiſpanus, *victum, veſtitum, ſuppellectilem, munda, non ſplendida.* Diodorus Siculus de Celtiberis teſtatur, eſſe eos ἐπιμελεῖς καὶ καθαρίους ταῖς διαίταις. *Idem.*

καθαρίως) Ptolemæus Tetrabibli libro ſecundo docet Tyrrheniæ, Galliæ & Hiſpaniæ gentes eſſe φιλοκαθάρους & munditiei ſtudioſas: & cauſam ſcilicet affert, διὰ τὸ συνοικειοῦσθαι τῷ τοῦ τοξότου καὶ τῷ τοῦ Δίος. De Italis & Gallis certiſſimum eſt: & diſertè noſtris Gallis hanc laudem tribuit Geographus libro ſequenti. Athenæus libro IV. de conviviis Gallorum, προσφέρονται δὲ ταῦτα καθαρίως. [Porro vox hæc apud Pollucem ſcribitur per καθαρείως, qui quidem grammaticis nimis ſuperſtitioſè vocem καθάρειος damnat, qua uſi ſunt eum alii, tum Ariſtoteles non uno loco, ut Rhetor. l. 1. c. 4. καὶ τοὺς καθαρείους περὶ ὄψιν, περὶ ἀμπεχονὴν, περὶ ὅλον τὸν βίον. tum Diodorus Sicul. atque alii. Locus Poll. eſt lib. VI. c. 4.] *Idem.*

7. Πάντα θύειν ἑκατὸν) Πάντα, hoc eſt ἑκάστου γένους. Sic apud Athen. lib. IV. cap. 10. p. 144. ἑκατὸν πάντα παρατιθέσθαι. Sic ille, Θεόπομπος δ' ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ πεμπτῇ τῶν ἱστοριῶν, τῶν Παφλαγόνων φησὶ βασιλέα Θῦν, ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι δειπνοῦντα ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἀπὸ βοῶν ἀρξάμενον. *i. e. Theopompus libro trigeſimo quinto hiſtoriarum ſcribit, Thyn Paphlagoniæ Regem in cœna fercula omnia centum menſæ appoſuiſſe, à bobus auſpicantem.* Idem.

1. χρῶν-

Montani duobus anni temporibus glande veſcuntur querna, ſiccatam indeque contuſam molentes, atque è farina panem conficientes: itaque eas ad ſuum tempus reponunt. Zytho etiam utuntur: vini parum habent, &, quod provenit, ſtatim in convivia cum cognatis inſumunt. Butyrum eis olei uſum implet. Cœnant ſedentes, habentque ad parietes conſtructa in hunc uſum ſedilia. Priora in ſedendo loca ætati dignitatique deferuntur. Cœna circumgeſtatur. Inter potandum ad tibiam ſaltant, & ad tubam choreas ducunt: interim exilientes & poplitibus flexis rectum corpus demittentes. In Baſtetania id etiam mulieres faciunt, una alteram manu tenentes. Nigro omnes utuntur veſtitu, plerumque in ſagis degunt, in quibus etiam ſupra thoros herbaceos dormiunt. 7 Vaſis utuntur cereis, ut & Celtæ: mulieres veſtibus utuntur floridis. Loco pecuniæ permutatione utuntur, aut de lamina argentea aliquid abſciſſum dant. Morti addictos conjectos de ſaxis præcipites agunt, patricidas eductos extra fines aut flumina,

A Οἱ δ᾽ ὄρειοι τὰ δύο μέρη τοῦ ἔτους δρυοβαλάνῳ χρῶνται, ξηράναντες καὶ κόψαντες, εἶτα ἀλέσαντες καὶ ἀρτοποιησάμενοι, ὥστε ἀποτίθεσθαι εἰς χρόνον. [1] χρῶνται δὲ καὶ ζύθει· οἴνῳ δὲ σπανίζονται· τὸν δὲ γινόμενον ταχὺ ἀναλίσκουσι, κατευωχούμενοι μετὰ τῶν συγγενῶν· [2] ἀντ᾽ ἐλαίου δὲ βουτύρῳ χρῶνται· καθήμενοί τε δειπνοῦσι, περὶ τοὺς τοίχους καθέδρας οἰκοδομητὰς ἔχοντες· [3] προκάθηνται δὲ καθ᾽ ἡλικίαν καὶ τιμήν· περιφορητὸν δὲ τὸ δεῖπνον. καὶ παρὰ πότον ὀρχοῦνται πρὸς αὐλὸν καὶ σάλπιγγα χορεύοντες, [4] ἀλλὰ καὶ ἀναλλόμενοι καὶ ὀκλάζοντες· ἐν Βαστητανίᾳ δὲ καὶ γυναῖκες ἀναμὶξ ἀντὶ [5] προσαντιλαμβανόμεναι τῶν χειρῶν. B [6] Μελανείμονες ἅπαντες· τὸ πλέον ἐν σάγοις, ἐν οἷς περ καὶ στιβαδοκοιτοῦσι. [8] κηρίνοις δὲ ἀγγείοις χρῶνται, καθάπερ καὶ οἱ Κελτοί· αἱ δὲ γυναῖκες ἐν ἐνδύμασι καὶ ἀνθιναῖς ἐσθῆσι διάγουσιν· [9] ἀντὶ δὲ νομίσματος, [10] οἱ δὲ λίαν ἐν βαθεῖ φορτίων ἀμοιβῇ χρῶνται, [11] ἢ τοῦ ἀργύρου ἐλάσματος ἀποτέμνοντες διδόασι· τοὺς δὲ θανατουμένους [12] καταπετροῦσι· τοὺς δὲ πατραλοίας [13] ἔξω τῶν ὀρῶν ἢ τῶν ποταμῶν

1. χρῶνται δὲ καὶ ζύθει) ζύθος eſt πόμα ἐκ κριθῶν κατασκευαζόμενον: præter Grammaticos, Diodorus libro quarto. εὑρεῖν δ᾽ αὐτὸν καὶ τὸ ἐκ κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, τὸ προσαγορευόμενον μὲν ὑπ᾽ ἐνίων ζύθον, οὐ πολὺ δὲ λειπόμενον τῆς περὶ οἶνον εὐωδίας. Idem alio quoque loco Zythi commendat εὐωδίαν. Non ita Julianus Anthol. I. c. 59. 174. ed. 1604. in Epigrammate εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς.

Κεῖνος, νέκταρ ὄδωδε. σὺ δὲ, τράγον· ἦ ῥά σε Κελτοὶ,
Τῇ πενίῃ βοτρύων, τεῦξαν ἀπ᾽ ἀσταχύων.

i. e. interpr. Lubino

*Ille nectar olet. tu vero hircum: profecto te Celtæ*
*Inopia uvarum fecerunt è ſpicis.* Caſaub.

2. ἀντ᾽ ἐλαίου δὲ βουτύρῳ χρῶνται) Butyri uſus Græcis Latiniſque ferè incognitus. Ideo Plinius libro XXVIII. c. 9. *E lacte*, ait, *fit & butyrum, barbararum gentium laudatiſſimus cibus, & qui divites à plebe diſcernat. Plurimum è bubulo, & inde nomen: pinguiſſimum ex ovibus.* Plura Dioſcorides l. II. c 81. *Idem.*

3. προκάθηνται δὲ καθ᾽ ἡλικίαν καὶ τιμήν) Locus igitur apud Luſitanos in accubitu honorificentiſſimus, erat primus & ſummus. Apud Gallos medius. Athenæus libro quarto c. 13. p. 152. ὅταν δὲ πλείονες συνδειπνῶσιν, κάθηνται μὲν ἐν κύκλῳ· μέσος δὲ ὁ κράτιστος ὡς ἂν κορυφαῖος χοροῦ, διαφέρων τῶν ἄλλων. *i. e. Convivæ plures ad cœnam ſi conveniant, in orbem conſident. In medio præſtantiſſimi ſedes eſt, veluti cœtus principis, ejus nimirum, qui cæteros anteit.* Idem.

4. Ἀλλὰ καὶ ἀναλλόμενοι καὶ ὀκλάζοντες· ἐν Βαστητανίᾳ δὲ καὶ γυναῖκες ἀναμὶξ ἀντιπροσαντιλαμβανόμεναι τῶν χειρῶν. *Interim exilientes, & poplitibus flexis rectum corpus demittentes. In Baſtetania id etiam mulieres faciunt una alteram manu tenentes.*) Ita Xylander vertit. Quæ interpretatio non convenit voci ἀναμὶξ, quæ refertur ad viros, de quibus loquebatur, neque voci ἀντιπροσαντιλαμβανομέναι. Ego ſic puto exprimi Latine debere: *In Baſtetania vero etiam mulieres viris admixtæ*, vel, *una cum viris facie adverſa manus invicem tenentes.* Inde manavit hoc genus Satyricæ ſaltationis, quam Hiſpanico vocabulo vocant *ſarabanda*, & quam ob motem illum antiquum & motus lubricos proavi noſtri vocabant *une quaye antiquaille*: in ea enim mulieres cum viris ἀντιπρόσωποι multa manuum & brachiorum geſticulatione moventur, & de hoc more Martialis lib. 5. epigrammate 79, & lib. 6. epigr. 71, & Juvenalis Satyra XI. *Palmer.*

5. προσαντιλαμβανόμεναι τῶν χειρῶν) Libri ſcripti, C ἀντιπρόσαντι λαμβανόμεναι τῶν χειρῶν. *Caſaub.*

6. μελανείμονες ἅπαντες, τὸ πλέον ἐν σάγοις) Diodorus de Celtiberis, φοροῦσι δ᾽ οὗτοι σάγους μέλανας τραχεῖς. *Idem.*

7. *Vaſis utuntur*) Plura hîc ſunt corrupta. καταπετροῦν ſaxis obruere, an de ſaxo præcipitem deturbare ſit, dubito, hoc tamen puto. *Xyland.*

8. κηρίνοις δὲ ἀγγείοις χρῶνται καθάπερ καὶ οἱ Κελτοί) De Gallis id ſignificare videtur Diodorus Siculus libro quinto ſic ſcribens, καὶ τὰ κήρινα πλύνοντες τῷ τούτων ἀποπλύματι χρῶνται. Athenæus tamen, qui lib. IV. c. 13. Celtarum vaſa explicat qualia fuerint, horum non meminit. *Caſaub.*

9. ἀντὶ δὲ νομίσματος) Diodorus libro quinto capital fuiſſe ait incolis alterius Gymneſiarum, invehere in inſulam pecuniam. *Idem.*

10. οἱ δὲ λίαν ἐν βαθεῖ φορτίων ἀμοιβῇ χρῶνται) Prior interpres legiſſe videtur λίαν ἐμβαρεῖ. Verum ſine auctoritate librorum nihil neceſſe mutare. οἱ ἐν βάθει ſunt, qui mediterranea incolunt. Nam apud D Strabonem ſexcentis locis hoc loquendi genus reperies, libro V. τῇ δὲ Ἀλβα διὰ τὸ ἐν βάθει τῆς χώρας ἱδρῦσθαι. exempla paſſim occurrunt. *Idem.*

11. ἢ τοῦ ἀργύρου ἐλάσματος ἀποτέμνοντες διδόασι) Idem fere Cæſar de Britannis. *Idem.*

12. καταπετροῦσι) Καταπετροῦν eſt aliud nihil, puto, quàm κατὰ πέτρας βάλλειν, *præcipitem dare de ſaxo.* Κατὰ πέτρας in hoc loquendi genere fere ſemper Græci dicunt, non ἀπὸ πέτρας, ut Homerus Οδ. ξ. κατὰ πέτρης βαλέειν, & Theognis ῥίψον κατὰ πετρῶν Κύονε κατ᾽ ἠλιβάτων. Ergo idem καταπετροῦν. Simili ratione dixere & κατακρημνίζειν: Nam & κατὰ κρημνῶν βάλλειν dicunt. In Euangelio Matth. VIII. c. 32. ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν. At πετρῶν Scholiaſtæ explicant λιθάζειν, *lapidibus obruere.* unde etiam καταπετροῦν dici poteſt, ut καταλεύειν & καταλιθάζειν. *Idem.*

13. ἔξω τῶν ὀρῶν ἢ τῶν ποταμῶν) Lego, ἔξω τῶν ὅρων ἢ τῶν πόλεων. *Idem.*

A καταλεύουσι. γαμοῦσι δ' ὥσπερ οἱ Ἕλληνες. [1] τοὺς δὲ ἀῤῥώστους, ὥσπερ οἱ Αἰγύπτιοι τὸ παλαιὸν, προτιθέασιν εἰς τὰς ὁδοὺς, τοῖς πεπειραμένοις τοῦ πάθους ὑποθήκης χάριν. [2] διφθερινοῖς τε πλοίοις ἐχρῶντο, ἕως ἐπὶ Βρούτου διὰ τὰς πλημμυρίδας καὶ τὰ τενάγη. * νυνὶ δὲ καὶ τὰ μονόξυλα, ἃ δὴ σπάνια. [3] ἅλες πορφυροῖ, τριφθέντες δὲ λευκοί. [4] Ἔστι δὲ τῶν ὀρείων ὁ βίος οὗτος, ὥσπερ ἔφην, λέγω τοὺς τὴν βόρειον πλευρὰν ἀφορίζοντας τῆς Ἰβηρίας, Καλλαϊκοὺς καὶ Ἄστουρας καὶ Καντάβρους μέχρι Οὐασκώνων, καὶ τῆς Πυρήνης. ὁμοειδεῖς γὰρ ἁπάντων οἱ βίοι. [5] ὀκνῶ δὲ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζειν, φεύγων τὸ ἀηδὲς τῆς γραφῆς. εἰ μή τινι πρὸς ἡδονῆς ἐστιν ἀκούειν [6] Πλευταύρους καὶ Βαρδυήτας καὶ [7] Ἀλλότριγας, καὶ ἄλλα χείρω καὶ ἀσημότερα τούτων ὀνόματα. **B** Τὸ δὲ δυσήμερον καὶ ἀγριῶδες, οὐκ ἐκ τοῦ πολεμεῖν συμβέβηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸν ἐκτοπισμόν. καὶ γὰρ ὁ πλοῦς ἐπ' αὐτοὺς μακρὸς, καὶ αἱ ὁδοί. δυσεπίμικτοι δ' ὄντες, ἀποβεβλήκασι τὸ κοινωνικὸν καὶ τὸ φιλάνθρωπον. ἧττον δὲ νῦν τοῦτο πάσχουσι, διὰ τὴν εἰρήνην, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπιδημίαν. ὅσοις δ' ἧττόν τοῦτο συμβαίνει, χαλεπώτεροι εἰσὶ καὶ θηριωδέστεροι. τοιαύτης δ' οὔσης * καὶ ἀπὸ τῶν τόπων λυπρότητος ἐνίοις, καὶ τῶν ὀρῶν, εἰκὸς ἐπιτείνεσθαι τὴν τοιαύτην ἀτοπίαν. Ἀλλὰ νῦν (ὡς εἶπον) πέπαυται πολεμοῦντα πάντα. τούς τε γὰρ συνέχοντας ἔτι νῦν μάλιστα τὰ λῃστήρια Καντάβρους, καὶ τοὺς γειτονεύοντας αὐτοῖς, **C** [8] κατέλυσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. καὶ ἀντὶ τοῦ πορθεῖν τοὺς τῶν Ῥωμαίων συμμάχους, στρατεύουσι νῦν ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων [9] οἵ τε Κωνιακοὶ, καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντες, [10] πλὴν Τουίσοι. Ὅ τ' ἐκεῖνον διαδεξάμενος Τιβέριος, τριῶν ταγμάτων στρατιωτικῶν ἐπιστήσας τοῖς τόποις

'Fortaſſe νῦν δ' ἔχουσι.

p. 156.

* Lego, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν.

A lapidibus obruunt. Matrimonia more Græco contrahunt. Ægrotos vetere Ægyptiorum conſuetudine in viis deponunt, ut qui eum morbum experti ſunt, iis conſulant. Coriaceis uſi ſunt navigiis uſque ad Brutum, ob exundationes & paludes, nunc raris utuntur lintribus. Sal illis purpureus, ſed albus fit terendo. Talis ergo vita eſt montanorum, eorum qui ſeptentrionale Hiſpaniæ latus terminant, Callaicorum, Aſturum, Cantabrorum, uſque ad Vaſcones & Pyrenam: omnes enim eodem vivunt modo. Plura autem nomina apponere piget, fugientem tædium injucundæ ſcriptionis: niſi fortaſſis alicui volupe eſt audire Pletauros, Barduetas, & Allotrigas, & alia his deteriora obſcurioraque nomina. **B** Morum autem immanitas & feritas non tantùm à bellis, iis adeſt, ſed & ob remotam ab aliis habitationem: nam terra marique ad eos longa ſunt itinera: quo factum eſt, ut commerciis carentes, ſocietatem & humanitatem amiſerint. Minus tamen hodie eo vitio laborant, ob pacem & Romanorum ad illos profectiones: quibus iſta minus obtingunt, importuniores ſunt & inhumaniores: quod vitium augeri par eſt, cùm nonnullis accedat locorum & montium incommoditas habitandi. Verum jam, ut dixi, omnia bella ſunt ſublata. **C** Nam Cantabros, qui maximè hodie latrocinia exercent, iiſque vicinos, Cæſar Auguſtus ſubegit: & qui ante Romanorum ſocios populabantur, nunc pro Romanis arma ferunt, ut Coniaci, & qui ad fontes Iberi amnis accolunt, Tuiſis exceptis. Et qui Auguſto ſucceſſit Tiberius impoſitis in ea loca

1. τοὺς δὲ ἀῤῥώστους) Quos Latini depoſitos. Res pueris nota. De Aſſyriis id narrat Herodotus, & Strabo lib. XVI. *Caſaub.*

2. διφθερινοῖς τε πλόιοις ἐχρῶντο) Coriaceorum navigiorum in veteri hiſtoria non infrequens mentio Plinio, Solino, Dioni, aliis. Antiphilus in Epigrammatis. Anth. l. 1. c. 57. Ep. 14.

Ὑλοτόμοι παύσασθε νεῶν χάριν· οὐκ ἔτι πεύκη
Κύματος, ἀλλ' ἤδη ῥινὸς ἐπιτροχάει·
Γόμφος δ' οὐκ ἔτι χαλκὸς ἐν ὁλκάσιν, οὐδὲ σίδηρος,
Ἀλλὰ λίνῳ τοίχων ἁρμονίη δέδεται.

i. e. Interpr. Lubino.

*Lignatores quieſcite navium gratia: non amplius pinus*
*In mari, ſed jam corium currit,*
*Clavus autem non amplius aes in navibus, aut ferrum*
*Sed lino laterum harmonia alligatur,* Idem.

3. ἅλες πορφυροῖ τριφθέντες δὲ λευκοὶ) Salem rubrum & Memphi fuiſſe repertum, teſtis Plinius XXXI 7. *Idem.*

4. ἐστι δὲ τῶν ὀρείων) Scripti βορείων. Nihil muto. Sic enim ſupra: Οἱ δὲ ὄρειοι τὰ δύο μέρη. *Idem.*

5. ὀκνῶ δὲ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζειν) Hoc ſæpe queritur Plinius, ut libro III. de Hiſpania. *Ex bis digna memoratu, aut Latiali ſermone dictu facilia.* Idem.

6. Πλευταύρους) Veteres legunt, πλευτάρους. *Idem.*

7. Ἀλλότριγας) Fortaſſe, Ἀλτριγόνας. Ptolemæo & Plinio Autrigones. *Idem.*

8. Κατέλυσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ) Vide Epitomen Livii lib. CXLV. & Florum libro quarto, capite ultimo. Suetonius de Auguſto c. 20. *Externa bella duo omnino per ſe geſſit: Dalmaticum adoleſcens adhuc: & Antonio devicto Cantabricum.* Vellejus II c. 90. etiam λῃστήρια ab Auguſto fuiſſe ſublata indicat: ſcribit enim **D** de Hiſpaniis: *Has igitur provincias tam diffuſas, tam frequentes, tam feras, ad eam pacem abhinc annos ferme L. perduxit Cæſar Auguſtus: ut quæ maximas bellis nunquam vacaverant, ea ſub C. Antiſtio, ac deinde P. Silio legato, cæteriſque poſtea etiam latrociniis vacarent.* Idem.

9. οἵτε Κωνιάκοι) Hi fortaſſe ſunt qui Κωνίσκοι paullo poſt appellantur. *Idem.*

10 πλὴν Τουίσοι) Hic ergo unicus Auguſto invictus totis Hiſpaniis populus remanſit: quod mihi quidem non fit veriſimile. Nam diſertis verbis paulò poſt dicuntur ἅπαντας ὑποχειρίους λαβεῖν Romani: nec veſtigium hujus rei in hiſtoria reperio. ſed nec τουίσων nomen τίτθους quidem quoſdam vocat Appianus. Idem λουσόνων quorundam meminit, qui Iberum accolunt, ſed ea nihil opinor ad hunc locum. Quare videndum annon potius ita locus ſit legendus, καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντες πόλιν τουίσι, ut hoc ſit urbis nomen non gentis. Sed præſtat ἐπέχειν. Vulgata lectione Ἑλληνίζει quidem. *Idem.*

1. τὸ

tribus cohortibus, quas Auguſtus deſtinaverat, non pacatos modò, ſed & civiles quoſdam eorum redegit. Reſtat adhuc explicanda ea Hiſpaniæ ora maritima, quæ à Columnis eſt uſque ad Pyrenam, & quæ mediterranea ſunt ſupra hanc oram ſita, quorum non eadem eſt ubique latitudo: longitudo paulo major ſtadiorum quatuor millibus. Oræ 2 maior duobus ſtadiorum millibus perhibetur longitudo. A Calpe, qui mons eſt ad Columnas, ad Carthaginem novam, ſtadia numerant CIↃ CIↃ CC: eam oram coli à Baſtetanis, qui & Baſtuli dicuntur, partim etiam ab Oretanis. Hinc ad Iberum fluvium totidem ferè ſtadia, eam coli ab Æletonis. Ab Ibero uſque ad Pyrenen & Pompeji tropæa, CIↃ IↃ, habitari à paucis 8 Æletanorum, ac deinde ab Indigetibus, in quatuor diſtributis partes. Ut autem à Calpe ſumpto initio ſingula perſequamur, dorſum eſt in Baſtetania & Oretania montoſum, denſa ſylva & magnis arboribus prædita tectum, quod oram à mediterraneis dividit: in eo multis locis ſunt auri aliaque metalla. In hac ora prima urbs eſt Malaca, tanto à Calpe, quantum ab hac Gades, intervallo:

A τὸ ἀποδειχθὲν ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, οὐ μόνον εἰρηνικοὺς, ἀλλὰ καὶ πολιτικοὺς ἤδη τινὰς αὐτῶν ἀπεργασάμενος τυγχάνει. Λοιπὴ δ' ἐστὶ τῆς Ἰβηρίας, ἥ τε ἀπὸ τῶν στηλῶν μέχρι τῆς Πυρήνης καθ' ἡμᾶς παραλία, καὶ ἡ ταύτης ὑπερκειμένη μεσόγαια πᾶσα, 1 τὸ μὲν πλάτος * ἀνώμαλος, τὸ δὲ μῆκος μικρῷ πλεόνων ἢ τετρακισχιλίων σταδίων· τὸ δὲ τῆς παραλίας 3 ἐπὶ πλείονι καὶ β εἴρηται σταδίοις. Φασὶ δὲ ἀπὸ μὲν Κάλπης τοῦ κατὰ στήλας ὄρους ἐπὶ Καρχηδόνα νέαν 4 δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους· οἰκεῖσθαι δὲ τὴν ἠιόνα ταύτην ἀπὸ Βαστητανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν· ἐκ μέρους δὲ καὶ ὑπὸ B Ὠρητανῶν. Ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Ἴβηρα 5 ἄλλους τοσούτους σχεδόν τι· ταύτην δ' ἔχειν Αἰλητανούς· ἐντὸς δὲ τοῦ Ἴβηρος 6 μέχρι Πυρήνης καὶ τῶν Πομπηΐου ἀναθημάτων, 7 χίλιοι καὶ ἑξακόσιοι· 9 οἰκεῖν δὲ Αἰλητανῶν τε ὀλίγους, καὶ λοιπῶν 10 τοὺς προσαγορευομένους Ἰνδικήτας, μεμερισμένους τετραχῆ. Κατὰ μέρος δὲ ἀρξαμένοις ἀπὸ Κάλπης, 11 ῥάχις ἐστὶν ὀρεινὴ τῆς Βαστητανίας καὶ τῶν Ὠρητανῶν, δασεῖαν ὕλην ἔχουσα καὶ μεγαλόδενδρον, διορίζουσα τὴν παραλίαν [τὴν] ἀπὸ τῆς μεσογαίας· πολλαχοῦ δὲ κἀνταῦθά ἐστι χρυσεῖα, καὶ ἄλλα μέταλλα· πόλις δέ ἐστιν ἐν τῇ παραλίᾳ ταύτῃ 12 πρώτη Μάλακα, C 13 ἴσον διέχουσα τῆς Κάλπης, ὅσον καὶ τὰ Γάδειρα·

* Sic vett. li. Vulgò ἀνώμαλον & πλεῖον

1. τὸ μὲν πλάτος ἀνώμαλον ) Lege ut eſt in libris antiquis. τὸ μὲν πλάτος ἀνώμαλος, τὸ δὲ μῆκος μικρῷ πλειόνων. Caſaub.

2. *Major duobus ſtadiorum*) Πλείονι καὶ μ. quaſi verò tantum XL ſtadiis voluerit dicere longiorem mediterraneo tractu oram. Si ſummam concipias ex his, quæ ſequuntur, habebis ſex millia. Ergo pro μ ſcribendum, β, aut more antiquo, U. quæ nota haud dubiè eſt in μ ab imperito librario verſa. *Xyland.*

3. ἐπὶ πλείονι καὶ β εἴρηται σταδίοις) Fœliciter vir eruditus locum emendavit, nam ſcripti libri ita habent: ἐπὶ πλεῖον ἢ δισχιλίοις σταδίοις εἴρηται. Sed aliter locum interpretor quam illè: longè enim fallitur cum hæc refert ad ſequentia, quæ ad præcedentia pertinent. Dixit enim ſupra Geographus, Hiſpaniæ longitudinem eſſe ſtadiorum VI CIↃ. modo autem dixit reſtare deſcribendam Hiſpaniæ partem ſtadiorum IV CIↃ. Nam inquit, Bæticæ longitudo eſt ſtadiorum CIↃ CIↃ. quod etiam ſupra docuit. Scribit enim de Bætica, Μέγεθος δ' οὐ πλεῖον ἐστὶ τῆς χώρας ταύτης ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος ἢ δισχίλιοι στάδιοι. Jam bis mille & quater ſi conjungas habebis VI CIↃ. quæ eſt ſumma τοῦ μήκους, ſuperius poſita, ad quam non dubium reſpicere hîc Strabonem. *Caſaub.*

4. δισχιλίοις καὶ διακοσίοις σταδίοις) Lege ut habent ſcripti, δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους. Polybius ait CIↃ CIↃ CIↃ. *Idem.*

5. ἄλλους τοσούτους) Polybio ſunt ſtadia CIↃ CIↃ DC. *Idem.*

6. μέχρι Πυρήνης καὶ τῶν Πομπηΐου ἀναθημάτων) Plinius, *Pompejus Magnus tropæis ſuis, quæ ſtatuebat in Pyrenæo DCCCXLVI. oppida ab Alpibus ad fines Hiſpaniæ ulterioris in ditionem à ſe redacta teſtatus eſt.* Horum non ſemel mentio eſt in hoc opere. *Idem.*

7. χίλιοι καὶ ἑξακόσιοι) Polybio quoque ab oſtiis Iberi ad Emporias ſtadia ſunt CIↃ DC. *Idem.*

8. *Aeletanorum*) apud Ptolemæum in Tarraconenſis Hiſpaniæ deſcriptione eſt λαιητανῶν, trajectis litteris, Læetanorum, quorum urbes Suber & Barcino, & dubium non eſt, quin hi ſint de quibus Strabo loquitur. Indigetum Plinius meminit, 33. Oppidum, inquit, Subur, oppidum Rubricatum, à quo Laletam & indigetes. Hæc planè ad Ptolemaica quadrant: ut appareat in Strabone & Plinio eſſe mendum corrigendum è Ptolemæo, cùm & ſcriptus codex conſentiat. Læetani ergo erunt, atque ſic infra apud deſcriptionem Tarraconis ferè legitur Λεητανῶν. In indigetibus κ pro γ poſitum eſt, res non inſolens. *Xyland.*

D

9 οἰκεῖν δὲ Αἰλητανῶν) Scripti ſemper fere vocant Ἐλητανούς. *Caſaub.*

10 τοὺς προσαγορευομένους Ἰνδικήτας) Latinis Indigetes, Ptolem. Ἐνδιγέται. Ita tamen ſcripſiſſe Strabonem, teſtis ſit Stephanus qui Ἰνδικὴν urbem in hac Hiſpaniæ parte commemorat, unde dicti ſunt, ait, Ἰνδικῆται. *Idem.*

11. ῥάχις ἐστὶν ὀρεινή) Ilipulam itemque Ortoſpedam & Idubedam videtur unum montem διηνεκῆ facere. *Idem.*

12. πρώτη Μάλακα) Stephano Μαλάκη. In ſcriptis perpetuo errore Μάλα *Idem.*

13. ἴσον διέχουσα τῆς Κάλπης) hoc eſt ſtadia ſecundum quoſdam D. ſecundum alios DCC. ſunt & qui DCCC. ſcribant. *Idem.*

[2] ἐμπορεῖον δ᾽ ἐστὶν ἐν τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ σώμασι· καὶ ταριχείας δὲ ἔχει μεγάλας. ταύτην τινὲς [3] τῇ Μαινάκῃ τὴν αὐτὴν νομίζουσιν, ἣν [4] ὑστάτην τῶν Φωκαϊκῶν πόλεων πρὸς δύσει κειμένην παρειλήφαμεν· [5] οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ᾽ ἐκείνη μὲν ἀπωτέρω τῆς Κάλπης ἐστὶ, κατεσκαμμένη, τὰ δ᾽ ἴχνη σώζουσα Ἑλληνικῆς πόλεως· ἡ δὲ Μαλάκα, καὶ [6] πλησίον μᾶλλον Φοινίκης τῷ σχήματι. Ἐφεξῆς δ᾽ ἐστὶν [7] ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις, [8] ἐξ ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεται. [9] Μετὰ ταύτην Αὔδηρα, Φοινίκων κτίσμα καὶ αὐτή· ὑπὲρ δὲ τῶν τόπων ἐν τῇ ὀρεινῇ, δείκνυται Ὀδύσσεια καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐν αὐτῇ, ὡς Ποσειδώνιός τε εἴρηκε καὶ Ἀρτεμίδωρος, καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς, ἀνὴρ ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ παιδεύσας τὰ γραμματικὰ, καὶ περιήγησίν τινα τῶν ἐθνῶν ἐκδεδωκὼς τῶν ταύτῃ. Οὗτος δέ φησιν ὑπομνήματα τῆς πλάνης τῆς Ὀδυσσέως ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς, ἀσπίδας προσπεπατταλεῦσθαι καὶ ἀκροστόλια. [10] ἐν Καλλαϊκοῖς δὲ τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων τινὰς οἰκῆσαι· καὶ ὑπάρξαι πόλεις αὐτόθι, τὴν μὲν καλουμένην Ἕλληνες, [11] τὴν δὲ Ἀμφίλοχοι· ὡς καὶ τοῦ Ἀμφιλόχου τελευτήσαντος δεῦρο, καὶ τῶν συνόντων

A Ea habet emporium, quo utuntur qui [1] in oppoſito littore vivunt, multumque ibi conficitur ſalſamenti. Sunt qui hanc eandem putant cum Mænaca, quam ultimam Phocæorum verſus occaſum civitatem accepimus, ſed errant: nam Mænacæ longius à Calpe diſſitæ atque everſæ rudera Græcanicæ urbis veſtigia retinent. Malaca magis ad Punicæ formam accedit. Sequitur Exitanorum urbs, unde ſalſamentis Exitanis nomen. Poſt hanc Abdera, Pœnorum opus hæc quoque. (p. 157.) Supra hæc loca in montanis monſtratur Ulyſſea, & in ea fanum Minervæ B ut Poſidonius tradit, & Artemidorus, & Aſclepiades Myrleanus, qui in Turditania grammaticam docuit, & deſcriptionem gentium in iſtis regionibus agentium edidit. Is tradit, monimenta errorum Ulyſſis in templo illo Minervæ affixa eſſe, aſpides & ſumma navium roſtra. Apud Callaicos autem conſediſſe quoſdam qui, Teucrum in bellum fuerant ſecuti, ibique duas urbes, quarum una Hellenes diceretur, id eſt Græci, altera Amphilochi: mortuo ſcilicet ibi Amphilocho, & ſociis

1. *Oppoſito litore*) Τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ σαίμασι, fortè Sæmadibus emporium in oppoſita degentibus Mauritania, ſed ii mihi ignoti ſunt. *Xyland.*

2. ἐμπορεῖον δ᾽ ἐστὶν ἐν τοῖς ἐν περαίᾳ σαίμασι) Locus corruptus, ut etiam pueri videre poſſunt. Legendum aliquando putavi ἐμπορεῖον δὲ ἐστὶ τοῖς τ᾽ ἐν τῇ περαίᾳ καὶ τοῖς ἐν τῇ μεσογαίᾳ vel καὶ τοῖς μεσογαίοις. Movebar ſimili loco infra de Carthagine nova. Nunc ſuſtineo me. *Caſaub.*

3. τῇ Μαινάκῃ) Stephanus Μαίνης cujuſdam meminit quam & Μαινάκην vocari ait: ſed Κελτικὴν eſſe urbem ſcribit. *Idem.*

Ταύτην τινὲς τῇ Μαινάκῃ τὴν αὐτὴν νομίζουσι. *Sunt qui hanc eandem putant cum Mænaca.*) Ad hunc locum ſic commentatur doctiſſimus Caſaubonus: *nec confundit has urbes Ptolemæus eas ita recenſens*, Μάλακα, Μάνοβα, Σέξ. *Nam* Μάνοβα *Ptolemæi dubio procul eſt* Μαίνακα *Strabonis, ſive Strabo ita ſcripſit, ſive quod verius puto, corrupta veteri* τοῦ μ *pro* β *ſcriptura* κ. Quæ ultima verba, ut ſunt excuſa multum habent obſcuritatis. Sed ex ejus ſententia patet legendum eſſe *corrupta* τοῦ β *per* κ *ſcriptura*. Ita putat vir ſummus Strabonem ex Ptolemæo corrigendum eſſe, eo quod apud Plinium eadem vox *Menoba* invenitur. At pro Strabone facit nomen hodiernum: nam eodem ſitu, quo Ptolemæus ponit Menobam, & Strabo Mænacam, eſt adhuc pagus ſeu oppidulum nomine *Al munecar*: *al* vero eſt articulus Arabicus. *Munecar* ad *Mænaca* propè accedit. *Palmer.*

4. ὑστάτην τῶν Φωκαϊκῶν πόλεων) Phocæenſes enim in Hiſpaniam ad Arganthonium veniſſe teſtis locupletiſſimus Herodotus I. c. 163. *Caſaub.*

5. οὐκ ἐστὶ δὲ) Nec confundit has urbes Ptolemæus eas ita recenſens, Μάλακα, Μάνοβα, Σιξ. Nam Μάνοβα Ptolemæi dubio procul eſt Μαινάκα Strabonis, ſive Strabo ita ſcripſit ſive quod verius puto corrupta veteri τοῦ μ pro β ſcriptura κ. Cujus C rei paſſim obvia ſunt exempla. Plinius III. c. 1. quoque *Malacha cum fluvio fœderatorum*: *Dein Menoba cum fluvio Sexi. Idem.*

6. καὶ πλησίον μᾶλλον Φοινίκῃ τῷ σχήματι) Lego, καὶ πλησίον μᾶλλον, Φοινικική τε τῷ σχήματι. Nam ei, quod de Mænaca dixerat, eſſe eam ἀπωτέρω, opponit πλησίον, & quod dixerat apparere in Mænacæ ruderibus veſtigia urbis Græcanicæ, opponit hanc eſſe φοινικικήν. Cave igitur ne in unum duo hæc membra confundas: quod fecêre interpretes. *Idem.*

7. ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις) Quam Mela Hexi Ptolemæus Σεξ vocat, Plinius Sexi. quod non mirabitur qui eorum meminerit, quæ de Salmydeſſo aliiſque id genus libro primo docuimus. *Idem.*

8. ἐξ ἧς καὶ τὰ ταρίχη ἐπωνύμως λέγεται) Plinio Sexitana ſalſamenta dicuntur. Meminit Athenæus lib. III. c. 34. hunc locum proferens non Stratonis, ut ſtultè quidam putant. *Idem.*

D 9. Μετὰ ταύτην Αὔδηρα) Alii, Ἄβδηρα, Abdera vide Stephanum. *Idem.*

10. Ἐν Καλλαϊκοῖς δὲ τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων) Juſtinus XLIV. c. 3. *Gallæci autem Græcam ſibi originem aſſerunt: Siquidem poſt finem Trojani belli Teucrum morte Ajacis fratris inviſum patri Telamoni, quum non reciperetur in regnum Cyprum conceſſiſſe, atque ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidiſſe. Inde accepta opinione paternæ mortis, patriam repetiſſe. Sed quum ab Euryſace Ajacis filio acceſſu prohiberetur, Hiſpaniæ littoribus appulſum loca ubi nunc eſt Carthago nova occupaſſe: Inde Gallæciam tranſiſſe, & poſitis ſedibus genti nomen dediſſe.* Silius Italicus libro III. v. 378.

*Dat Carthago viros Teucro fundata vetuſto.* Idem.

11. τὴν δὲ Ἀμφίλοχοι) Juſtinus XLIV. 3. *Gallæciæ autem portio, Amphilochi dicuntur.* Idem.

uſque ad mediterranea vagatis: quin & id ait ſe comperiſſe, quoſdam Herculis ſociorum, & à Meſſena, inhabitaſſe Hiſpaniam: partem Cantabriæ à Laconibus occupatam fuiſſe & is & alii perhibent: ibique Opſicellam urbem conditam ab Opſicella, qui cum Antenore ejuſque liberis in Italiam trajecit: quin & Gaditanis mercatoribus quidam credunt, ut & Artemidorus tradidit, Æthiopes, qui ſupra Mauritanos verſus occaſum habitant, Lotophagos dici, quòd herba quadam & radice Loto veſcantur, nihilque opus habeant potu, neque ob aquæ penuriam habere eum poſſent: eòſque uſque ad loca Cyrenæ imminentia pertinere: rurſumque alij vocantur Lotophagi, qui Meningem incolunt, alteram inſularum parvæ Syrti præpoſitarum. Mirum ergo non eſt Homerum errores Ulyſſis ita fabulæ in morem deſcripſiſſe, ut pleraque extra Columnas in Atlantico geſta ab eo fingeret. Quæ enim hiſtoriæ perhibentur, parum abſunt à locis reliquiſque ab eo confictis circumſtantiis. Itaque neque abſurdum Homerus & incredibile propoſuit figmentum: neque inepti fuerunt, ſi qui fidem iſtarum hiſtoriarum, ac multiplicem poëtæ peritiam ſecuti, poëſin ejus ad ſcientiæ accommodatas quæſtiones traduxerunt, ut fecit Crates Mallotes: neque poëtæ inſtitutum ita ruſticè interpretati ſunt, ut non ipſum modò tanquam foſſorem aut meſſorem ex omni hac ſcientia ejicerent, ſed & omnes, qui hanc tractare aggrederentur, eos pro inſanis haberent; cùm neque grammatices neque mathematices peritorum quiſquam patrocinari poëtæ, aut emendationem eorum, quæ ii dicebant, aliudve tale proferre auderet: quanquam mea quidem ſententia & defendi multa poſſunt, & corrigi, maximè qualia ſunt, in quibus Pytheas decepit ſibi credentes, ignoratione ad Occaſum aut Boream juxta Oceanum vergentium locorum.

A πλανηθέντων μέχρι τῆς μεσογαίας. Καὶ τῶν μεθ' Ἡρακλέους δέ τινας, καὶ τῶν ἀπὸ Μεσσήνης ἱστορῆσθαί φησιν ἐποικίσαι τὴν Ἰβηρίαν· τῆς δὲ Κανταβρίας μέρος τι κατασχεῖν Λάκωνας, καὶ οὗτός φησι, καὶ ἄλλος. ἐνταῦθα δὲ, καὶ Ὠψικέλλαν πόλιν, ὃ Ὠψικέλλα κτίσμα λέγουσι τοῦ μετ' Ἀντήνορος, καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, διαβάντος εἰς τὴν Ἰταλίαν. Καὶ ἐν τῇ Λιβύῃ δὲ πεπιστεύκασί τινες, τοῖς τῶν Γαδειρητῶν ἐμπόροις προσέχοντες, ὡς καὶ Ἀρτεμίδωρος εἴρηκεν, ὅτι οἱ ὑπὲρ τῆς Μαυρουσίας οἰκοῦντες [1] πρὸς τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοπες, Λωτοφάγοι καλοῦνται, σιτούμενοι λωτὸν, πόαν τινὰ καὶ ῥίζαν· οὐ δεόμενοι
B δὲ ποτοῦ, οὐδὲ ἔχοντες, διὰ τὴν ἀνυδρίαν, διατείνοντες μέχρι τῶν ὑπὲρ τῆς Κυρήνης τόπων· ἄλλοι τε πάλιν καλοῦνται Λωτοφάγοι, τὴν ἑτέραν οἰκοῦντες τῶν πρὸ τῆς μικρᾶς Σύρτεως νήσων, τὴν Μήνιγγα. [2] Οὐ δὴ θαυμάζοι τις ἂν οὔτε τοῦ ποιητοῦ τὰ περὶ τὴν Ὀδυσσέως πλάνην μυθογραφήσαντος τοῦτον τὸν τρόπον, ὥστ' ἔξω στηλῶν ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει τὰ πολλὰ διαθέσθαι τῶν λεγομένων περὶ αὐτοῦ· τὰ γὰρ ἱστορούμενα ἐγγὺς ἦν καὶ τόποις καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ὑπ' ἐκείνου πεπλασμένων. Ὥστε οὐκ ἀπίθανον ἐποίησε τὸ πλάσμα, οὔτ' εἴ τινες αὐταῖς τε ταύταις ταῖς ἱστορίαις πιστεύσαντες, καὶ τῇ
C πολυμαθίᾳ τοῦ ποιητοῦ, καὶ πρὸς ἐπιστημονικὰς ὑποθέσεις ἔτρεψαν τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καθάπερ Κράτης τε ὁ Μαλλώτης ἐποίησε, καὶ ἄλλοι τινές· [3] οὐδ' οὕτως ἀγροίκως ἐδέξαντο τὴν ἐπιχείρησιν τὴν τοιαύτην, ὥστε οὐ μόνον τὸν ποιητὴν [4] σκαπανέως ἢ θεριστοῦ δίκην ἐκ πάσης τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης ἐξέβαλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἁψαμένους τῆς τοιαύτης πραγματείας, καὶ μαινομένους ὑπέλαβον· συνηγορίαν δὲ ἢ ἐπανόρθωσιν ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον εἰς τὰ λεχθέντα ὑπ' ἐκείνων, εἰσενεγκεῖν οὐκ ἐθάρρησεν, οὔτε τῶν γραμματικῶν, οὔτε τῶν περὶ τὰ μαθήματα δεινῶν οὐδείς. Καίτοι ἔμοιγε δοκεῖ δυ- p. 158.
νατὸν εἶναι καὶ συνηγορῆσαι πολλοῖς τῶν λεχθέν-
D των, καὶ εἰς ἐπανόρθωσιν ἀγαγεῖν· καὶ μάλιστα εἰς ταῦτα ὅσα [5] Πυθέας παρεκρούσατο τοὺς πιστεύσαντας αὐτῷ κατὰ ἄγνοιαν τῶν τε ἑσπερίων τόπων, καὶ τῶν προσβόρρων, τῶν παρὰ τὸν Ὠκεανόν.

1. *πρὸς τοῖς ἑσπερίοις Αἰθίοπες*) Prava lectio decepit hactenus interpretes. Non enim Æthiopes Lotophagi fuere dicti: Sed ii, qui occiduis Æthiopibus erant vicini. Notiſſima eſt Æthiopum diviſio Homerica, *Αἰθίοπες, τοὶ δίχθα δεδαίαται ὕστατοι ἀνδρῶν.* de qua dictum libro primo ſatis. Ergo legendum *πρὸς τοῖς Ἑσπερίοις Αἰθίοψι.* Id etſi luce clarius eſt, poteſt tamen à me confirmari. Euſtathius enim non aliter legit. *τινὲς δὲ*, inquit, *ἱστοροῦσι, καὶ ὅτι παρήκουσιν οἱ λωτοφάγοι μέχρι τῶν ὑπὲρ Κυρήνην τόπων, ἀρχόμενοι ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τῆς Μαυρουσίας Ἑσπερίων Αἰθιόπων.* *Caſaub.*

2. *Οὐ δὴ θαυμάζοι*) Iterum digreditur ad Homeri defenſionem. *Idem.*

3. *οὐδ' οὕτως*) Scripti, *οἰδ' οὕτως.* Tangit Ariſtarchum alioſque omnes, qui dicta ab Homero omnia ut fabuloſa interpretabantur. *Idem.*

4. *σκαπανέως ἢ θεριστοῦ δίκην*) Sic libro ſecundo. (Perſius Satyr. quinta, v. 122. *nec cùm ſis cætera foſſor.*) *Idem.*

5. *Πυθέας παρεκρούσατο τοὺς πιστεύσαντας*) Uſurpat verba Polybii de Pythea. *Idem.*

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσθω, λόγον ἔχοντα ἴδιον καὶ μακρόν. Τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων πλάνης τῆς εἰς τὰ βάρβαρα ἔθνη, νομίζοι τις ἂν αἴτιον τὸ διεσπάσθαι κατὰ μέρη μικρὰ, καὶ δυναστείας ἐπιπλοκὴν οὐκ ἐχούσας πρὸς ἀλλήλους κατ᾽ αὐθάδειαν· ὥστε ἐκ τούτου πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἔξωθεν ἀσθενεῖς εἶναι. Τοῦτο δὲ αὔθαδες· ἐν δὲ τοῖς Ἴβηρσι μάλιστα ἐπέτεινε, προσλαβοῦσι καὶ τὸ πανοῦργον φύσει, καὶ τὸ μὴ ἁπλοῦν· ἐπίθετοι γὰρ καὶ λῃστρικοὶ τοῖς βίοις ἐγένοντο τὰ μικρὰ τολμῶντες, [1] μεγάλοις δ᾽ οὐκ ἐπιλαβόμενοι [2] διὰ τὸ μεγάλας κατασκευάζεσθαι δυνάμεις καὶ κοινωνίας. Εἰ γὰρ δὴ συνασπίζειν ἐβούλοντο ἀλλήλοις, οὔτε Καρχηδονίοις ὑπῆρξεν ἂν καταστρέψασθαι ἐπελθοῦσι τὴν πλείστην αὐτῶν [3] ἐκ περιουσίας· καὶ ἔτι πρότερον Τυρίοις, εἶτα Κελτοῖς, οἳ νῦν Κελτίβηρες καὶ Βήρωνες καλοῦνται· οὔτε τῷ λῃστῇ Οὐριάθῳ καὶ Σερτωρίῳ μετὰ ταῦτα, καὶ εἴ τινες ἕτεροι δυναστείας ἐπεθύμησαν μείζονος. Ῥωμαῖοί τε τῷ κατὰ μέρη πρὸς τοὺς Ἴβηρας πολεμεῖν καθ᾽ ἑκάστην, διὰ ταύτην τὴν δυναστείαν, πολύν τινα διετέλεσαν χρόνον, ἄλλοτ᾽ ἄλλους καταστρεφόμενοι τέως, ἕως ἅπαντας ὑποχειρίους ἔλαβον [4] διακοσίοις ἔτεσι σχεδόν τι, ἢ μακρότερον. Ἐπάνειμι δὲ ἐπὶ τὴν περιήγησιν. Μετὰ τοίνυν τὰ Ἄβδηρα ἐστὶν [5] ἡ Καρχηδὼν ἡ νέα, [6] κτίσμα Ἀσδρούβα, τοῦ διαδεξαμένου Βάρκαν τὸν Ἀννίβα πατέρα, κρατίστη πολὺ τῶν ταύτῃ πόλεων· [7] καὶ γὰρ ἐρυμνοτάτη, καὶ τείχει κατεσκευασμένῳ καλῶς,

Verùm hæc, quia peculiarem & longum requirunt ſermonem, omittamus. Quòd autem Græci ad barbaras gentes evagati ſunt, cauſa videtur fuiſſe in exiguas portiones diſtractio, principatus eorum, qui ob faſtum coaleſcere invicem & conſortia tueri non poſſent: unde contigit, ut contra extrinſecus invadentes viribus non eſſent pares. Hæc contumacia maximè apud Hiſpanos aucta eſt, accedente vafricie ingenii & doloſa varietate, nam homines ii inſidioſum & prædatorium vitæ genus ſectati, ad parva audaces, nihil magnum moliti, magnæ potentiæ ſocietatiſque conſtituendæ conatum poſthabuerunt. Qui ſi conjunctis viribus tueri ſe voluiſſent, nunquam licuiſſet, neque Carthaginenſibus, incurſione facta, majorem Hiſpaniæ partem nemine prohibente ſubigere, neque ante hos Tyriis & Celtis, qui nunc Celtiberi & Verones dicuntur: neque poſtea temporis latroni Viriatho & Sertorio, & ſi qui alii ad majus in Hiſpanos imperium animos adjecerunt. Et Romani per partes Hiſpanorum modò hanc modò aliam ditionem bello impetentes, aliàs alios domando multum temporis traxerunt, donec tandem omnes in ſuam redegerunt poteſtatem, ducentis ferè & pluribus uſi ad hoc annis. Verùm ego ad narrationem revertor. ¶ Ergo poſt Abdera ſequitur Carthago nova, ab Aſdrubale condita, eo qui Barcæ Annibalis patri ſucceſſit, longè præſtantiſſima omnium ejus regionis urbium: nam & loci natura eſt munitiſſima, & muro præclarè extructo,

1. *μεγάλοις δ᾽ οὐκ ἐπιλαβόμενοι*) Manifeſtiſſimum eſt, legendum eſſe, ut habent ſcripti, *ἐπιβαλλόμενοι*. Inde dicti *οἱ μεγαλεπήβολοι*. Pertinet hûc quod Juſtinus ait l. XLIV. c. 2. Hiſpanos ante Viriatum nullum habuiſſe magnum ducem: quem ipſum inquit, non ut judicio populi electum, ſed ut cavendi ſcientem declinandorumque periculorum peritum, ſecuti ſunt. hinc apparet *ἡ αὐθάδεια* Hiſpanorum. *Caſaub.*

2. *διὰ τὸ μεγάλας*) Nemo non videt, qui aliquid videre poteſt, deeſſe hic negationem. Lege cum veteri interprete, *διὰ τὸ μὴ μεγάλας*. *Idem.*

3. *ἐκ περιουσίας*) Vetus interpres ſic expreſſit, *per majorem potentiam incurſantibus*, Xylander omiſit: ſed non eſt dubium *ἐκ περιουσίας* ſignificare hoc loco, quod iſto Gregorii. *Ὁ δὲ κατὰ μετώπου μὲν ἵστασθαι, καὶ διακινδυνεύει οὐκ ᾤετο δεῖν δίχα μεγάλης ἀνάγκης, ἐνὸν ἐκ περιουσίας κρατεῖν.* hoc eſt facile & ſine labore. Sic iterum hoc ipſo libro extremo, *καὶ τοὺς ἄνδρας εἰρηναίους ἐκ περιουσίας ἤδη τὴν θάλατταν ἐργάζεσθαι.* *Idem.*

4. *διακοσίοις ἔτεσι σχεδόν τι*) Lege cum libris ſcriptis *διακοσιοστῷ σχεδόν τι ἔτει*. Bene autem colligit Strabo. Nam ſi temporum rationem ineas, reperies à belli Punici ſecundi initio, quo tempore primum de Hiſpaniis cogitarunt Romani, ad ea tempora, quibus Hiſpanias ſubegit Cæſar Auguſtus, annos eſſe plus minus ducentos. Florus libro ſecundo capite 17. *Hiſpaniæ nunquam animus fuit adverſus nos univerſæ conſurgere, nunquam conferre vires ſuas libuit, neque aut imperare, aut libertatem ſuam tueri publicè.* Poſt, *In hac prope ducentos per annos dimicatum eſt, à primis Scipionibus in primum Cæſarem Auguſtum, non continuò, nec cohærenter, ſed prout laceſſierant.* Vellejus Paterculus de Hiſpania, *Per annos CC. in his multo mutuoque ita certatum eſt ſanguine, ut amiſſis P. R. Imperatoribus, exercitibuſque, ſæpe contumelia, nonnunquam etiam periculum Romano inferretur imperio.* Idem.

5. *ἡ Καρχηδὼν ἡ νέα*) Duplici nomine Græci hanc urbem appellant, *Καινὴν πόλιν* & *Καρχηδόνα νέαν*. Polybius lib. III. *τὸν δὲ καινὴν πόλιν ἔνιοι νέαν Καρχηδόνα καλοῦσι.* Notat hoc & Stephanus. *Idem.*

6. *κτίσμα Ἀσδρούβα*) Polybius libro ſecundo, de Aſdbruale *τήντε παρὰ μέν τισι Καρχηδόνα, παρὰ δέ τισι Καινὴν πόλιν προσαγορευομένην κατασκευάσας οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ συνεβάλλετο Καρχηδονίοις.* Appianus contra omnium fidem refert, Annibalem deletis Sanguntinis omnibus Sanguntum rurſus *οἰκίσαι* & civibus frequentaſſe; eaque urbs (inquit) nunc videtur appellari Carthago Spartaria. *Idem.*

7. *καὶ γὰρ ἐρυμνοτάτη*) Lege, *καὶ γὰρ ἐρυμνότητι*. *Idem.*

& ornata eſt portubus ac lacu, & argenteis, quæ dixi, metallis, & cùm ibi tum in vicinis locis multum conſtet ſalſamentorum, eſtque hoc magnum emporium, ubi & mediterranei maritimas, & maritimi mediterraneas mercantur merces. Ora hinc uſque ad Iberum fluvium, medio ferè ſpacio habet Sucronem fluvium, ejuſque oſtium, & urbem cognominem: amnis delabitur è monte, qui contiguus eſt dorſo ſupra Malacam & Carthaginem, pedibuſque poteſt tranſiri, parallelus ferè Ibero, 5 à quo aliquanto quàm à Carthagine diſtat longius. Inter Sucronem & Carthaginem tria ſunt Maſſilienſium oppida, non procul à fluvio: inter quæ celeberrimum eſt id, quod diurnam habet ſpeculam, in promontorioque fanum Dianæ Epheſiæ magna religione cultum, quo ad res mari gerendas uſus eſt arce & receptaculo Sertorius: munitum enim eſt editi loci natura, & latrociniis aptum, longèque ab adnavigantibus cerni poteſt. Nomen eſt ei Dianium, habetque in propinquo bonas ſecturas ferrarias, tum exiguas inſulas Planeſiam ac Plumbariam, ac lacum marinum ſupernè, cujus circuitus ſtadiorum CCCC. Sequitur Herculis inſula jam ponè Carthaginem, quam Scombrariam vocant, à captis ibi ſcombris, ex quibus optimum fit garum: diſtat à Carthagine ſtadiis XXIV. Rurſus à Sucrone in alteram partem proficiſcenti

A καὶ λιμέσι καὶ λίμνῃ κεκόσμηται, καὶ τοῖς τῶν ἀργυρείων μετάλλοις περὶ ὧν εἰρήκαμεν· κἀνταῦθα δὲ καὶ ἐν τοῖς πλησίον τόποις πολλὴ ἡ ταριχεία· καὶ ἔστι τοῦτο μεῖζον ἐμπορεῖον τῶν μὲν ἐκ θαλάττης τοῖς ἐν τῇ μεσογαίᾳ· τῶν δ' ἐκεῖθεν [1] τοῖς ἔξω πᾶσιν. Ἡ δ' ἐνθένδε μέχρι τοῦ Ἴβηρος παραλία, [2] κατὰ μέσον πως τὸ διάστημα ἔχει τὸν Σούκρωνα ποταμὸν, καὶ τὴν ἐκβολὴν αὐτοῦ, [3] καὶ πόλιν ὁμώνυμον· ῥεῖ δ' ἐκ τοῦ συνεχοῦς ὄρους τῇ ὑπερκειμένῃ ῥάχει τῆς τε Μαλάκας καὶ [4] τῶν περὶ Καρχηδόνα ὑπερκειμένων τόπων, περατὸς πεζῇ, παράλληλος δέ πως τῷ Ἴβηρι, μικρὸν δὲ διέχει τῆς Καρχηδόνος, ἢ τοῦ Ἴβηρος. p. 159.

B Μεταξὺ μὲν οὖν τοῦ Σούκρωνος καὶ τῆς Καρχηδόνος, τρία πολίχνια Μασσαλιωτῶν εἰσιν οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ ποταμοῦ· τούτων δ' ἐστὶ γνωριμώτατον, τὸ Ἡμεροσκοπεῖον ἔχον ἐπὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν σφόδρα τιμώμενον, ᾧ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ κατὰ θάλατταν Σερτώριος· ἐρυμνὸν γάρ ἐστι καὶ λῃστρικὸν, κατόπτον δὲ ἐκ πολλοῦ τοῖς προσπλέουσι. [6] καλεῖται δὲ Διάνιον, οἷον Ἀρτεμίσιον, [7] ἔχον σιδηρεῖα εὐφυῆ πλησίον· [8] καὶ νησίδια, Πλανησίαν [9] καὶ Πλουμβαρίαν, καὶ λιμνοθάλατταν ὑπερκειμένην, ἔχουσαν * ἐν κύκλῳ σταδίων τετρακοσίων. Εἶθ' ἡ τοῦ Ἡρακλέους νῆσος ἤδη πρὸς Καρχηδόνα, ἣν [10] καλοῦσι

C Σκομβραρίαν [11] ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, [12] ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον· εἴκοσι δὲ διέχει σταδίους καὶ τέτταρας Καρχηδόνος. Πάλιν δ' ἐπὶ θάτερα τοῦ Σούκρωνος ἰοῦσι

* Malim κύκλον, niſi aliqua vox deeſt.

1. τοῖς ἔξω πᾶσι) An vocat τοὺς ἔξω gentes exteras? An Hiſpaniam intelligit ulteriorem? Nam utroque modo poſſe accipi conſtat. *Caſaub.*

2. κατὰ μέσον πως) Ait πως: nam revera à Carthagine proprius abeſt Sucro. *Idem.*

3. καὶ πόλιν ὁμώνυμον) Hanc urbem prætermittit Ptolemæus: cauſam Plinius III. c. 3. iſtis verbis indicat, *Sucro fluvius & quondam oppidum.* Idem.

4 τῶν περὶ Καρχηδόνα) Scripti, τῶν πρὸς Καρχηδόνι. *Idem.*

5. *A quo aliquanto*) Μικρὸν δὲ διέχει. deeſt autem μᾶλλον aut ἧττον vel tale aliquid, ſi μικρὸν in μικρῷ verſum rectè legatur. Ego legerem μικρῷ δὲ ἧττον διέχει. id tabulæ & ratio videntur confirmare. *Xyland.*

6. Καλεῖται δὲ Διάνιον) Dianium ait Plinius à Carthagine nova per continentem abeſſe ſtadiis ſeptingentis. Eo uſum eſſe Sertorium tanquam arce belli, ut noſter ait, etſi apud Plutarchum non legitur, ex Cicerone tamen intelligimus, cujus hæc ſunt, è libro quintò c. 56. contra Verrem: *Quicunque acceſſerant ad Siciliam paulo pleniores, eos Sertorianos milites eſſe, atque à Dianio fugere dicebat.* Meminit Dianii Cicero libro in Verrem primo c. 34. *Caſaub.*

7. ἔχον σιδηρᾶ εὐφυῆ) Scribe, σιδηρεῖα. Nam ita etiam ſoceri codex. In hoc tractu, hoc eſt in Sucronenſi ſinu, Ferrariam promontorium commemorat Mela II. c. 6. *Idem.*

8. καὶ νησίδια Πλανησίαν) Hanc inſulam nemo veterum quod ſciam iſto loco agnoſcit: dico iſto loco: Nam Planaſiam quidem habet & Ptol. Sed alio in mari: Omnino autem Planaſias tres commemorat diverſis locis Strabo. Prima eſt iſta, quam ut dixi nemo veterum agnoſcit: altera eſt prope Leronem & Stoechadas ante litus Maſſilienſium, cujus mentionem facit lib. ſequenti: quæ & ipſa aliis Geographis neglecta eſt, neminique veterum, quod meminerim, nominata. Tertia eſt cujus lib. II. meminit prope Æthaliam ſive Iluam: quam Ptolemæus quoque & Plin. III. c 6. aliique agnoſcunt, & Planaſiam appellant. Quod ad eam attinet, qua de nunc eſt ſermo Straboni, potuit ea latere inter alias xx. ferme parvas inſulas, quas iſto loco mari vadoſo fuiſſe Plinius auctor eſt. *Idem.*

D 9. καὶ Πλουμβαρίαν) Plumbariam reperio apud Ptol. quoque: ſed in Sardoo mari. *Idem.*

10. ἣν καλοῦσι Σκομβραρίαν) Ptolemæus Scombrariam promontorium nominat. *Idem.*

11. ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων) Athen. l. III. c. 34. p. 121. καὶ ἄλλην Σκομβραρίαν, ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων σκόμβρων, ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεσθαι γάρον *i. e. aliamque Scombrariam, à Scombris dictam, quos illi capiunt, è quibus Garum fit excellentiſſimum.* Vide Plinium libro XXXI. cap. 8. *Idem.*

12. ἐξ ὧν τὸ ἄριστον σκευάζεται γάρον) Cum notat auctor Epitomæ, οὕτως οὖν ὁ Στράβων εἶπε τὸ γάρον, hoc ſibi vult, notatu eſſe dignum, neutro potius genere dixiſſe Strabonem τὸ γάρον quàm ὁ γάρος. Nam ita quoque dicitur. Athenæus libro ſecundo c. 25. p. 67. ὅτι δ' ἀρσενικόν ἐστι τοὔνομα, Αἰσχύλος δηλοῖ εἰπὼν, Καὶ τὸν ἰχθύων γάρον. *Idem.*

1. τα-

ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἴβηρος, [1] Σάγουντον, κτίσμα Ζακυνθίων· ἣν Ἀννίβας κατασκάψας παρὰ τὰ συγκείμενα πρὸς Ῥωμαίους, τὸν δεύτερον αὐτοῖς ἐξῆψε πόλεμον πρὸς Καρχηδονίους· πλησίον δὲ πόλεις εἰσὶ, Χεῤῥόνησός τε, [2] καὶ Ὀλέατρον, καὶ Καρταλίας· ἐπ᾽ αὐτῇ δὲ τῇ διαβάσει τοῦ Ἴβηρος, [3] Δέρκισσα κατοικία· [4] ῥεῖ δὲ ὁ Ἴβηρ ἀπὸ Καντάβρων ἔχων τὰς ἀρχὰς ἐπὶ μεσημβρίαν διὰ πολλοῦ πεδίου, παράλληλος τοῖς Πυρηναίοις ὄρεσι. Μεταξὺ δὲ τῶν τοῦ Ἴβηρος ἐκτροπῶν, καὶ τῶν ἄκρων τῆς Πυρήνης, ἐφ᾽ ὧν ἵδρυται τὰ ἀναθήματα τοῦ Πομπηΐου, πρώτη [6] Ταῤῥακὼν ἐστὶ πόλις, ἀλίμενος μὲν, ἐν κόλπῳ δὲ ἱδρυμένη, καὶ κατεσκευασμένη τοῖς ἄλλοις ἱκανῶς, καὶ οὐχ ἧττον εὐανδροῦσα νυνὶ τῆς Καρχηδόνος. πρὸς γὰρ τὰς τῶν ἡγεμόνων ἐπιδημίας εὐφυῶς ἔχει, καὶ ἔστιν ὥσπερ μητρόπολις οὐ τῆς ἐντὸς Ἴβηρος μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς τῆς πολλῆς. Αἵ τε Γυμνήσιαι νῆσοι προκείμεναι πλησίον, καὶ ἡ Ἔβυσος, ἀξιόλογοι νῆσοι, τὴν θέσιν εὔκαιρον τῆς πόλεως ὑπαγορεύουσιν. Ἐρατοσθένης δὲ καὶ ναύσταθμον ἔχειν φησὶν αὐτήν· [7] οὐδὲ ἀγκυροβόλοις σφόδρα εὐτυχοῦσαν, ὡς ἀντιλέγων εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος. Καὶ ἡ σύμπασα δ᾽ ἀπὸ στηλῶν, σπανίζεται λιμέσι μέχρι δεῦρο· ἐντεῦθεν δ᾽ ἤδη τὰ ἑξῆς, εὐλίμενα· καὶ χώρα ἀγαθὴ, [8] τῶν τε Λεητανῶν, καὶ Λαρτολαιήτων, καὶ ἄλλων τοιούτων [9] μέχρι Ἐμπορείου.

A verſus oſtia Iberi, Saguntum à Zacynthiis conditum: quam urbem cùm Annibal deleviſſet contra pacta cum Romanis conventa, ſecundum illorum contra Carthaginienſes bellum inflammavit. In propinquo urbes ſunt Cherroneſus, Oleatrum, Cartalias, & in ipſo Iberi trajectu Dertoſſa colonia. Iberus ortus apud Cantabros, per longam planiciem, verſus meridiem fluit, parallelus Pyrenæis montibus. Inter Iberi oſtia & Pyrenes extrema, ubi ſunt Pompeji tropæa, prima urbs eſt Tarracon, portu quidem carens, ſed in ſinu condita, & aliis ſatis inſtru- B cta rebus, nunc non paucioribus quàm Carthago frequentata viris. Commodè enim ſita eſt ad Præfectorum in Hiſpania peregrinationes: eſtque metropolis non tantùm intra Iberum ſitæ Hiſpaniæ, ſed & magnæ partis ejus quæ extra eſt: tum Gymneſiæ & Ebuſus, memorabiles inſulæ, oſtendunt ſitum urbis eſſe opportunum. Eratoſthenes ei navium quoque tribuit ſtationem: cùm Artemidorus eum refellens dicat eam ne anchoris quidem jaciendis eſſe ſatis opportunam. Sanè tota à Columnis ora huc uſque raros habet portus: deinceps autem portus C ſunt paſſim boni, & ſolum fertile cùm Leetanorum, tum Lartolæetarum aliorumque uſque ad Emporium.

1. *Σάγουντον κτίσμα Ζακυνθίων*) Polybius Ζακανθαν vocat: & ait ſitam in prominenti ad mare *πρόποδι τῆς ὀρεινῆς*, in confinio Iberiæ & Celtiberiæ, ſeptem ſtadia procul à mari Livius libro XXI. c. 7. de Sagunto: *Civitas ea longè opulentiſſima, ultra Iberum ſita paſſus mille ferme à mari, oriundi a Zacyntho inſula dicuntur: miſtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis.* Hiſtoriam pete è Polybio, Appiano, & Epitomis. Stephanus & Ζάκανθαν & Ζάγουντον nominat. *Caſaub.*

2. *καὶ Ὀλέατρον*) Veteres, Ὀλέαστρον, cum Plinio, non uno loco. *Idem.*

3. *Δέρκισσα κατοικία*) Rectè Xylander Δέρτωσσα: Veteres tamen libri hunc errorem hîc retinent conſtanter omnes. *Idem.*

4. *ῥεῖ δὲ ὁ Ἴβηρ ἀπὸ Καντάβρων*) Plinius III. c. 3. *Iberus amnis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris.* Idem.

5. *Verſus meridiem.*) Ἀπὸ pro ἐπὶ legebatur, nemo non videre poteſt non à meridie, ſed à ſeptentrione fluere, paulo ante Dertoſſam pro Dertiſſa poſui, quod facilè judicatur ex paulo poſt ſequentibus. *Xyland.*

6. *Ταρακών*) Ptolemæo Ταῤῥακών. Stephano Ταῤῥάκων. *Caſaub.*

7. *οὐδὲ ἀγκυροβόλοις σφόδρα εὐτυχοῦσαν*) Lege ἀγκυροβολίοις. Ἀγκυροβόλιον frequens in Strabone vox, quæ locum ſignificat in quo jactis ancoris ſtare ſaltem navis poſſit. σάλοι alio nomine à Græcis hujuſmodi loci appellantur, ut apud Thucydidem & Polybium libro primo de quodam oppido *ἀλίμενον μὲν*, inquit, *σάλους δὲ ἔχον καὶ προβολὰς ἐκ τῆς γῆς εὐφυεῖς.* Arrianus utrumque conjunxit, *ἀγκυροβολίοις δὲ καὶ σάλοις ἔχοντα τοὺς ὅρμους, κατὰ καιροὺς ἐπιτηδείους.* Apud Plutarchum ex Heraclito, ἀγκυρηβόλιον ſcriptum eſt. *Idem.*

8. *τῶν τε Λεητανῶν*) Leetanos hîc collocat & Ptolemæus, Lartolæetæ mihi planè ſunt incogniti. *Idem.*

9. *μέχρι ἐμπορείου*) Emporias Ptolemæus vocat & Plinius ac Livius ut libro trigeſimo quarto c. 8. *Rhoda ſecundo vento Emporias ventum.* Idem tamen appellat & Emporia, ut lib. XXIX. c. 25. *Emporia ut peterent gubernatoribus edixit*: niſi hîc quoque Emporias legendum: aut potius ubique Emporia reſtituendum. Scribit Stephanus, Ἐμπόριον πόλις Κελτικὴ, κτίσμα Μασσαλιωτῶν. Sic Appianus, κατέπλευσεν τῆς Ἰβηρίας εἰς τὸ καλούμενον ἐμπόριον. Sed D quod Stephanus vocat Κελτικὴν πόλιν ratione caret: Nam nec ἐν τῇ κελτικῇ erat, nec à Celtis condita. Maſſilienſes enim ἐν τῇ κελτικῇ quidem erant, Celtæ tamen non erant. *Idem.*

9. Μέχρι Ἐμπορείου. αὐτὸ δὲ ἐστὶ Μασσαλιωτῶν κτίσμα ὅσον τετρακισχιλίους διέχον τῆς Πυρήνης σταδίους. *Uſque ad Emporium. Urbs ea à Maſſilienſibus condita à Pyrena diſtat ad ſtadia* CCCC.) Immane quantum hic numerus diſtat à vero. Scribe pro τετρακισχιλίους, τετταράκοντα. Nam ex bellis nuperis, quæ in Catalaunia geſſimus, hæc loca nobis nunc ſunt notiſſima, & metuo, ne τετταράκοντα nimis ſit; non equidem, ſi ad ſummum Pirenæum numeres, ſed ſi ad primum aſcenſum & montis πρόποδας numerandum foret. Forte pro δ legendum foret δ᾽, id eſt, pro *quatuor mille*, legendum *quatuor*, & error provenit ex litteris numeralibus. *Palmer.*

Urbs ea à Maſſilienſibus condita, à Pyrena diſtat, & Hiſpaniæ cum Galliæ confinio, ad ſtadia CCCC: regio tota bona eſt, & bonos habet portus. Ibi quoque eſt Rhodope, urbs Emporienſium: quidam à Rhodiis conditam dicunt. Ibi & Emporiis Dianam Epheſiam colunt, cauſam dicemus, ubi de Maſſilia ſermo erit. Habitarunt Emporienſes antè inſulam quandam oppoſitam, quæ nunc Vetus urbs dicitur: modò in continente degunt. Eſt autem in 3 duas urbes diviſa, muro ducto, cùm olim accolerent Indigetum quidam: qui etſi ſua uterentur reipublicæ forma, tamen quo eſſent tutiores, iiſdem cum Græcis voluerunt includi mœnibus, muro tamen intus ab iis diſtincti. Tempore in unam coaluerunt civitatem, mixtam ex barbaricis & Græcis conſtitutionibus, quod & multis aliis evenit. In proximo fluvius labitur, à Pyrena ortus, cujus oſtio pro portu utuntur Emporienſes. Linificio magnam impendunt operam: mediterranea habent partim bona, partim ſparti feracia, & ſchæni ſeu junci paluſtris ac minùs utilis. Vocant Iungarium campum: quidam

A Αὐτὸ δ᾽ ἐστὶ Μασσαλιωτῶν κτίσμα, ὅσον τετρακισχιλίους διέχον τῆς Πυρήνης σταδίους, καὶ τῶν μεθορίων τῆς Ἰβηρίας πρὸς τὴν Κελτικήν· καὶ αὕτη δ᾽ ἐστὶ πᾶσα ἀγαθὴ καὶ εὐλίμενος. Ἐνθαῦθα δ᾽ ἐστὶ καὶ [1] ἡ Ῥοδόπη, [2] πολίχνιον Ἐμπορειτῶν· τινὲς δὲ κτίσμα Ῥοδίων φασί· κἀνταῦθα p. 160.
δὲ καὶ ἐν τῷ Ἐμπορείῳ τὴν Ἄρτεμιν τὴν Ἐφεσίαν τιμῶσιν· ἐροῦμεν δὲ τὴν αἰτίαν ἐν τοῖς περὶ Μασσαλίας. Ὤικουν οἱ Ἐμπορεῖται πρότερον νησίον τι προκείμενον, ὃ νῦν καλεῖται παλαιὰ πόλις· νῦν δ᾽ οἰκοῦσιν ἐν τῇ ἠπείρῳ. [4] Δίπολις δ᾽ ἐστὶ, τείχει διωρισμένη, πρότερον τῶν Ἰνδικητῶν τινὰς προσοίκους ἔχουσα, οἳ καίπερ ἰδίᾳ πολιτευόμενοι,
B κοινὸν ὅμως περίβολον ἔχειν ἐβούλοντο πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἀσφαλείας χάριν· διπλοῦν δὲ τοῦτο, τείχει μέσῳ διωρισμένον· [5] τῷ χρόνῳ δ᾽ εἰς ταυτὸ πολίτευμα συνῆλθον μικτόν τι, ἔκ τε βαρβάρων καὶ Ἑλληνικῶν νομίμων, ὅπερ καὶ ἐπ᾽ ἄλλων πολλῶν συνέβη. [6] Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς πλησίον ἐκ τῆς Πυρήνης ἔχων τὰς ἀρχὰς, ἡ δ᾽ ἐκβολὴ λιμήν ἐστι τοῖς Ἐμπορείταις· λινουργοὶ δὲ ἱκανῶς οἱ Ἐμπορεῖται· [9] χώραν δὲ τὴν μεσόγαιαν ἔχουσι, τὴν μὲν ἀγαθὴν, τὴν δὲ σπαρτοφόρον, τῆς ἀχρηστοτέρας καὶ ἑλείας σχοίνου· [8] καλοῦσι δὲ Ἰουγγάριον πεδίον· τινὲς δὲ

1. Ἡ Ῥοδόπη πολίχνιον) Conſtanter appellatur hæc urbs Rhoda ab aliis Geographis & hiſtoricis: quare hic quoque lego, Ῥόδη πολίχνιον. Stephanus, Ῥόδη, πόλις Ἰβηρίας. Ipſe Strabo lib. XIV. p. 654. τὴν Ῥόδον dixit, de hac urbe cùm loqueretur: ut ſuſpicari aliquis poſſit ſcripſiſſe hic quoque Ῥόδον, niſi ibi potiùs ῥόδην. In Ptolemæi Græcis libris error idem ferè qui apud Strabonem. Legitur enim Ῥωδήπολις, cum ſit legendum, Ῥόδη πόλις, ut habet vetus interpretatio Latina, quam habeo. *Caſaub.*

2. πολίχνιον Ἐμπορειτῶν) Malo Ἐμποριτῶν, ut alibi in Strabone & Stephano. *Idem.*

3. *In duas diviſa*) Δίπολις, erat Diopolis, quod & interpretem miror tenuiſſe tam evidente in re. Fluvius, qui ſuo oſtio Emporienſibus faciat portum, Ptolemæo eſt Sambroca. *Xyland.*

4. δίπολις δ᾽ ἐστὶ τείχει διωρισμένη) Livii (XXXIV. 9.) verba Straboni inſtar erunt commentarii. *Jam tunc Emporiæ duo oppida erant muro diviſa: unum Græci habebant à Phocæa, unde & Maſſilienſes oriundi, alterum Hiſpani. Sed Græcum oppidum in mare expoſitum, totum orbem muri, minus quadringentos paſſus patentem habebat: Hiſpanis retractior à mari trium millium paſſuum in circuitu murus erat.* Caſaub.

5. τῷ χρόνῳ δ᾽ εἰς ταυτὸ πολίτευμα συνῆλθον) Livius XXXIV. 9. *Nunc in corpus unum confuſi omnes: Hiſpanis prius, poſtremo & Græcis in civitatem Romanam aſcitis.* Idem.

6. Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς πλησίον) Ptolemæus Emporias inter duo flumina collocat, Sambrocam, & Clodianum: adeo ut ſit obſcurum, utrum potius intelligat. Plinii III. c. 3. autem verba difficultatem etiam augent. *Flumen Alba, Emporiæ, geminum hoc, veterum incolarum, & Græcorum: qui Phocæenſium fuere ſoboles: Flumen Tichis.* Sed Mela II. 6. omnem difficultatem tollit, qui Clodianum ad Emporias fluere ſcribit. *Idem.*

7. τὴν δὲ σπαρτοφόρον, τῆς ἀχρηστοτέρας καὶ ἑλείας
C σχοίνου) τὴν σπάρτον & τὴν σχοῖνον confundit: & eſt loquendi genus elegans, σπαρτοφόρον σχοίνου, qua forma dicunt οἰνοχοεῖ ὕδωρ, & id genus alia. Sed eſt quod præterea in hunc locum obſervemus. Nam obſecro, ſatin ſanus Strabo, qui ſpartum Hiſpaniæ appellet juncum inutilem & paluſtrem? illud prius nemo dicet, qui non antè rem totam nauticam ut inutilem damnare in animum induxerit: hoc Plin. XIX. c. 2. non concedet, qui teſtatur ſpartum eſſe proprie juncum aridi ſoli. Quare dubium non eſt, quin veriſſima ſit lectio ſcriptorum codicum, ubi legitur τῆς εὐχρηστοτέρας καὶ λείας σχοίνου. Quid ſit σχοῖνος λεία, non ignorant, qui Dioſcoridem legerunt: qui ejus duo facit genera: quorum alterum σχοῖνος λεῖα, alterum ὀξυσχοῖνος appelletur: vide locum cap. χλδ. Vetus etiam interpres λείαν legit non ἑλείαν. *Idem.*

8. καλοῦσι δὲ Ἰουγγάριον πεδίον) Ptolemæus in hoc tractu Ἰουγγαρίαν oppidum commemorat, cujus meminit etiam Antoninus. *Idem.*

D 9. χώραν δὲ τὴν μεσόγαιαν ἔχουσι, τὴν μὲν ἀγαθὴν, τὴν δὲ σπαρτοφόρον, τῆς ἀχρηστοτέρας, καὶ ἑλαίας σχοίνου· Καλοῦσι δὲ Ἰουγγάριον πεδίον) Perperam eruditiſſimi Viri locum Strabonis de ſparto exponunt, cum ibidem in hæc verba concipiatur de Emporitanis. Equidem vir ſummus Caſaubonus corrigit: τῆς εὐχρηστοτέρας, καὶ λείας σχοίνου, & de ſparto interpretatur, quod ad multos uſus aptum eſſe conſtat ex Plinio, verum de junco loquitur hîc Strabo, quem Græci σχοῖνον proprie vocant. Hinc & campum illum Ἰουγγάριον ab illis vocari notat, manifeſtoque diſtinguit ἀπὸ τοῦ σπαρταρίου πεδίου, cujus paulò poſt meminit. Et ſane *Juncarius*, & *Spartarius* campi in Hiſpania citeriori diverſi. Nec moveor, quod ſpartum Plinius juncum eſſe aridi ſoli tradiderit, nec quod Strabo *ſpartarium campum*, quaſi σχοινοῦντα, id eſt, campum juncis obſitum interpretetur. Alia res *juncus*, ὁ σχοῖνος, alia *ſpartum* ſic proprie appellatum.

καὶ [1] τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται, μέχρι τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηΐου, δι' ὧν βαδίζουσιν εἰς τὴν ἔξω καλουμένην Ἰβηρίαν ἐκ τῆς Ἰταλίας, καὶ μάλιστα τὴν Βαιτικήν· αὕτη δ' ἡ ὁδὸς, ποτὲ μὲν πλησιάζει τῇ θαλάττῃ, ποτὲ δ' ἀφέστηκε, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν μέρεσι. [2] Φέρεται ἐπὶ Ταρρακῶνα, [3] ἀπό τε τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηΐου, διὰ τοῦ Ἰουγκαρίου πεδίου, [4] καὶ Βεττέρων, [5] καὶ τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ, φύοντος πολὺ τὸ μάραθον· [6] ἐκ δὲ Ταρακῶνος ἐπὶ τὸν πόρον τοῦ Ἴβηρος, [7] κατὰ Δερτώσσαν πόλιν· [8] ἐντεῦθεν διὰ Σαγούντου καὶ Σετάβιος πόλεως ἐνεχθεῖσα, κατὰ μικρὸν ἀφίσταται τῆς θαλάττης, [9] καὶ συνάπτει τῷ Σπαρταρίῳ

A & extrema Pyrenes accolunt, uſque ad tropæa Pompeji: per quæ iter eſt ex Italia in exteriorem quam vocant Hiſpaniam, maximè Bæticam. Hoc iter aliquando appropinquat mari, aliquando recedit, maximè in occiduis partibus. Tendit ad Tarraconem à tropæis Pompeji per Iungarium campum, & Vetteres, & campum Fœnicularium, Latinè à fœniculi ibi naſcentis copia dictum: à Tarracone ad tranſitum Iberi ad urbem Dertoſſam: inde per Saguntum & Setabin urbem ductum, B paululum à mari recedit, & Spartario,

latum. *Juncus* marina planè res, & in paluſtribus naſcens: *Spartum* è contra aridi ſoli fœtus. Quid tam diverſum? Theophraſtus σχοῖνον ἐν τοῖς ἐνύδροις recenſet, & tria ejus genera facit. At *Spartum*, ut ſuprà vidimus, ἐν τῷ ἀνύδρῳ gignitur. Σχοῖνος proprie juncus, non ſpartum. Theophraſtus lib. I. Hiſtoriarum cap. XIII. Οἷον σχοῖνος, τίφη κύπειρος, καὶ ὅλως εἴ τι τῶν λιμνωδῶν. ubi σχοῖνος eſt juncus. Nam *ſpartum* nondum erat cognitum Græcis tempore Theophraſti. Non probaverim etiam in Strabone corrigi, τῆς εὐχρηστοτέρας, καὶ λείας σχοίνου, quantumvis libri ſic ſcribant. Ἐυχρηστοτέρας reponi non prorſus abnuerim. Nam juncus etiam ad multa utilis, & funes ex eo torquebantur. Sed λείας, pro ἐλείας ſubſtitui nullo modo feram. Quod enim Dioſcoridis auctoritate eam emendationem ſtabiliunt, C malè facere puto, qui è corrupta ſimiliter ſcriptura teſtimonium emendicant. Verba Dioſcoridis auctore libro vetuſtiſſimo ſic ſunt legenda de hoc junco: σχοίνου ἐλείας τὸ μέν τι ὀξύσχοινος, ἄποξυς ἐπ' ἄκρῳ. Δισσὸν δὲ καὶ ταύτης εἶδος, ἣ μὲν γὰρ ἄκαρπος, ἡ δὲ καρπὸν μέλανα ἔχει περιφερῆ. Perperam in editis ὀξύσχοινος, τὸ μέντοι αὐτοῦ καλεῖται σχοῖνος λεία. Quæ falſiſſima eſt lectio. Quam Theophraſtus σχοῖνον abſolutè vocat, & τοῖς ἐνύδροις, καὶ λιμνώδεσιν aſſignat, eam Dioſcorides σχοῖνον ἐλείαν, ut & Strabo: Galenus quoque ἔλειον σχοῖνον. Romani, *juncum marinum* vocabant; Plin. XXI. 18. *alterum genus juncorum facit, quod marinum, & à Græcis oxyſchœnon vocari invenio.* Marinus juncus Plinii eſt ἐλεία σχοῖνος Dioſcoridis, & σχοῖνος Theophraſti. Salmaſ. Exercit. Plinian. pag. 185. Edit. Traject.

1. τῶν τῆς Πυρήνης ἄκρων νέμονται) Locus corruptus, & aliqua voce mutilus. *Caſaub.*

D 2. φέρεται ἐπὶ Ταρακῶνα) Veteres φέρεται δὲ ἐπὶ Ταράκωνα. *Idem.*

3. ἀπό τε τῶν ἀναθημάτων τοῦ Πομπηΐου) Iter à ſummo Pyrenæo, ubi ſunt Pompeji tropæa Tarraconem, ita deſcribit Antoninus.

| | |
|---|---|
| *Summo Pyrenæo.* | |
| *Juncaria* | M. P. XVI. |
| *Cinniana* | M. P. XV. |
| *Aquis Voconis* | M. P. XIII. |
| *Secerras* | M. P. XV. |
| *Prætorio* | M. P. XV. |
| *Barcenone* | M. P. XVII. |
| *Fines* | M. P. XX. |
| *Antiſtiana* | M. P. XXVII. |
| *Palfuriana* | M. P. XIII. |
| *Terracone* | M. P. XVII. |

deſcribitur & hoc modo brevius ab eodem.

| | |
|---|---|
| *A Pyrenæo* | |
| *Juncaria* | M. P. XVI. |
| *Gerunda* | M. P. XXVII. |
| *Barcenona* | M. P. LXVI. |
| *Stabulo novo* | M. P. LI. |
| *Terracone* | M. P. XXIV. |

4. καὶ Βεττέρων) Vetus interpres legit Βεττέρωνων. Ego de iſto loco quid pronuntiem non habeo: niſi putet fortaſſe aliquis eſſe Secerras Antonini, corrupta aut hìc aut ibi lectione. *Idem.*

5. Καὶ τοῦ Μαραθῶνος καλουμένου πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ) Hæc ſunt commoda interpretatione juvanda: alioquin videbitur dicere Marathonem vocem eſſe Latinam: verùm ille hoc potius ait, appellari hunc locum Romana voce, quæ reſpondeat Græcæ C μαραθών. Sic autem exprimit Fœnicularium campum Latinis dictum, ut apud Ciceronem in epiſtolis ad Atticum XII. Ep. 8. Exprimit autem eleganter: Nam ita poſtulabat analogia: & Marathon quoque in agro Attico non aliunde nomen invenit, ut teſtatur Stephanus. Quod autem putat doctiſſimus Lipſius ſcribendum eſſe τοῦ Μαραθρονίου, prorſus ratione caret. An ignorabat vir eruditus quum illa ſcriberet Μάραθον dici & μάραθρον pro eodem. An verò Analogiam vocis μαραθὼν, quam expoſuimus non videbat? *Idem.*

6. ἐκ δὲ Ταρακῶνος) Scripti ἐκ δὲ τοῦ Ταράκωνος. *Idem.*

7. κατὰ Δέρτωσσαν πόλιν Antoninus ita hoc iter deſcribit.

| | |
|---|---|
| *Terracone* | |
| *Oleaſtrum* | M. P. XXI. |
| *Traja capita* | M. P. XXIV. |
| *Dertoſſa* | M. P. XVII. *Idem.* |

D 8. ἐντεῦθεν διὰ Σαγούντου καὶ Σετάβιος) In Antonini Itinerario ita legitur,

| | |
|---|---|
| *Dertoſſa* | |
| *Intibili* | M. P. XVII. |
| *Idum* | M. P. XXIV. |
| *Sepelaci* | M. P. XXIV. |
| *Secuntum* | M. P. XXII. |

9. καὶ συνάπτει τῷ Σπαρταρίῳ) Spartarium campum intelligit, qui eſt circa Carthaginem novam, quæ ideo *Spartaria* Latinis, Græcis σπαρτογενὴς appellatur. Plinius XIX. c. 2. de hoc tractu. *Veruntamen complectetur animo qui volet miraculum æſtimare, quanto ſit in uſu omnibus terris navium armamentis, machinis ædificationum, aliiſque deſideriis vitæ. Ad hoc omnes uſus, quæ ſufficiant, minus* XXX. M. *paſſ. in latitudinem à littore Carthaginis novæ, minuſque in longitudinem eſſe reperientur.* Idem.

Καὶ συνάπτει τῷ Σπαρταρίῳ. *Et Spartario applicatur*) Ad hæc ſummus vir: *Spartarium campum*

3. μηδὲ διὰ τριγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς) Pertinet hûc locus Ariſtotelis libro πολιτ. III. c. 2. initio, ubi Civem in nonnullis Rebuſp. non alium intelligi ſcribit, quàm cujus avus abavus & tritavus fuerint cives: unde inquit, exſtitit illa quæſtio, Qua ratione abavus ille aut tritavus fuerit πολίτης. Verba philoſophi ſunt οἱ δὲ καὶ τοῦτ᾽ ἐπὶ πλέον ζητοῦσιν. οἷον ἐπὶ πάππους δύο, ἢ τρεῖς, ἢ πλείους· οὕτω δὴ ὁριζομένων πολιτικῶς καὶ ταχέως, ἀποροῦσί τινες τὸν τρίτον ἐκεῖνον ἢ τέταρτον πῶς ἔσται πολίτης. (Pertinet huc locus Ariſtotelis de magiſtratibus Maſſiliæ, Polit. lib. VI. cap. 7. *Idem.*

4. καὶ κατάμπελον) Vox elegans κατάμπελος, hoc eſt, *vineis referta.* Sic dicitur locus κατάδενδρος, & κατάδρυμος, & πόλις κατείδωλος apud Lucam in Actis Apoſt. cap. XVII. v. 16. Vinum autem Maſſilienſium ait Athenæus l. 1. eſſe καλὸν, ſed ὀλίγον & παχὺ καὶ σαρκῶδες. vide Plinium XIV. c. 6. *Idem.*

5. Τὰς μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν) Emporias intelligit. vide libro tertio. *Idem.*

1. *Rhoen*

2 τὴν δὲ Ῥόην Ἀγαθὴν τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν βαρβάροις· 3 τὸ δὲ Ταυρέντιον, καὶ τὴν Ὀλβίαν, καὶ Ἀντίπολιν, καὶ Νίκαιαν, τῷ τῶν Σαλύων ἔθνει καὶ τοῖς Λίγυσι τοῖς τὰς Ἄλπεις οἰκοῦσιν. 4 Εἰσὶ δὲ καὶ νεώσοικοι παρ' αὐτοῖς, καὶ ὁπλοθήκη· πρότερον δὲ, καὶ πλοίων εὐπορία καὶ ὅπλων, καὶ ὀργάνων, τῶν τε πρὸς τὰς ναυτιλίας χρησίμων, καὶ τῶν πρὸς πολιορκίας, ἀφ' ὧν πρός τε τοὺς βαρβάρους ἀντέσχον, καὶ Ῥωμαίους ἐκτήσαντο φίλους, καὶ πολλὰ καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι κατέστησαν ἐκείνοις, κἀκεῖνοι προσελάβοντο τῆς αὐξήσεως αὐτῶν. 5 Σέξτιος γοῦν ὁ καταλύσας τοὺς Σάλυας, οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς Μασσαλίας, κτίσας πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν, 6 ὧν τινα μεταβεβληκέναι φασὶν εἰς ψυχρὰ, ἐνταῦθα τὲ φρουρὰν κατῴκισε Ῥωμαίων, καὶ ἐκ τῆς παραλίας τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀγούσης ἀπὸ Μασσαλίας, ἀνέστειλε τοὺς βαρβάρους, 7 οὐ δυναμένων τῶν Μασσαλιωτῶν ἀνείργειν αὐτοὺς τελέως· οὐδ' αὐτὸς δὲ πλέον ἴσχυσεν, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον, ὅσον κατὰ μὲν τὰ εὐλίμενα, ἀπὸ τῆς θαλάττης ἀπελθεῖν τοὺς βαρβάρους, ἐπὶ ιβʹ σταδίους. 8 κατὰ δὲ τοῦ τράχωνος ἐπὶ ηʹ. τὴν δὲ λειφθεῖσαν ὑπ' ἐκείνων, τοῖς Μασσαλιώταις παρέδωκεν. Ἀνάκειται δ' ἐν πόλει συχνὰ τῶν ἀκροθινίων, ἃ ἔλαβον ἀεὶ καταναυμαχοῦντες τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῆς θαλάττης ἀδίκως. Πρότερον μὲν οὖν εὐτύχουν διαφερόντως, περί τε τὰ ἄλλα, καὶ περὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, ἧς πολλὰ ἄν τις λάβοι σημεῖα· καὶ

A ut [1] Rhoën Agatham adverſus barbaros Rhodanum accolentes: ut Taurentium, Olbiam, Antipolin, & Nicæam Salyum genti & Liguribus Alpes incolentibus oppſuerunt. Habent Maſſilienſes etiam navalia, & armamentarium. Olim etiam navium, armorum, ac machinarum ad navigationes & ad oppugnationes urbium factarum copia præditi fuerunt, quibus & contra barbaros ſe tuebantur, & Romanorum ſocietatem paraverunt, multiſque in rebus iis uſui fuerunt, viciſſimque ab iis horum incrementa ſunt adjuta. Sextius quidem, is qui Salyes ſubegit, non procul Maſſi- B lia urbem ſibi, & aquis, quæ ibi ſunt, calidis (hodie partim in frigidas eſſe mutatas ajunt) cognominem condidit, impoſitoque Romano præſidio barbaros ab ora, quæ à Maſſilia in Italiam ducit, rejecit, cùm eos prorſus reprimere Maſſilienſes non potuiſſent. Quanquam is quoque nihil aliud præſtitit, quàm quòd à locis portuoſis barbaros ad XII ſtadia repulit, à ſaxoſo autem & aſpero litore ad VIII. & ademptam iis terram Maſſilienſibus adjecit. Sunt in urbe Maſſilia permulta affixa ſpolia, quæ cives diverſis temporibus victores pugnis navalibus retulerunt de iis, qui C mare ſibi injuſtè vindicabant. Atque antiquis quidem temporibus cùm aliis in rebus fortunati majorem in modum fuerunt, tum cultura amicitiæ cum Romanis, cujus & alia extant ſigna, &

1. *Rhoën Agatham.* ) Ῥόην ἀγαθὴν. fortè ῥοήν. ut ſit Boni fluxus. hæc Plinio & Stephano eſt Agatha, itemque Ptolemæo Ἀγαθὴ πόλις. Timoſthenes apud Stephanum Ἀγαθὴν τύχην vocat, bonam fortunam. ut fortaſſis hîc quoque τύχην pro ῥόην ſit ſcribendum. Ridiculè hunc locum interpres corruperat, Agathæ ignoratione. Sextius porrò, fuit C. Sextius Calvinus. circa annum V. C. IↃCXXV. Epit. Livii 61. Velleius, alii. *Xyland.*

2. τὴν δὲ Ῥόην Ἀγαθὴν τοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦσι τὸν Ῥοδανὸν) Videtur Strabo, quam Stephanus annotat dictam à veteribus nonnullis fuiſſe Τύχην Ἀγαθὴν appellare Rhoën Agatham: Sed verius puto confundi ab eo urbes duas vicinas, Agatham & Rhodem, quam nominat utramque Plin. in deſcriptione ejus tractus: ex quo putavi aliquando legendum eſſe hoc loco, τὴν δὲ Ῥόδην καὶ Ἀγάθην τοῖς. Verba Plinii ſunt III. 4. *Oppida de cætero rara, præjacentibus ſtagnis, Agatha quondam Maſſilienſium, & regio Volcarum Tectoſagum: atque ubi Rhoda Rhodiorum fuit, unde dictus multò Galliarum fertiliſſimus Rhodanus amnis.* Apud Stephanum quoque hujus opinor oppidi mentionem reperio: quanquam is non Ῥοδὴν, ſed Ῥοδανουσίαν itemque Ῥαδανουσίαν vocat: & πόλιν eſſe ſcribit ἐν Μασσαλίᾳ. Μασσαλίας nomine intelligens & ipſe ut Dionyſius poeta regionem Maſſilienſium. *Rhodanuſiam* nominat & Sidonius Appollinaris Epiſt. 5. libro primo. Strabonis codicem eſſe emendandum potius quàm ut ipſe negligentiæ inſimuletur, etiam eo adducor ut credam, quod poſtea Agatham ſimpliciter nominat, non Rhoën Agatham. *Caſaub.*

3. τὸ δὲ Ταυρέντιον) Ptolemæo Ταυροέντιον: atque ita hîc ſcribendum: nam etiam infra Ταυροέντιον rectè legitur. Priſcis Græcis Ταυρόεις. Stephanus. Ταυρόεις πόλις Κελτικὴ, Μασσαλιητῶν ἄποικος οἱ πολῖται Ταυροέντιοι: Vide reliqua. *Idem.*

4. εἰσὶ δὲ καὶ νεώσοικοι) Vide infra de Cyzico. Ille locus erit iſti pro commentario. *Idem.*

5. Σέξτιος γοῦν ὁ καταλύσας τοὺς Σάλυας) Epitome lib. LXI. Livii C. *Sextius pro Coſ. victa Salviorum* D *gente Coloniam aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam, & calidis & frigidis fontibus, atque à nomine ſuo ita appellatas.* Vide Vellejum & alios Rom. hiſtoricos. Plutarchus in Mario, Ὕδατα Σεξτίλια vocat. *Idem.*

6. ὧν τινὰ μεταβεβληκέναι φασὶν εἰς ψυχρά) Solinus cap. 8. in fine. *Aquæ quoque Sextiæ eo loco claruerunt, quondam hyberna conſulis, poſtea excultæ mœnibus. Quarum calor olim acrior exhalatus, per tempora evaporavit, nec jam par eſt famæ priori.* Epitome Livii videtur ſignificare ab initio fuiſſe calidos & frigidos fontes. *Idem.*

7. οὐ δυναμένων τῶν Μασσαλιωτῶν ἀνείργειν) Florus lib. III. cap. 2. *Primi trans Alpes arma noſtra ſenſere Salyi: quum de incurſionibus eorum fidiſſima atque amiciſſima civitas Maſſilia quereretur.* Idem.

8 κατὰ δὲ τοῦ τράχωνος) Scripti τράχωνος, male. Sic enim alibi multis locis ὁ τραχὼν opponitur planiciei. In iiſdem erat ἐπὶ ζʹ non ηʹ. *Idem.*

1. τῆς

A ſimulacrum Dianæ, quod in Aventino Romani deſumptum à Maſſilienſibus dedicarunt. Cæterùm bello civili Pompeji contra Cæſarem, cùm ſe victæ parti adjunxiſſent, magnam ſuæ felicitatis partem amiſerunt. extant tamen adhuc veſtigia antiqui ſtudii apud eos, maximè quod ad machinas & nauticum apparatum attinet. Cùm autem barbari ſupra eos ſiti ſubinde manſueſcerent, & pro bello civilia iam ſtudia agriculturàmque amplecterentur, ob imperium Romanum, ne harum quidem rerum ſtudio poſtmodo apud Maſſilienſes tantum loci fuit. Idque nunc eius urbis ſtatus indicat. B nam quicunque ſunt elegantiores ibi homines, ii ſe ad dicendum & philoſophandum conferunt. Itaque urbs ea paulo antè barbaris loco ludi litterarii patefacta, tantum Græcarum litterarum ſtudium apud Gallos excitavit, ut contractuum quoque formulas Græcè conſcriberent. At hodie nobiliſſimis etiam Romanorum perſuaſit, ut dicendi ſtudio pro Athenienſi peregrinatione Maſſilienſem amplecterentur: quos cùm vident Galli, quia in pace vivitur, ipſi quoque lubentes ocium huic vitæ inſtituto impendunt, non privatim modò, ſed & publicè. nam & privatim & publicè à civitatibus, ut medici, ita etiam ſophiſtæ conducuntur. C

A δὴ καὶ τὸ ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος [1] τῆς ἐν τῷ Ἀβεντίῳ οἱ Ῥωμαῖοι, [2] τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἔχοντες παρὰ τοῖς Μασσαλιώταις ἀνέθεσαν. Κατὰ δὲ τὴν Πομπηΐου πρὸς Καίσαρα στάσιν, [3] τῷ κρατηθέντι μέρει προσθέμενοι, τὴν πολλὴν τῆς εὐδαιμονίας ἀπέβαλον· ὅμως δ᾽ οὖν ἴχνη λείπεται τοῦ παλαιοῦ ζήλου παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μάλιστα περὶ τὰς ὀργανοποιΐας, καὶ τὴν ναυτικὴν παρασκευήν. ἐξημερουμένων δ᾽ ἀεὶ τῶν ὑπερκειμένων βαρβάρων, καὶ ἀντὶ τοῦ πολεμεῖν τετραμμένων ἤδη πρὸς πολιτείας καὶ γεωργίας, διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, οὐδ᾽ αὐτοῖς ἔτι τούτοις συμβαίνοι ἂν [4] περὶ τὰ λεχθέντα τοσαύτη σπουδή. B Δηλοῖ δὲ τὰ καθεστηκότα νυνί· πάντες γὰρ οἱ χαρίεντες πρὸς τὸ λέγειν τρέπονται καὶ φιλοσοφεῖν· p. 181. ὥσθ᾽ ἡ πόλις μικρῷ μὲν πρότερον τοῖς βαρβάροις ἀνεῖτο παιδευτήριον, καὶ φιλέλληνας κατεσκεύαζε τοὺς Γαλάτας, [5] ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν· ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων πέπεικεν, ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν φιλομαθεῖς ὄντας· ὁρῶντες δὲ τούτους οἱ Γαλάται, καὶ ἅμα εἰρήνην ἄγοντες τὴν σχολὴν ἄσμενοι πρὸς τοὺς τοιούτους διατίθενται βίους, οὐ κατ᾽ ἄνδρα μόνον, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ. C [6] σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται τοὺς μὲν ἰδίᾳ, [7] τοὺς δὲ αἱ πόλεις κοινῇ μισθούμεναι, καθάπερ καὶ ἰατρούς.

1. τῆς ἐν τῷ Ἀβεντίῳ) De Dianæ Epheſiæ fano, quod in Aventino monte Romæ à populis Latinis fuit Servii Tullii hortatu atque impulſu factum, vide Dionyſium Halicarnaſſeum, Livium I. c. 45. & Plutarchum. *Caſaub.*

2. τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἔχοντες παρὰ τοῖς Μασσ.) Legendum τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἔχον τῷ παρὰ τοῖς M. Sic paullò antè, τοῦ ξοάνου τὴν διάθεσιν τὴν αὐτήν. Vulgata lectio & falſa eſt, & falſam continet meo judicio ſententiam. Neque enim à Maſſilienſibus ſumpſerunt, credo, Dianæ Epheſiæ ſimulachrum Romani: nec id aut Livius aut Plutarchus ajunt: ſed coluerunt Romani Dianam Epheſiam eodem ritu quo à Maſſilienſibus colebatur, ſuntque hac in re eorum exemplum ſecuti, ut putat Strabo. Vide verò hiſtoricos, maximè Dionyſium Halicarn. lib. IV. *Idem.*

3. τῷ κρατηθέντι προσθέμενοι μέρει) Lege Cæſarem de bello civili libro primo. *Idem.*

4. περὶ τὰ λεχθέντα) Rem militarem intellige, cujus laudem magnam Maſſilienſibus ſupra tribuit. *Idem.*

5. Ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν) Cæſar de Gallis teſtatur libro ſexto c. 14. eos in publicis privatiſque rationibus Græcis literis uti. Idem libro primo c. 29. in caſtris Helvetiorum tabulas repertas eſſe ait literis Græcis confectas. Quod autem doctiſſimi viri & in omni doctrinæ genere ſummi negant ad illum libri primi locum quicquam facere alterum qui eſt libro ſeptimo, nec iſtum Strabonis: ignoſcant mihi obſecro: Non poſſum aſſentiri: primum quia Gallorum nomine etiam Helvetios intelligi, non poſſumus dubitare, ſi Cæſarem modò conſulimus: deinde non video, ubi dixerit Strabo id ſua D ætate Gallos cæpiſſe facere, ut συμβόλαια Græcè ſcriberent: & profectò Strabo id nuſquam dixit. *Idem.*

6. σοφιστὰς γοῦν ὑποδέχονται) Sophiſtas hîc accipe ut in Iure Romano, & recentioribus Græcis ſcriptoribus. Sunt quos hodie profeſſores vocamus. & Doctores à docendo, ut illi παρὰ τὸ σοφίζειν, quod eſt σοφὸν & doctum reddere. *Idem.*

7. τοὺς δὲ αἱ πόλεις κοινῇ μισθούμεναι καθάπερ καὶ ἰατρούς) Medicos publicè olim fuiſſe conductos paſſim loquuntur hiſtoriæ. Vide tit. Cod. de Profeſſoribus & Medicis. De Profeſſoribus & Magiſtris publico ſalario donandis primus omnium apud Græcos videtur cogitaſſe Charondas: quem refert Diodorus Siculus libro XII. νομοθετῆσαι τῶν πολιτῶν τοὺς υἱεῖς ἅπαντας μανθάνειν γράμματα χορηγούσης τῆς πόλεως τοὺς μισθοὺς τοῖς διδασκάλοις. Laudentur verò Galli qui primi videntur hanc Charondæ præſtantiſſimam & utiliſſimam legem re ipſa comprobaſſe. Græcos enim id non factitaſſe, ex eorum monumentis facilè intelligimus. Romani autem multis poſt annis Gallorum hoc factum videntur æmulati: ac tandem apud Romanos iis, qui literas docerent, ſalarium ex fiſco dari cæpit: quod primus omnium Quintilianus videtur nonnullis accepiſſe. (Idque Euſebius quoque in Chronico annotat.) Et tamen ſcribunt Romani Grammaticos Roma primùm in Galliam veniſſe, ut hunc literarum cultum Romæ debeant Galli non Maſſiliæ: quod non fit mihi veriſimile. Suetonius de Claris Grammaticis c. 3. *Nam in provincias quoque Grammatica penetraverat, ac nonnulli de notiſſimis doctoribus peregre docuerunt. maximè in Gallia Togata, inter quos Octavius Teucer, & Sicennius Iacchus, & Oppius Cares.* Idem.

1 Τῆς δὲ λιτότητος τῶν βίων καὶ τῆς σωφροσύνης τῶν Μασσαλιωτῶν, οὐκ ἐλάχιστον ἄν τις θείη τοῦτο τεκμήριον· ἡ γὰρ μεγίστη προὶξ αὐτοῖς ἐστιν 2 ἑκατὸν χρυσοῖ, καὶ εἰς ἐσθῆτα πέντε, καὶ πέντε εἰς χρυσοῦν κόσμον· πλέον δ' οὐκ ἔξεστι. Καὶ ὁ Καῖσαρ δὲ, καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἡγεμόνες, πρὸς τὰς ἐν τῷ πολέμῳ γενηθείσας ἁμαρτίας, ἐμετρίασαν, μεμνημένοι τῆς φιλίας, καὶ τὴν αὐτονομίαν ἐφύλαξαν, ἣν ἐξαρχῆς εἶχεν ἡ πόλις· 3 ὥστε μὴ ὑπακούειν τῶν εἰς τὴν ὑπαρχίαν πεμπομένων στρατηγῶν, μήτε αὐτὴν, μήτε τοὺς ὑπηκόους· περὶ μὲν Μασσαλίας ταῦτα. Ἅμα δ' ἥ τε τῶν Σαλύων ὀρεινὴ πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας κλίνει μᾶλλον, καὶ τῆς θαλάττης ἀφίσταται κατὰ μικρὸν, καὶ ἡ παραλία παρὰ τὴν ἑσπέραν περινεύει· μικρὸν δ' ἀπὸ τῆς πόλεως τῶν Μασσαλιωτῶν προελθοῦσα ὅσον ἑκατὸν σταδίους 4 ἐπὶ ἄκραν εὐμεγέθη πλησίον λατομιῶν τινῶν, ἐντεῦθεν ἄρχεται κολποῦσθαι, καὶ ποιεῖν τὸν Γαλατικὸν κόλπον, πρὸς τὸ Ἀφροδίσιον, τὸ τῆς Πυρήνης ἄκρον· καλοῦσι δ' αὐτὸ καὶ Μασσαλιωτικόν· 5 ἔστι δ' ὁ κόλπος διπλοῦς· ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ περιγραφῇ, δύο κόλπους ἀφορίζον ἔγκειται 7 τὸ Σίγιον ὄρος, προσλαβὸν καὶ τὴν Βλάσκωνα νῆσον πλησίον ἱδρυμένην· τῶν δὲ κόλπων ὁ μὲν μείζων ἰδίως πάλιν καλεῖται Γαλατικὸς, εἰς ὃν ἐξερεύγεται τὸ τοῦ Ῥοδανοῦ στόμα· ὁ δ' ἐλάττων ὁ κατὰ Νάρβωνα ἐστὶ, μέχρι Πυρήνης. Ἡ μὲν οὖν 8 Νάρβων ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν καὶ τῆς λίμνης

A Porrò frugalitatis ac modeſtiæ Maſſilienſium non minimum eſt argumentum, quòd apud eos maxima dos eſt centum aurei, & ultra quinque in veſtitum, ac totidem in ornatum aureum inſumere non licet. Cæſar autem, & qui eum ſecuti ſunt principes, mediocres ſe in vindicandis eorum in bello delictis geſſerunt, recordatione amicitiæ, libertatemque priſtinam urbis conſervarunt, ut neque ipſa, neque eius ſubditi miſſis in provinciam rectoribus parere opus habeant. Atque de Maſſilia hactenus.

B ¶ Iam montana Salyum regio ab occaſu verſus ſeptentrionem inclinans, paulatim à mari recedit: ora autem maritima ad occaſum vergit. ea à Maſſilia ad C ſtadia producta uſque ad promontorium juſtæ magnitudinis, vicinum lapicidinis quibuſdam, in ſinum flecti incipit, facitque ſinum Gallicum ad promontorium Pyrenæ Venereum, quod & Maſſilienſe dicitur. Eſt autem duplex ſinus. Nam in ea ipſa litoris deſcriptione ſitus eſt 6 mons Sigius, diſtinguens duos ſinus, aſſumpta etiam Blaſcone inſula in vicinia ſita. Sinuum major peculiari rurſum nomine Gallicus appellatur, in quem C oſtium Rhodani eructat. minor ad Narbonem eſt uſque ad Pyrenam. Narbo ſupra Atacis fluvii oſtia & lacum

1. *Τῆς δὲ λιτότητος τῶν βίων καὶ τῆς σωφροσύνης*) Ecce commendat Strabo Maſſilienſes duplici nomine, quod eſſent homines frugi, & temperantes: utramque tamen iis laudem videtur adimere proverbium *πλεύσαις εἰς Μασσαλίαν*: de quo conſule Athenæum lib XII. c. 5. pag. 523. Sed ea morum depravatio contigit fortaſſe poſt Strabonis tempora. *Caſaub.*

2. *ἑκατὸν χρυσοί*) Lege *χρυσοῖ· χρυσοῦς* autem dixit Romano more, qui Aureos cum dicunt, nummos ſubaudiunt. Græci *νόμισμα* intelligunt & dicunt *χρυσᾶ*. *Idem.*

3. *ὥστε μὴ ὑπακούειν*) Notum eſt fuiſſe in provinciis Romanorum aliquas urbes quibus permiſſum erat ſuis uti legibus & vocabantur liberæ civitates. Sic de Nemauſo paullò poſt· vide Strabonem libro XVII. extremo. *Idem.*

4. *ἐπὶ ἄκραν εὐμεγέθη*) Promontorium Cithariſten Ptolemæus appellat. Plinius III. 4. *In ora, Maſſilia Græcorum Phocæenſium fœderata. Promontorium Cithariſta, portus.* Vide & Melam II. c. 5. qui melius opinione mea quàm Plinius hæc loca recenſet: videtur enim errare Plinius Cithariſten promontorium inter Maſſiliam & ejus portum collocans. *Idem.*

5. *ἐστι δ' ὁ κόλπος διπλοῦς*) In tabulis Ptolemæi optimé iſta exprimuntur: Nam duplex iſte ſinus ibi rectè diſtinguitur; Prioris eſt quem conficit ab occaſu fanum Veneris in extremo Pyrenæo, ab ortu mons quem Strabo Sigium, Ptolemæus Setium vocat. Alter ſinus quem Gallicum propriè noſter ait, eſt inter Sigium montem, & Cithariſten promontorium. Blaſconem inſulam cujus etiam Plinius (III. 5. in fine) meminit, paullò aliter collocat Ptolemæus quàm Strabo *Idem.*

6. *Mons Sigius.*) *Σίγιον.* Ptolemæus habet *Σήτιον*, Setium. Ilybyrris Plinio eſt Illiberis. III. 4. apud Ptolemæum legitur *Ἴλλεβις*, corruptè puto. Apud Plinium porrò Araris malè ſcribitur in fluviorum Narbonenſium cenſu, cum is fluvius procul inde per Sequanos & Heduos in Rhodanum influat. Cæſar. I. bell. Gall. Legendum eſt Arau-

D ris. Ptolemæus enim *Ἀραύριος* habet, ubi Strabo *ῥαύραρις*, incuria librarii, pro *Ἀραύραρις*, & quem nos Obrin habemus, eſt Ptolemæo *Ὀρόβιος*. pro *κεστρεῖς* noſter habebát mancum *τρεῖς*: *Xyland.*

7. *Τὸ Σίγιον ὄρος. Mons Sigius.*) Ptolemæus habet *Σήτιον*, quod notat Caſaubonus, ſed nihil decernit. Proculdubio corrigendus eſt ex Ptolemæo Strabo, nam etiam hodie nomen durat, & vocatur ille locus ab incolis eorum lingua *lou cap de Sete.* Palmer.

8 *Νάρβων ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν*) Plinius III. 4 *Flumen Atax è Pyrenæo Rubrenſem permeans lacum: Narbo Martius, Decumanorum Colonia XII. M. paſſ. à mari diſtans*: quo ex loco intelligimus *λίμνην Ναρβωνῖτιν* quam vocant Strabo & Stephanus Rubrenſem eſſe lacum Atacem fluvium. unus Polybius libro tert[illegible] & XXXIV. Narbonem appellavit. *Caſaub.*

1. μέγι-

Narbonenſem ſitus eſt, maximum eorum quæ ibi locorum ſunt, emporium. ad Rhodanum verò urbs eſt & emporium haud exiguum Arelatæ. æqualiter ferè diſtant dicta emporia & inter ſe, & à promontoriis, Venereo Narbo, Arelatæ Maſſilienſi. ab utraque Narbonis parte alii feruntur amnes, partim è Cemmeno, partim è Pyrena delapſi, & ſitæ ad hos urbes ſurſum navigiis adiri poſſunt exiguis. E Pyrena fluunt Ruſcino & Ilybyrris: uterque urbem habens cognominem. Ruſcinoni etiam lacus eſt propinquus, ac paulo ſupra mare locus aquoſus, plenus ſalinarum. is B etiam foſſiles habet mugiles. Ubi enim duos aut tres pedes foderis, immiſſo in aquam limoſam tridente, configere licet piſcem, eum juſtæ magnitudinis. is alitur limo ſicut anguillæ. Hi ergo è Pyrena defluunt amnes. At ab altera parte Narbonis

Α τῆς Ναρβωνίτιδος, [1] μέγιστον ἐμπορεῖον ταύτῃ. πρὸς δὲ τῷ Ροδανῷ πόλις ἐστὶ καὶ [2] ἐμπορεῖον οὐ μικρὸν, Αρελάται· ἴσον δέ πως διέχει τὰ ἐμπόρια ταῦτα, ἀλλήλων τε καὶ τῶν εἰρημένων ἄκρων, ἡ μὲν Νάρβων τοῦ Αφροδισίου, τὸ δ᾽, Αρελάται τῆς Μασσαλίας. Εκατέρωθεν δὲ τῆς Νάρβωνος ἄλλοι ποταμοὶ ῥέουσιν, οἱ μὲν ἐκ τῶν Κεμμένων ὀρῶν, εἴδ᾽ p. 182. ἐκ τῆς Πυρήνης, πόλεις ἔχοντες εἰς ἃς ἀνάπλους οὐ πολύς ἐστι μικροῖς πλοίοις· ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης [3] ὅ, τε Ρουσκίνων [4] καὶ ὁ Ιλυβίρρις, [5] πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν· [6] τοῦ δὲ Ρουσκίνωνος καὶ λίμνη πλησίον ἐστὶ, καὶ χωρίον ἔφυδρον, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, [7] ἁλυκίδων μεστὸν, [8] τὸ τοὺς ὀρυκτοὺς κεστρεῖς ἔχον· δύο γὰρ ἢ τρεῖς ὀρύξαντι πόδας, [9] καὶ καθέντι τριόδοντα εἰς ὕδωρ ἰλυῶδες, ἔστι περιπεῖραι τὸν ἰχθὺν ἀξιόλογον τὸ μέγεθος. τρέφεται δὲ ὑπὸ τῆς ἰλύος καθάπερ οἱ ἐγχέλυες· οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Πυρήνης ῥέουσιν οἱ ποταμοὶ, μεταξὺ Νάρβωνος καὶ τοῦ Αφροδισίου. ἐπὶ θάτερα μέρη τῆς Νάρβωνος,

1. *μέγιστον ἐμπορεῖον ταύτῃ*) Lege ex libris, τῶν ταύτῃ. Auſonius de Narbone, in clar urbib. XIII. ṿ. 18.

*Te maris Eoi merces, & Iberica ditant*
*Æquora: te claſſes Libyci, Siculique profundi*
*Et quicquid vario per flumina, per freta curſu*
*Advehitur toto tibi navigat orbe* κατάπλους. Caſ.

2. *ἐμπορεῖον οὐ μικρὸν Αρελάται*) Variè ſcriptum hoc nomen reperies in veterum libris. Græcis eſt C Αρέλαται fere, vel Αρελᾶται ut Ptolemæo. Latinis Arelate, dicitur & Arelatæ, & Arelas, & Arelatus. Emporium autem fuiſſe Arelatæ οὐ μικρὸν ut ait, teſtantur hæc Auſonii in carmine de Arelate, in clar urbib. VIII: v. 4.

*Præcipitis Rhodani ſic intercisa fluentis,*
*Ut mediam facias navali ponte plateam,*
*Per quem Romani commercia ſuſcipis orbis,*
*Nec cohibes, populòſque alios & mœnia ditas:*
*Gallia quis fruitur, gremioque Aquitania lato.*

Idem.

3. *Ο, τε Ρουσκίνων*) In Ptolemæi codicibus Ρουσκίων, fluvius vocatur: urbs Ρουσινῶν: uterque locus ex Strabone emendandus. Polybius Ρούσκυνον vocat. *Idem.*

4. *καὶ ὁ Ιλυβίρρις*) Ptolemæi Græcus codex fluvium nominat Ιλλεριν: urbem Ιλλίβεριν: ſcripſerat utroque loco Ptolemæus Ιλλέβερις. Polybio eſt Ιλέβερνις. Livio Illiberis libro XXI. c. 23. *Idem.*

5. *πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος*) Polybius apud D Athenæum VIII. c. 2. p. 332. ſcribit, μετὰ τὴν Πυρήνην ἕως τοῦ Νάρβωνος ποταμοῦ, πεδίον εἶναι, δι᾽ οὗ φέρεσθαι ποταμοὺς Ιλέβερνιν καὶ Ρούσκυνον ῥέοντας παρὰ πόλεις ὁμωνύμους κατοικουμένας ὑπὸ Κελτῶν. i. e. *juxta Pyrenæos montes Narbonam uſque campos eſſe, per quos Iliberis & Ruſcino fluvii juxta civitates ejuſdem nominis à Celtis habitatas decurrunt.* Idem.

6. *τοῦ δὲ Ρουσκίνωνος καὶ λίμνη πλησίον ἐστὶ*) Totum iſtum tractum ſtagnis abundaſſe indicat Plinius. *Idem.*

7. *ἁλυκίδων μεστὸν*) Saſulas Latini appellant. In Antonini Itinerario non eſt dubium Salſulas eſſe illo loco quas deſcribit hîc Strabo. Apud Melam II. 5 prope Rubreſum lacum Salſulas fontem legimus. Sic libro XII. terra quam Mæander rigat, dicitur πλήρης ἁλμυρίδων. *Idem.*

8. *τὸ τοὺς ὀρυκτοὺς κεστρεῖς ἔχον*) Polybius apud Athenæum VIII. c. 2. p. 332. eandem rem pluribus ita narrat, ἐν οὖν τῷ πεδίῳ τούτῳ εἶναι τοὺς λεγομένους ἰχθῦς ὀρυκτούς· εἶναι τε τὸ πεδίον λεπτόγειον καὶ πολλὴν ἄγρωστιν ἔχον πεφυκυῖαν· ὑπὸ δὲ ταύτην διάμμου τῆς γῆς οὔσης ὑπὸ δύο καὶ τρεῖς πήχεις ὑπορρεῖν τὸ πλαζόμενον ὑπὸ τῶν ποταμῶν ὕδωρ· μεθ᾽ οὗ ἰχθύες κατὰ τὰς παρεκχύσεις ὑπὸ τῆς γῆς, χάριν τῆς τροφῆς (φιληδοῦσι γὰρ τῇ ἀγρώστεως ῥίζῃ) πεποιήκασι πᾶν τὸ πεδίον πλῆρες ἰχθύων ὑπογείων οὓς λαμβάνουσιν. i. e. *ac in iis campis foſſiles quos vocant piſces reperiri. Ejus namque loci tenue ſolum eſſe, ac ſubnaſcente multo gramine herboſum: ſub eo vero, cum ad duos treſve cubitos arenoſa terra ſit, quam admovent aquam fluvii, labi, & cum effuſa illa piſces ſub terra meantes pabuli cauſa, quod radice graminis impensè delectentur, ſubterraneis piſcibus univerſam oram illam replere, quos egeſta humo capiunt.* Sed videtur Polybius campum Lapideum ubi eſt plurima ἄγρωστις, confundere cum illo loco ubi ſunt piſces foſſiles. Ariſtoteles lib. θαυμ. ἀκους (pag. 1158. ed. Pariſ. 1619.) cauſam cur piſces iſto loco effodiantur hanc affert. *Eſt* inquit *prope Maſſiliam lacus qui exundans, ingenti piſcium copia loca vicina tegere ſolet: quæ loca poſtea Eteſiis ſpirantibus terra obruuntur, fitque ſolida ſuperficies, quam loci incolæ* τριοδοῦσι *ſcindentes piſcium referunt quantum volunt.* Idem ex Theophraſto & Plinius IX. 57 & Seneca Nat. Quæſt VI. 16. 17. referunt. Pomponius Mela II. 5. ut rem falſam irridet. Livius ut portentum narrat libro XLII in Gallico agro qua induceretur aratrum, ſub exiſtentibus glebis piſces emerſiſſe. Sed etiam aliis locis effodi piſces conſtat. (Ariſtotel. quidem id videtur quaſi vulgo notum referre in libello de reſpiratione c. 9. ἐπεὶ, ait, καὶ τῶν ἰχθύων οἱ πολλοὶ ζῶσιν ἐν τῇ γῇ, ἀκινητίζοντες μέντοι, καὶ εὑρίσκονται ὀρυττόμενοι. Vide fragmentum libri Theophraſti De piſcibus, ubi multa ſuper hoc.) Vide Athen. lib. VIII. initio. *Idem.*

9 *καὶ καθέντι τριόδοντα*) Τριόδους inſtrumentum eſt piſcatorum, quo maiores capiunt piſces. In Epigrammate Leonidæ, Anthol. VI. cap. 3. ep. 1.

Τρηχύντε τριόδοντα, ποσειδωνήϊον ἔγχος.

i. e. *Aſperamque tridentem Neptuniam haſtam.*

Philippus poeta τρίαιναν appellat. Anth. VI. c. 3. Ep. 10.

Κητοφόνοντε τρίαιναν ἐν ὕδασι κάρτερον ἔγχος.

i. e. *Ceteque interimentem tridentem, in mari validam haſtam.* Idem.

ἐκ τοῦ Κεμμένου φέρονται πρὸς τὴν θάλατταν, [1] ἐξ οὗπερ A καὶ ὁ Ἄταξ, [2] ὅ,τε Ὄρβις, [3] καὶ ὁ Ῥαύραρις· [4] τούτων ἐφ' οὗ μὲν [6] Βιλτέρα πόλις ἀσφαλὴς ἵδρυται, πλησίον τῆς Νάρβωνος· ἐφ' οὗ δὲ Ἀγάθη, κτίσμα Μασσαλιωτῶν. Ἓν μὲν οὖν ἔχει παράδοξον ἡ προειρημένη παραλία, τὸ περὶ τοὺς ὀρυκτοὺς ἰχθύς· ἕτερον δὲ μεῖζον τούτου σχεδόν τι, τὸ λεχθησόμενον. Μεταξὺ γὰρ τῆς Μασσαλίας [7] καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ, [8] πεδίον ἐστὶ, τῆς θαλάττης διέχον εἰς ἑκατὸν σταδίους, τοσοῦτον δὲ τὴν διάμετρον, κυκλοτερὲς τὸ σχῆμα· [9] καλεῖται δὲ λιθῶδες ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος· μεστὸν γάρ ἐστι λίθων χειροπληθῶν, ὑποπε- B φυκυῖαν ἐχόντων αὐτοῖς ἄγρωστιν· ἀφ' ἧς ἄφθονοι νομαὶ βοσκήμασιν εἰσίν· ἐν μέσῳ δ' ὕδατα, καὶ ἁλυκίδες ἐνίστανται, καὶ ἅλες· ἅπασα μὲν οὖν καὶ ὑπερκειμένη χώρα, προσήνεμός ἐστι. διαφερόντως δ' εἰς τὸ πεδίον τοῦτο, [10] μελεμβόρειον καταιγίζει πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες.

A è Cemmeno in mare delabuntur Atax, Obris, & Araura. ſupra illum ſita eſt 5 Biltera urbs bene munita, Narboni vicina. ad hunc Agatha, à Maſſilienſibus condita. Retuli jam antè unum hujus litoris miraculum de foſſilibus piſcibus. aliud eo non nihil mirabilius ſubjungam. Inter Maſſiliam & oſtia Rhodani campus eſt à mari C circiter diſſitus ſtadiis, diametro ejuſdem quantitatis, forma circulari. is Lapidoſus ſeu Saxoſus ab eventu dicitur. eſt enim plenus lapidum, qui manum implere poſſint, B infra quos gramen naſcitur, abundè paſcui pecori ſuppeditans, in medio autem aquæ, & ſalinæ ſunt & ſales. Tota quidem quæ ſuperiùs adjacet regio, ventis eſt expoſita: in hunc autem maximè campum ventus incumbit ac defertur ſeptentrionalis violentus ac horribilis,

1. ἐξ οὗπερ καὶ ὁ Ἄταξ) Pomponio II. 5. & Plinio III. 4. Atax fluit è monte Pyrenæo non Cemmeno. *Caſaub.*

2. ὅτε Ὄβρις) Pomponio II. 5. & Plinio *Obris.* Ptolemæo Ὄροβις hic fluvius dicitur, non Ὀρόβιος ut falſo multi annotant. *Idem.*

3. καὶ ὁ Ἀραύραρις) In prioribus editionibus erat ut & in manuſſ. ὁ Ῥαύραρις quod interpres mutavit, & edidit Ἀραύραρις ut apud Pomponium II. 5. Arauraris: Ptolemæo eſt Ἀραύριος. *Idem.*

4. τούτων ἐφ' οὗ μὲν) An Atacem intelligit? videtur id ſuadere quod de Narbone ſubjicitur. An potius Obrin? Ipſum id ſuadet genus loquendi: In Ptolemaicis tabulis medium collocatur hoc oppidum inter utrumque fluvium. *Idem.*

5. *Biltera.*) Nolui mutare. ſed eſt legendum vel Blitera cum Plinio, vel Bætira (aut pluraliter Bliteræ, Bætiræ.) cum Ptolemæo. vide Stephanum in B ÆTARRA. poſt μεστὸν pro μέσον & ὕδατα pro ὕδατι ex epitoma, ſenſu ſuffragante. quid autem eſt μελεμβόριον; βόρειον legi item κατακλᾶσθαι. *Xyland.*

6. Βιλτέρα πόλις) Vetus lectio Βλιτέρα, ut Plinio B literæ. In Ptolemæo corruptè Βαίτιρα pro Βλιτίραι, vel Βλιτέραι. *Caſaub.*

6. Βιλτέρα πόλις) Quod in MSS. eſt Βλίτερα, olimque fuit Βαίτερα, atque Ptolomæo Βαίτιραι, hoc Stephano eſt Βαίταρρα, rectiſſime autem eſt D ΒΗΤΗΡΡΑ, probaturque hoc ex nummo Veteri, in Gallia Narbonenſi prope *Beterrenſem* civitatem, reperto, in quo legitur, ΒΗΤΗΡΡΑΤΩΝ, unde Veterem veramque hujus urbis ſcriptionem perſpicimus, quæ nunc paſſim corrupta eſt apud Geographos. vid. Not. Holſtein. in Stephanum de Urbibus pag. 62. col. a.

7 καὶ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ) Euſtathius Grammaticus diligentiſſimus, cui perpetuò in ore noſter hic Geographus, interdum adeo depravatis uſus eſt codicibus, ut veſtigia verborum Strabonis vix agnoſcas: cujus rei illuſtre admodum exemplum eſt quod annotamus libro XIII. Sed hic quoque pro iſtis Strabonis verbis, videtur legiſſe Ῥηγίνης. Scribit enim, λίθινον iſtud πεδίον eſſe μεταξὺ μασσαλίας καὶ Ῥηγίνης, quod omnino è depravata iſtius loci lectione ortum puto. *Caſaub.*

8. πεδίον ἐστὶ) Viſitur hodieque hic campus, ac vulgo vocatur, *Las Craux.* Eſt inter Arelate & Maſſiliam. *Caſaub.*

9. καλεῖται δὲ λιθῶδες) Mela II. 5. *lapideum littus* vocat, Plinius III. 4. *lapideum campum*, Solinus c. 8. *lapidarium.* Idem.

10. μελεμβόριον καταιγίζει πνεῦμα βίαιον καὶ σφικῶδει) In libris ſcriptis partim μελαβόριον legitur, C partim μελαμβόριον, que eſt vera lectio. (niſi quis μελαμβορέαν malit, ut dicti ſunt παλιμβόρεαι apud Theophraſtum.) Sic enim voce eleganter ficta τὸν μέλανα βορρᾶν exprimit. quem ventum, ait Diodorus, ſpirare ἀπὸ θερινῆς δύσεως καὶ ἄρκτου. Galli ſimiliter vocant Boream nigrum. Notum eſt autem flare interdum in Gallia iſta parte ventum quendam qui terras vehementer obſcurat: eſtque hic ventus mirè impetuoſus. Eum nos tum alibi ſæpe tum ad Avenionem maximè ſenſimus, prorſus, ut ait, φρικώδη καὶ βιαιόν, vix ut in equo ſtare poſſemus. De hoc loco ſenſit Æſchylus in Prometheo ſoluto iſtis verſibus, quos nos è Galeno (Comment. I. de Morb. Epid. VI. p. 385. ed. Charterii.) deſcribemus ſimul & emendabimus

Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε. Καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνόας. σὺ δ' εὐλαβοῦ
Βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἐναρπάσῃ
Δυσχειμέρῳ πέμφιγι συστρέψας ἄνω.

D i. e. Interpr. Stanley

*Contende hac recta: quam primum quidem*
*Ad Boreæ veneris flatus, cave*
*Fremitum ingruentem, ne te rapiat*
*Procelloſo flatu ſtatim evertens.*

Βορεάδας πνοὰς vocat Æſchylus quod Strabo μελαμβόριον. hoc eſt ut dixi μέλας βορρέας. quo modo μέλανα εὖρον poëtæ ſæpe dicunt. Secundus poëta Epigrammatarius. Anthol. I. c. 57. ep. 10.

Ἦν ὁ μέλας ὅτ' εὖρος ἐπόντισε.

Horatius, Epod. Od. x.

*Niger rudentes Eurus inverſo mari*
*Fractoſque remos differat.*

Porro autem ventum hunc Galli Circium vocabant. A. Gellius lib. II. cap. 22. *Galli ventum ex ſua terra flantem quem ſaviſſimum patiuntur, Circium appellant, à turbine opinor ejus ac vertigine.* Vide & Senecam N. Q. V. 17. ac Plinium II. 47. *Idem.*

1. κατα-

quò ferunt & lapides agitari atque volvi, & homines de vehiculis deturbari, ac vi flatus armis veſtibuſque nudari. Ariſtoteles ergo ait à terræmotibus, quibus ob ejiciendi vim Braſtôn nomen eſt, lapides in ſuperficiem egeſtos in cava loca confertim delapſos eſſe. Poſidonius lacum fuiſſe dicit, qui cum fluctuatione quadam exaruerit, ideòque in plures diſſipatus ſit lapides, ſicut fluminum lapillos, & litorum ſcrupulos, ſimiles inter ſe magnitudine, lævitateque. Sanè uterque probabilem rei rationem expoſuit. neceſſe eſt enim lapides qui ſic conſtituuntur, non per ſe aut humidi alicuius concretione oriri, 5 ſed fragmenta magnorum ſaxorum, continentibus rupturis avulſa. Aeſchylus quidem intelligens difficulter cauſas rei exponi poſſe, aut ita ab alio accipiens, in fabulam detorſit. Nam apud eum Prometheus Herculi exponens iter à Caucaſo ad Heſperidas, in hanc loquitur ſententiam.

*Veniens ad impavidas Ligurum quoque copias,*
*Ibi, bellicoſus, etſi ſis tamen (hoc ſcio)*
*Satis arduo tibi conflictabere prælio,*
*Fato jubente deſtitui te ſpiculis.*
*Tellure ſaxa nec poteris avellere,*
*Rigida ſoli ſuperficie ſidentia.*

A φασὶ γοῦν σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖσθαι τῶν λίθων ἐνίους. [1] κατακλᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων, καὶ γυμνοῦσθαι, καὶ ὅπλων, καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ τῆς ἐμπνοῆς. [2] Ἀριστοτέλης μὲν οὖν φησιν, ὑπὸ σεισμῶν τῶν καλουμένων βραστῶν, ἐκπεσόντας τοὺς λίθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, συνολισθεῖν εἰς τὰ κοῖλα τῶν χωρίων. Ποσειδώνιος δὲ λίμνην οὖσαν, παγῆναι μετὰ κλυδασμοῦ· καὶ διὰ τοῦτο εἰς πλείονας μερισθῆναι λίθους, καθάπερ τοὺς ποταμίους κάχληκας, καὶ τὰς ψήφους τὰς αἰγιαλίτιδας· [3] ὁμοίως δὲ καὶ λείους, καὶ ἰσομεγέθεις τῇ ὁμοιότητι. [4] καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδεδώκασιν ἀμφότεροι. Πιθανὸς μὲν οὖν ὁ παρ' ἀμφοῖν λόγος· B ἀνάγκη γὰρ τοὺς οὕτω συνεστῶτας λίθους, οὐ καθ' ἑαυτοὺς ἢ ἐξ ὑγροῦ παγέντας μεταβάλλειν, ἀλλ' ἐκ πετρῶν μεγάλων, ῥήγματα συνεχῆ λαβουσῶν ἀποκριθῆναι. [6] Τὸ μέν τοι δυσαπολόγητον Αἰσχύλος καταμαθών, [7] ἢ παρ' ἄλλου παραλαβών, εἰς μῦθον ἐξετόπισε. p. 183. [8] Φησὶ γοῦν Προμηθεὺς παρ' αὐτῷ καθηγούμενος Ἡρακλεῖ τῶν ὁδῶν τῶν ἀπὸ Καυκάσου πρὸς τὰς Ἑσπερίδας·

Ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατὸν,
Ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὢν
Μέμψῃ· πέπρωται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν.
C Ἐνταῦθ' ἑλέσθαι δ' οὔ τιν' ἐκ γαίας λίθον
Ἕξεις, [9] ἐπεὶ πᾶς χῶρός ἐστι μαλθακός.

1. *κατακλᾶσθαι δὲ*) Mallem κατακυλίεσθαι. Hæc ita exprimit Diodorus lib. v. ubi de iſto vento plura, *καθόλου δὲ καταιγίζοντες λάβρως ἁρπάζουσιν ἀπὸ μὲν τῶν ἀνδρῶν τὰ ὅπλα, καὶ τὰς ἐσθῆτας, ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων τοὺς ἀναβάτας.* *Caſaub.*

2. *Ἀριστοτέλης μὲν οὖν*) Locum Ariſtotelis hodie opinor non habemus: Idem tamen hujus rei etiam libro II. c. 8. *μετεωρολ.* meminit, quo loco de terræ motu quem *σφυγμὸν* appellat diſputans, ita ſcribit, *ὅπου δ' ἂν γένηται τοιοῦτος σεισμὸς, ἐπιπολάζει πλῆθος λίθων, ὥσπερ τῶν ἐν τοῖς λίκνοις ἀναβραττομένων. τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον γενομένου σεισμοῦ, τὰ περὶ Σίπυλον ἀνετράπη, καὶ τὸ καλούμενον Φλεγραῖον πεδίον καὶ τὰ περὶ τὴν Λιγυστικὴν χώραν.* De terræ motu quem Poſidonius *βρασμὸν* vocabat, alii *βρασματίαν*, vide Senecam N.Q. vi. 21. Ammianus Marcell. D lib. xvii. c. 7. *Fiunt autem terrarum motus modis quatuor: Aut enim braſmatiæ ſunt, qui humum intus ſuſcitantes, ſurſum propellunt immaniſſimas moles.* Idem.

3. *ὁμοίως δὲ καὶ λείους*) Scripti, *ὁμοίους δὲ καὶ λείους.* *Idem.*

4. *καὶ τὴν αἰτίαν*) Fortaſſe, *Καὶ οὕτω τὴν αἰτίαν.* Sed hic locus non eſt ſanus. *Idem.*

5. *Sed fragmenta.*) Ἀλλ' inſerui ob ſenſum. locus habet aliquid vitii. Verſus autem qui ſequuntur Aeſchylei, deſumti ſunt ex Prometheo ſoluto ſeu vinculis liberato, quod doctiſſimus vir pulcerrimè de litteris meritus Henricus Stephanus in annotationibus ſuis Aeſchyleis ingenioſiſſima conjectura docuit. Quanquam conjectura ne opus quidem eſt, cùm Dionyſius Halicarnaſſenſis tres primos horum verſuum nominatim citet ex Aeſchylo *ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ*; libro primo antiquitatum Romanarum. quos & inde emendavi. *μέμψει* ſecunda perſona Atticè dici norunt eruditi. reliquos in Aldino luxatos, jam antè quidam metri leges ſecutus reſtituerat. Rarum eſt diviſio vocis compoſitæ *ξυμβαλὼν* in duos verſus. ſed tamen etiam Horatius Sic 1. Sat. 2. v. 62.--- *quid inter Eſt in matrona*---&c. Illud tamen quod de mollicie loci dicit, non ſatis aſſequor. & fortè legendum eſt *ἔστ' οὐ μαλθακός.* *Xyland.*

6. *Τὸ μέντοι δυσαπολόγητον*) *Ἀπολογεῖσθαι* eſt cauſam alicujus rei ſeu facti reddere. Plutarchus hoc vocat, *τὸ ἀσυλλόγιστον τῆς αἰτίας.* *Caſaub.*

7 *ἢ παρ' ἄλλου παραλαβών*) Melius ſcripti *λαβών.* *Idem.*

8. *Φησὶ γοῦν Προμηθεὺς*) Jampridem notavit doctiſſimus Henricus Stephanus è Dionyſio Halicarnaſſenſi locum iſtum de Æſchyli Prometheo Soluto eſſe deſcriptum. Patet hoc etiam ex his quæ ſcribit Hyginus Aſtronomo. lib. 11. cap. Engonaſin. *Æſchylus*, ait, *in fabula, quæ inſcribitur Prometheus Lyomenos, Herculem ait eſſe non cum dracone, ſed cum Liguribus depugnantem. Dicit enim quo tempore Hercules à Geryone boves abduxerit, iter feciſſe per Ligurum fines, quos conatos ab eo abducere pecus, manus contuliſſe & quam plures eorum ſagittis confixiſſe. Sed poſtquam Herculi tela deficerent, multitudine Barbarorum & inopia armorum defeſſum, ſe ingeniculaſſe multis jam vulneribus acceptis. Jovem autem miſertum filii, curaſſe ut circa eum magna copia lapidum eſſet, quibus ſe Herculem defendiſſe, & hoſtes fugaſſe.* Idem.

9. *ἐπεὶ πᾶς χῶρος ἐστὶ μαλθακός*) Hoc nihil ad intelligendum facilius: ſiquidem memineris dici hæc Prometheo multò antè quam ille campus lapidibus eſſet complutus: tunc *πᾶς χῶρος* erat *μαλθακὸς* lapidibuſque carebat. *Idem.*

A

Ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς, οἰκτερεῖ,
¹ Νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι στρογγύλων πέτρων
Ὑπόσκιον θήσει χθόνα, οἷς ἔπειτα συμβαλὼν δηώσεις ῥαδίως Λιγὺν στρατόν.

*Miſerabitur tuas Iupiter anguſtias*
*Videns, rotundorum & plenam lapidum nive*
*Nubem polo ſubtendet, atque umbra ſolum*
*Teget: hiſce tu lapidibus armatus ferum*
*Facile Liguſticum fundes exercitum,*

² Ὥσπερ οὖν κρεῖττον ὂν φησὶν ὁ Ποσειδώνιος εἰς αὐτοὺς τοὺς Λίγυας ἐμβάλλειν τοὺς λίθους, καὶ καταχῶσαι πάντας, ³ ἢ τοσοῦτον δεόμενον ποιῆσαι λίθων τὸν Ἡρακλέα; ⁴ τὸ μὲν οὖν τοσοῦτον ἀναγκαῖον ἦν, εἴπερ καὶ πρὸς ὄχλον παμπληθῆ· ὥστε ταύτῃ γε πιθανώτερος ὁ μυθογράφος τοῦ ἀνασκευάζοντος τὸν μῦθον. ⁵ Ἀλλὰ καὶ τ' ἄλλα πεπρῶσθαι φήσας ὁ ποιητὴς, οὐκ ἐᾷ μέμφεσθαι φιλαιτίως. ⁶ Καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς B εἱμαρμένης λόγοις, εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα ⁷ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν φύσει γινομένων, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν φάναι, πολὺ κρεῖττον εἶναι, τόδε ἢ τόδε γενέσθαι, οἷον ⁸ εὔομβρον εἶναι τὴν Αἴγυπτον· ἀλλὰ μὴ τὴν Αἰθιοπίαν ποτίζειν τὴν γῆν·

Quanto, inquit Poſidonius, præſtabat ſaxa in ipſos injicere Ligures potiùs, iiſque hos obruere, quàm eò inopiæ lapidum adigere Herculem? At verò tot lapidibus opus erat contra tantam multitudinem: ut hac quidem in parte fabulæ auctor probabiliora dixerit, quàm fabulæ reprehenſor. Sed aliàs quoque poëta hæc ita in fatis eſſe dicens, non patitur in ea culpandi ſtudio inquiri. Nam ubi de Providentia & fato diſputatur, multa inveneris alioqui in rebus humanis ac naturalibus, de quibus diceres, præſtitiſſe alio quàm hoc modo ea fieri. Ut verbi gratia, imbribus potiùs irriguam Ægyptum debuiſſe eſſe, quàm ab Æthiopia humorem accipere.

1. Νεφέλην δ' ὑποσχὼν) Lego, ὑπερσχών. eſt enim hæc ſententia, Jovem cum vellet lapidibus pluere in Herculis gratiam, nubem prius excitaſſe quæ Herculem hoſtium ipſius oculis eriperet: deinde autem ſaxea pluvia totum illum campum operuiſſe, (*Sic dicit poëta* χεῖρα ὑπερσχεῖν) Νιφάδα autem vocat hujuſmodi pluviam. *Caſaub.*

1. Νεφέλην δ' ὑποσχὼν) Loquitur de campis lapidariis; Et Strabo quidem eos ponit inter Maſſiliam, & ἐκβολὰς τοῦ Ῥοδανοῦ: qui tamen ex fabula C Æſchyli, quæ Προμηθεὺς λυόμενος inſcribebatur, verſus refert, quibus ex pugna Herculis cum Liguribus, lapidum pluvia in gratiam Herculis de cœlo lapſa, lapideos factos eſſe campos illos traditur. Ergo ſecundum Æſchyli ſententiam in Liguria ille campus. Qui in Narbonenſi ponunt, non adverſum Ligures pugnam Herculi fuiſſe, ſed contra Neptuni liberos Albionem, & Bergiona, tradunt, ut Mela. Verſus Æſchyli ita legendi

*Νεφέλην δ' ὑποσχὼν, νιφάδι στρογγύλων πετρῶν*
*Ὑπόσκιον θήσει χθόν', οἷς ἔπειτα σὺ*
*Βαλὼν διώξεις ῥαδίως λιγὺν στρατόν.*

Vulgò legitur, - - - οἷς ἔπειτα συμβαλῶν δηώσεις. Hyginus in Aſtronomico citans eoſdem Æſchyli verſus: *Jovem autem miſertum filii curaſſe, ut circum eum magna eſſet lapidum copia: quibus ſe Herculem defendiſſe & hoſtes fugaſſe.* Legebat igitur in Æſchylo, διώξεις. Sed & male ὑπερσχὼν, pro ὑποσχὼν corrigit in iiſdem verſibus magnus Caſaubonus. Salmaſ. Exer. Plin. pag. 42. Ed. Traj.

2. ὥσπερ οὖν κρεῖττον ὂν) Elegantiſſimi hujus loci umbram vix aſſecuti ſunt interpretes: mentem ſane non viderunt. Legendum aio ὥσπερ οὐ κρεῖττον ὄν. Verba ſunt Poſidonii Æſchylum ſubſannantis, quod Jovem feciſſet in Herculis gratiam lapidibus pluere & totum illum campum operire: quaſi vero, dicebat Poſidonius, non fuiſſet ſatius facere ut iiſdem lapidibus cælitus delapſis obruerentur Herculis hoſtes, quam eum inducere lapidibus carentem, & Jovem ejus gratia lapidibus pluentem, quibus poſtea ſe defendat Hercules. Ergo, ὥσπερ οὐ κρεῖττον ὂν, ſignificat quaſi non eſſet melius. Sic lib. XI. ὥσπερ οὐ δυνατὸν ὄν. Dio libro quinquageſimo ſeptimo. ὥσπερ οὐ πολλῷ δεινότερον ὂν, αὐτοχειρίᾳ τινὰ ἀποθανεῖν ἀναγκάσαι. Polybius libro XI. ἐπέκειτο τοῖς φεύγουσιν, ὥσπερ οὐκ αὐτὸν τὸν φόβον ἱκανὸν ὄντα τοὺς ἅπαξ ἐγκλίναντας, ἄχρι τῶν πυλῶν συνδιώκειν. Auctor incertus apud Suidam, Φιλέας Ἀνδοκίδην ἱεροσυλίας ἐγράψατο, ὥσπερ οὐκ αὐτὸς ὤν, ὁ τῆς θεοῦ τὸ γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος. Sic & libro ſecundo ſupra ὥσπερ τοῦ Ἐρατοσθένους ἐγκρίνοντος. Nam ibi quoque τὸ ὥσπερ nota eſt reprehenſionis. Vides ergo referri Poſidonii verba quibus Æſchylum ille reprehendebat. quod manifeſtiſſimè illa evincunt quæ ſtatim ſequuntur, πιθανώτερος ὁ μυθογράφος τοῦ ἀνασκευάζοντος τὸν μῦθον. *Idem.*

3. ἢ τοσοῦτον δεόμενον ποιῆσαι λίθων) Vetus interpres τοσούτων ut λίθων, & mox τὸ μὲν οὖν τοσούτων. *Idem.*

4. τὸ μὲν οὖν τοσοῦτον) incipit Strabo reſpondere reprehenſioni Æſchyli. *Idem.*

5. ἀλλὰ καὶ τἄλλα πεπρῶσθαι φήσας) Lego, ἀλλὰ καὶ τἄλλα, καὶ πεπρῶσθαι φήσας. Senſus eſt, Æſchyli dictum & aliis rationibus poſſe defendi, & eo maxime, quod ejus cauſam referat poëta ad fatum: Nam in iis, ait Strabo, quæ à divina providentia adminiſtrantur, quæque lege fati fiunt, multa ſunt ejuſmodi ut cauſam fruſtrà inquiras. *Idem.*

6. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ προνοίας) Stoicorum eſt placitum ἡ πρόνοια. quam cum toties aſtruat Strabo hoc opere, non aliud deſiderare debemus argumentum, ut ſciamus quam ille ſectam ſequatur. Infra D eodem, poſtquam dixit Galliam irrigari fluminibus quæ ad commercia & omnino βίους πολιτικοὺς utilitatem maximam præſtent, ſubjicit, merito aliquem dicturum Προνοίας id eſſe ἔργον. Vide libro XVI. *Idem.*

7. τῶν ἀνθρώπων) Vetus lectio, τῶν ἀνθρωπίνων. *Idem.*

8. εὔομβρον εἶναι τὴν Αἴγυπτον ἀλλὰ μὴ τὴν Αἰθιο) Inanis eſt igitur illa Ægypti laudatio apud Lucanum VIII. 446.

*Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis,*
*Aut Jovis: in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.*

præſtabat enim Jovis indigam eſſe quam Æthiopiæ. Non eſſe autem Ægyptum εὔομβρον, hoc eſt, non ita aquis pluvia irrigari ut alia loca, tam certum eſt, quam certum eſt eandem πολλάκις ὕεσθαι, ſæpe in ea pluere. Vide Ariſtidem in Ægyptio. *Idem.*

1. καὶ

& Paridem cùm Spartam peteret, debuiſſe potius naufragium facere, quàm rapta Helena pœnas poſtmodo ſceleris dare, auctorem tantæ cladis Græcorum ac barbarorum: quam Euripides Iovi imputat:

*Iupiter malum Troibus, & cladem Græciæ*
*Volens contingere, iſta decrevit pater.*

De Rhodani porrò oſtiis Polybius Timæum reprehendit, non (ut ille) quinque, ſed duo eſſe aſſerens. Artemidorus tria perhibet. Poſterioribus temporibus [6] Marius videns adgeſtione limi oſtium obturari, intratuque reddi difficile, novam egit foſſam qua majorem B amnis partem exciperet: eamque Maſſilienſibus ob navatam præclaram in bello contra Ambrones & Toygenos operam præmii loco donavit: unde hi ſibi magnas pararunt opes, vectigal ab adſcendentibus ac deſcendentibus exigendo. Adhuc tamen permanent difficilia ob aquæ copioſæ crebrum affluxum, limi adgeſtionem, & loci humilitatem, ita ut aëre turbido ne è vicino quidem conſpici poſſint. Itaque Maſſilienſes ſigni loco turres erexerunt, omni modo loca illa ſibi vindicantes.

A [1] καὶ τὸν Πάριν εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα, ναυαγίῳ περιπεσεῖν· ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα, δίκας τίσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἡνίκα τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· [2] ὅπερ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία,

Ζεὺς γὰρ κακὸν μὲν Τρωσί, πῆμα δ' Ἑλλάδι
Θέλων γενέσθαι, ταῦτ' ἐβούλευσεν πατήρ.

[3] Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων, Πολύβιος μὲν ἐπιτιμᾷ Τιμαίῳ, [4] φήσας εἶναι μὴ πεντάστομον, ἀλλὰ δίστομον. [5] Ἀρτεμίδωρος δὲ τρίστομον λέγει. Μάριος δὲ ὕστερον [7] ὁρῶν τυφλόστομον γινόμενον ἐκ τῆς προσχώσεως, καὶ δυσείσβολον, καινὴν ἔτεμε διώρυχα, καὶ ταύτῃ δεξάμενος τὸ πλέον τοῦ ποταμοῦ, Μασσαλιώταις ἔδωκεν ἀριστεῖον [8] κατὰ τὸν πρὸς Ἄμβρωνας καὶ Τωΰγενους πόλεμον· ἐξ οὗ πλοῦτον ἠνέγκαντο πολυτελῆ, πραττόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας, καὶ τοὺς καταγομένους· ὅμως δ' οὖν ἔτι μένει δυσείσπλοα, διά τε τὴν λαβρότητα, καὶ τὴν πρόσχωσιν καὶ τὴν ταπεινότητα τῆς χώρας, ὥστε μὴ καθορᾶσθαι μηδ' ἐγγὺς ἐν ταῖς δυσαερίαις. p. 184. Διόπερ οἱ Μασσαλιῶται πύργους ἀνέστησαν σημεῖα, ἐξοικειούμενοι πάντα τρόπον τὴν χώραν·

1. καὶ τὸν Πάριν εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα, ναυαγίῳ περιπεσεῖν) Hoc ipſum eleganter queritur Agathias C Scholaſticus in Epigrammate, Anthol. I. c. 30. Ep. 6.

*Ἀλλὰ σύ με προλέλοιπας ἑλώριον· ἀντὶ δὲ μήλου*
*Πᾶσαν ἀπεδρέψω κίονος ἀγλαΐην.*
*Ἄρκιον ἦν θνήσκειν τὸν βουκόλον. εἰ γὰρ ἄθεσμος*
*Ἔπλετο, τῆς πάτρης οὐκ ἀλίτημα τόδε.* i. e.
*Sed tu me deſeruiſti ſpolium, pro pomo autem*
*Omnem decerpſiſti arcis pulcritudinem.*
*Satius erat mori illum paſtorem, ſi enim impius ille*
*Fuit, patriæ non peccatum hoc.*

Prorſus iſta Strabonis mentem aperiunt. *Caſaub.*

2. ὅπερ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία) Eruditè notat Servius veteres, cum rationem hujuſmodi malorum non viderent, ſolitos dicere „ *Sic viſum ſuperis.* Virgilius Æn. III. 1. hac ipſa de re,

*Poſtquam res Aſiæ Priamique evertere gentem*
*Immeritam viſum ſuperis.*

Et notum eſt illud Homeri, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. *Idem.*

D 3. Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων) De Rhodano lege Polybium libro III. Ille autem locus quem citat Strabo hodie non extat. *Idem.*

4. φήσας εἶναι μὴ πεντάστομον) Quis Diodori Siculi incogitantiam non miretur: qui affirmare auſus eſt cum Timæo Rhodanum eſſe πεντάστομον? Atqui Timæus eo nomine Polybio jam pœnas meritò dederat. Sed nos illius ſcriptoris negligentiam multis locis maximam deprehendimus. *Idem.*

5. Ἀρτεμίδωρος δὲ τρίστομον λέγει) Etiam Plinius III. 4. Rhodani oſtia tria agnoſcit: Ptolemæus cum Polybio duo. Livius XXI. 26. ſcribens Rhodanum pluribus oſtiis diviſum in mare decurrere, ſibi ne mendacii argui poſſet, cavit. *Idem.*

6. *Marius*) In Græco erat Timæus inculcatus. verum ex hiſtoriis notum Ambrones Cimbrorum ſocios à Mario devictos eſſe. & hujus ipſius à Mario facti operis Plutarchus in ejus vita meminit diſertiſſimè. qui autem ſint Τωΰγενοι, neſcio. Teutonum aut Tigurinorum nomen hiſtoriæ quadraret, nam Oroſius horum quoque meminit in hac explicanda. Sed longè utrumque à ſcriptura abeſt, cogitavi aliquando legendum Τουγενῶν, Tugenſium, *Zuger*, qui ſunt Tigurinorum vicini. *Xyland.*

7. ὁρῶν τυφλόστομον γινόμενον) Vocat Strabo ποταμὸν τυφλὸν cujus oſtium in paludes diffunditur. Nam τύφλα vocant τὰ ἕλη, unde Grammatici interpretantur vocem ἕλη, τὰ τυφλὰ καὶ ἀπρόοπτα. Strabo l. XIII. de Simoente & Scamandro, p. 595. πολλὴν καταφέροντες ἰλὺν προσχοῦσι τὴν παραλίαν, καὶ τυφλὸν στόμα τε καὶ λιμνοθαλάττας καὶ ἕλη ποιοῦσι. Idem lib. IX. ὡς ἐξ ἀπάτης ἐμβαλλόντα τὸν στόλον εἰς τυφλὸν τῆς θαλάσσης. Idem fluvios multos τυφλοστόμους appellat, eſtque eadem figura qua *vada cæca*, & *ſaxa cæca*, hoc eſt ἀπρόοπτα Virgilius I. Aen. 541. & V. 164. vocat: itemque Lucretius I. v. 278. & 296. *Corpora cæca*, quæ cerni nequeant. Plutarchus (in vita Marii p. 414. ad. F Fult.) hæc ita expreſſit τὰ στόματα τοῦ Ῥοδανοῦ πρὸς τὰς ἀνακοπὰς τῆς θαλάσσης ἰλύν τε πολλὴν λαμβάνοντα, καὶ θῖνα πηλῷ βαθεῖ συμπεπιλημένην ὑπὸ τοῦ κλύδωνος χαλεπὴν, ἐπίπονον καὶ βραχύπορον τοῖς σιταγωγοῖς ἐποίει τὸν εἴσπλουν· ὁ δὲ τρέψας ἐντ. &c. Poſtrema hæc in Plutarchi libris corruptè eduntur. De foſſa Mariana omnes Geographi. *Caſaub.*

8. κατὰ τὸν πρὸς Ἄμβρωνας καὶ Τωΰγενους πόλεμον) De bello Ambronum, Cimbrorum & Teutonum, lege Epit. Liv. LXVII. & LXVIII. & Florum III. 3. Plutarchum, Oroſium alios. Toygenos iſtos eſſe eos qui hodie locum inter Helvetios ſeptimum tenent, & quorum oppidum vocatur *Zuger*, doctis viris conjicientibus aſſentior. Et ex Strabonis libro ſept. intelligimus Tigurinos ac Toygenos iſtos Ambronibus & Cimbris per ipſorum regionem iter facientibus cum Romam peterent ſe adjunxiſſe. Lectionem autem vulgatam non eſſe hîc quidem ſollicitandam ex eodem libro VII. apparet. *Idem.*

καὶ δὴ καὶ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος κἀνταῦθα ἱδρύσαντο ἱερὸν, χωρίον ἀπολαβόντες, 1 ὃ ποιεῖ νῆσον τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ. 2 Ὑπέρκειται δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ, λιμνοθάλαττα· 3 καλοῦσι δὲ στομαλίμνην· ὀστράκια δ' ἔχει πάμπολλα, 4 καὶ ἄλλως εὐοψεῖ· ταύτην δ' ἔνιοι συγκατηρίθμησαν τοῖς στόμασι τοῦ Ῥοδανοῦ, καὶ μάλιστα οἱ φήσαντες ἑπτάστομον αὐτόν· οὔτε τοῦτ' εὖ λέγοντες οὔτ' ἐκεῖνο· ὄρος γάρ ἐστι μεταξὺ, τὸ διεῖργον ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν λίμνην. Ἡ μὲν οὖν 5 ἀπὸ τῆς Πυρήνης ἐπὶ Μασσαλίαν παραλία τοιαύτη καὶ τοσαύτη τίς. Ἡ δ' ἐπὶ τὸν Οὔαρον ποταμὸν, καὶ τοὺς ταύτῃ Λίγυας, τάς τε τῶν Μασσαλιωτῶν ἔχει πόλεις, 7 Ταυροέντιον, καὶ Ὀλβίαν, καὶ Ἀντίπολιν, καὶ Νίκαιαν, καὶ τὸ ναύσταθμον τὸ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, 8 ὃ καλοῦσι Φόρον Ἰούλιον· ἵδρυται δὲ τοῦτο μεταξὺ τῆς Ὀλβίας καὶ τῆς Ἀντιπόλεως, 9 διέχον Μασσαλίας εἰς ἑξακοσίους σταδίους· ὁ δὲ Οὔαρος μέσος ἐστὶ τῆς Ἀντιπόλεως καὶ Νικαίας, 10 τῆς μὲν ὅσον εἴκοσι, τῆς δὲ ὅσον

ideóque etiam Dianæ Epheſiæ fanum ibi collocarunt in inſula quam oſtia fluminis faciunt. Supra oſtia Rhodani ſitus eſt lacus, quam Stomalimnam, id eſt lacum oſtii vocant. abundat oſtreis, piſceſque bonos gignit. Quidam oſtiis Rhodani hunc annumerant, maximè qui ſeptem eius oſtia eſſe dicunt, in utroque errantes, quippe mons interpoſitus lacum ab oſtio dirimit. Talis ergo ac tanta eſt maritima à Pyrenæis montibus Maſſiliam uſque ora. Quæ autem hinc ad Varum uſque fluvium & Ligures ibi degentes porrigitur, ea urbes Maſſilienſium habet 6 Taurentium, Olbiam, Antipolim, Nicæam, & navale Auguſti Cæſaris quod appellatur Forum Iulium. id ſitum eſt inter Olbium & Antipolin, diſtans à Maſſilia circiter IↃC ſtadiis. Varus inter Antipolin eſt & Nicæam, ab altera XX, ab altera

1. Ὁ ποιεῖ νῆσον τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ) ὃ χωρίον τὰ στόματα τοῦ ποτ. ποιεῖ νῆσον. An autem Metinam intelligit, quam Plinius (III. 5. in fine) inſulam eſſe ait in oſtio Rhodani? *Caſaub.*

2. ὑπέρκειται τε τῶν ἐκβολῶν τοῦ ποταμοῦ λιμνοθάλαττα) Ait ſupra Rhodani oſtia eſſe limnothalattam, hoc eſt ſtagnum ſive lacum magnum ut libro primo hanc vocem expoſuimus. Hujus limnothalaſſæ mentionem reperio apud Melam ac Plinium: ſed utriuſque locus ita confuſè legitur, ut hactenus quod ſciam nemo illa rectè ſit interpretatus. Legitur apud Pomponium II. c. 5. vulgò, *Inter Maſſiliam & Rhodanum maritima Avaticorum ſtagno aſſidet foſſa Mariana, partem ejus amnis navigabili alveo effundit.* Sed qui rem ipſam & illius tractus περιήγησιν cognitam habuerit, facilè, opinor, mihi aſſentietur legenti, *Inter Maſſiliam & Rhodanum Maritima Avaticorum ſtagno aſſidet: foſſa Mariana partem ejus amnis navigabili alveo effundit.* Stagnum vocat Mela, λιμνοθάλατταν hanc Strabonis, quæ verè ut noſter ait ὑπέρκειται τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ, Maritima, oppidi eſt nomen, cujus & Plinius & Ptolemæus meminêre, quanquam in Ptolemæo corruptè Αὐατιλῶν legitur, pro Αὐατικῶν, eſtque inter Maſſiliam & Rhodani oſtia ut ait Mela. Deinde accedit Pomponius ad oſtia Rhodani & foſſam Marii commemorat. Atque hactenus de Melæ loco. Veniamus ad Plinium III. 4. Is igitur poſtquam oſtia Rhodani recenſuit, *Sunt*, ait, *auctores, & Heracleam oppidum in oſtio Rhodani fuiſſe. Ultra foſſa ex Rhodano C. Marii opere & nomine inſigne ſtagnum. Aſtromela oppidum, maritima Avaticorum.* Diſtinguendum autem fuit, *ultra, foſſa ex Rhodano C. Marii opere & nomine, inſigne ſtagnum Aſtromela, oppidum Maritima Avaticorum.* Aſtromela eſt ſtagni nomen, quod ſtagnum non aliud eſt quam Strabonis λιμνοθάλαττα. *Idem.*

3. καλοῦσι δε στομαλίμνην) Vocant vulgò Græci hujuſmodi loca (ait Strabo) στομαλίμνας: Nec putandum eſt Stomalimnam proprium hujus loci fuiſſe nomen. Nam iſtæ λιμνοθάλατται omnes etiam στομαλίμναι appellantur à Geographo: ut libro XIII. in deſcriptione illius oræ ubi fuit Troja, καὶ ἡ στομαλίμνη καλουμένη καὶ αἱ τοῦ Σκαμάνδρου ἐκβολαί. Reperies & alibi in hoc ſcriptore. Poetæ etiam στομάλιμνον dicunt. Theocritus IV. v. 23.

ἀμμώδης ἡ πλείςη καὶ λεπτὴ, κέγχρῳ τρέφουσα, τοῖς δ' ἄλλοις καρποῖς ἀφορωτέρα· ἐνταῦθα δ' ἐςὶ καὶ ὁ κόλπος ὁ ποιῶν τὸν ἰσθμὸν πρὸς τὸν ἐν τῇ Ναρβωνίτιδι παραλίᾳ Γαλατικὸν κόλπον, ὁμώνυμος ἐκείνῳ καὶ αὐτός· ἔχουσι δὲ Τάρβελλοι τὸν κόλπον, παρ' οἷς εἰσι τὰ χρύσεια σπουδαιότατα πάντων· ἐν γὰρ βόθροις ὀρυχθεῖσιν ἐπὶ μικρὸν εὑρίσκονται καὶ χειροπληθεῖς χρυσίου πλάκες, ἔσθ' ὅτε μικρᾶς ἀποκαθάρσεως δεόμεναι. τὸ δὲ λοιπὸν ψῆγμα ἐςὶ καὶ βῶλοι· καὶ αὗται κατεργασίαν οὐ πολλὴν ἔχουσαι· ἡ δὲ μεσόγαιος καὶ ὀρεινὴ, βελτίω γῆν ἔχει· πρὸς μὲν τῇ Πυρήνῃ, [1] τῇ τῶν Κουενένων ἐςὶ συγκλύδων· ἐν ᾗ [3] πόλις Λουγδουνος, καὶ [4] τὰ τῶν Ονησιῶν θερμὰ κάλλιςα ποτιμωτάτου ὕδατος· [5] καλὴ δὲ καὶ ἡ τῶν Αὐσκιῶν. Τὰ δὲ μεταξὺ τοῦ Γαρουνᾶ καὶ τοῦ Λείγηρος ἔθνη, τὰ προσκείμενα τοῖς Ακουιτανοῖς ἐςίν· [6] Ελουοὶ μὲν ἀπὸ τοῦ Ροδανοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντες· [7] Οὐελλαῖοι δὲ μετὰ τούτους, οἳ προσωρίζοντο ποτὲ Αρουερνοῖς· νῦν δὲ τάττονται καθ' ἑαυτούς· εἶτα Ἀρουερνοὶ, [8] καὶ Λεμοβίκες, καὶ Πετροκόριοι· πρὸς δὲ τούτοις, Νιτιόβριγες, καὶ Καδουρκοὶ, καὶ Βιτούριγες οἱ Κοῦβοι καλούμενοι· πρὸς δὲ τῷ Ὠκεανῷ, Σαντονοί τε καὶ Πίκτονες, οἱ μὲν τῷ Γαρουνᾷ παροικοῦντες, ὡς εἴπομεν, οἱ δὲ τῷ

p. 191. Λείγηρι. [9] Ρουτηνοὶ δὲ καὶ Γαβάλεις τῇ Ναρβωνίτιδι πλησιάζουσι. Παρὰ μὲν οὖν τοῖς Πετροκορίοις, σιδηρουργεῖα ἐςὶν ἀςεῖα, [10] καὶ τοῖς Κούβοις Βιτούριξι· παρὰ δὲ τοῖς Καδουρκοῖς, * λινουργία·

* Malim, λινουργεῖα. & ἀργυρεῖα.

A maiore ſui parte arenoſum eſt & tenue, milio alens, reliquarum frugum minùs ferax. Ibi eſt etiam ſinus, Iſthmum efficiens, qui pertinet ad ſinum Gallicum in Narbonenſi ora, idèmque cum illo ſinu hic ſinus nomen habet. Tarbelli hunc ſinum tenent, apud quos optima ſunt auri metalla. in foſſis enim non altè actis inveniuntur auri laminæ manum implentes, aliquando exigua indigentes repurgatione: reliquum ramenta & glebæ ſunt, ipſæ quoque non multum operis deſiderantes. Mediterranea autem & montana agrum habent meliorem. Ad Pyrenam Convenarum eſt civitas, urbsque [2] Lugdunum, & thermæ Oneſiæ B præſtantiſſimæ, aqua ad potum optima. bona eſt etiam Auſciorum. Gentes porrò inter Garumnam & Ligerim Aquitanis adjacentes ſunt, Elvi à Rhodano initium ſumentes, & Vellaunii, qui olim Aruernis adſcribebantur, nunc pro ſe civitatem conſtituunt. deinde Arverni & Lemovices, & Petrocorii. tum Nitiobriges, Cadurci, & Bituriges cognomento Cubi. Ad Oceanum ſunt Santones & Pictones, quorum hi Ligeri, ut docuimus, illi Garumnæ ſunt vicini. Narbonenſi propinquant Ruteni ac Gabales. Apud Petrocorios C & Bituriges Cubos ferri ſunt præclara metalla, apud Cadurcos linificium.

1. *τῇ τῶν Κουενένων ἐςὶ συγκλύδων*) Certiſſimum eſt ſcripſiſſe, *τὴν τῶν Κουενήνων ὅπερ ἐςὶ συγκλύδων.* Sic alibi vocem Latinam explicat, ut, *τὰ καλούμενα Σαββάτων οὐάδα, ὅπερ ἐςὶ τενάγη.* Convenæ autem ſunt *συγκλύδες ἄνθρωποι*, vel *ξύγκλυδες*, ut apud Thucyd. l. VII c. 5. & infra libro V. p. 230. *μετὰ δὲ τὴν κτίσιν ἀνθρώπους σύγκλυδας ὁ Ρωμύλος ἤθροιζεν.* In vett. lib. erat *συγκλείδων.* & in Gloſſario legimus *σύγκλειδες* ........ puto autem vocem Latinam *Convenæ* deſiderari. (vox *συγκλ.* reſpondet potius voci Latin. colluvies. At convenæ proprié ſunt *συνήλοδες.* ut *ἐπήλοδες* ſunt advenæ.) *Caſaub.*

2. *Lugdunum*: Locus hic eſt depravatus ut & pleraque nomina in Stephano noſtro. de quibuſdam eorum meas expoſui conjecturas. Lugdunum quidem aliud hoc eſt à noto illo & celebri ad Rhodanum emporio, nimirum D id quod etiam Ptolemæus in Aquitaniæ deſcriptionis fine poſuit, & Cucuenis Pyrenæ vicinis tribuit, *Κουκουενοῖς.* vocem enim Latinam non potuit exprimere librarius. Strabo autem eam Græcè reddidit, *σύγκλυδας* (quæ vox ſanè placet, eſtque apud Suid. explicata ne quis in *συγκλύδων* mutet ſciolus. per *υ* omnino ſcribenda eſt) vocans, convenas, colluviem. Convenas etiam Plin. IV. c. 19. vocat. & videndum Monoſine ſint ejus, quos hîc *Ονησιῶν* legunt. Pro Pſauſciis reddidi Auſcios. *ἔλουοι* fortè ſunt, qui Plinio IV. c. 19. Eluſates. Vellaios Ptolemæus Velaunos vocat, *οὐελαυνοὶ.* & Cæſar Vellaunios Cadurcis ac Gabalis adſcribit lib. VII. c. 5. bell. Gall. Arvernis addictos. *Xyland.*

3. *πόλις Λούγδουνος*) Ptolemæo quoque Convenarum urbs *Λούγδουνον.* *Caſaub.*

4. *τὰ τῶν Ονησιῶν θερμὰ*) De hoc loco quid dicam nihil certi habeo. Tu de thermis illius tractus lege quæ ſcripſit Scaliger Auſon. Lect. pr. VI. *Idem.*

5. *καλὴ δὲ καὶ ἡ τῶν Αυσκιῶν*) Valde hîc oſcitarunt interpretes, qui aquam Auſciorum putarunt commendari: quo enim referes illud ἡ; Sed certò certius eſt repetendum eſſe vocem *γῆν*, ex illis præcedentibus, *ἡ δὲ μεσόγαιος, καὶ ὀρεινη βελτίω γῆν ἔχει πρὸς μὲν τῇ Πυρ.* &c. *καλὴ δὲ καὶ ἡ τῶν Αὐσκίων.* ſc. *γῆ.* *Idem.*

6. *Ελουοὶ*) Lego *ἐλούϊοι.* Hi ſunt quos Cæſar B. G. lib. VII. c. 8 ſcribit ab Arvernis monte Gebenna diſcludi. Strabo autem inter Helvios & Arvernos medios collocat *οὐελλαΐους* qui ſunt Cæſari *Velauni*, & ſub imperio Arvernorum, non *καθ' αὐτούς.* *Idem.*

7. *Οὐελλαΐοι δὲ*) Apud Cæſarem in antiquo codice, Velavi non Velaunii. Ejus verba ſunt B. G. lib VII. c. 75. *adjunctis Heleuteris, Cadurcis, Gaballis, Velauniis qui ſub imperio Arvernorum eſſe conſueverunt.* Apud Ptolemæum *ὑπὸ τοὺς Αὐσκίους*, ſequuntur *οὐέλαυνοι.* *Idem.*

7. *Οὐελλαιοι δὲ μετὰ τούτους. Et Vellaunii.*) Apud Cæſarem dicuntur Velauni, ſed Caſaubonus aſſerit antiquum codicem exhibere *Velavi.* Noſter Strabo proxime accedit ad nomen hodiernum, imo ipſiſſimum eſt nomen. Nunc enim ea regio dicitur *Vellai.* Palmer.

8. *καὶ Λεμοβίκες*) Ptolem. *Λιμουίκους* vocat: niſi ſcribendum *Λιμοβίκους.* *Caſaub.*

9. *Ρουτηνοὶ δὲ καὶ Γαβάλεις*) Illos Ptol. *Ρουτανοὺς*, hos *Γαβάλλους* appellat. Cæſari B. G. VII. 75. *Rutheni & Gabalii.* Plin. IV. c. 19. *Gabales.* *Idem.*

10. *καὶ τοῖς Κούβοις Βιτούριξι*) Eſſe apud hos magnas ferrarias teſtatur & Cæſar lib. VII. c. 22. B. G. Rutilius libr. pr. v. 351.

*Non Biturix largo potior ſtrictura camino.* Idem.

Μετρο-

argenti metalla Ruteni habent & Gabales. Ius quoque Latii nonnullis Aquitanorum Romani dederunt, ut Auſciis & Convenis. ¶ Arverni fluvio Ligeri inſident. caput eorum Nemoſſus ipſi impoſita flumini. Ligeris autem [2] Genabum præterfluens, quod eſt Carnutum emporium ferè ad medium fluminis conditum, in Oceanum exit. Magnam olim fuiſſe Arvernorum potentiam inde ſciri poteſt, quòd multa adverſus Romanos bella geſſerunt. aliquando cc millium exercitu, atque etiam duplo ejus. nam duce Vercingetorige cccc millibus adverſus. D. Cæſarem decertaverunt: antè cc millibus contra Maximum Æmilianum, & Domitium item Aenobarbum. Contra Cæſarem belligerârunt apud Gergoviam urbem Arvernorum, ſitam in altiſſimo monte, Vercingetorigis: & apud Alexiam, Mandubiorum urbem, qui Arvernis finitimi ſunt, ipſam quoque in ſublimi ſitam colle, ac montibus & duobus amnibus cinctam. Ibi capto duce eorum bello eſt finis impoſitus. Contra Maximum Aemilianum ad confluentes Iſaræ & Rhodani, ubi etiam Cemmenus mons Rhodano appropinquat. Contra Domitium aliquanto inferius, ubi Sulga Rhodano miſcetur. Propagaverunt Arverni ſuam dominationem uſque ad Narbonem & fines Maſſilienſis ditionis: genteſque ad Pyrenam uſque & Oceanum & Rhenum ſubegerant. Luerius pater Bituiti, ejus qui contra Maximum & Domitium bellum geſſit, tantis fertur opibus luxuriaſſe, ut aliquando

A παρὰ δὲ τοῖς Ρουτηνοῖς, ἀργύρεια ἔχουσι δ᾽ ἀργύρεια καὶ οἱ Γαβαλεῖς· δεδώκασι δὲ Λατίνιον οἱ Ρωμαῖοι καὶ τῶν Ακουϊτανῶν τισὶ, καθάπερ Αὐσκίοις καὶ Κονουένναις. Αρουέρνοι δὲ ἵδρυνται μὲν ἐπὶ τῷ Λείγηρι· [1] μητρόπολις δ᾽ αὐτῶν ἐστὶ Νεμωσσὸς, ἐπὶ τῷ ποταμῷ κειμένη· [3] ῥυεὶς δ᾽ οὗτος παρὰ Γήναβον τὸ τῶν Καρνούτων ἐμπορεῖον, κατὰ μέσον που τὸν πλοῦν συνοικούμενον, ἐκβάλλει πρὸς τὸν Ωκεανόν. Τῆς δυνάμεως δὲ τῆς πρότερον Αρουέρνοι μέγα τεκμήριον παρέχονται τὸ πολλάκις πολεμῆσαι πρὸς τοὺς Ρωμαίους· ποτὲ μὲν μυριάσιν εἴκοσι, πάλιν δὲ διπλασίαις· [4] τοσαύταις γὰρ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν διηγωνίσαντο, B μετὰ Οὐερκιγγετόριγος· πρότερον δὲ καὶ εἴκοσι πρὸς Μάξιμον τὸν Αἰμιλιανόν· καὶ πρὸς Δομήτιον δ᾽ ὡσαύτως Αἰνόβαρβον· πρὸς μὲν οὖν Καίσαρα περί τε [5] Γεργουΐαν πόλιν τῶν Αρουέρνων, ἐφ᾽ ὑψηλοῦ ὄρους κειμένην, συνέστησαν οἱ ἀγῶνες· ἐξ ἧς ἦν ὁ Οὐερκιγγετόριξ· [6] καὶ ὁ περὶ Αλεσίαν πόλιν Μανδουβίων, ἔθνους ὁμόρου τοῖς Αρουέρνοις, [7] καὶ ταύτην ἐφ᾽ ὑψηλοῦ λόφου κειμένην, περιεχομένην δ᾽ ὄρεσι καὶ ποταμοῖς δυσίν· ἐν ᾗ ἑάλω ὁ ἡγεμών· καὶ ὁ πόλεμος τέλος ἔσχε· πρὸς δὲ Μάξιμον Αἰμιλιανὸν κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τ᾽ Ισαρος καὶ τοῦ Ροδανοῦ, καθ᾽ ἣν καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος πλησιάζει τῷ Ροδανῷ· πρὸς δὲ Δομήτιον κατωτέρω C ἔτι, κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Σούλγα, καὶ τοῦ Ροδανοῦ. Διέτειναν δὲ τὴν ἀρχὴν οἱ Αρουέρνοι μέχρι Ναρβῶνος καὶ τῶν ὅρων τῆς Μασσαλιώτιδος. ἐκράτουν δὲ καὶ τῶν μέχρι Πυρήνης ἐθνῶν, καὶ μέχρι Ωκεανοῦ καὶ Ρήνου· [8] Βίτιτου δὲ τοῦ πρὸς τὸν Μάξιμον καὶ τὸν Δομήτιον πολεμήσαντος, [9] ὁ πατὴρ Λουέριος, [10] τοσοῦτον πλοῦτον λέγεται καὶ τρυφὴν διενεγκεῖν, ὥστε ποτὲ

1. μητρόπολις δ᾽ ἐστὶν αὐτῶν Νεμωσσὸς) Hanc Ptolemæus Αὐγουστονέμετον vocat. unde ſuſpicor ſcripſiſſe Strabonem Νέμεττος. Nam ε in ω ſæpe mutarunt imperiti librarii & σσ in ττ. Sæpe autem fit ut quam alii vel duplici nomine vel compoſito appellent noſter ſimplici afficiat: cujus rei paſſim ſunt exempla. Sic Segeda Straboni eſt quæ aliis Segeda Augurina. Nœga, quæ Nœga Vaceſia. *Caſaub.*

2. *Genabum*) Erat monſtrum heic παρ᾽ ἀκμήναβον. Locum ex lib. VII. c. 3. de bello Gallico reſtitui. Sed & Ptolemæus Genabum Carnutum novit. Κήναβον enim malè ſcribitur. Locum quoque de Alex. ex Cæſare correxi. VII. de bello Gallico. & Dionis XL. Bituitum ex Livii epit. LXI, Floro III. c. 2. aliis. *Xyland.*

3. ῥυεὶς δ᾽ οὗτος παρὰ Γήναβον) Lege Cæſarem de bello Gall. lib. VII. cap. 2. *Caſaub.*

4. τοσαύταις γὰρ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν διηγωνίσαντο) Arvernis ſolis tribuit quod Cæſar de multis Galliæ populis narrat. Vide initium lib. VII. Dionem libro XL. & Plutarchum, qui ita ſcribit in C. Cæſare p. 720 ed. F. Furt. Αφειστήκει μὲν οὖν πολλὰ φῦλα, πρόσχημα δὲ ἦσαν Αρβερνοι καὶ Καρνουτῖνοι. *Nationes deſciverant multæ ſumma autoritas penes Arvernos & Carnutes erat.* Ipſe Strabo infra ait hoc eſſe πλῆθος τῶν Αρουέρνων καὶ τῶν συμμάχων. *Idem.*

5. Γεργουΐαν πόλιν τῶν Αρουέρνων) Vide Cæſarem lib. VII. cap. 7. *Idem.*

6. καὶ ὁ περὶ Αλεξίαν πόλιν Μανδουβίων) De hac urbe Cæſar libro VII. cap 13. Scribitur vulgò per ξ. & apud alios: Sed antiqua ſcribendi ratio eſt per σ. ut & Aldus hîc habet & libri veteres: & ita perpetuò reperi in ſcripto cod. Cæſaris. Præterea D cum ſcribat Diodorus hanc urbem ab Hercule ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν στρατείαν ἄλης ἀλησίαν fuiſſe appellatam, an poteſt eſſe obſcurum quomodo ea vox olim ſcriberetur? Apud Dionem eſt Σαλεσία perperam pro Αλεσία. (Apud Polyænum noſtrum VIII. c. 23. §. 11. veteres codices habebant Αλαισίαν. *Idem.*

7. καὶ ταύτην ἐφ᾽ ὑψηλοῦ λόφου) Videtur Cæſaris deſcriptionem ſequi: Ita ille. B G VII c. 69. *Ipſum erat oppidum in colle ſummo, admodum edito loco, ut niſi obſidione expugnari non poſſe videretur: cuius collis radices, duo duabus ex partibus flumina ſubluebant.* Idem.

8. Βίτιτου δὲ τοῦ πρὸς τὸν Μάξιμον) Libri vet. Βιτίτου. Athenæi (IV. c. 13. p. 152.) codices τοῦ Βιτυίτος. *Idem.*

9. ὁ πατὴρ Λουέριος) Apud Athenæum IV. c. 13. p. 152. Λουέρνιος. *Idem.*

10. τοσοῦτον πλοῦτον λέγεται καὶ τρυφὴν διενεγκεῖν) Legendum κατὰ πλοῦτον λέγεται καὶ τρ. vel πλούτῳ καὶ τρυφῇ. Atque hoc poſtea in Stephanico libro reperi. *Id.*

 1. δεῦρο

ἐπίδειξιν ποιούμενος τοῖς φίλοις τῆς εὐπορίας, ἐπ' A
ἀπήνης φέρεσθαι διὰ πεδίου, χρυσοῦ νόμισμα, καὶ ἀργύρου, [1] δεῦρο κἀκεῖσε σπείρων, ὥστε συλλέγειν ἐκείνους ἀκολουθοῦντας.

Μετὰ δὲ τὴν Ἀκουϊτανὴν μερίδα, καὶ τὴν Ναρβωνῖτιν, ἡ ἐφεξῆς ἐστι, μέχρι τοῦ Ῥήνου παντὸς, ἀπὸ τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, καθ' ὃ συνάπτει πρὸς τὸ Λούγδουνον [3] ἀπὸ τῆς πηγῆς κατενεχθεὶς ὁ Ῥοδανός· ταύτης δὲ τῆς χώρας τὰ μὲν ἄνω μέρη τὰ πρὸς ταῖς πηγαῖς τῶν ποταμῶν, τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, [4] μέχρι μέσων σχεδόντι τῶν πεδίων ὑπὸ τῷ Λουγδούνῳ τέτακται· τὰ δὲ λοιπὰ καὶ παρωκεανιτικὰ, ὑπ' ἄλλῃ τέτακται μερίδι, ἣν ἰδίως Βέλγες προσνέμουσιν· ἡμεῖς δὲ κοινότερον τὰ καθ' ἕκαστα δηλώσομεν. B

p. 192. Αὐτὸ μὲν δὴ τὸ [5] Λούγδουνον, ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Ἄραρος ποταμοῦ καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ, κατέχουσι Ῥωμαῖοι· εὐανδρεῖ δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων πλὴν Νάρβωνος· καὶ γὰρ ἐμπορείῳ χρῶνται, καὶ τὸ νόμισμα χαράττουσιν ἐνταῦθα, τό, τε ἀργυροῦν καὶ τὸ χρυσοῦν οἱ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνες. Τό, τε ἱερὸν τὸ ἀναδειχθὲν ὑπὸ πάντων κοινῇ τῶν Γαλατῶν Καίσαρι τῷ Σεβαστῷ, πρὸ ταύτης ἵδρυται τῆς πόλεως, [6] ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν· ἔστι δὲ βωμὸς ἀξιόλογος [7] ἐπιγραφὴν ἔχων τῶν ἐθνῶν ξ τὸν ἀριθμὸν, καὶ εἰκόνες τούτων ἑκάστου μία, καὶ ἄλλος μέγας· προκάθηται δὲ τοῦ ἔθνους τοῦ Σαιγοσιανῶν ἡ πόλις αὕτη, C κειμένου μεταξὺ τοῦ Ῥοδανοῦ καὶ τοῦ Δούβιος· τὰ δ' ἑξῆς τὰ συντείνοντα πρὸς τὸν Ῥῆνον, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ Δούβιος ὁρίζεται, τὰ δ' ὑπὸ τοῦ Ἄραρος· οὗτοι μὲν οὖν, ὡς εἴρηται πρότερον, ὑπὸ τῶν Ἄλπεων καὶ αὐτοὶ κατενεχθέντες, ἔπειτ' εἰς ἓν ῥεῖθρον συμπεσόντες, εἰς τὸν Ῥοδανὸν καταφέρονται. Ἄλλος δ' ἐστὶν,

oſtentandæ amicis opulentiæ ſuæ cauſa curru per campum veheretur, auream argenteamque monetam hinc inde diſpergens, quam comites ipſius colligerent.

Poſt Aquitaniam & Narbonenſem Galliam, ea ſequitur regio quæ ad Rhenum pertingit à Ligeri & Rhodano, quo is loco [2] à fontibus delapſus ad Lugdunum accedit. Hujus regionis ſuperiora quæ ſunt ad fontes Rheni atque Rhodani uſque ad mediam fere planiciem, Lugduno ſunt ſubdita. reliqua ad Oceanum vergentia, ſub alia ſunt provincia, quam ſibi Belgæ vindicant. nos communiùs ſingula perſequemur.

¶ Lugdunum ergo ſub colle conditum, ubi Arar in Rhodanum incidit, Romani obtinent. Poſt Narbonem hæc urbs maximè omnium Gallicarum hominum frequentia pollet. præfecti enim Romanorum eo utuntur emporio, monetamque ibi tam auream quàm argenteam cudunt, & templum ab omnibus communi ſententia Gallis decretum Cæſari Auguſto, ad hanc urbem ad concurſum fluviorum eſt poſitum: aram habet hoc memorabilem, cum inſcriptione gentium, LX numero, & imagine ſingularum, item aliam magnam: Præeſt hæc urbs genti Seguſianorum, [8] ſitæ inter Rhodanum & Dubin fluvios: reliquæ ad Rhenum tendentes, partim à Dubi terminantur, partim ab Arare. Atque hi quidem, ut antè diximus, ab Alpibus ipſi quoque delapſi, conjunctis alveis in Rhodanum exeunt. Eſt & alius fluvius,

1. *δεῦρο κἀκεῖσε σπείρων*) Veteres libri *διασπείρων*. Poſidonius apud Athen. *ἐν ἅρματι φέρεσθαι διὰ τῶν πεδίων, καὶ σπείρειν χρύσον καὶ ἄργυρον ταῖς ἀκολουθούσαις τῶν Κελτῶν μυριάσι.* ex Poſidonio referre iſta Strabonem apparet. Fuit & apud Romanos uſitatum ſtipem ſpargere, ut teſtatur Plinius & in hiſtoriis Romanis ſparſæ per tribus pecuniæ frequens mentio. Vide & quæ Athenæus lib. x. c. 10. p. 439. de Antiocho philopota refert. Hodie res eſt Galliæ regibus & principibus non inuſitata. *Caſaub.*

2. *A fontibus.*) *Ἀπὸ τῆς πηγῆς.* forte *λίμνης.* lacu, ſcilicet Lemanno. *Xyland.*

3. *ἀπὸ τῆς πηγῆς κατενεχθεὶς*) Nihil cenſeo mutandum: Sic infra Rhodani *καὶ τῆς πηγῆς αὐτοῦ* meminit. *Caſaub.*

4. *μέχρι μέσων σχεδόντι τῶν πεδίων*) Longè aliter Ptolemæus, qui Lugdunenſi provinciæ totam oram *παρωκεανῖτιν*, quæ eſt inter Ligerim & Sequanam, fluvios adſcribit. quo pertinuiſſe Lugdunenſem provinciam vel ex cap. 5. lib. IX. Plin. intelligi poteſt. *Idem.*

5. *Λούγδουνον ἐκτισμένον ὑπὸ λόφῳ*) Quotquot fere Galliæ oppida in *dunum* terminantur (ſunt autem multa) omnia in collibus & locis editis ſita reperiuntur: idque nomen ipſum indicat. *Dunum* enim veteri Gallorum lingua collem ſignificat ſive montem: idque Clitophon antiquus auctor apud Plutarchum (de Fluviis p. 23. ed. Mauſſaci) docet. Dio libro quadrageſimo ſexto, notat *Λουγούδουνον* prius fuiſſe appellatum, quod nunc *Λούγδουνον*. Significat illa vox auctore Clitophonte *Corvi collem.* Græci hujuſmodi loca edita *βουνοὺς* appellant, quam vocem Grammatici Libycam eſſe ſcribunt, Herodotus Mel- D pomene Græcam *Idem.*

6. *ἐπὶ τῇ συμβολῇ τῶν ποταμῶν*) Epitome Livii libro CXXXVII. *Ara Cæſari ad confluentem Araris & Rhodani dedicata.* De hac ara, notus eſt Juvenalis locus ac Suetonii. Meminit & Dio libro quinquageſimo quarto extremo. (Fuiſſe & alibi in Gallia Auguſto exſtructas aras notum id quoque. De ea quæ Tarracone vide Quintilianum lib. VI. cap. 4.) *Idem.*

7. *ἐπιγραφὴν ἔχων ἐθνῶν ξ τὸν ἀριθμὸν*) Appianus teſtatur Galliarum *ἔθνη* fuiſſe *τετρακόσια, πόλεις ὑπὲρ ὀκτακοσίας.* *Idem.*

8 *Sitæ inter Rhodanum & Dubin.*) *Κειμένη* in *κειμένου* mutavi. notum eſt enim Lugduno hunc ſitum non congruere. quanquam ne Seguſiani quidem videntur ad Dubin ullo modo pertinere, ſiti (ut ex Ptolemæo & aliis apparet) inter Cemmenum montem & Rhodanum, quam is à Lugduno delabitur. *Xyland.*

Σηκουα-

fontes in iiſdem habens Alpibus, Sequana nomine: is Rheno parallelus per Sequanos ſibi cognomines fluit in Oceanum. Sequani verſus orientem Rheno, diverſa parte Arari ſunt affines: ex his optima ſuilla ſalſamenta Romam perferuntur. Inter Dubin & Ararim Hedui incolunt, urbem habentes Arari impoſitam 6 Cabullinum, & oppidum Bibracta. Hedui Romanorum cognati appellati, primique Gallorum amicitiam & ſocietatem eorum amplexi ſunt. Trans Ararim Sequani habitant, antiquitus Romanorum & Heduorum inimici, & Germanorum in Italiam incurſionibus ſocios ſe præbentes plerunque: qua in re oſtenderunt ſe plurimum potentiæ habere, cùm eos ſua conjunctione magnos, diſceſſu impotentes redderent. Heduis cùm hæc cauſa eos inimicos fecit, tum de Arari contentio, qui ipſos diſtinguit, utraque gente eum & vectigalia ſibi vindicante: nunc omnia ſunt Romanorum. Ad Rhenum primi omnium habitant Nantuates, apud quos etiam ejus fluvii fontes ſunt 12 in Adula monte: is mons Alpium eſt pars, ex quo & in alteram partem Adua fluens, in partes interiori vicinas Galliæ, Larium implet lacum, ad quem Comum urbs ſita eſt, indèque in Padum exit: de quibus ſuo loco dicetur. Rhenus quoque in magnas paludes, magnum lacum, diffunditur,

A ὁμοίως ἐκ τῶν Ἄλπεων τὰς πηγὰς ἔχων, 1 Σηκοανὸς ὄνομα, 2 ῥέων. Ῥεῖ δ' εἰς τὸν Ὠκεανὸν, παράλληλος τῷ Ῥήνῳ διὰ ἔθνους ὁμωνύμου, συνάπτοντος τῷ Ῥήνῳ τὰ πρὸς ἕω, τὰ δ' εἰς τἀναντία τῷ Ἄραρι· 3 ὅθεν αἱ κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν, εἰς τὴν Ῥώμην καταχομίζονται. 4 Μεταξὺ μὲν οὖν τοῦ Δούβιος καὶ τοῦ Ἄραρος οἰκεῖ 5 τὸ τῶν Ἐδούων ἔθνος· 7 πόλιν ἔχον Καβυλλῖνον ἐπὶ τῷ Ἄραρι, 8 καὶ φρούριον Βίβρακτα· 9 οἱ δὲ Ἔδουοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο, 10 καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. Πέραν δὲ τοῦ Ἄραρος οἰκοῦσιν οἱ Σηκουανοὶ, διάφοροι καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ πολλοῦ γεγονότες καὶ τοῖς Ἐδούοις· ὅτι
B πρὸς Γερμανοὺς προσεχώρουν πολλάκις, κατὰ τὰς ἐφόδους αὐτῶν, τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν· καὶ ἐπεδείκνυντό γε οὐ τὴν τυχοῦσαν δύναμιν, ἀλλὰ καὶ κοινωνοῦντες αὐτοῖς ἐποίουν μεγάλους, καὶ ἀφιστάμενοι, μικρούς· πρὸς δὲ τοὺς Ἐδούους, καὶ διὰ ταῦτα μὲν, ἀλλ' ἐπέτεινε τὴν ἔχθραν ἡ τοῦ ποταμοῦ ἔρις, τοῦ διείργοντος αὐτοὺς, ἑκατέρου ἔθνους ἴδιον ἀξιοῦντος εἶναι τὸν Ἄραρα, καὶ ἑαυτῷ προσήκειν τὰ διαγωγικὰ τέλη· νυνὶ δὲ ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις ἅπαντ' ἐστί· Τὴν δ' ἐπὶ τῷ Ῥήνῳ 11 πρῶτοι τῶν ἁπάντων οἰκοῦσιν Αἰτουάτιοι, παρ' οἷς εἰσιν αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ ἐν τῷ Διαδουέλλα ὄρει· τοῦτο δ' ἐστὶ μέρος τῶν Ἄλπεων, ὅθεν καὶ ὁ Ἀδούας εἰς τἀναντία μέρη ῥεῖ, τὰ πρὸς τὴν ἐντὸς
C Κελτικὴν, καὶ πληροῖ τὴν Λάριον λίμνην, πρὸς ᾗ ἔκτισται τὸ Κῶμον· εἶτ' ἐνθένδε εἰς τὸν Πάδον συμβάλλει, περὶ ὧν 13 ὕστερον ἐροῦμεν. 14 Καὶ ὁ Ῥῆνος δὲ εἰς ἕλη μεγάλα καὶ λίμνην ἀναχεῖται μεγάλην,

1. Σηκουανὸς ὄνομα) Ita & apud Stephanum, qui Maſſilienſium fluvium vocat. Supra non ſemel Sequanas & Ptolemæo Σηκοάνας. *Caſaub.*

2. ῥέων) Vocem ῥέων abeſſe mallem. *Idem.*

3. ὅθεν αἱ κάλλισται ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κάτακομ.) Has ταριχείας videtur intellexiſſe Varro lib. II. Rei ruſt. cap. 4. *Quotannis*, inquit, *è Gallia apportantur Romam pernæ, tomacinæ, petaſones.* Vide & Plinium. *Idem.*

4. μεταξὺ μὲν οὖν τοῦ Δούβιος καὶ τοῦ Ἄραρος οἰκεῖ τὸ τῶν Ἐδούων ἔθνος, *Inter Dubin & Ararim Hedui incolunt.*) Hic locus errore non vacat: vel ſcripſit Strabo μεταξὺ τοῦ Λίγηρος καὶ τοῦ Ἄραρος, vel habuit in mente, vel habere debuit. Nam Eduorum ſitus ſatis notus eſt inter Ligerim & Ararim. *Palm.*

5. τὸ τῶν Ἐδούων ἔθνος) Græci Latinique per αι ſcribunt nec Stephanus aliter. *Caſaub.*

6. *Cabullinum.*) Cæſar extremo ſeptimo de bell. Gall. Cabillonum. Idem lib. primo. c. 43. In primis quòd Heduos fratres conſanguineoſque ſæpenumero ab Senatu appellatos &c. Lucanus lib. I. ℣. 427. Arvernos hoc ſibi ſumſiſſe ſcripſit. *Xyland.*

7. πόλιν ἔχον Καβυλλῖνον) Ptolem. Καβάλλινον. Cæſ. B. G. VII. 42. & 90. *Cabillo*, vel ut alii legunt *Cabillonum. Caſaub.*

8. καὶ φρούριον Βίβρακτα) Vocat φρούριον, quod Cæſar oppidum apud Æduos maximæ auctoritatis eſſe ait. *Bibracte* autem vocant Lat. Cæſari B. G. II. 6. *Bibrax* oppidum eſt Rhemorum. *Idem.*

9. οἱ δὲ Ἔδουοι συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο) Plena ſunt veterum monimenta hujus rei: Cæſaris præſertim, qui non uno loco teſtatur, Æduos ab Senatu fratres conſanguineoſque fuiſſe ſæpenumero appellatos. *Idem.*

10 καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν) Auctor panegyrici Flavienſium nomine Conſtantino Auguſto dicti. *Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Heduis ſe poſtulet anteponi? qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliæ gentes plurimis Senatuſc. fratres pop. Rom. appellati ſunt: & cum à cæteris Rhodano ad Rhenum uſque populis ne pax quidem poſſet niſi ſuſpecta ſperari, ſoli & conſanguinitatis nomine gloriati ſunt.*
D Idem.

11. πρῶτοι τῶν ἁπάντων οἰκοῦσιν Αἰτουάτιοι) Vidit Xylander locum eſſe è Cæſare corrigendum: quanquam ne Cæſaris quidem auctoritate fuit opus: cum ex ipſo Strabone vera lectio diſci poſſit. Lege igitur, οἰκοῦσι Ναντουάται ut in fine libri hujus ſcribitur. inde etiam mox legendum, ἐν τῷ Ἀδούλᾳ. vel Ἀδουάλᾳ. vide locum. *Idem.*

12. *in Adula*) pro διαδουέλλα ſcribendum Ἀδούλα, quod infrà utcunque rectiùs eſt ſcriptum Ἀδουάλας. Sed & Aetuatios non concoquo. & planè puto legendum Ναντουάτιοι, Nantuates. hos enim Cæſar lib. IV. c. 10. belli Gallici primo loco numerat de populis loquens, per quos Rhenus defluit. meminit infrà Strabo, etſi Ναυ pro Ναν legitur falsò, ut innumera alia. Ceretos quoque non novi. itaque legi καὶ Ῥαιτοὶ, καὶ Οὐινδέλικοι. *Xyland.*

13. ὕστερον ἐροῦμεν) In tractatu de Alpibus. *Caſaub.*

14. Καὶ ὁ Ῥῆνος δὲ) Vide libro ſeptimo. *Idem.*

p. 193. ἧς ἐφάπτονται [1] καὶ Κερετοὶ καὶ Οὐινδολόγοι A τῶν Ἀλπείων τινὲς, καὶ τῶν ὑπεραλπείων. Φησὶ δὲ τὸ μῆκος αὐτοῦ, σταδίων ἑξακισχιλίων [2] Ἀσίνιος· οὐκ ἔστι δέ· ἀλλ' ἐπ' εὐθείας μὲν τοῦ ἡμίσους, ὀλίγον ἂν ὑπερβάλλοι· τοῖς δὲ σκολιώμασι καὶ χίλιοι προστεθέντες, ἱκανῶς ἂν ἔχοιεν· καὶ γὰρ ὀξύς ἐστι· [3] διὰ τοῦτο δὲ καὶ δυσγεφύρωτος, καὶ διὰ πεδίων ὕπτιος φέρεται καταβὰς ἀπὸ τῶν ὀρῶν τὸ λοιπόν· πῶς οὖν οἷόν τε μένειν ὀξὺν καὶ βίαιον, εἰ τῷ ὑπτιασμῷ προσδοίημεν καὶ σκολιότητας πολλὰς καὶ μακράς; [4] Φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας· ἐγκυκλοῦνται μὲν δή τινα χώραν ταῖς σκολιότησι [5] καὶ οὗτος καὶ ὁ Σηκουάνας B οὐ τοσαύτην· ἀμφότεροι δὲ ῥέουσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους, ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν· πρόκειται δ' αὐτῶν ἡ Βρεττανική, τοῦ μὲν Ῥήνου καὶ ἐγγύθεν, ὥστε καθορᾶσθαι τὸ Κάντιον, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἑῷον ἄκρον τῆς νήσου· τοῦ δὲ Σηκουάνα μικρὸν ἀπωτέρω· [6] ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ναυπήγιον συνεστήσατο Καῖσαρ ὁ θεὸς, πλέων εἰς τὴν Βρεττανικήν. Τοῦ δὲ Σηκουάνα τὸ πλεόμενον ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ Ἄραρος δεχομένων τὰ φορτία μικρῷ πλέον ἐστὶν, ἢ τὸ τοῦ Λίγηρος, καὶ τὸ τοῦ Γαρούνα· τὸ δὲ ἀπὸ Λουγδούνου μέχρι τοῦ Σηκουάνα, ἢ χιλίων σταδίων ἐστὶν ἔλαττον, ἢ διπλάσιον τούτου, ἀπὸ τῶν εἰσβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ μέχρι Λουγδούνου. Φασὶ δὲ C καὶ πολυχρύσους τοὺς Ἐλουηττίους εἶναι· μηδὲν μέντοι ἧττον ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι, [7] τὰς τῶν Κίμβρων εὐπορίας ἰδόντας· ἀφανισθῆναι δ' αὐτῶν τὰ δύο φῦλα, τριῶν ὄντων [8] κατὰ στρατείας· ὅμως δ' [9] ἐκ τῶν λοιπῶν τόπων τὸ τῶν ἐπιγόνων πλῆθος ἐδήλωσεν ὁ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν πόλεμος, [10] ἐν ᾧ περὶ τετταράκοντα

A quam attingunt Rhæti & Vindelici, partim in Alpibus partim ſupra Alpes habitantes. Aſinius, Rheno longitudinem adſignat ſtadiorum ıɔɔ cıɔ ſed non eſt ita: nam longitudo ſi rectam lineam intelligas, ſemiſſem hujus numeri non multum excedit, & propter flexus addita mille ſtadia ſufficient: eſt enim celer: adeòque & pontibus difficulter jungitur, & ab montibus delatus, deinceps per campos ſupinus fertur: at quomodo rapidus & celer maneret, ſi ſupinationi huic adderemus etiam obliquitates multas ac longas? Idem duo ei tribuit oſtia, reprehendens eos qui plura. Flexibus quidem ſuis aliquid B regionis Rhenus includit, ut & Sequana, ſed non tantundem. Uterque à meridie verſus Septentrionem fluit, & eſt eorum oſtiis objecta Britannia, Rheno vicinior, ita ut Cantium quod eſt orientale inſulæ promontorium, apud oſtia ejus cerni poſſit. Sequana aliquanto longiùs diſtat. Ibi D. Cæſar naves compegit, cùm in Britanniam navigaret. Sequana ab his qui ex Arare merces acceperunt, navigatur aliquanto longius quàm Ligeris à Garumna: à Lugduno uſque ad Sequanam aut duobus ſtadiorum millibus eſt, aut duplum ejus ſpacii quod ab oſtiis Rhodani C Lugdunum uſque eſt. Helvetios ajunt, quanquam eſſent auri divites, tamen latrociniis ſe dediſſe, cùm viderent Cimbrorum opes: cùmque eſſent in tres gentes diviſi, duas earum expeditionibus bellicis periiſſe: quanta tamen ex reliquiis enata fuerit multitudo, bellum Helvetiorum contra D. Cæſarem geſtum docuit, in quo hominum CCCC

1. *Καὶ Κερετοὶ καὶ οὐινδολοῦγοι*) Ex eodem VII. libro diſcimus ſcripſiſſe Strabonem *καὶ Ραιτοὶ καὶ οὐινδουλικοί*. Vet. libri habebant *καὶ Ρετοί*. *Caſaub.*

2. *Ασίνιος*) An hic eſt Aſinius Pollio qui hiſtorias ſcripſit, de quo Suidas? An ejus filius Aſinius Quadratus, quem toties citat Stephanus, quemque ait Agathias diligentiſſimè res Germanorum literis mandaſſe? *Idem.*

3. *διὰ τοῦτο δὲ καὶ δυσγεφύρατος*) Cæſar B.G. lib. IV. cap. 17. *Itaque etſi ſumma difficultas faciundi pontis proponebatur, propter latitudinem, rapiditatem, altitudinemque fluminis.* Qua autem ratione pontes efficerent in magnis his fluminibus Romani, præter Cæſarem docet nos Arrianus. *Idem.*

4. *φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι*) Plinius IV. c. 15. videtur *τρίστομον* facere: oſtiorumque nomina hæc refert, Helium, Flevum, & quod Rheni nomen ſervat in medio iſtorum. Cæſar B. G. IV. 10. multis capitibus in Oceanum ait influere. *Idem.*

5. *καὶ οὗτος καὶ ὁ Σηκουάνας*) Nullum videtur Strabo agnoſcere flumen inter Sequanam & Rhenum: quum ſint aliquot: Moſa in primis: de quo dubitavi diu eſſetne intelligendum quod Sequanæ hîc tribuitur. De Moſa enim ſcribit Cæſar B. G. IV. 10. *Moſa profluit ex monte Vogeſo, qui eſt in finibus Lingonum, & parte quadam Rheni recepta, quæ appellatur Vahalos, inſulam efficit Batavorum.* Idem.

6. *ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ναυπήγιον συνεστήσατο Καῖσαρ*) *ἐνταῦθα* hoc eſt apud Morinos & Menapios ut docet Cæſ. Com. lib. IV. cap. 21. 22. Bis autem trajecit in Britanniam: ſed ab eodem ſolvens portu D Iccio, ſcilicet Morinorum. *Idem.*

7. *τὰς τῶν Κίμβρων εὐπορίας*) Vide infra lib. VI. *Idem.*

8. *κατὰ στρατείας*( Vett. lib. *στρατιάς*. *Idem.*

9. *ἐκ τῶν λοιπῶν τόπων*) Lego *λοιπῶν τούτων*. *Idem.*

10. *ἐν ᾧ περὶ τετταράκοντα μυριάδες σωμάτων διεφθάρησαν*) Perſuaſum habeo librariorum culpa fieri ut tanta varietas hodie reperiatur in hac ſumma apud Cæſarem, Plutarchum & Strabonem. Si Cæſarem ſequimur (nec video cui potius credamus) legendum fuerit hoc loco *περὶ τριάκοντα*. Nam ex Cæſare B. G. I. c. 29. intelligimus ſummam eorum qui perierunt hoc bello eſſe CCLVIII. millium. Sed quod ſequitur de octo millibus quæ redierunt domum longè eſt depravatius: cum Cæſar disertè ſcribat cenſu habito repertum eſſe numerum millium C. & X. quæ ſunt XI. *μυριάδες*. *Idem.*

millia deleta ſunt: reliquos ad VIII mil. Cæſar ſupereſſe paſſus eſt, ne finitimis Germanis vacuam regionem relinqueret. Poſt Helvetios ad Rhenum ſunt Sequani & Mediomatrices, in quibus Triboci gens Germanica, quod ex patria ſua tranſlati. In Sequanis mons eſt Iuraſſus, qui eos ab Helvetiis diſtinguit. Super Helvetios & Sequanos verſus occaſum, habitant Hedui & Lingones: ſuper Mediomatrices Leuci, & pars Lingonum. Populi qui trans Rhodanum & Ararim inter Ligerim & Sequanam ſunt ad Septentrionem, adjacent Allobrogibus & Lugdunenſi agro: horum clariſſimi ſunt Arverni & Carnutes, per quos utroſque Ligeris in Oceanum delabitur. A fluminibus Galliæ in Britanniam trajectus eſt ſtadiorum CCCXX: nam ſub deſſuxum maris veſperi avehentes, & poſtridie circa octavam horam in inſulam perveniunt. Infra Mediomatrices & Tribocos ad Rhenum incolunt Treviri, apud quos noſtro tempore pons eſt factus à Romanis qui bellum Germanicum gerunt. Trans fluvium ad iſta loca habitabant Ubii, quos non invitos Agrippa intra Rhenum traduxit. Treviris contigui ſunt

A μυριάδες σωμάτων διεφθάρησαν· τοὺς δὲ λοιποὺς σώζεσθαι μεθῆκεν εἰς ὀκτακισχιλίους, [1] ὅπως μὴ τοῖς Γερμανοῖς ὁμόροις οὖσιν, ἔρημον [2] τὴν χώραν ἀναφῇ. [3] Μετὰ δὲ τοὺς Ἐλουηττίους, Σηκουανοὶ καὶ Μεδιοματρικοὶ, κατοικοῦσι τὸν Ῥῆνον· ἐν οἷς ἵδρυται Τρί- Γερμανικὸν ἔθνος περαιωθὲν ἐκ τῆς οἰκείας, Τριβόκχοι. Ἐν δὲ τοῖς Σηκουανοῖς ἐστι [4] τὸ ὄρος ὁ Ἰουράσιος· [5] διορίζει δ' Ἐλουηττίους, καὶ Σηκουανούς. Ὑπὲρ οὖν τῶν Ἐλουηττίων καὶ Σηκουανῶν Ἔδουοι, καὶ Λίγγονες οἰκοῦσι πρὸς δύσιν· ὑπὲρ δὲ τῶν Μεδιοματρικῶν, Λεῦκοι καὶ τῶν Λιγγόνων τι μέρος. Τὰ δὲ μεταξὺ ἔθνη τοῦ τε Λείγηρος καὶ τοῦ Σηκουάνα ποταμοῦ, τὰ πέραν τῶν Ῥοδανοῦ τε καὶ τοῦ Ἄραρος, παράκειται πρὸς ἄρκτον, B [6] τοῖς τε Ἀλλόβριξι, καὶ τοῖς περὶ τὸ Λούγδουνον· τούτων δ' ἐπιφανέστατόν ἐστι, τὸ τῶν Ἀρουέρνων, καὶ τὸ τῶν Καρνούτων· δι' ὧν ἀμφοῖν ἐνεχθεὶς ὁ Λείγηρ, εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἔξεισι· δίαρμα δ' ἐστὶν εἰς τὴν Βρεττανικὴν, [7] ἀπὸ τῶν ποταμῶν τῆς Κελτικῆς, [8] εἴκοσι καὶ τ στάδιοι· ὑπὸ γὰρ τὴν ἀμπωτιν ἀφ' ἑσπέρας ἀναχθέντες, τῇ ὑστεραίᾳ περὶ ὀγδόην ὥραν καταίρουσιν εἰς τὴν νῆσον. Μετὰ δὲ τοὺς Μεδιοματρικοὺς καὶ Τριβόκχους, παροικοῦσι τὸν Ῥῆνον [9] Τριουάγροι· [10] καθ' οὓς πεποίηται τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων νυνὶ, τῶν στρατηγούντων τὸν Γερμανικὸν πόλεμον· πέραν δὲ ᾤκουν Οὔβιοι κατὰ τοῦτον τὸν τόπον· [11] οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας [12] ἑκόντας εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου. Τριουάγροις δὲ συνεχεῖς p. 194.

1. *ὅπως μὴ τοῖς Γερμανοῖς ὁμόροις οὖσιν*) Cæſaris verba mihi videtur interpretari B. G. I. c. 28. *Ipſos oppida vicoſque quos incenderant reſtituere juſſit: Id ea maximè ratione fecit, quod noluit eum locum unde Helvetii deſceſſerant vacare. ne propter bonitatem agrorum Germani qui trans Rhenum incolunt, è ſuis finibus in Helvetiorum fines tranſirent, & finitimi Galliæ provinciæ Allobrogibuſque eſſent.* Caſaub.

2. *τὴν χῶραν ἀνφῇ*) Vett. lib. *χῶραν ἀφῇ*. Rectè. *Idem.*

3. *μετὰ δὲ τοὺς Ἐλουηττίους, Σηκοανοὶ καὶ Μεδιοματρικοὶ*) Plane ita Cæſar in Com. de Rheno. B. G. IV. 10. *Longo ſpatio per fines Nantuatium Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Trevirorum citatus fertur.* Apud Cæſ. omnino legi debet *Tribocorum*. Nam hi ſunt quos Τριβόκχους noſter appellat. Ptolem. Τριβόκκους. Et idem Cæſar *Tribocos* vel *Triboces* Germanorum gentem agnoſcit. *Idem.*

4. *τὸ ὄρος ὁ Ἰουράσιος*) Cæſari B. G. I. c. 2. *Jura*. Ptolemæo Juraſſus. Infra Ἰορας. *Idem.*

5. *διορίζει δ' Ἐλουηττίους καὶ Σηκοανοὺς*) Cæſar B. G. I. c. 2. ait *contineri Helvetios una ex parte Rheno, altera ex parte monte Jura altiſſimo qui eſt inter Sequanos & Helvetios.* Idem.

6. *τοῖς τε Ἀλλόβριξι*) Supra Ἀλλόβρογας dixit: Stephanus auctor eſt à Polybio per ι fuiſſe hanc vocem ſcriptam, quod verum eſt. Alii tamen per ο ut Ptolemæus. Alii per υ ut Apollodorus. Dio & plerique Græci Polybium ſequuntur. *Idem.*

7. *ἀπὸ τῶν ποταμῶν τῆς Κελτικῆς*) Miror quare ita loquatur ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν. Nam profectò rectius paulò ante Britanniam Rheni oſtiis propriorem eſſe dixit quàm fluminum aliorum. vide in deſcriptione Britanniæ. *Idem.*

8. *εἴκοσι καὶ τ στάδιοι*). Annotat vir harum rerum peritiſſ. Abrahamus Ortelius hæc planè convenire trajectui à portu Iccio ad proximam Britanniæ partem. quod intervallum volunt eſſe vulgata menſura XIII. milliarium, quæ ſtadia efficiant ut Strabo ait CCCXX. unde adducor equidem ut credam Cæſarem de hoc trajectu ita ſcripſiſſe. *Atque omnes ad portum Itium convenire jubet: quo ex portu commodiſſimum in Britanniam tranſiectum eſſe cognoverat circiter millium paſſuum* XXXX. nam quadraginta millia paſſuum ſtadia colligunt CCCXX. vulgo tamen ibi legitur XXX. quod non poſſum probare, cum Strabo aliter legerit, ut infra dicemus. Antoninus autem à portu Geſſoriacenſi ad Ritupium ſtadia ait eſſe CCCCI. niſi in numeris peccatum eſt, quanquam vulgatam lectionem confirmat Plinius IV. c. 16. qui Britanniam ait abeſſe à Geſſoriaco Morinorum, gentis littore proximo trajectu L. M. minimum. *Idem.*

9. *Τριουάγροι*) Omnino puto eſſe Treviros, de quibus paſſim hiſtoriæ Rom. loquuntur. Mirum autem paullò poſt eoſdem Τριουίρους rectè dici, cum toties Τριουάγροι. An potius Τριουαιροι ubique legendum? *Idem.*

10. *καθ' οὓς πεποίηται τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων νυνί*) Florus de Druſo IV. c. 12. *Per Rheni ripam quinquaginta amplius caſtella direxit. Bormam & Geſoniam cum pontibus junxit, claſſibuſque firmavit.* Meminit & Tacitus pontis Rheno impoſiti Annal. lib. primo c. 69. De Germanico bello præter alios vide Dionem libro quadrageſimo tertio. *Idem.*

11. *οὓς μετήγαγεν Ἀγρίππας*) Videtur & alios multos Germaniæ populos in Galliam tranſduxiſſe. Nam id infra lib. VII. dicitur. *Idem.*

12. *ἑκόντας*) adeo quidem ut hiſtorici non tranſductos fuiſſe ab Agrippa ſcribant: ſed tranſgreſſos Rhenum, in fidem ab Agrippa eſſe acceptos. vide Tacitum Ann. lib. XII. c. 27. *Idem.*

1. Νερού-

1 Νερούιοι, καὶ τοῦτο Γερμανικὸν ἔθνος· τελευταῖοι δὲ Μενάπιοι τῶν ἐκβολῶν 2 ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ κατοικοῦντες ἕλη, καὶ δρυμοὺς, οὐχ ὑψηλῆς ἀλλὰ πυκνῆς ὕλης, καὶ ἀκανθώδους. 3 κατὰ τούτους δ' ἵδρυνται Σούγαμβροι Γερμανοί· πάσης δ' ὑπερκέινται τῆς ποταμίας ταύτης 4 οἱ Σόηβοι προσαγορευόμενοι Γερμανοὶ, καὶ δυνάμει καὶ πλήθει διαφέροντες τῶν ἄλλων· ὑφ' ὧν οἱ ἐξελαυνόμενοι, κατέφευγον εἰς τὴν ἐντὸς τοῦ Ῥήνου νυνί· καὶ ἄλλοι δὲ κατ' ἄλλους τόπους δυναστεύουσι, καὶ διαδέχονται τὰ ζώπυρα τοῦ πολέμου τῶν πρότερον ἀεὶ καταλυομένων. Τῶν δὲ Τρηουίρων καὶ Νερβίων, 5 Σένωνες καὶ Ῥῆμοι πρὸς ἑσπέραν οἰκοῦσιν· 6 ἔτι δ' Ατρέβατοι καὶ Εβούρωνες· τοῖς Μεναπίοις δ' εἰσὶ συνεχεῖς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Μορῖνοι, 7 Βελλοάκοι, καὶ Αμβιανοὶ, 8 Σουεσιῶνες, 9 καὶ Καλέτοι, μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Σηκουανὰ ποταμοῦ. Εμφερὴς δ' ἐστὶ τῇ τῶν Μεναπίων ἥ τε τῶν Μορινῶν, καὶ ἡ τῶν Ατρεβατίων, καὶ Εβουρώνων· ὕλη γάρ ἐστιν οὐχ ὑψηλῶν δένδρων, πολλὴ μὲν, οὐ τοσαύτη δὲ, 10 ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι τετρακισχιλίων σταδίων. καλοῦσι δ' αὐτὴν Αρδουένναν. κατὰ δὲ τὰς πολεμικὰς ἐφόδους 11 συμπλέκοντες τὰς τῶν θάμνων λύγους, βατώδεις ὄντας, 12 ἀνέφραττον τὰς εἰσόδους. ἔστι δ' ὅπου καὶ σκόλοπας κατέπηττον·

Nervii Germanica gens: ultimi ſunt Menapii, qui ex utroque oſtiorum latere paludes incolunt & ſylvas, humilis denſæque materiæ ac ſpinoſæ. juxta illos Sicambri. ſupra totam hanc ripam degunt Suevi Germanica natio, reliquis numero & potentia ſuperiores: à quibus alii pulſi in regionem interiorem Rheno nunc confugerunt: ſed & aliis in locis alii dominantur, belliquc ſeminaria excipiunt, prioribus ſubinde debellatis. A Treviris & Nerviis verſus occaſus Senones ſunt & Remi, itémque Atrebates & Eburones. Menapiis contermini ſunt ad mare Morini, Bellovaci, Ambiani, Sueſſiones, & Caleti, uſque ad Sequanæ oſtia. Menapiorum regioni ſimilis eſt Morinorum, Atrebatum, & Eburonum: eſt enim ſylva arborum non excelſarum, magna quidem, ſed non tanta, quantam ſcriptores faciunt, IV millia ſtadiorum ei tribuentes. eam vero Ardevennam vocant. Sub bellorum incurſiones vimina arbuſtorum dumoſorum contexentes, aditus intercludunt, defixis etiam alicubi palis:

1. Νεοούιοι, καὶ τοῦτο Γερμανικὸν ἔθνος) Tacitus de moribus Germ. c. 28. *Nervii circa affectationem Germanicæ originis ultrò ambitioſi ſunt, tanquam per hanc gloriam ſanguinis, à ſimilitudine & inertia Gallorum ſeparentur.* Caſaub.

2. ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ) Cæſar de iiſdem Menapiis B. G. IV. 4. *Hi ad utramque fluminis ripam ædificia vicoſque habebant.* Idem.

3. κατὰ τουτους δ' ἵδρυνται Σούγαμβροι Γερμανοί) Sugambri in altera Rheni ripa ἀντιπαρήκουσι Menapiis. Sunt autem Sygambri Germani. Mirum non vidiſſe interpretem hujus loci mentem: in quo tamen nulla erat difficultas. *Idem.*

4. οἱ Σόηβοι προσαγορευόμενοι) Vet. lib. Σούηβοι. De Suevis vide Tacitum de morib. Germ. c. 38. *Idem.*

5. Σένωνες) Vett. lib. Σείνονες. Legendum Σέννονες ex Stephano, quanquam infra ſemper Σένωνες. De Senonib. & Rhemis ſæpe Cæſar. *Idem.*

6. ἔτι δ' Ατρέβατοι) Libri. Ατρεβάτιοι. Ptolemæo Ατριβάτιοι. Latinis *Atrebates*. Idem.

7. Βελλοάκοι) Ptol. Βελλούακοι. *Idem.*

8. Σουεσιῶνες) Lego Σουεσσῶνες. Sueſſones Cæſari B. G. II. 3. Rhemorum fratres ac conſanguinei: οὐέσσονες Ptol. ut eruditi viri annotarunt, deficiente in principio litera σ: qua de re libro primo diximus. Poteſt tamen apud Ptolemæum videri legendum ὑφ' οὓς Σουέσσονες: non ὑφ' οὓς οὐέσσονες. *Idem.*

9. καὶ Καλέτοι) Ptolem. Καλῆται. *Idem.*

10. ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι τετρακισχιλίων σταδίων) Cæſarem reprehendit ſi ita ſcripſit. Cæſaris enim ſunt hæc libro VI. c. 29. B. G. *profectus per Arduennam ſylvam, quæ eſt totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni finibuſque Trevirorum ad Nervios pertinet, millibuſque amplius D. in longitudinem patet.* Millia P. D. ſtadia ſunt omnino CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. Quare ut dixi, ſi ita ſcripſit Strabo, Cæſarem & qui cum Cæſare ſentiunt reprehendit hoc loco. Quis autem putet certius de Arduenna quicquam habuiſſe Strabonem quam Cæſarem, qui eam non ſemel luſtravit? mihi quidem non temere videntur quæ à Cæſare dicuntur in dubium poſſe vocari: nec facile reperias ubi à Cæſare diſſentiat Strabo. Quare ne hic quidem meo iudicio ab eodem diſſentire voluit: ſed ejus potius auctoritate adverſus alios uti. Nam aut ego vehementiſſ. fallor, aut ita ſcripſerat Strabo, οὐ τοσαύτη δὲ ὅσην οἱ συγγραφεῖς εἰρήκασι. τετρακισχιλίων σταδίων δὲ, quorum verborum eſt hæc ſententia, Arduennam non eſſe tantam quantam ſcriptores plerique tradunt, ſed ſtadiorum tantum quatuor millium. Corruperunt hunc locum qui elegantem τῆς δὲ in fine ſententiæ uſum non obſervaverant: quod in hoc auctore paſſim occurrit. *Idem.*

11. συμπλέκοντες τὰς τῶν θάμνων λύγους, βατώδεις ὄντας) θάμνοι ſunt δενδρώδεις τόποι δασεῖς, loci denſis arboribus ſive arbuſtis conſiti. λύγοι vimina ſunt, & quod in fruticibus ἀναλογεῖ ramis arborum, βατώδεις autem vocat, id eſt ἀκανθώδεις. In vett. lib. erat σωντέμνοντες, quod non placet. Cæſaris verba unde hæc ſunt, eruit pro interprete. *Nervii*, inquit, *quò facilius finitimorum equitatum, ſi prædandi cauſa ad eos veniſſet, impedirent, teneris arboribus inciſis atque inflexis, crebriſque in latitudinem ramis enatis, & rubis ſentibuſque interjectis, effecerant ut inſtar muri hæ ſepes munimenta præberent, quò non modo non intrari, ſed ne perſpici quidem poſſit.* Hactenus Cæſ. lib. II. c. 17. B. G. Videtur autem ſcriptorum lectio defendi poſſe, cum ſcribat Cæſ. *inciſis arboribus*, ego tamen nihil cenſeo mutandum. (Niſi velimus eundem Cæſarem ſecuti conjungere utrumque ac legere συντέμνοντες καὶ συμπλέκοντες, ut ille dixit *inciſis atque inflexis*) Scribe autem ὄντας. *Idem.*

12. ἀνέφραττον τὰς εἰσόδους) Script. lib. τὰς παρόδους. Iidem habent, τας καταφυγὰς εἶχον. rectè, pro τὰς φυγάς. *Idem*

ipſi cum totis familiis in profunda ſylvæ ſe abdunt, inſulas habentes in paludibus exiguas; ac tempore quidem pluvio facile iis fuit effugere: ſiccitate oborta non difficulter ſunt capti: nunc omnes qui intra Rhenum degunt, quieti Romanis parent. Ad Sequanam fluvium ſunt etiam Pariſii: inſulam habitantes in flumine & urbem Luteciam. tum Meldæ, & Lexobii ad Oceanum. Inter iſtas gentes Rhemi, nobiliſſimi ſunt, & eorum urbs primaria Duricortora maximè incolitur, & Romanorum præfectis hoſpitium præbet.

Poſt dictas gentes Belgæ ſunt ad Oceanum pertinentes. De his Veneti navali pugna cum Cæſare congreſſi ſunt, parati ejus Britannicam navigationem impedire, quòd eo ipſi uterentur emporio. Facilè autem Cæſar eos vicit, non confligendis navibus (quippe craſſis lignis eorum navis conſtabat:) ſed cùm vento incitatæ impetum darent, Romani vela faſcibus, quas longuriis præfixerant, deripiebant: nam velis utebantur pelliceis. Veneti ad vim ventorum, & catenas intendebant loco rudentum: naves faciebant latis carinis, altis proris & puppibus ob æſtum maris, ex materia, qua abundant, querna: tabularum juncturas non committebant, ſed intercapedines relinquebant, quas

A αὐτοὶ δὲ κατέδυνον εἰς τὰ βάθη πανοίκιοι, νησίδια ἔχοντες ἐν τοῖς ἕλεσι. ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐπομβρίαις ἀσφαλεῖς * τὰς φυγὰς εἶχον· ἐν δὲ τοῖς αὐχμοῖς ἡλίσκοντο ῥᾳδίως· νυνὶ δ' ἅπαντες οἱ ἐντὸς Ῥήνου καθ' ἡσυχίαν ὄντες ὑπακούουσι Ῥωμαίων. Περὶ δὲ τὸν Σηκουανὸν ποταμὸν, εἰσὶ καὶ [1] οἱ Παρίσιοι, νῆσον ἔχοντες ἐν τῷ ποταμῷ, [2] καὶ πόλιν Λουκοτοκίαν· καὶ Μέλδοι, καὶ Ληξοούιοι, [3] παρωκεανῖται οὗτοι. Ἀξιολογώτατον δ' ἐστὶν ἔθνος τῶν ταύτῃ, Ῥῆμοι, καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν [4] Δουρικόρτορα, μάλιστα συνοικεῖται, καὶ δέχεται τοὺς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμόνας.

* Manuſſ. τὰς καταφυγάς.

B Μετὰ δὲ τὰ λεχθέντα ἔθνη, τὰ λοιπὰ Βελγῶν ἐστὶν ἔθνη, τῶν παρωκεανιτῶν, ὧν Οὐένετοι μέν εἰσιν οἱ ναυμαχήσαντες πρὸς Καίσαρα· [5] ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν κωλύειν τὸν εἰς τὴν Βρεττανικὴν πλοῦν, [6] χρώμενοι τῷ ἐμπορίῳ· κατεναυμάχησε δὲ ῥᾳδίως, [7] οὐκ ἐμβόλοις χρώμενος, (ἦν γὰρ παχέα τὰ ξύλα) p. 195. [8] ἀλλ' ἀνέμῳ φερομένων ἐπ' αὐτὸν, [9] κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπάνοις· [10] ἦν γὰρ σκύτινα, διὰ τὴν βίαν τῶν ἀνέμων· [11] ἁλύσεις δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων· [12] πλατύφυγα δὲ ποιοῦσι, καὶ ὑψήπρυμνα, καὶ ὑψόπρωρα C διὰ τὰς ἀμπώτεις, [13] δρυΐνης ὕλης, ἧς ἐστιν εὐπορία· διόπερ οὐ συνάγουσι τὰς ἁρμονίας τῶν σανίδων, ἀλλ' ἀραιώματα καταλείπουσι· ταῦτα

1. οἱ Παρίσιοι νῆσον ἔχοντες) Cæſar lib VII. c. 57. B. G. *Cum* VI. *legionibus Lutetiam proficiſcitur. Id eſt oppidum Pariſiorum, poſitum in inſula fluminis Sequanæ.* Caſaub.

2. καὶ πόλιν Λουκοτοκίαν) Apud Ptolem. πόλις Παρισίων Λουκοτοκία. Videntur Græci auctores in voce Gallica Græcam etymologiam ſomniaſſe. *Idem.*

3. παρωκεανῖται οὗτοι) Lexovii non etiam Meldi. Hi enim Ptolemæo quidem ſunt in ipſo Galliæ meditullio: Μέλδας autem vocat. Idem Λιξουβίους vocat quos noſter Ληξοουΐους. *Idem.*

4. Δουρικόρτορα) Ptol. Δουροκόρτορον. Apud Stephanum Δοροκόττορος. *Idem.*

5. ἕτοιμοι γὰρ ἦσαν) Aliam cauſam hujus belli commemorat Cæſar B. G. lib. III. cap II. *Idem.*

6. χρώμενοι τῷ ἐμπορίῳ) Cæſar B. G III 8. *Hujus civitatis eſt longè ampliſſima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum, quod & naves habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare conſueverunt.* Idem.

7. Οὐκ ἐμβόλοις χρώμενος, ἦν γὰρ παχέα τὰ ξύλα) Cæſaris B. G. III. 13. verba unde hæc videntur expreſſa, ſunt. *Cum his navibus noſtræ claſſi ejuſmodi congreſſus erat, ut una celeritate & pulſu remorum præſtaret, reliqua pro loci natura, pro vi tempeſtatum illis eſſent aptiora & accommodatiora: neque enim his noſtræ roſtro nocere poterant: tanta erat in his firmitudo.* Idem.

8. ἀλλ' ἀνέμῳ φερομένων ἐπ' αὐτόν) Cæſar B. G. III. 14. *Una erat magno uſui res præparata à noſtris, falces præacutæ, inſertæ, affixæque longuriis, non abſimili forma muralium falcium, his cum funes, qui antennas ad malos diſtinebant, comprehenſi adducti que erant navigio remis incitato prærumpebantur: quibus abſciſſis, antennæ neceſſario concidebant.* Idem.

9. κατέσπων οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ἱστία δορυδρεπάνοις) Dio Libro XXXIX. in deſcriptione huius naumachiæ, δορυδρέπανα σφίσιν οἱ Ῥωμαῖοι ἐπέφερον καὶ τάτε σχοινία αὐτῶν διέτεμνον, καὶ τὰ ἱστία διέσχιζον. Atque hoc quidem Dio rectè: nam cætera quæ ad hoc prælium faciunt, in eo ſcriptore minus accurata reperies, quale eſt illud τότε μὲν ἐμβάλλων τινι, cum certum ſit ἐμβόλοις Roman. uti nequiviſſe. *Idem.*

10. ἦν γὰρ σκυτινὰ διὰ τὴν βίαν τῶν ἀνέμων) Cæſar B. G. III. 13. *Pelles pro velis alutæque tenuiter confectæ, ſive propter lini inopiam, atque ejus uſus inſcitiam: ſive, quod eſt magis veriſimile, quod tantas* D *tempeſtates Oceani, tantoſque impetus ventorum ſuſtineri, ac tanta onera navium regi velis non ſatis commodè arbitrabantur.* Dio, καὶ γὰρ ἱστία δερμάτινα εἶχον ὥστε πᾶσαν τὴν τοῦ πνεύματος ἰσχὺν ἀπλήστως εἰσδέχεσθαι. Idem.

11. ἁλύσεις δ' ἔτεινον ἀντὶ κάλων) Cæſar B. G. III. c 13. *anchoræ pro funibus, ferreis catenis revinctæ* Idem.

12. πλατύφυγα δὲ ποιοῦσιν ὑψίπρυμνα καὶ ὑψόπρωρα) Et hæc habet à Cæſare B. G. III. 13. cujus verba lucem magnam iſtis afferent: *Carinæ aliquanto planiores quàm noſtrarum navium, quo facilius vada ac deceſſum æſtus excipere poſſent. Proræ admodum erectæ, atque item puppes ad magnitudinem fluctuum, tempeſtatumque accommodatæ.* Idem.

13. δρυΐνης ὕλης, ἧς ἐστιν εὐπορία) Aliam cauſam affert Cæſar. B. G. III. 13. *Naves totæ factæ ex robore, ad quamvis vim & contumeliam perferendam.* Idem.



1. τὴν

δὲ βρύοις διαναπλοῦσι, τοῦ μὴ κατὰ τὰς νεωλκίας καπυροῦσθαι [1] τὴν ὕλην ἢ νοτιζομένην· τοῦ μὲν βρύου [2] νοτιωτέρου ὄντος τῇ φύσει, τῆς δὲ δρυὸς ξηρᾶς καὶ ἀλίπους. [3] Τούτους οἶμαι τοὺς Οὐενετοὺς, οἰκιστὰς εἶναι τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν. καὶ γὰρ οἱ ἄλλοι πάντες σχεδόν τι οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Κελτοὶ μετανέστησαν ἐκ τῆς ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων γῆς, [4] καθάπερ καὶ οἱ Βόιοι καὶ οἱ Σένονες· διὰ δὲ τὴν ὁμωνυμίαν [5] Παφλαγόνας φασὶν αὐτούς· [6] λέγω δ' οὐκ ἰσχυριζόμενος· ἀρκεῖ γὰρ περὶ τῶν τοιούτων τὸ εἰκός. Ἐνθένδε οἱ [8] Ὀσίσμιοι δ' εἰσὶν οὓς Τιμίους ὀνομάζει Πυθέας, ἐπί τινος προπεπτωκυίας ἱκανῶς ἄκρας, εἰς τὸν Ὠκεανὸν, οἰκοῦντες· οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον δὲ, [9] ἐφ' ὅσον ἐκεῖνος ἔχειν φησὶ, [10] καὶ οἱ πιστεύσαντες ἐκείνῳ. Τῶν δὲ μεταξὺ ἐθνῶν τοῦ τε Σικουανὰ καὶ τοῦ Λείγηρος, οἱ μὲν τοῖς Σηκουανοῖς, οἱ δὲ τοῖς Ἀρουέρνοις ὁμοροῦσι.

Τὸ δὲ σύμπαν φῦλον, [11] ὃ νῦν Γαλλικόν τε καὶ Γαλατικὸν καλοῦσιν, [12] ἀρειμάνιόν τε [13] καὶ θυμικόν ἐστι, [14] καὶ ταχὺ πρὸς μάχην· [15] ἄλλως δὲ ἁπλοῦν καὶ οὐ κακόηθες. διὰ δὲ τοῦτο ἐρεθισθέντες μὲν, ἀθρόοι συνίασι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, καὶ φανερῶς, καὶ οὐ μετὰ περισκέψεως· ὥστε καὶ εὐμεταχείριστοι γίνονται τοῖς καταστρατηγεῖν ἐθέλουσι· καὶ γὰρ ὅτε βούλεται, καὶ ὅπου, καὶ ἀφ' ἧς ἔτυχε προφάσεως, παροξύνας τις αὐτοὺς, ἑτοίμους ἔσχε πρὸς τὸν κίνδυνον, πλὴν βίας καὶ τόλμης, [16] οὐδὲν ἔχοντας τὸ συναγωνιζόμενον· παραπεισθέντες δὲ εὐμαρῶς

A alga implerent, ne materia cùm ſubducuntur naves, exareſceret, neve ei noceret humor: cùm alga ſua natura ſit humidior, quercus ſicca & pinguedinis inops. Hos ego Venetos exiſtimo Venetiarum in Adriatico ſinu [illegible] auctores: (quando reliqui etiam ferè omnes Galli qui in Italia ſunt, ex tranſalpinis eò immigraverunt regionibus, ut Boji & Senones) cùm Paphlagonibus, quia illi quoque Heneti ſive Veneti appellantur, alii id adſcribant: neque ego id pro certo tamen affirmo, cùm in hujuſmodi rebus probabili conjectura par ſit eſſe contentum. Poſt Venetos ſunt 7 Oſiſmii, B quos Timios Pytheas dicit, verſus Oceanum habitantes in promontorio quodam ſatis longè porrecto, non tamen ita longè, ut ille & qui eum ſecuti ſunt auctorem, tradiderunt. Gentium quæ inter Sequanam & Ligerin degunt, aliæ Sequanorum, aliæ Arvernorum ſunt finitimæ.

Univerſa autem hæc natio, quæ Gallica ſeu Galatica nunc uſurpatur, bellicoſa eſt & ferox, & ad pugnam prompta, cæterum ingenio ſimplici ac nulla malignitate devincto. Itaque iritati, ad pugnam confertim & palam coëunt, idque incircumſpectè: quo fit ut facilè circumveniantur, ſi quis calliditate bellica aduerſus C eos uti velit: facilè enim quando & ubi volet, & quacumque cauſa objecta eos laceſſitos ad prœlium conſerendum elicuerit, nulla præter vim & audaciam re inſtructos. Iidem facilè perſuaderi ſibi

1. τὴν ὕλην ἢ νοτιζομένην) Lego τὴν ὕλην νοτιζομένην, ut ſit hæc ſententia: Navium rimas alga replent, ut materia earum ſubductarum νοτιζομένη propter ſiccitatem non corrumpatur: quod uſuvenire ſolet. Participium igitur cauſam indicat quæ naves conſervat: quod in Thucydide frequenter occurrit. Quid ſi ita legas τοῦ μὴ κατὰ τὰς νεωλκίας καπυροῦσθαι τὴν ὕλην μὴ νοτιζομένην. Xylander à ſententia procul aberravit. *Caſaub.*

2. νοτιωτέρου ὄντος τῇ φύσει) In ſcriptis, τὴν φύσιν. *Idem.*

3. Τούτους οἶμαι τοὺς οὐενετοὺς) Strabonis conjecturam probo ac libenter amplector. Quis eſt enim adeo harum rerum imperitus, quin ſciat à Gallis totam illam Italiæ partem fuiſſe occupatam, multaſque ab ipſis ibi fuiſſe conditas urbes iis unde profecti erant cognomines? *Idem.*

4. καθάπερ οἱ Βόϊοι καὶ οἱ Σένονες) Vide ſeq. lib. & Livium lib. quinto c. 34. *Idem.*

5. Παφλαγόνας φασὶν αὐτοὺς) Vide lib. ſeq. *Idem.*

6. λέγω δὲ οὐκ ἰσχυριζόμενος) Videtur ſatis apertè ſignificare ſe huius conjecturæ auctorem eſſe: quod tamen ſecus eſſe è lib. quinto intelligimus. *Idem.*

7. *Oſiſmii.*) Ex Cæſare & Plinio correxi. Cæterùm apud Homerum Paphlagones Heneti vocant. Iliad *B* 852. & digamma Aeolicum aliâs in H, âlias in V conſonantem mutari, alibi annotavimus. vide infrà libro quinto. *Xyland.*

8 ὀσίσμιοι) Et Ptolem. Ὀσίσμιοι. Cæſar B G. II. 34. *Oſiſmi* malè in vulgatis lib. Vide Plin. lib. IV. cap. 18. *Caſaub.*

9. ἐφ' ὅσον ἐκεῖνος ἔχειν φησὶ) Malim ἀνέχειν vel ἐξέχειν. Nam ἀνέχειν & ἐξέχειν apud Geograph. idem ſignificant ac προπίπτειν. *Idem.*

10. καὶ οἱ πιστεύσαντες ἐκείνῳ) In his eſt Plinius niſi fallor. *Idem.*

11. ὃ νῦν Γαλλικὸν) Epitome, ὃ νῦν Κελτικὸν τε καὶ Γαλατικὸν καὶ Γαλλικόν. *Idem.*

12. ἀρειμάνιόν τε) Dionyſius poeta v. 285. Germanos vocat ἀρειμανίους, itemque Strabo lib. VII. *Idem.*

13. καὶ θυμικὸν) Polybius eleganter ait μὴ τὸ πλεῖον ἀλλὰ συλλήβδην ἅπαν τὸ γινόμενον ὑπὸ τῶν D Γαλατῶν, θυμῷ μᾶλλον ἢ λογισμῷ βραβεύεσθαι. (Ariſtoteles ante Polybium, ὅλως inquit ἡ βαρβαρικὴ ἀνδρία μετὰ θυμοῦ ἐστιν. Eudem. lib. III.) *Idem.*

14. καὶ ταχὺ πρὸς μάχην) Cæſar B. G. III. 10. *Itaque cum intelligeret omnes fere Gallos novis rebus ſtudere & ad bellum mobiliter celeriterque moveri.* Idem. B. G. III. 19. *ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer ac promptus eſt animus.* Utinam id verum non eſſet. *Idem.*

15. ἄλλως δ' ἁπλοῦν καὶ οὐ κακόηθες) Egregia ſanè laus veterum Gallorum: quam quominus hodie retineamus, ſciunt omnes penes quos culpa hæreat. *Idem.*

16. οὐδὲν ἔχοντας τὸ συναγωνιζόμενον) οὐδὲν ἔχοντας, hoc eſt, prudentia, & τῇ στρατηγικῇ φρονήσει deſtitutos. Sanè enim ſi hoc excipias, quid admodum in Gallis ad ſummam rei militaris laudem poſſit deſiderari non video. *Idem.*

I. ἐκ

Sinunt ut utiliora ampleɼtantur: itaque diſciplinæ etiam & litteris ſe dederunt. Violentiam partim à corporum mole habent, partim à multitudine, ac facilè coëunt magno numero ob ſimplicitatem & [illegible]tem, ſemper indignationem ſuſcipientes pro vicinis injuria ſe affectos putantibus. Noſtra quidem ætate omnes pacati ſerviunt, ac Romanorum, à quibus ſubacti ſunt, juſſis parent. Sed quales diximus ſuperioribus temporibus, tales eos fuiſſe intelligemus ex Germanorum adhuc durantibus conſuetudinibus. Nam & natura & vitæ inſtitutis gentes hæ invicem ſimiles ſunt, & cognatæ, confinem habitantes regionem, Rheno diviſam, & pleraque inter ſe ſimilia habentem. Magis tamen verſus ſeptentrionem vergit Germania, partibus auſtrinis cum auſtrinis, & borealibus cum borealibus comparatis. Iiſdem de cauſis migrationes etiam faciliùs iis acciderunt, cùm gregatim ac ex omni collecto multitudine exercitu ferrentur, imò potiùs cum omni familia migrarent, quoties ab aliis validioribus pellebantur. Ac Romani multo hos faciliùs quàm Hiſpanos ſubegerunt: nam his & priùs intulerunt bella, & tardiùs debellarunt, domitis interea temporis omnibus qui inter Rhenum & Pyrenam erant Gallis. Hi enim confertim numeroſis agminibus irruentes, confertim victi fuerunt. Hiſpani bellum traxerunt, & in partes exiguas certamina diſcerpſerunt, aliàs alii atque alibi latrocinii in morem belligerantes. Galli omnes natura ſunt pugnaces, equitatu tamen quàm peditatu meliores: & optimam equitatus ſui partem Romani ab his habent: quo magis ad Septentrionem & Oceanum vergunt, eo ſunt bellicoſiores. Primam laudem Belgis tribuunt, diviſis in XV gentes, quæ habitant inter Rhenum & Ligerin ad Oceanum: 9 ſolique adeò Belgæ Germanorum, Cimbrorum ac Teutonum impreſſionem ſubſtiterunt. Inter Belgas præſtare ajunt Bellovacos,

A ἐνδιδόασι πρὸς τὸ χρήσιμον· ὥστε καὶ παιδείας ἅπτεσθαι, καὶ λόγων. τῆς δὲ βίας, τὸ μὲν [1] ἐκ τῶν σωμάτων ἐστὶ μεγάλων ὄντων, [2] τὸ δ᾽ ἐκ τοῦ πλήθους· συνίασι δὲ καὶ κατὰ πλῆθος ῥᾳδίως διὰ τὸ ἁπλοῦν, καὶ αὐθέκαστον, [3] συναγανακτοῦντες τοῖς ἀδικεῖσθαι δοκοῦσιν ἀεὶ τῶν πλησίον. Νυνὶ μὲν οὖν ἐν εἰρήνῃ πάντες εἰσὶ δεδουλωμένοι, καὶ ζῶντες κατὰ τὰ προστάγματα τῶν ἑλόντων αὐτοὺς Ῥωμαίων. Ἀλλ᾽ ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων τοῦτο λαμβάνομεν περὶ αὐτῶν, [4] ἐκ τῶν μέχρι νῦν συμβαινόντων παρὰ τοῖς Γερμανοῖς νομίμων· καὶ γὰρ τῇ φύσει καὶ τοῖς πολιτεύμασιν, p. 196. ἐμφερεῖς εἰσιν οὗτοι καὶ συγγενεῖς ἀλλήλοις, ὅμορόν B τε οἰκοῦσι χώραν διοριζομένην τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ, καὶ παραπλήσια ἔχουσαν τὰ πλεῖστα· ἀρκτικωτέρα δ᾽ ἐστὶν ἡ Γερμανία, κρινομένων τῶν τε νοτίων μερῶν πρὸς τὰ νότια, καὶ τῶν ἀρκτικῶν πρὸς τὰ ἀρκτικά. διὰ τοῦτο δὲ τὰς μεταναστάσεις αὐτῶν ῥᾳδίως ὑπάρχειν συμβαίνει, φερομένων ἀγεληδὸν καὶ πανστρατιᾷ· μᾶλλον δ᾽ ἐκ πανοικίων ἐξαιρόντων, ὅταν ὑπ᾽ ἄλλων * ὑπεκβάλλωνται κρειττόνων. Οἵ τε Ῥωμαῖοι, πολὺ ῥᾷον τούτων ἐχειρώσαντο, ἢ τοὺς Ἴβηρας· [5] καὶ γὰρ ἤρξαντο πρότερον, καὶ ἐπαύσαντο ὕστερον ἐκείνοις πολεμοῦντες· τούτους δ᾽ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ πάντας κατέλυσαν, τοὺς ἀνὰ μέσον Ῥήνου καὶ τῶν Πυρηναίων C ὀρῶν σύμπαντας· ἀθρόοι γὰρ καὶ κατὰ πλῆθος ἐμπίπτοντες, ἀθρόοι κατελύοντο· οἱ δ᾽ ἐταμίευον, καὶ κατεκερμάτιζον τοὺς ἀγῶνας ἄλλοτε ἄλλοι, καὶ κατ᾽ ἄλλα μέρη λῃστρικῶς πολεμοῦντες. Εἰσὶ μὲν οὖν μαχηταὶ πάντες τῇ φύσει, [6] κρείττους δ᾽ ἱππόται ἢ πεζοί· καὶ ἔστι Ῥωμαίοις [7] τῆς ἱππείας ἀρίστη παρὰ τούτων· ἀεὶ δὲ οἱ προσβορώτεροι καὶ παρωκεανῖται, μαχιμώτεροι· [8] τούτων δὲ τοὺς Βέλγας ἀρίστους φασὶν, εἰς πεντεκαίδεκα ἔθνη διῃρημένους, τὰ μεταξὺ τοῦ Ῥήνου καὶ τοῦ Λείγηρος παροικοῦντας τὸν Ὠκεανόν· [10] ὥστε μόνους ἀντέχειν πρὸς τὴν τῶν Γερμανῶν ἔφοδον, Κίμβρων καὶ Τευτόνων· D αὐτῶν δὲ [11] τῶν Βέλγων, Βελλοάκους ἀρίστους φασί·

* Malim ἐκβάλλ.

1. ἐκ τῶν σωμάτων ἐστὶ μεγάλων ὄντων) Hoc teſtantur omnes veteres: ut auctoritatibus agendum non ſit. *Caſaub.*

2. τὸ δ᾽ ἐκ τοῦ πλήθους) Supra dixit Gallorum mulieres eſſe τοκάδας. *Idem.*

3. συναγανακτοῦντες) Scripti συναγανακτούντων. Non probo *Idem.*

4. ἐκ τῶν μέχρι νῦν συμβαινόντων) Optimè vett. lib. συμμενόντων. Norunt ſatis eruditi quam ſæpe β & μ in veterib. lib. confundantur. *Idem.*

5. Καὶ γὰρ ἤρξαντο πρότερον καὶ ἐπαύσαντο ὕστερον) Livius libro XXVIII. c. 12. de Hiſpania, *Ita ergo prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis ſint, poſtrema omnium, noſtra demum ætate ductu auſpicioque Auguſti Cæſaris perdomita eſt.* Idem.

6. κρείττους δ᾽ ἱππόται) Quantum equitatu valuerint Galli, teſtis ſit Cæſar multis locis: quem lege. *Idem.*

7. τῆς ἱππείας ἀρίστη παρὰ τούτων) Lege ἡ παρὰ τούτων. *Idem.*

8. τούτων δὲ τοὺς Βέλγας ἀρίστους φασίν) Cæſar. B. G. I. 1. *horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ.* Sed cauſam aliam affert. *Idem.*

9. *Solique adeo.*) Ὥστε μόνους, pro οὔτε ſcripſi quod & interpres habet, & ſenſus exigit. *Xyland.*

10. ὥστε μόνους ἀντέχειν πρὸς τὴν τῶν Γερμανῶν ἔφοδον) Quis dubitat ex Cæſare B. G. II. 4. eſſe hæc? Ejus verba ſunt de Belgis, *Soloſque eſſe qui patrum noſtrorum memoria, omni Gallia vexata, Teutones Cimbroſque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent.* Caſaub.

11. τῶν Βελγῶν, Βελλοάκους ἀρίστους φασίν) Auctor eſt Cæſar, B. G. II. 4. inter Belgas plurimum Bellovacos, & virtute, & auctoritate, & hominum numero valere. Auctor etiam libri VIII. c. 6 de bello Gall. teſtatur Bellovacos belli gloria Gallos omnes Belgaſque præſtitiſſe. *Idem.*

A μετὰ δὲ τούτους Συεσσίωνας· τῆς δὲ πολυανθρωπίας σημεῖον. Εἰς γὰρ λ μυριάδας ἐξετάζεσθαι φασὶ τῶν Βέλγων πρότερον τῶν δυναμένων φέρειν ὅπλα· εἴρηται δὲ καὶ τὸ τῶν Ἐλουηττίων πλῆθος, καὶ τὸ τῶν Ἀρουέρνων καὶ τῶν συμμάχων, ἐξ ὧν ἡ πολυανθρωπία φαίνεται, καὶ ὅπερ εἶπον, ἡ τῶν γυναικῶν ἀρετὴ πρὸς τὸ τίκτειν καὶ ἐκτρέφειν τοὺς παῖδας· 1 Σαγηφοροῦσι δὲ 2 κομοτροφοῦσι, 3 καὶ ἀναξυρίσι χρῶνται περιτεταμέναις· 4 ἀντὶ δὲ χιτώνων, 5 σχιστοὺς χειριδωτοὺς φέρουσι μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν. ἡ δ' ἐρέα, τραχεῖα μὲν, ἀκρόμαλλος δέ· ἀφ' ἧς τοὺς δασεῖς σάγους ἐξυφαίνουσιν, 6 οὓς λαίνας καλοῦσιν· 8 οἱ μέντοι Γωμαῖοι καὶ ἐν τοῖς προσβορρείοις 9 ὑποδιφθέρας τρέφουσι
B ποίμνας, 10 ἱκανῶς ἀστείας ἐρέας. 11 Ὁπλισμὸς δὲ σύμμετρος τοῖς τῶν σωμάτων μεγέθεσι·

ac ſecundum hos Sueſſiones. Quanta hominum copia apud eos fuerit, hinc colligi poteſt, quod olim xxx millia hominum arma ferre valentium apud Belgas ſunt cenſa. Helvetiorum & Arvernorum ac ſociorum multitudinem ante commemoravi, unde apparet quam populoſi fuerint, quamque (ut dixi) mulieres eorum pariendo educandoque fœtu felices. ſaga ferunt, comam alunt, braccis utuntur circum extentis: loco tunicarum utuntur veſte fiſſili manicata, uſque ad pudenda & nates demiſſa. Lana eorum aſpera eſt, ſed ipſam proximè pellem detonſa: ex ea denſa ſaga texunt, quas lænas vocant. (Sanè & 7 Romani in maxime ſeptentrionalibus locis degentes, laneas infra diphtheras gerunt, veſtes ſive lænas ſatis elegantes.) Armatura illis pro corporum proportione,

1. σαγηφοροῦσι δὲ) Virgilius Aen. VIII: 660. de Gallis *Virgatis lucent ſagulis.* Diodorus ἐπιπορποῦνται σάγους ῥαβδωτούς. Vide Ioſephi Scaligeri Conjectanea. *Caſaub.*

2. κομοτροφοῦσι) Virgilius Aen. VIII. 659. *Aurea Cæſaries illis.* Diodorus lib. V. ταῖς δὲ κόμαις οὐ μόνον ἐκ φύσεως ξανθοὶ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς κατασκευῆς ἐπιτηδεύουσι αὔξειν τὴν φυσικὴν τῆς χρόας ἰδιότητα, τιτάνου γὰρ ἀποπλύματι σμῶντες τὰς τρίχας συνεχῶς, καὶ ἀπὸ τῶν μετώπων ἐπὶ τὴν κορυφὴν καὶ τοὺς τένοντας ἀνασπῶσιν. Hoc videas hodie pleroſque in Gallia factitare, prorſus ut, quod ſubjicit idem Diodorus, verè iis conveniat, poſsitque dici τὴν πρόσοψιν αὐτῶν φαίνεσθαι Σατύροις καὶ Πᾶσιν ἐοικέναι. Hinc dicta Comata Gallia. *Idem.*

C 3. καὶ ἀναξυρίσι χρῶνται) Diodorus annotat Gallos *bracas* id vocitaſſe, χρῶνται δὲ ἀναξυρίσιν, ἃς ἐκεῖνοι βράκας καλοῦσιν. Inde Braccatæ Galliæ nomen. *Idem.*

4. ἀντὶ δὲ χιτώνων) Et tamen teſtatur Diodorus Gallos uti χιτῶσι βαπτοῖς χρώμασι παντοδαποῖς διηνθισμένοις. Strabo mox ἐσθῆτας βαπτὰς vocat. *Idem.*

5. σχιστοὺς χειριδωτοὺς) De tunicis chiridotis lege A. Gellium lib. VII cap. 12. *Idem.*

6. οὓς λαίνας καλοῦσι) Qui? videtur enim indicare Gallorum eſſe vocem, *Læna.* Varro L. L. IV. p. 33. tamen vult eſſe Latinam. *Læna*, inquit, *quod de lana multa: duarum enim togarum inſtar, ut antiquiſſimum mulierum ricinum: ſic hoc duplex virorum.* Ego puto vocem eſſe puram Græcam literula una truncatam. Conſtat enim è Plutarcho Lænas nihil eſſe aliud quàm Græcorum χλαίνας. ſic dictas
D παρὰ τὸ χλιαίνειν: utrumque autem, læna inquam & chlæna, παχὺ erat ἱμάτιον & utrumque χλιαῖνον. Feſtus (v. *Læna*) quoque auctor eſt quoſdam exiſtimaſſe lænam Græcè quam χλαίνην dicunt eſſe appellatam, quoſdam tamen Thuſce. *Idem.*

7. *Romani*) Locus haud dubiè vitioſus, præcipue *in verbis.* Ῥωμαῖοι, quod Belgici alicujus populi loco ſubſtitutum apparet, & τρέφουσι ποίμνας fortè φέρουσι λαίνας. Videtur autem Rhenones deſcribere, *Leib-beltz*, infra ſuperiorem veſtem proximè cutim ſupra induſium geſtatos. Lanam autem ἀκρόμαλλον intelligo longis pilis, ut quæ ad ipſam cutem pecudis detonſa ſit: *zottet beltz werck*, pro μέρος porrò epitome, etiam ſcripta habet μάαρις. utraque vox mihi ignota: *Xyland.*

8. οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι) Difficilis mihi locus: & de quo neutram in partem velim quicquam affirmare. Poteſt videri bene habere: & tunc ita interpretabimur, ut intelligamus quemadmodum fuerunt parthicarii negotiatores Romani apud Parthos quorum mentio eſt in leg. VII. Cod De excuſ. muner. ita etiam fuiſſe apud Gallos qui in optimis quibuſque Galliæ paſcuis greges alerent: neque erit opinor inepta hæc expoſitio. Nam civium Romanorum qui in Gallia negotiabantur meminit etiam Cicero pro Fonteio. c. 1. Nec dubium eſt fuiſſe & in aliis provinciis: ac fortaſſe de hujuſmodi hominibus accipi debet locus libri decimi, ubi Romanorum qui Patris erant (quo fortaſſe pertinet locus Cicer: Epiſtol. lib. XIII. ep 50,) meminit. Non improbo tamen quod Xylandro videbatur, ſucceſſiſſe vocem Ῥωμαῖοι in locum alicujus populi Galliæ ſeptentrionalis, quales fuere Rhemi. & Rhotomagi. Putavi etiam aliquando legi poſſe, οὓς λαίνας καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι· οἱ μέντοι καὶ ἐν Caſaub.

9. ὑποδιφθέρας τρέφουσι ποίμνας) Ἀνθρώπινον (Heſych. in οἴιας. huc refer locum Heſychii ἐώλ. Laertius, pag. 213. de ratione alendi hujus pecoris nota locum Palladii elegantiſſ. pag 291.) hîc ἔπαθεν interpres ac mire cæcutivit. Nam quod ille διορθοῖ φέρουσι λαίνας, id verò παραδιορθοῦν eſt. Tum locum ita intellige. Iſtos populos greges habuiſſe pellitos, unde lanam bonam conſequerentur: ὑποδιφθέρας ποίμνας vocat quas Latini pellitas oves, vel tectas. M. Terentius Varro de re ruſt. II. c. 2. *Pleraque ſimiliter faciendum in ovibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, ut ſunt Tarentinæ & Atticæ, pellibus integuntur ne lana inquinetur.* Vide Plinium & Columell. Horat. I. *od.* 6.

*Dulce pellitis ovibus Galeſi*
*Flumen.*

Eleganter porrò libro XII. lanam ipſam vocat ὑποδίφθερον: (ſicut apud Latinos tam *lana ſolox* dicitur, quàm ipſum pecus non tectum. ita enim Lucilius hoc verſu apud Feſt.) quem locum nec interpres nec alii qui de ejus expoſitione laborarunt intellexerunt. (Huic lanæ opponitur *ſolox lana*, ait Feſtus, quem vide v. e) *Idem.*

10. ἱκανῶς ἀστείας ἐρέας) Similiter eſt locutus libro XII. ἡ χώρα πρόβατα ἐκφέρει θαυμαστῶς, τραχείας δὲ ἐρέας & lib. X de Niſyrio inſula, πετρώδης, μυλίου λίθου. Solet autem Strabo ἀστεῖον appellare, quod in ſuo genere eximium eſt. Sic dixit lib. IX. ἀστεῖον ἐλλέβορον. *Idem.*

11. ὁπλισμὸς δὲ σύμμετρος τοῖς τῶν σωμάτων μεγέθεσι) Livius libro XXXVIII. c. 17. de Gallis, *Procera corpora, promiſſæ & rutilatæ comæ, vaſta ſcuta, prælongi gladii.* Idem.

gladius longus ad dextrum dependens latus, ſcutum longum, lanceæ pro proportione, & meris tragulæ genus: nonnulli etiam arcubus utuntur & fundis: habent & lignum pili forma, quod non amento, ſed è manu torquetur, longiùs etiam atque ſagitta, quo maximè utuntur ad aucupium. Humi decumbunt, etiamnum plerique ſedentes in toris cibum capiunt. Cibus plerumque cum lacte eſt & omnis generis carnibus, maximè ſuillis cum recentibus tum ſalitis. Sues etiam in agris pernoctant, altitudine, robore, & celeritate præſtantes: à quibus, ſi quis non adſuevit, accedenti non minùs quam à lupo eſt periculi. Domos è tabulis & cratibus conſtruunt rotundas, magno impoſito faſtigio. Tam copioſi autem ſunt iis pecudum & ſuum greges, ut ſagorum & ſalſamentorum copiam non Romæ tantum ſuppeditent, ſed & plerisque Italiæ partibus. Pleræque eorum reſpubl. ab Optimatib. gubernabantur: antiquitus unum quotannis principem, itemque unum belli ducem multitudo deligebat: nunc Romanorum mandatis ferè parent. Peculiare quippiam habent in conciliis. Si quis enim dicenti obſtrepat aut tumultuetur, lictor accedit ſtricto cultro, minis adhibitis tacere eum jubet, idque iterum ac tertiò facit, eo non ceſſante: tandem à ſago ejus tantum amputat, ut reliquum ſit inutile. Id eis cum compluribus aliis barbaris commune eſt, quòd contraria noſtris moribus ratione virorum & mulierum officia habent diſtributa.

A [1] μάχαιρα μακρὰ, παρηρτημένη παρὰ τὸ δεξιὸν πλευρὸν, [2] καὶ θυρεὸς μακρὸς, [3] καὶ λόγχαι κατὰ λόγον, [4] καὶ μέρις παλτοῦ τι εἶδος· χρῶνται δὲ καὶ τόξοις ἔνιοι, καὶ σφενδόναις· [5] ἔστι δέ τι καὶ γρόσφῳ ἐοικὸς ξύλον, ἐκ χειρὸς οὐκ ἐξ ἀγκύλης ἀφιέμενον, τηλεβολώτερον καὶ βέλους, ᾧ μάλιστα p. 197. καὶ πρὸς τὰς τῶν ὀρνέων χρῶνται θήρας· χαμευνοῦσι δὲ καὶ μέχρι νῦν οἱ πολλοὶ, [6] καὶ καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐν στιβάσι· τροφὴ δὲ πλείστη [7] μετὰ γάλακτος καὶ κρεῶν παντοίων· μάλιστα δὲ τῶν ὑείων καὶ νέων, καὶ ἁλιστῶν. Αἱ δ' ὕες καὶ ἀγραυλοῦσιν, ὕψει τε καὶ ἀλκῇ καὶ τάχει διαφέρουσαι· κίνδυνος γοῦν ἐστι τῷ ἀήθει προσιόντι, ὡσαύτως καὶ λύκῳ.
B Τοὺς δ' [8] οἴκους ἐκ σανίδων καὶ γέῤῥων ἔχουσι μεγάλους, θολοειδεῖς, ὄροφον πολὺν ἐπιβάλλοντες· οὕτως δ' ἐστὶ δαψιλῆ καὶ τὰ ποίμνια καὶ τὰ ὑοφόρβια, ὥστε τῶν σάγων καὶ τῆς ταριχείας ἀφθονίαν μὴ τῇ Ῥώμῃ χορηγεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις μέρεσι τῆς Ἰταλίας. Ἀριστοκρατικαὶ δ' ἦσαν αἱ πλείους τῶν πολιτειῶν· ἕνα δ' ἡγεμόνα ᾑροῦντο κατ' ἐνιαυτὸν τὸ παλαιόν· ὡς δ' αὔτως εἰς πόλεμον εἷς ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀπεδείκνυτο στρατηγός· νυνὶ δὲ προσέχουσι τοῖς τῶν Ῥωμαίων προστάγμασι τὸ πλέον. Ἴδιον δὲ, τὸ ἐν τοῖς συνεδρίοις συμβαῖνον· ἐὰν γάρ τις θορυβῇ τὸν λέγοντα, καὶ ὑποκρούσῃ, προσιὼν ὁ
C ὑπηρέτης, ἐσπασμένος τὸ ξίφος, κελεύει σιγᾷν μετ' ἀπειλῆς· μὴ παυομένου δὲ, καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ποιεῖ τὸ αὐτό· τελευταῖον δὲ ἀφαιρεῖ τοῦ σάγου τοσοῦτον, ὅσον ἄχρηστον ποιῆσαι τὸ λοιπόν. Τὸ δὲ περὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, τὸ διηλλάχθαι τὰ ἔργα ὑπεναντίως τοῖς παρ' ἡμῖν, κοινὸν καὶ πρὸς ἄλλους συχνοὺς τῶν Βαρβάρων ἐστί.

1. *μάχαιρα μακρὰ, παρηρτημένη παρὰ τὸν δέξιον πλευρὸν*) Diodorus libro quinto *ἀντὶ δὲ τοῦ ξίφους, σπάθας ἔχουσι μακρὰς σιδηραῖς ἢ χαλκαῖς ἁλύσεσιν ἐξηρτημένας, παρὰ τὴν δεξίαν λαγόνα παρατεταμένας* Sed & Romanus miles gladium ad latus dextrum accingebat, teſte Polybio libro VI. *Caſaub.*

2. *θυρεὸς μακρὸς*) Virgilius, Aen. VIII. 662

—— *Scutis protecti corpora longis.*

Livius XXXVIII. c.21. *Scuta longa, cæterum ad amplitudinem corporum parum lata, & ea ipſa plana malè tegebant Gallos.* Diodor. *θυρεοὺς ἀνδρομήκεις* vocat. *Idem.*

3. *καὶ λόγχαι κατὰ λόγον*) Diodorus auctor eſt veteres Gallos *Lanceas* appellaſſe *τὰς λόγχας*, ut hodieque facimus, *προβάλλονται δὲ λόγχας, ἃς ἐκεῖνοι λαγκίας καλοῦσι πηχυαίας τῷ μήκει τοῦ σιδήρου, καὶ ἔτι μείζω τὰ ἐπιθήματα ἐχούσας.* Videtur Diodorus deſcribere, quos hodie vernacula noſtra lingua Alebardas appellat: quas veteres tamen Galli *ἄγγους* dixerunt ſi Euſtathio credimus. *Ἄγγος*, ait ille, *εἶδος δόρατος φραγκικοῦ, οὔτε λίαν μακροῦ φασὶν, οὔτε μεγάλου, οὗ τὸ πλεῖστον σιδήρῳ περιέχεται.* Porro vocem lancea Varro Gallis iniquè adimens Hiſpanis tribuit. *Idem.*

4. *καὶ μέρις παλτοῦ τι εἶδος*) Vet. lib. habebant, vel *μάρις*, vel *μαῖρις*. Non eſt dubium legendum eſſe quod duo ſummi viri Scaliger & Turnebus Adv. IX.7. animadverterunt, *μάτερις* vel *μάταρις* quandoquidem Epitome habet *μάαρις* Cæſar B. G. I. 26 *mataras.* Auctor ad Herennium libro quarto c. 32. *Ut ſi quis Macedones appellarit hoc modo. Non tam cito ſariſſæ Græciâ potitæ ſunt: aut idem Gallos ſignificans dicat, nec tam facilè ex Italia materis tranſalpina depulſa eſt.* In promptu ſunt Cæſaris, Livii lib. VII. Siſennæ apud Nonium, (V. *materæ*) & Gellii loci à doctis viris annotati (Apud Heſychium obſervavimus D ſcribi hanc vocem per δ non τ. Sic autem ejus verba reſtituimus. *Μαδάρεις, τὰ πλατύτερα λόγχα ..... τῶν κεράτων Κελτοί*) *Idem.*

5. *ἔστι δὲ τι καὶ γρόσφῳ*) Geſa Gallorum videtur deſcribere: quanquam quod ait eſſe *καὶ βέλους τηλεβολώτερον*, non ſatis geſis convenit: ut nec cateiæ: quod erat aliud teli gallici genus. Vide Iſidorum orig. XVIII. 7. (De voce *γρόσφος* vide Euſta. pag. 711.) *Idem.*

6. *Καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐν στιβάσιν*) Diodorus. *Δειπνοῦσι δὲ καθήμενοι πάντες οὐκ ἐπὶ θρόνων, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς, ὑποστρώμασι χρώμενοι λύκων ἢ κυνῶν δέρμασι. Idem.*

7. *μετὰ γάλακτος*) Hanc affert Cæſar cauſam ſtaturæ Gallorum proceræ. *Idem.*

8. *οἴκους ἐκ σανίδων καὶ γεῤῥῶν*) Caſas Gallorum ſtramento tectas fuiſſe auctor eſt Cæſar: Diodorus Sic. de Britannicis idem ſcribit: quas ſimiles Gallicis fuiſſe auctor eſt Cæſar. B. G. V. 12. *Idem.*

1 Παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν A τιμωμένων διαφερόντως ἐστί, 2 Βάρδοι τε, καὶ Οὐάτεις, καὶ Δρυΐδαι· 3 Βάρδοι μὲν, ὑμνηταὶ καὶ ποιηταί· 4 Οὐάτεις δὲ, ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι· Δρυΐδαι δὲ πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ, καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἀσκοῦσι· δικαιότατοι δὲ νομίζονται, καὶ διὰ τοῦτο πιστεύονται τάς τε ἰδιωτικὰς κρίσεις καὶ τὰς κοινάς· ὥστε καὶ πολέμους διῄτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον· τὰς δὲ φονικὰς δίκας, μάλιστα τούτοις ἐπετέτραπτο δικάζειν· ὅταν τε φορὰ τούτων ᾖ, φορὰν καὶ τῆς χώρας νομίζουσιν ὑπάρχειν. 6 Ἀφθάρτους δὲ λέγουσι καὶ οὗτοι καὶ ἄλλοι, τὰς ψυχὰς καὶ τὸν κόσμον· ἐπικρατήσειν δέ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ. Τῷ δ' B ἁπλῷ καὶ θυμικῷ, πολὺ τὸ ἀνόητον καὶ ἀλαζονικὸν πρόσεστι, καὶ 7 τὸ φιλόκοσμον· 8 χρυσοφοροῦσί τε γὰρ 9 περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτὰ ἔχοντες· περὶ δὲ τοῖς βραχίοσι καὶ τοῖς καρποῖς ψέλια, καὶ τὰς ἐσθῆτας βαπτὰς φοροῦσι καὶ χρυσοπάστους, οἱ ἐν ἀξιώματι. ὑπὸ τοιαύτης δὲ κουφότητος, ἀφόρητοι μὲν νικῶντες, ἐκπλαγεῖς δ' ἡττηθέντες ὁρῶνται· πρόσεστι δὲ 10 τῇ διανοίᾳ καὶ τὸ βάρβαρον καὶ τὸ ἔκφυλον, ὃ τοῖς προσβόρροις ἔθνεσι παρακολουθεῖ πλεῖστον, τὸ ἀπὸ τῆς μάχης ἀπιόντας, 11 τὰς
p. 198. κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν ἐκ τῶν αὐχένων τῶν ἵππων, κομίσαντας δὲ 12 προσπατταλεύειν

¶ Apud univerſos autem ferè tria hominum ſunt genera, quæ in Singulari habentur honore: Bardi, Vates, & Druidæ: horum Bardi hymnos canunt, poëtæque ſunt: Vates ſacrificant & naturam rerum contemplantur: Druidæ præter hanc philoſophiam etiam de moribus diſputant. De horum juſtitia, ſumma omnium eſt opinio: itaque & publica iis & privata judicia committuntur, & aliquando cauſis bellorum diſceptandis jam acie congreſſuros compoſuerunt: maximè judicia de cæde iis commiſſa ſunt: 5 cumque horum multus eſt proventus, agrorum quoque fertilitatem conſequi putant. Cum hi tum alii animam interitus expertem ſtatuunt, & mundum: tamen aliquando ignem & aquam ſuperatura. ¶ Simplicitati eorum & ferociæ multum adeſt ſtoliditatis ac arrogantiæ, & ornatus ſtudii: geſtant enim aureos circum colla torques, & circa brachia, ac manus cum brachio commiſſuram, brachialia: & qui honores gerunt, ii veſtes tinctas atque auro variegatas uſurpant. Ob hanc levitatem intolerabiles ſunt ubi vincunt, & ubi vincuntur, planè conſternati. Habent eorum etiam ingenia barbaricum quippiam & inuſitatum, quod pleriſque ſeptentrionalibus gentibus comitatur, quòd cum à pugna redeunt, capita hoſtium de collis equorum ſuſpendunt, & ſpectaculi gratia ante

C 1. *παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα*) Cæſar B. G. VI. 13. quem tamen imitari videtur, duo tantum, *In omni*, ait, *Gallia eorum hominum qui in aliquo ſunt numero atque honore genera ſunt duo. Sed in ſequentibus major varietas.* Caſaub.

2. *Βάρδοι τὲ καὶ οὐάτεις καὶ Δρυΐδαι*) Marcellinus, Bardos, Eubages, & Druidas appellat. *Idem.*

3. *Βάρδοι μὲν ὑμνηταὶ καὶ ποιηταὶ*) Marcellinus XV. 9. *Bardi quidem, fortia virorum illuſtrium facta, heroicis compoſita verſibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt.* Diodorus, *εἰσὶ δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ποιηταὶ μελῶν, οὓς βαρδοὺς ὀνομάζουσιν*, &c. Feſtus Pompejus, *Bardus Gallicè cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit.* Poſidonius apud Athenæum VI. c. 12. p. 246. *τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι βάρδοι. ποιηταὶ δὲ οὗτοι τυγχάνουσι μετ' ᾠδῆς ἐπαίνους λέγοντες.* De barditu Germanorum vide Tacitum. de Mor. Germ. 3. *Idem.*

D 4. *οὐάτεις δὲ ἱεροποιοὶ καὶ φυσιολόγοι*) Ammianus XV. c. 9. *Eubages verò ſcrutantes ſumma & ſublimia natura pandere conabantur.* De Druidibus infinita ſunt in veterum monumentis teſtimonia. vide Cæſ. libro VI. capit. 13. *Idem.*

5. *Cumque horum.*) Iudiciorum non Druidarum ambiguitatem Græcorum verborum imitatus ſum. Samniticas autem mulieres, quarum infrà mentio, apparet pravè ſcribi. *Xyland.*

6. *ἀφθάρτους δὲ λέγουσι*) Sentiebant idem cum Pythagora. vide Diod. & Amm. *Caſaub.*

7. *καὶ τὸ φιλόκοσμον*) Non prætermittam Ammiani XV. 13. locum elegantiſſimum, de noſtra gente, *Terſi*, inquit, *pari diligentia, cuncti, & mundi, nec in tractibus illis maximeque apud Aquitaniam poterit videri vel fœmina licet perquam pauper, ut alibi fruſtis ſquallere pannorum.* Idem.

8. *χρυσοφοροῦσι τε γὰρ*) Latinus poeta de Gallis. Aen. VIII. 659.

*Aurea cæſaries illis, atque aurea veſtis,*
*Virgatis lucent ſagulis: tum lactea colla*
*Auro innectuntur.*

Polybii, Livii, & aliorum in hanc ſententiam locos omitto. *Idem.*

9. *περὶ μὲν τοῖς τραχήλοις στρεπτὰ*) Polybius appellat *μανιάκους*. *Idem.*

10. *τῇ διανοίᾳ*) Script lib. *τῇ ἀνοίᾳ*. *Idem.*

11. *Τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν*) Diodorus, *τῶν δὲ πεσούντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων.* Livius lib. X. 26. *Nec ante ad Coſſ. quia jam haud procul à Cluſio aberant famam ejus cladis perlatam, quam in conſpectu fuerint Gallorum equites pectoribus equorum ſuſpenſa geſtantes capita, & lanceis infixa, ovanteſque moris ſui carmine.* Notavit hunc morem & lib XIV. Diodorus. *Idem.*

12. *προσπατταλευοῦσι τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις*) Hujus rei veſtigium etiam his temporibus in nobilium ædibus reperias, Nam hodieque Galliæ nobiles ſuis foribus affixa habent ferarum capita, quæ vel ipſi vel maiores ipſorum occiderint. Quod & apud Græcos fuiſſe factitatum docet poeta elegantiſſimus Nonnus Dionyſiac. lib. XLVI. 119. ubi loquentem inducit Agaven, poſt occiſum ut putabat leonem,

*Δμῶες ἐμοὶ στείχεσθε, παρὰ προπύλαια δὲ Κάδμου.*
*Πήξατε τοῦτο κάρηνον ἐμῆς ἀνκθήματα νίκης.* i. e.
*Famuli mei ite, ante veſtibula v. Cadmi*
*Affigite hoc caput meæ donarium victoriæ.*

(Eodem pertinent illa in Bacchis Euripidis,

*Ὡς πασσαλεύσῃ κρᾶτα τριγλύφοις τόδε Λέοντος.*

Et ſcholiaſtes Ariſtophanis in Pluto notat, moris fuiſſe apud Græcos ut venatores captæ belluæ partem aliquam puta caput vel pedem in ipſa ſylva paxillo alicui aut arbori affigerent in Dianæ honorem. Vide initium libr. pr. Floridorum Apulei. *Idem.*

portas oppidorum affigunt: id ſe multis in Galliæ locis vidiſſe ait Poſidonius: cumque initio rem inſolentem averſaretur, conſuetudine eam ſibi minùs moleſtam redditam. Capita autem illuſtrium virorum cedrino inungentes, peregrinis oſtentabant, neque reddere dignabantur, ſi quis tantundem auri pondus pro iis redimendis offerret. Romani tamen & ab his eos deduxerunt, & à ſacrificiorum ac divinandi ritibus, qui noſtris pugnabant: homines enim ſacris devoti gladio tergum ferientes, ex ejus palpitatione ariolabantur: ſacris ſemper aderant Druidæ. Quin & aliæ hominum immolationes feruntur: quoſdam enim in ſacris ſagittis configebant, aut in crucem agebant: ac fœni coloſſo extructo, defixo ligno, pecudes & omnis generis beſtias ac homines concremabant. ¶ In Oceano autem inſulam eſſe ajunt parvam, non planè in alto ſitam, objectam oſtio Ligeris: in ea habitare Samniticas mulieres, Bacchico inſtinctu correptas, quæ Bacchum cæremoniis & ſacrificiis demereantur: nullum eò virum venire, ſed ipſas navigiis avectas cum viris ſuis coire, atque inde in inſulam reverti: moris quoque eſſe, ut templi tectum quotannis auferatur, eademque rurſum die ante ſolis occaſum integatur, una qualibet mulierum onus apportante: cui onus excidat, eam ab aliis diſcerpi: & eas fruſta inter euandum ad templum congerentes, non antè finem facere, quàm furore ſolvantur: ſemper autem uſuvenire ut una de iis onere elapſo ita lanietur. ¶ Fabulæ ſimilius eſt quod de corvis Artemidorus tradit: lacum ait eſſe quendam ad oram Oceani, qui duorum corvorum appelletur: in eo apparere duos corvos, qui dextram alam habeant albicantem: eò accedere quibus aliquid controverſiæ eſt, & in ſublimi loco

A τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην πολλαχοῦ, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀηθίζεσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα φέρειν πρᾴως διὰ τὴν συνήθειαν. Τὰς δὲ τῶν ἐνδόξων κεφαλὰς κεδροῦντες, ἐπεδείκνυον τοῖς ξένοις, καὶ οὐδὲ [1] πρὸς ἰσοστάσιον χρυσὸν ἀπολυτροῦν ἠξίουν· καὶ τούτων δ' ἔπαυσαν αὐτοὺς Ῥωμαῖοι, καὶ τῶν κατὰ τὰς θυσίας καὶ μαντείας *[2] ὑπεναντίως τοῖς παρ' ἡμῖν νομίμοις. ἄνθρωπον γὰρ κατεσπεισμένον παίσαντες εἰς νῶτον μαχαίρᾳ, ἐμαντεύοντο ἐκ τοῦ σφαδασμοῦ· ἔθυον δὲ οὐκ ἄνευ Δρυϊδῶν· [3] καὶ ἄλλα δὲ ἀνθρωποθυσιῶν εἴδη λέγεται· καὶ γὰρ κατετόξευόν τινας, καὶ ἀνεσταύρουν ἐν B τοῖς ἱεροῖς· [4] καὶ κατασκευάσαντες κολοσσὸν χόρτου, καὶ ξύλον ἐμβαλόντες εἰς τοῦτον, βοσκήματα καὶ παντοῖα θηρία καὶ ἀνθρώπους ὡλοκαύτουν. Ἐν δὲ τῷ Ὠκεανῷ φασιν εἶναι νῆσον μικρὰν, οὐ πάνυ πελαγίαν, προκειμένην τῆς ἐκβολῆς τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ· οἰκεῖν δὲ ταύτην, [5] τὰς τῶν Σαμνιτῶν γυναῖκας, Διονύσῳ κατεχομένας, καὶ ἱλασκομένας τὸν θεὸν τοῦτον τελεταῖς τε, καὶ ἄλλαις ἱεροποιΐαις ἐξιλεουμένας· οὐκ ἐπιβαίνειν δὲ ἄνδρα τῆς νήσου, τὰς δὲ γυναῖκας αὐτὰς πλεούσας, κοινωνεῖν τοῖς ἀνδράσι καὶ πάλιν ἐπανιέναι· ἔθος δ' εἶναι κατ' ἐνιαυτὸν ἅπαξ τὸ ἱερὸν ἀποστεγάζεσθαι, καὶ στεγάζεσθαι πάλιν αὐθημερὸν πρὸ C δύσεως, ἑκάστης φορτίον ἐπιφερούσης· ἧς δ' ἂν ἐκπέσοι τὸ φορτίον, διασπᾶσθαι ταύτην ὑπὸ τῶν ἄλλων· φερούσας δὲ τὰ μέρη περὶ τὸ ἱερὸν μετ' εὐασμοῦ, μὴ παύεσθαι πρότερον, πρὶν παύσωνται τῆς λύττης· ἀεὶ δὲ συμβαίνειν, ὥστε τινὰ ἐμπίπτειν τὴν τοῦτο πεισομένην. Τοῦτο δ' ἔτι μυθωδέστερον εἴρηκεν Ἀρτεμίδωρος τὸ περὶ τοὺς κόρακας συμβαῖνον· [6] λιμένα γάρ τινα τῆς παρωκεανίτιδος ἱστορεῖ δύο κοράκων ἐπονομαζόμενον· φαίνεσθαι δ' ἐν τούτῳ δύο κόρακας τὴν δεξιὰν πτέρυγα παράλευκον ἔχοντας. τοὺς οὖν περί τινων ἀμφισβητοῦντας, ἀφικομένους δεῦρο ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου,

* Scribo ὑπεναντίων

1. πρὸς ἰσοστάσιον χρυσὸν ἀπολυτροῦν ) Id Latinè vertere debes, *Auro contra luere*, vel *contra aurum*: verba ſunt ſummi viri Ioſephi Scaligeri, doctiſſimè, ut omnia, vim huius φράσεως explicantis. *Caſaub.*

2. ὑπεναντίως τοῖς παρ' ἡμῖν νομίμοις ) Legibus Romanis capite plectitur qui tali vaticinandi genere uſus fuerit. Harmenopulus, τὸ διὰ θυσιῶν μαντεύεσθαι κεκώλυται· ὁ δὲ τοιοῦτος ξίφει τιμωρείσθω. *Idem.*

3. καὶ ἄλλα δὲ ἀνθρωποθυσιῶν εἴδη λέγεται ) Vide Cicer. pro Fonteio. Tertullianum adverſus Gentes. Livium, Diodorum, Melam, & alios. Sophocles Andromeda,

Νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις, Κρόνῳ
Θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος. *Idem.*

4. καὶ κατασκευάσαντες κολοσσὸν χόρτου) Cæſar B. G. VI. 16. *Alii immani magnitudine ſimulachra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent: quibus ſuccenſis flamma circumveniuntur homines.* Diodorus hanc rem ita narrat: τοὺς κακούργους κατὰ πενταετηρίδα φυλάξαντες, ἀνασκολοπίζουσι τοῖς θε- D οῖς, καὶ μετ' ἄλλων πολλῶν ἀπαρχῶν καθαγίζουσι πυρὰς παμμεγέθεις κατασκευάζοντες. *Idem.*

5. τὰς τῶν Σαμνιτῶν γυναῖκας, Διονύσῳ κατεχομένας ) Dionyſius Periegetes unicus eſt ut puto è veteribus qui hujus rei meminerit. Sic ille ℣. 570.

Ἀγχι δὲ, νησίδων ἕτερος πόρος, ἔνθα γυναῖκες
Ἀνδρῶν ἀντιπέρηθεν ἀγαυῶν Ἀμνιτάων
Ὀρνύμεναι τελέουσι κατὰ νόμον ἱερὰ Βάκχῳ. i. e.

*Juxta autem, parvarum inſularum alius tractus quo uxores*
*Hominum ex ulteriore ora illuſtrium Amnitarum*
*Profectæ peragunt juxta ritum ſacra Baccho.*

Ad quem locum Euſtathius Strabonis verba proferens videtur legiſſe Ἀμνιτῶν. deficiente initio σ: qua de re dictum lib pr. ſatis. Stephano Samnium urbs eſt Britanniæ, decepto opinor propter locorum vicinitatem. *Idem.*

6. λιμένα γάρ τινα τῆς παρωκεανίτιδος ) Xylander ita vertit ut ſi legiſſet λίμνην, incogitantiâ ut puto non conſilio. *Idem.*

σανίδα θέντας ἐπιβάλλειν ψαιστὰ, ἑκάτερον χωρίς· τοὺς δ' ὄρνεις ἐφιπταμένους [1] τὰ μὲν ἐσθίειν, τὰ δὲ σκορπίζειν· οὗ δ' ἂν σκορπισθῇ τὰ ψαιστὰ, ἐκεῖνον νικᾶν· ταῦτα μὲν οὖν μυθωδέστερα λέγει. Περὶ δὲ τῆς Δήμητρος καὶ τῆς Κόρης, πιστότερα· ὅτι φησὶν εἶναι νῆσον πρὸς τῇ Βρεττανικῇ, καθ' ἣν ὅμοια τοῖς ἐν Σαμοθρᾴκῃ περὶ τὴν Δήμητραν καὶ τὴν Κόρην ἱεροποιεῖται. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν πιστευομένων ἐστὶν, ὅτι ἐν τῇ Κελτικῇ φύεται δένδρον, ὅμοιον συκῇ, καρπὸν δ' ἐκφέρει παραπλήσιον [3] κιονοκράνῳ Κορινθιουργεῖ· ἐπιτμηθεὶς δ' οὗτος, ἀφίησιν ὀπὸν θανάσιμον πρὸς τὰς ἐπιχρίσεις τῶν βελῶν. Καὶ τοῦτο δὲ τῶν θρυλλουμένων ἐστὶν, ὅτι πάντες Κελτοὶ φιλόνεικοί τε εἰσί· [4] καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν, τὸ τῆς ἀκμῆς ἀφειδεῖν τοὺς νέους. Ἔφορος δὲ, ὑπερβάλλουσάν τε τῷ μεγέθει λέγει τὴν Κελτικὴν, ὥστε ἧσπερ νῦν Ἰβηρίας καλουμένης, ἐκείνοις τὰ πλεῖστα προσνέμειν μέχρι Γαδείρων· φιλέλληνάς τε ἀποφαίνει τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πολλὰ ἰδίως λέγει περὶ αὐτῶν οὐκ ἐοικότα τοῖς νῦν· Ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο· [5] ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς, μὴ παχεῖς εἶναι, μηδὲ προγάστορας· τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον, ζημιοῦσθαι. Ταῦτα μὲν περὶ τῆς ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικῆς.

p. 199.

[6] Η ΔΕ ΒΡΕΤΤΑΝΙΚΗ, τρίγωνος μέν ἐστι τῷ σχήματι· παραβέβληται δὲ τὸ μέγιστον αὐτῆς πλευρὸν τῇ Κελτικῇ, τοῦ μήκους οὔθ' ὑπερβάλλον, οὔτ' ἐλλεῖπον. ἔστι γὰρ ὅσον τετρακισχιλίων καὶ τ ἢ υ σταδίων ἑκάτερον· τό, τε Κελτικὸν ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου μέχρι πρὸς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης ἄκρα τὰ κατὰ Ἀκουϊτανίαν, καὶ τὸ ἀπὸ Καντίου τοῦ κατ' ἀντικρὺ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου, ἑωθινωτάτου σημείου τῆς Βρεττανικῆς, μέχρι πρὸς τὸ ἑσπέριον ἄκρον τῆς νήσου, τὸ κατὰ τὴν Ἀκουϊτανίαν καὶ τὴν Πυρήνην ἀντικείμενον.

A posita tabula, utrumque pro se liba conjicere, corvos advolantes altera vorare, altera diſſipare: obtinere autem cauſam ſuam eum cujus liba disjiciuntur. Hæc ergo magis fabulam ſapiunt. ¶ Quæ autem de Cerere & Proſerpina dicit, magis ſunt probabilia. Perhibet enim inſulam eſſe Britanniæ propinquam, in qua deabus his ſacrificetur eodem ritu quo in Samothrace. ¶ Creditum eſt id quoque, [2] in Belgico arborem naſci ficus ſimilem, quæ fructum edat forma capituli columnæ Corinthiaci, qui fructus inciſus ſuccum emittat jaculis inunctus, qui ſit lethalis. Id quoque B vulgi ſermonibus tritum eſt, omnes Belgas contentioſos eſſe, neque apud eos turpe judicari, ſi adoleſcentes flore ætatis abutantur. ¶ Ephorus Celticam ingenti facit magnitudine, quòd ii pleraque Hiſpaniæ nunc dictæ loca uſque ad Gades tenuerint: aitque Græcorum ſtudioſam eſſe gentem, multaque de iis peculiaria tradit, præſenti ſtatui non conſentanea: de quibus hoc etiam eſt, dare operam eos, ne obeſi fiant, nève prominentem ventrem habeant: & ſi quis adoleſcens cingulo præſcriptam menſuram excedat, cum multari. Hæc de tranſalpina ſufficiant Gallia. C

BRITANNIA autem formam habet triquetram: longiſſimum eius latus juxta Galliam protenditur longitudine neque majore, neque minore: utrumque enim latus longum eſt ſtadia IV CIↃ & vel CCC vel CCCC: Gallicum ab oſtiis Rheni uſque ad ſeptentrionales Pyrenes proceſſus apud Aquitaniam: Britannicum autem à Cantio quod punctum Britanniæ maximè ortivum oſtiis Rheni è regione eſt, uſque ad occiduum inſulæ procurſum, Aquitaniæ & Pyrenæ oppoſitum. D

1. *τὰ μὲν ἐσθίειν, τὰ δὲ σπορπίζειν*) Inde videtur Romanorum tripudium ſoliſtimum originem habere. *Caſaub.*

2. *In Belgico.*) Non Κελτικῆς legendum ſed Βελγικῆς, φιλόνεικοι pro φιλόνικοι ex epitomis. *Xyland.*

3. *κιονοκράνῳ κορινθιουργεῖ*) Vet. lib. κροκάνῳ. malè. Sic apud Diodorum κιονόκρανα ἰωνικά. Athen. κεφαλὰς Κορινθιουργεῖς vocat. Plinius XXXVI. c. 29. *Corinthiarum capitula.* Vide Vitruvium IV. c. 1. *Caſaub.*

4. *Καὶ οὐ νομίζεται*) Notarunt Diodorus, Athenæus & Ariſtoteles, quem lege de Republ. ſecundo cap. 7. Athenæum qui mentiri ajunt viri doctiſſimi, vellem equidem verum dicerent: Sed legant obſecro locum Ariſtotelis, & deſinent Athenæum mendacii inſimulare, diſcent etiam parciùs probatis ſcriptoribus mendacium objicere. Maneat verò firma apud Tacitum de Mor. Germ. c. 12. vulgata lectio, *corpore infames*: & laudetur nobiliſſima gens, non quod apud eam tale nihil auditum fuerit, ſed quod reos nefandi criminis punierit. *Idem.*

5. *ἀσκεῖν γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι*) Commune hoc Gallis cum Lacedæmoniis, quorum hoc fuiſſe inſtitutum refert Athenæus lib. XII. (Vide Vegetium de re milit. lib. I. cap. 6.) *Idem.*

6. Η ΔΕ *Βρεττανικὴ τρίγωνος μέν ἐστι*) Cæſar B. G. V. 13. *Inſula natura triquetra.* Pomponius Mela. III. 6. *Britannia ſe in diverſos angulos cuneat triquetra, & Siciliæ maximè ſimilis*: Diodorus quoque Siculus. *αὕτη γὰρ τῷ σχήματι τρίγωνος οὖσα παραπλησίως τῇ Σικελίᾳ.* quam ſit autem hoc verum, ex recentiorum deſcriptionibus diſcere quivis poteſt: & præterea ex Tacito in vita Julii Agricolæ c. 12. *Idem.*

1. τετρα-

A Atque hoc eſt breviſſimum à Pyrena ad Rhenum intervallum: maximum enim etiam ɪↄↄ ſtadiorum complecti traditum eſt: ſed probabile eſt, flumine ad montem parallelo, utrinque extrema quæ ſunt verſus Oceanum, à ſe mutuò inclinare. Quatuor ſunt uſitati è continente in inſulam trajectus, nimirum ab oſtiis fluminum Rheni, Sequanæ, Ligeris, & Garumnæ. Qui à Rheni partibus trajiciunt, ii non ex ipſo ſolvunt oſtio, ſed à Morinis Menapiorum conterminis, apud quos eſt etiam Itium, quo navali uſus eſt D. Cæſar in eam tranſmittens inſulam: noctu autem ſolvit, & poſtridie circa
B quartam horam appulit ad inſulam, navigatione CCCXX ſtadiorum confecta: frumentum adhuc in agris deprehendit. Maxima inſulæ pars campeſtris eſt & ſylvis obſita, multos etiam terreſtres habet colles: profert frumentum, pecus, aurum, argentum, ferrum: efferuntur præter hæc ex ea inſula pelles, mancipia, & canes ad venationem naturali præſtantes facultate. Galli cùm his tum ſuis canibus in bello utuntur, Viri Gallos proceritate ſuperant, minùſque flavos habent crines: laxioribus autem ſunt corporibus: magnitudinis argumentum eſto, quod
C nos ipſi, adoleſcentes Romæ vidimus, qui etiam ſemiſſe pedes ſuperarent altiſſimos homines: erant autem pedibus malè ſuffulti, & reliqua corporis lineamenta conſtitutionem non elegantem referebant. Ingenio Gallorum partim ſimiles ſunt, partim ſimpliciores & magis barbari, adeò ut quidam eorum ob imperitiam caſeos nullos conficiant, cùm tamen lacte abundent:

A [1] Τοῦτο μὲν δὴ τοὐλάχιστον διάστημα ἀπὸ τῆς Πυρήνης ἐπὶ τὸν Ῥῆνόν ἐστιν· ἐπεὶ τὸ μέγιστον εἴρηται ὅτι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων ἐστίν· ἀλλ᾽ εἰκὸς εἶναί τινα σύννευσιν ἐκ τῆς παραλλήλου θέσεως τῷ ποταμῷ πρὸς τὸ ὄρος, ἀμφοτέρωθεν ἐπιστροφῆς τινὸς γινομένης, κατὰ τὰς πρὸς τὸν Ὠκεανὸν ἐσχατιάς. Τέτταρα δ᾽ ἐστὶ διάρματα, οἷς χρῶνται συνήθως ἐπὶ τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου, τὰ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τῶν ποταμῶν τοῦ τε Ῥήνου, καὶ τοῦ Σηκοάνα, καὶ τοῦ Λείγηρος, καὶ τοῦ Γαρούνα· τοῖς δ᾽ ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον τόπων [2] ἀναγομένοις, οὐκ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ἐκβολῶν ὁ πλοῦς ἐστιν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὁμο-
B ρούντων τοῖς Μεναπίοις Μορινῶν· παρ᾽ οἷς ἐστὶ καὶ τὸ Ἴτιον, [3] ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ ὁ θεὸς, διαίρων εἰς νῆσον· [4] νύκτωρ δ᾽ ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, [5] τ καὶ εἴκοσι σταδίους τοῦ διάπλου τελέσας· κατέλαβε δ᾽ ἐν ἀρούραις τὸν σῖτον. Ἔστι δ᾽ ἡ πλείστη τῆς νήσου πεδιὰς, καὶ κατάδρυμος. πολλὰ δὲ γεώλοφα τῶν χωρίων ἐστί· φέρει δὲ σῖτον καὶ βοσκήματα, καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ σίδηρον. ταῦτα δὴ κομίζεται ἐξ αὐτῆς, καὶ δέρματα, καὶ ἀνδράποδα, [6] καὶ κύνες εὐφυεῖς πρὸς τὰς κυνηγεσίας. Κελτοὶ δὲ καὶ πρὸς τοὺς πολέ- p. 200.
μους χρῶνται καὶ τούτοις, [7] καὶ τοῖς ἐπιχω-
C ρίοις. Οἱ δὲ ἄνδρες εὐμηκέστεροι τῶν Κελτῶν εἰσὶ, καὶ ἧσσον ξανθότριχες, χαυνότεροι δὲ τοῖς σώμασι· σημεῖον δὲ τοῦ μεγέθους· ἀντίπαιδας γὰρ ἡμεῖς εἴδομεν ἐν Ῥώμῃ, τῶν ὑψηλοτάτων αὐτόθι ὑπερέχοντας καὶ ἡμιποδίῳ· βλαισοὺς δὲ καὶ τ᾽ ἄλλα οὐκ εὐγράμμους τῇ συστάσει. Τὰ δ᾽ ἤθη τὰ μὲν ὅμοια τοῖς Κελτοῖς, τὰ δ᾽ ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα· ὥστ᾽ ἐνίους γάλακτος εὐποροῦντας, μὴ τυροποιεῖν, διὰ τὴν ἀπειρίαν.

1. *Τοῦτο μὲν δὴ τοὐλάχιστον διάστημα*) Ait minimam diſtantiam inter Pyrenæos montes & Rhenum eſſe, qua parte Oceanum attingunt: Id autem intervallum quantum ſit non indicat: ſed ait aliis in locis ubi maximum id eſt, ſtadiorum eſſe ɪↄↄ. Ego D vero in Strabone hîc conſtantiam deſidero: Nam lib. ſec. p. 128. docuit nos longitudinem Britanniæ contra littus Gallicum porrectæ eſſe ſtadiorum ſimiliter ɪↄↄ. Non eſſe autem longiorem Britanniam quàm ſit ei contrarium Gallicum littus ſæpius dixit. Quare ut dixi diligentiam hac in parte in accuratiſſimo ſcriptore deſidero. *Caſaub.*

2. *ἀναγομένοις*) Vett. *ἀνειμένοις*. *Idem.*

3. *ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ*) Portum Itium Cæſar nominat lib. v cap. 5. *Idem.*

4. *νύκτωρ δ᾽ ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε*) Non pertinent hæc ad poſteriorem Cæſaris in Britanniam trajectionem, quod video doctiſſimis quibuſdam viris videri: ſed ad priorem: nec poteſt de eo dubitari, quum ſcribat ipſe (B G. IV. 23.) ſe tertia fere vigilia ſolviſſe, hora autem diei IV. cum primis navibus Britanniam attigiſſe. male etiam de poſteriori profectione accipiunt docti viri quod ſcribit Florus lib. III. c. 10. *In Britanniam tranſit mira celeritate: quippe qui tertia vigilia Morino ſolviſſet à portu minus quam medio die inſulam ingreſſus eſt.* Portum Morinum vocat Florus Itium portum: quem ait Strabo & omnes fatentur eſſe Morinorum: ut valde mirer cur placeat ſummis viris apud Florum reſcribi *Monino*, quod omnino ferri nequit. *Idem*

5. *τ καὶ εἴκοσι σταδίους τοῦ διάπλου τελέσας*) Idem dixit & ſupra: itaque omnes libri habent: unde adducor ut de loco Cæſaris quem interpretatur ita cenſeam quemadmodum ſuperius expoſui. Euſtathius tamen locum Strab. exſcribens *τριακοσίους* tantum ait. ſed ille *ἀπαρτιλογίῃ* ſtuduit ut ſæpe multi auctores. Hic Dione qui trajectum breviſſimum à Galliis in Britanniam ſtadiorum eſſe ſcribit quadringentorum & quinquaginta, neſcio quid dicam, niſi quod in numerorum notis peccatum puto. *Idem.*

6. *καὶ κύνες εὐφυεῖς*) Nota eſt hodiéque præſtantia canum Britanniæ. *Idem.*

7. *Καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις*) Gallicos canes commendat & Oppianus de iiſdem Gratius Cyneg. v. 155.

*Magnaque diverſos extollit gloria Celtas.* Idem.

ἀπείρους δὲ εἶναι καὶ κηπείας, καὶ ἄλλων γεωργικῶν. Δυναστεῖαι δὲ εἰσὶ παρ' αὐτοῖς. Πρὸς δὲ τοὺς πολέμους, 2 ἀπηνείαις χρῶνται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ τῶν Κελτῶν ἔνιοι· 3 πόλεις δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ δρυμοί· περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον, καὶ αὐτοὶ ἐνταῦθα 4 καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν, οὐ πρὸς πολὺν χρόνον· 5 ἔπομβροι δ' εἰσὶν οἱ ἀέρες μᾶλλον ἢ νιφετώδεις· ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις ὁμίχλη κατέχει πολὺν χρόνον· 6 ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον. Τοῦτο δὲ κἀν τοῖς Μορινοῖς συμβαίνει, καὶ τοῖς Μεναπίοις, καὶ ὅσοι τούτων πλησιόχωροι. 7 Δὶς δὲ διέβη Καῖσαρ εἰς τὴν νῆσον ὁ θεός· ἐπανῆλθε δὲ διὰ ταχέων 8 οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος, οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολὺ τῆς νήσου, διά τε τὰς ἐν τοῖς Κελτοῖς γινομένας στάσεις, τῶν τε βαρβάρων καὶ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν. καὶ διὰ τὸ πολλὰ τῶν πλοίων ἀπολέσθαι κατὰ τὴν πανσέληνον, αὔξησιν λαβουσῶν τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων. δύο μέντοι ἢ τρεῖς νίκας ἐνίκησε τοὺς Βρεττανούς, καίπερ δύο τάγματα μόνον περαιώσας τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπήγαγεν ὅμηρά τε καὶ ἀνδράποδα, καὶ τῆς ἄλλης λείας πλῆθος. Νυνὶ μέντοι τῶν δυναστῶν τινες τῶν αὐτόθι πρεσβεύσεσι καὶ θεραπείαις κατασκευασάμενοι τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν φιλίαν, ἀναθήματά τε ἀνέθηκαν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ οἰκείαν σχεδὸν παρεσκεύασαν τοῖς Ῥωμαίοις ὅλην τὴν νῆσον· 10 τέλη τε οὕτως ὑπομένουσι βαρέα, τῶν τε * εἰσαγομένων εἰς τὴν Κελτικὴν ἐκεῖθεν καὶ τῶν εἰσαγομένων ἐνθένδε·

* Fortaſſe τῶν τε ἐξαγομένων

alii hortos colendi, & aliarum partium agriculturæ ignari ſunt. Complures ſunt apud eos dominationes. Ad bella 1 eſſedorum utuntur multitudine, ut & quidam Gallorum. Urbium loco ipſis ſunt nemora. Arboribus enim dejectis ubi amplum circulum ſepierunt, ipſi caſas ibidem ſibi ponunt, & pecori ſtabula condunt, ad uſum quidem non longi temporis. Aër apud eos imbribus magis eſt quàm nivibus obnoxius: ac ſereno etiam cœlo caligo quædam multum temporis obtinet, ita ut toto die non ultra tres aut quatuor quæ ſunt circa meridiem horas conſpici Sol poſſit: quod ipſum Morinis quoque & Menapiis, & eorum vicinis contingit. Divus Cæſar bis in eam inſulam trajecit, ac mox reverſus eſt nulla magna re confecta, neque longè in inſulam progreſſus: idque cùm propter barbarorum & ſuorum militum obortos in Gallia motus, tum quòd ſub plenilunium multas navium aucto maris æſtu amiſiſſet: duobus tamen aut tribus prœliis vicit Britannos, quanquam duas tantùm eò trajeciſſet legiones: abduxitque & obſides, & mancipia, & prædæ præterea multum. At noſtra ætate regulorum quidam Britannicorum legationibus & officiis amicitiam Auguſti Cæſaris conſecuti, donaria in Capitolio dedicarunt, familiaremque Romanis totam penè inſulam redegerunt: & vectigalia 9 tolerant jam non difficilia à rebus quæ à Gallia & Britannia ultro citroque vehuntur.

1. *Eſſedorum.*) Ἀπήνεια non crudelitas, hîc quidem eſt, ut putavit interpres, ſed παρὰ τὴν ἀπήνην effectum collectivum, ut alia quædam. Cæſar de hac ipſa re lib. IV. cap. 24. Bell. Gall. *Eſſedariis* (*quo plerunque genere in prœliis uti conſueverunt*, &c. *Xyland.*

2. ἀπηνείαις χρῶνται) Lego, ἀπήναις: eſſeda Britannorum vocat ἀπήνας: Diodorus ἅρματα. ἅρμασιν ait, κατὰ τοὺς πολέμους χρῶνται καθάπερ οἱ παλαιοὶ τῶν ἑλλήνων ἥρωες ἐν τῷ τρωϊκῷ πολέμῳ κεχρῆσθαι παραδέδονται. Mela III. c. 6. *Dimicant non equitatu modò, aut pedite, verùm & bigis & curribus.* Caſaub.

3. πόλεις δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ δρυμοὶ) Cæſar. B. G. V. 21. *Oppidum autem Britanni vocant, cum ſylvas impeditas vallo atque foſſa munierunt, quo incurſionis hoſtium vitandæ cauſa convenire conſueverunt.* Idem.

4. καλυβοποιοῦνται) Nam caſæ Britannorum Gallicis erant ſimiles, ut ſupra dictum eſt. *Idem.*

5. ἔπομβροι δ' εἰσὶν οἱ ἀέρες) Tacitus Agric. c. 12. *Cœlum crebris imbribus ac nubibus fœdum.* Hunc locum habebat in animo Jordanus cùm ſcriberet, *Refert Strabo Græcorum nobilis ſcriptor, tantas illam exhalare nebulas madefactam Oceani crebris excurſibus, ut ſubtectus Sol per illum pene totum qui ſerenus eſt diem negetur aſpectui.* Idem.

6. ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης) Utrumque verum eſt, & quod hic dicit, Horis pauciſſimis ſolem in Britannia conſpici, & quod Tacitus. Agric. c. 12. *Dierum*, inquit, *ſpatia intra noſtri orbis menſuram & nox clara & extrema Britanniæ parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo diſcrimine internoſcas.* Vide reliqua (Sic auctor Panegyrici Conſtantino Conſtantii filio dicti Britanniam dilaudans. *Certè*, inquit, *quod propter vitam diligitur longiſſimæ dies & nullæ ſine aliqua luce noctes*, &c) cauſam libro ſecundo alias indicabimus. *Idem.*

7. δὶς δὲ διέβη Καῖσαρ) Cujus vide com. B. G. lib. IV. extremo, & initium quinti. *Idem.*

8. οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολύ.) Tacitus vit. Agric. c 2. *Igitur primus omnium Romanorum D. Julius cum exercitu Britanniam ingreſſus quanquam proſpera pugna terruerit incolas ac litore potitus ſit, poteſt videri oſtendiſſe poſteris non tradidiſſe.* Mox, *Conſilium id D. Auguſtus vocabat.* Idem.

9 *Tolerant iam non.*) Τέλη τε οὕπως. legebatur οὕτως. Ego exiſtimo me ſententiam, præſertim ex iis etiam quæ ſuprà de eadem ſunt diſputata inſula, tenuiſſe. vox ἀλλυσούρια quid ſit, non aſſequor adhuc. interpres electrum poſuit: legit enim λιγγούριον ex loco, qui mox ſequetur. idque probo. Mox de Hibernia: *Xyland.*

10. τέλη τε οὕπως ὑπομένουσι βαρέα) Xylander vertit, *& vectigalia tolerant iam non difficilia* prorſus contra mentem Strabonis, qui hoc voluit, Romanos ſua ætate nec tributa nec graviora adhuc vectigalia Britannis impoſuiſſe. quæ autem eſſent impoſita vectigalia mercibus quæ exportantur vel importantur,

Britannia

A Sunt autem eburnea frena, & torques, & electrina atque vitrea vaſa, aliæque id genus viles ac promiſcuæ merces. Itaque nullo ad eam inſulam opus eſt præſidio. Requireretur enim ad minimum una legio, & aliquid equitatus, ſi tributa inde eſſent auferenda: atqui tributum æquarent ſumptus in præſidium faciendi: neceſſario enim vectigalia impoſito tributo minuerentur, & vi facta aliquid impenderet periculorum. ¶ Circa Britanniam ſunt cùm aliæ parvæ inſulæ, tum magna HIBERNIA verſus ſeptentrionem juxta Britanniam porrecta, 4 latior quàm longior. De hac nihil certi habeo quod dicam, niſi quòd incolæ ejus Britannis ſunt magis agreſtes, qui & humanis veſcuntur carnibus, & plurimum cibi vorant, & pro honeſto ducunt parentum mortuorum corpora comedere,

ταῦτα δ' ἐςὶν 1 ἐλεφάντινα ψάλια, καὶ περιαυχένια, 2 καὶ λιγγούρια, καὶ ὑαλᾶ σκεύη, καὶ ἄλλος ῥῶπος τοιοῦτος· ὥστε μηδὲν δεῖν φρουρᾶς τῆς νήσου· τοὐλάχιςον μὲν γὰρ, ἑνὸς τάγματος χρήζοι ἂν, καὶ ἱππικοῦ τινος, ὥστε καὶ φόρους ἀπάγεσθαι παρ' αὐτῶν· εἰς ἴσον δὴ καθίςατο πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῇ ςρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν· ἀνάγκη γὰρ μειοῦσθαι τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων· ἅμα p. 201. δὲ καὶ κινδύνους ἀπαντᾶν τινας, βίας ἐπαγομένης. 3 Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι περὶ τὴν Βρεττανικὴν νῆσοι μικραί· μεγάλη δ' ἡ ΙΕΡΝΗ πρὸς ἄρκτον αὐτῇ παραβεβλημένη, 5 προμήκης μᾶλλον δὲ πλάτος ἔχουσα. Περὶ ἧς οὐδὲν ἔχομεν λέ- B γειν σαφὲς, πλὴν ὅτι ἀγριώτεροι τῶν Βρεττανῶν ὑπάρχουσιν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, ἀνθρωποφάγοι τε ὄντες 6 καὶ πολυφάγοι, τούς τε πατέρας τελευτήσαντας κατεσθίειν ἐν καλῷ τιθέμενοι·

ea à Britannis facile ſolvi, eſſe enim non magna, ut & merces viles ſunt quarum nomine penduntur. Cur autem tributa non fuerint à Romanis impoſita cauſam pluribus explicat. Hæc eſt iſtius loci ſententia: quem non fuiſſe ab interprete intellectum minus miror, quum videam magnum illum Budæum in libro IV. De aſſe graviter peccaſſe in interpretatione iſtius loci: non enim animadvertebat dicere Strabonem, Britannos τέλη ὑπομένειν, eaque οὔπω βαρέα. nullos autem φόρους. at idem etiam planius libro ſecundo dixit Geographus p. 116. πλέον γὰρ ἂν, inquit de Britannia, ἐκ τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν, ἢ ὁ φόρος δύναται συντελεῖν, ἀφαιρουμένης τῆς εἰς τὸ ςρατιωτικὸν δαπάνης, τὸ φρουρῆσον τὴν νῆσον. Scio Diodorum Siculum ac Dionem ſcriptum reliquiſſe Britannis fuiſſe à Cæſare φόρον ἐτήσιον impoſitum, ipſumque Cæſarem ita ſcribere. B. G. V. 22. *Obſides imperat, & quid in annos ſingulos vectigalis populo Romano penderet, conſtituit.* verùm ea noſtram interpretationem hujus loci nihil impediunt. *Caſaub.*

1. ἐλεφάντινα ψάλια) Solinus de Britannis c. 25. *ſtudent cultui: dentibus mari nantium belluarum inſigniunt enſium capulos: candicant enim ad eburneam claritatem.* Non igitur eburnea, ſed eburneis ſimilia erant Britannorum ψάλια· *Idem.*

1. ἐλεφάντινα ψάλια, καὶ περιαυχένια &c.) Variæ & minutæ merces, videlicet ornamenta equorum eburnea, torques, ſuccina, & vitrea pocula è Romano ſolo in Britanniam importati ſolebant, & referri debent ad illud tantum, quod in ultimo poſitum eſt, τῶν εἰσαγομένων ἐνθένδε, quæ ex his locis in Britanniam invehuntur. Nihil enim horum, D quæ ibi numerantur, è Britannia afferebatur. Obſcure itaque & malè interpres doctus: *& Vectigalia tolerant, jam non difficilia à rebus, quæ à Gallia & Britannia ultro citroque vehuntur. Sunt autem eburnea frena, & torques.* Quaſi ejuſmodi merces à Britannia, & Gallia ultro citroque veherentur. Quod eſt falſum. Nec melius vir præſtantiſſimus, qui ψάλια Britannorum non eburnea fuiſſe, ſed eburnis ſimilia ex hoc Solini loco aſſerit. Res in plenum diverſa. Mens eſt Strabonis, Britannos tum admodum levia vectigalia pendiſſe tam ἐξαγωγίμων, quam εἰσαγωγίμων. Non dicit, qualia fuerint Britanniæ ἐξαγώγιμα, quia paulo ſuperius id dixerat his verbis pag: præcedent. prope finem: φέρει δὲ σῖτον, καὶ βοσκήματα, καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ σίδηρον. Ταῦτα δὴ κομίζεται ἐξ αὐτῆς, καὶ δέρματα καὶ ἀνδράποδα, καὶ κύνες εὐφυεῖς πρὸς τὰς κυνηγεσίας. id eſt: *profert frumentum, pecus, aurum, argentum, ferrum; efferuntur præter hæc ex ea inſula pelles, mancipia, & canes ad venationem naturali præſtantes facultate.* Hæ igitur merces, quæ exportabantur; verum quæ importarentur, has fuiſſe ſcribit, ἐλεφάντινα ψάλια, & cetera. Eburna igitur ψάλια, quibus utebantur Britanni inter invectitias merces. At dentes belluarum marinarum ad eburneam claritatem candicantes, quibus inſigniebant enſium capulos, non aliunde importabantur, & eburnis ſimilia, non erant eburnea. ψάλια quoque ſunt viriolæ, & cum torquibus junguntur: ἐλεφάντινα ψάλια, καὶ περιαυχένια, male autem in- C terpretes reddunt *frænos.* Scio Græcos Grammaticos vulgo diſtinguere inter ψάλια, & ψέλια: ut ψάλιον de fræno equi dicatur, ψέλιον de viriola. Sed auctores hæc diſcrimina ſæpe inſuper habent. Hæſichius: ψάλια, κρίκοι, δακτύλιοι. in Epigrammate Græco: ---- ὁ ψελιώσας ἵππον: *Equum frænans.* Latini *viriolas* vocant. Gloſſæ exponunt per κλανίον, ψέλιον, περιχέριον, quare Viriolæ ſunt κρίκοι ex ebore plerumque fieri ſoliti. Salmas. Exerc. Plin. p. 173. ed. Ultraj.

2. καὶ λιγγούρια) Vide Plinium libro XXXVII. 2. *Caſaub.*

3. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι) Orcades, Hæbudes, aliæ: Vide Solinum capite 25. & Plutar. in lib. de oraculis, quæ defecerunt. *Idem.*

4. *latior quàm longior*) μᾶλλον δὲ λέγω. quod quadrabit ſi ab Auſtro ad Boream ſupputetur latitudo. ſin majus latus longitudinem vocare velis, μᾶλλον ἢ lege *longior quàm latior.* Vide poſteriores, Plinium præſertim IV. 16. *Xyland.*

5. προμήκης μᾶλλον δὲ πλάτος ἔχουσα) Hiberniam eſſe προμήκη etiam Mela III. 6. indicat: cujus verba quæ valde depravatè eduntur, ita legenda cenſeo: *Super Britanniam Ivernia eſt, pæne par ſpacio, & utrinque æquali tractu littorum oblonga.* In veteribus autem cod. & Aldi editione locus ita legebatur, προμήκης, μᾶλλον πλάτος ἔχουσα, quam lectionem fulſit interpres inſerta particula δὲ. Ego verò ita putarem legendum, προμήκης μὲν, ἀλλ' οὐ πλάτος ἔχουσα. Ortus error videtur ex compendio ſcripturæ vocis μέν. Sed hæc arbitrarii juris ſunto: maximè propter ea quæ ſcribit Plinius. *Caſaub.*

6. καὶ πολυφάγοι) Non eſt negligendum quod habetur in Epit. ποηφάγοι. (Eſt autem reliquorum animantium potius quam hominis gramine vel herba veſci, ſive ποηφαγεῖν, ut loquitur etiam Græcus paraphraſtes libri ſept. Nicomacheorum.) *Idem.*

καὶ φανερῶς μίσγεσθαι ταῖς τε ἄλλαις γυναιξὶ, [1] καὶ μητράσι, καὶ ἀδελφαῖς. A Καὶ ταῦτα δ' οὕτω λέγομεν, ὡς οὐκ ἔχοντες ἀξιοπίστους μάρτυρας. Καίτοι τό γε τῆς ἀνθρωποφαγίας, καὶ Σκυθικὸν εἶναι λέγεται, καὶ ἐν ἀνάγκαις πολιορκητικαῖς, [2] καὶ Κελτοὶ, [3] καὶ Ἴβηρες, [4] καὶ ἄλλοι πλείους, ποιῆσαι τοῦτο λέγονται. Περὶ δὲ τῆς ΘΟΥΛΗΣ ἔτι μᾶλλον ἀσαφὴς ἡ ἱστορία, διὰ τὸν ἐκτοπισμόν· ταύτην γὰρ τῶν ὀνομαζομένων, ἀρκτικωτάτην τιθέασιν. Ἃ δ' εἴρηκε Πυθέας [5] περὶ ταύτης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ταύτῃ τόπων, ὅτι μὲν πέπλασται, φανερὸν ἐκ τῶν γνωριζομένων χωρίων· κατέψευσται γὰρ αὐτῶν τὰ πλεῖστα, B ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται· ὥστε δῆλός ἐστιν ἐψευσμένος μᾶλλον περὶ τῶν ἐκτετοπισμένων. Πρὸς μέντοι τὰ οὐράνια καὶ τὴν μαθηματικὴν θεωρίαν ἱκανῶς δόξειε κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι, τοῖς τῇ κατεψυγμένῃ ζώνῃ πλησιάζουσι, τὸ τῶν καρπῶν εἶναι τῶν ἡμέρων, καὶ ζώων τῶν μὲν ἀφορίαν παντελῆ, τῶν δὲ σπάνιν· κέγχρῳ δὲ καὶ ἄλλοις λαχάνοις, καὶ καρποῖς καὶ ῥίζαις τρέφεσθαι· παρ' οἷς δὲ σῖτος καὶ μέλι γίγνεται, καὶ τὸ πόμα ἐντεῦθεν ἔχειν· τὸν δὲ σῖτον ἐπειδὴ τοὺς ἡλίους οὐκ ἔχουσι καθαροὺς, [6] ἐν οἴκοις μεγάλοις κόπτουσι, C συγκομισθέντων δεῦρο τῶν σταχύων· [7] αἱ γὰρ ἄλλως ἄχρηστοι γίνονται διὰ τὸ ἀνήλιον, καὶ τοὺς ὄμβρους.

Μετὰ δὲ τὴν ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικὴν, καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἔχοντα τὴν χώραν ταύτην, περὶ αὐτῶν τῶν ΑΛΠΕΩΝ λεκτέον, καὶ τῶν κατοικούντων αὐτὰς, ἔπειτα περὶ τῆς συμπάσης Ἰταλίας· φυλάττουσιν ἐν τῇ γραφῇ τὴν αὐτὴν τάξιν, ἥνπερ δίδωσιν ἡ τῆς χώρας φύσις. [8] Ἄρχονται μὲν οὖν αἱ Ἄλπεις οὐκ ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, ὡς εἰρήκασι τινὲς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν χωρίων ἀφ' ὧνπερ καὶ τὰ Ἀπέννινα ὄρη κατὰ Γένουαν ἐμπορεῖον Λιγύων, καὶ τὰ καλούμενα Σαββάτων οὐάδα, [9] ἅπερ ἐστὶ τενάγη. Τὸ μὲν γὰρ Ἀπέννινον ἀπὸ Γενούας, D

ac palam concumbere non cum aliis modò mulieribus, ſed etiam cum matribus ac ſororibus. Quæ quidem ita referimus, ut fide dignis harum rerum teſtibus deſtituti. Sanè carnibus humanis veſci Scythicum eſſe fertur: idque uſurpaſſe etiam obſidionum neceſſitatibus urgentibus Galli, Hiſpani, aliique plures feruntur. ¶ Magis etiam obſcura eſt THULES hiſtoria, ob tam longinquum ſitum. omnium enim, quarum feruntur nomina, maximè verſus ſeptentrionem eſſe hanc diſſitam ajunt. Vana eſſe quæ Pytheas de hac, & aliis ibi ſitis locis perhibuit, liquet ex locis nobis cognitis, de quibus ille mentitus eſt plurima, quod etiam ſuprà docuimus: ut de longinquis plura eum finxiſſe non ſit obſcurum. Tamen quod ad cœli rationem & mathematicam attinet contemplationem, videtur non ineptè eorum locorum deſcripſiſſe proprietatem, quæ frigidæ appropinquant plagæ: nimirum fructuum mitiorum nihil, animaliumque manſuetorum parum ibi naſci, milio & aliis oleribus, fructibus & radicibus homines veſci: ubi frumentum & mel provenit, ibi inde etiam potum fieri: frumentum, quia Soles non habeant puros, comportatis magnas in domos ſpicis contundi: aliàs ob ſolis radiorum defectum & imbres reddi inutiles.

Enimvero poſtquam dictum eſt de tranſalpinis Gallis, & eam regionem habentibus populis: iam nunc de ipſis differendum eſt ALPIBUS & earum incolis, ac deinceps de univerſa Italia: qua in deſcriptione eum ſequemur ordinem, quem ipſa locorum dictabit natura. Ordiuntur Alpes non à Monœci portu, ut quidam tradiderunt, ſed ab iiſdem locis, à quibus etiam Apenninus mons juxta Genuam Ligurum emporium, & quæ vocantur Sabbatorum vada: nam Apenninus à Genua incipit,

1. *καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς*) De Britannis idem ſcriptum eſt apud Cæſ. B. G. V. c. 14. *Caſaub.*

2. *καὶ Κελτοὶ*) Exemplo ſint qui Aleſiæ fuerunt obſeſſi quos ita Critognatus apud Cæſarem B. G. VII. c. 77. alloquitur. *Quid ergo mei conſilii eſt? Facere quod noſtri majores nequaquam pari bello Cimbrorum Teutonumque fecerunt: qui in oppida compulſi, ac ſimili inopia ſubacti eorum corporibus qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt neque ſe hoſtibus tranſdiderunt.* Idem.

3. *καὶ Ἴβηρες*) De Numantinis à Scipione obſeſſis hoc ſcribunt veteres. *Idem.*

4. *καὶ ἄλλοι*) ut Potidæatæ teſte Thucydide. *Idem.*

5. *περὶ ταύτης*) Vet. lib. *περὶ τῆς αὐτῆς.* *Idem.*

6. *ἐν οἴκοις μεγάλοις κόπτουσι*) Narrat ceu rem memorabilem quod hodie in multis Galliæ ac Germaniæ locis cernere eſt, ut meſſem in villis intra parietes & ſub tecto perticis flagellent. Diodorus Siculus lib. v. auctor eſt, Britannorum ædes è ligno & arundinibus eſſe conſtructas, frumenti autem ſpicas recondi ab iis in ſubterraneas quaſdam domos, unde quotidie ad victum grana evellant. *Idem.*

7. *αἱ γὰρ ἄλλως ἄχρηστοι*) Libri veteres *αἱ γὰρ ἅλως*, Scribe *ἅλω*, id eſt, *areæ* quod etiam ſine libris jampridem videram atque ita prior interpres. *Idem.*

8. *ἄρχονται μὲν οὖν αἱ Ἄλπεις*) Alpes Maritimas intelligit. Nam Alpium ut varia variis locis ſeſe attollunt juga, ita variis etiam appellationibus inſigniuntur. Maritimas autem Alpes vocant Latini ſcriptores ea Alpium juga, quæ mari Liguſtico & Tyrrheno ſunt viciniora. *Idem.*

9. *ἅπερ ἐστὶ τενάγη*) Vett. lib. *ὅπερ*. Rectè. Nam vocem Latinam explicare voluit Gloſſarium vetus, *Vada*, *βράχη*. *Idem.*

Alpes à Sabbatis. inter Sabbata & Genuam ſtadia ſunt CCLX. Hinc poſt CCCLXX ſtadia oppidum Albingaunum, oppidani Ligures Ingauni: hinc ad portum Monœci CCCCXXC. In medio urbs magna Albium Intemelium. incolæ Intemelii. Pro ſigno autem hæc nomina ſumunt, quo probent Alpes à Sabbatis oriri. Alpia enim priùs dicta fuiſſe Albia, ſicut & Alpionia: nam etiamnum montem in Iapodibus ſublimem, extremitate quodammodo Alpes attingentem, Albium vocari, quaſi eò uſque porrectis Alpibus. Cùm ergo Ligurum alii ſunt Ingauni, alii Intemelii, conſentaneum fuit eorum colonias maritimas, alteram Albium Intemelium vocari, quaſi Alpinum, alteram conciſiùs aliquanto Albingaunum. Duabus his Ligurum gentibus addit Polybius Oxybios & Deceates. Omnino autem univerſum litus à Monœco portum ad Etruriam uſque continuum eſt & portubus caret, niſi quatenus paucis locis appelli naves ſinit, & defigi anchoras:

A αἱ δ' Ἄλπεις ἀπὸ τῶν Σαββάτων ἔχουσι τὴν ἀρχήν· p. 202.
1 στάδιοι δ' εἰσὶ 2 μεταξὺ Γενούας καὶ Σαββάτων, σ πρὸς τοῖς ξ. 3 μετὰ δὲ τ πρὸς τοῖς ο, Ἀλβιγγαυνόν ἐστι πόλισμα, οἱ δ' ἐνοικοῦντες Λίγυες Ἰγγαυνοι καλοῦνται· 4 ἐντεῦθεν δ' εἰς Μονοίκου λιμένα υ καὶ π. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πόλις εὐμεγέθης, Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰντεμέλιοι. Καὶ δὴ καὶ σημεῖον τίθενται, τοῦ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν Σαββάτων εἶναι ταῖς Ἄλπεσιν ἐκ τῶν ὀνομάτων τούτων· τὰ γὰρ 5 Ἄλπια, καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια, 6 καθάπερ, καὶ Ἀλπιόνια· καὶ γὰρ νῦν ἔτι τὸ 7 ἐν τοῖς Ἰάποσιν ὄρος ὑψηλὸν 8 συνάπτον πως τῇ ἄκρᾳ καὶ ταῖς Ἄλπεσιν, Ἄλβιον λέγεσθαι, ὡς ἂν μέχρι δεῦρο τῶν Ἄλ-
B πεων ἐκτεταμένων. Τῶν οὖν Λιγύων τῶν μὲν ὄντων Ἰγγαύνων, τῶν δὲ Ἰντεμελίων, εἰκότως τὰς ἀποικίας αὐτῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, τὴν μὲν ὀνομάζεσθαι Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, οἷον Ἄλπιον· τὴν δὲ ἐπιτετμημένως μᾶλλον, 9 Ἀλβιγγαυνον. Πολύβιος δὲ προστίθησι 10 τοῖς δυσὶ φύλοις τῶν Λιγύων τοῖς λεχθεῖσι 11 τό, τε τῶν Ὀξυβίων καὶ τὸ τῶν Δεκιήτων. Ὅλως δὲ ἡ παραλία αὕτη πᾶσα μέχρι τῆς Τυρρηνίας ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, 12 προσεχής τέ ἐστι, καὶ ἀλίμενος, πλὴν βραχέων ὅρμων καὶ ἀγκυροβολίων.

1. *Στάδιοι δὲ εἰσὶ μεταξὺ Γενούας καὶ Σαββάτων σ' πρὸς τοῖς ξ'. Inter Sabbata & Genuam ſtadia ſunt CCLX.*) Hoc eſt iter maritimum brevius. At aliud iter deſcribit Antoninus per montium circuitum & Dertonam multo longius, cujus itineris milliariorum ſumma CXLI. Ideo putavit doctiſſimus commentator numeros eſſe corruptos, eo quod tanta differentia inter duo illa itinera exurgit. Sed non cogitabat vir ille ſummus, iter illud Antonini non eſſe juſtum inter duo illa oppida ſpatium, ſed tanto per Dertonam & aquas Statiellas circuitu, ut numerus ille Antonini videatur potius minor juſto quam major. *Palmer.*

2. *Μεταξὺ Γενούας καὶ Σαββάτων σ πρὸς τοῖς ξ*) Antonini fragmenta teſtantur à Genua ad Vada Sabbatia eſſe M. P. XXX. quæ non multum variant ab hac Strabonis ſumma. At in altero ejuſdem itinerario hoc iter ſic eſt deſcriptum.

| | |
|---|---|
| *Genua* | |
| *Libanum* | M. P. XXXVI. |
| *Dertona* | M. P. XXXV. |
| *Aquis* | M. P. XXVIII. |
| *Crixia* | M. P. XX. |
| *Canalico* | M. P. X. |
| *Vadis Sabbatis* | M. P. XII. |

unde aggregatur ſumma M. P. CXLI. quæ tanta diverſitas è numerorum notis corruptis orta eſt. *Caſaub.*

3. *μετὰ δὲ τ πρὸς τοῖς ο, Ἀλβιγγαυνόν ἐστι*) Vide num loco τ legendum ſit potius ρ ut ſint CLXX ſtad. M. autem paſſ. XXI. fere. Nam apud Antoninum ita legitur,

| | |
|---|---|
| *Vadis Sabbatis* | |
| *Lollupice* | M. P. XII. |
| *Abingauno* | M. P. VIII. |

Alibi idem ſcribit, à Vadis Sabbatis Abingaunum, eſſe M. P. XVII. *Idem.*

4. *ἐντεῦθεν εἰς Μονοίκου λιμένα υ καὶ π*) Antoninus.

| | |
|---|---|
| *Ab Abingauno portum Maurici* | M. P. XXV. |
| *A portu Maurici Vigintimilium* | M. P. XV. |
| *A Vigintimilio Herclemonæcum portum* | M. P. XVI. |
| Summa. | M. P. LVI. |

Strabonis autem ſtadia colligunt M. P. LX. *Idem.*

C 5. *Ἄλπια καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια*) Utroque modo ſcripſiſſe hoc nomen veteres Græcos teſtatur in Epitome Hermolaus, & ex eo Euſtathius. *Idem.*

6. *καθάπερ καὶ Ἀλπιόνια*) Lego, *καθάπερ καὶ Ἀλπίων ἔνια.* quam ſcripturam ſtatim ipſe explicat & confirmat. *Idem.*

7. *ἐν τοῖς Ἰάποσιν*) Vet. lib. *Ἰαπυσιν.* malè. *Idem.*

8. *συνάπτον πως τῇ ἄκρᾳ καὶ ταῖς Ἄλπεσιν*) Legendum eſſe *τῇ Ὄκρᾳ*, luce eſt clarius. Strabo l. VII. p. 314. *Ἡ δ' Ὄκρα ταπεινότερον μέρος τῶν Ἄλπεων ἐστὶ, τῶν διατεινουσῶν ἀπὸ τῆς Ῥαιτικῆς μέχρι Ἰαπόδων. ἐντεῦθεν δ' ἐξαίρεται τὰ ὄρη πάλιν ἐν τοῖς Ἰάποσι, καὶ καλεῖται Ἄλβια.* *Idem.*

9. *Ἀλβιγγαυνον*) Atqui dicunt Romani ſcriptores & Albium Ingaunum, ſicut Albium Intemelium. *Idem.*

10. *τοῖς δυσὶ φύλοις τῶν Λιγύων*) Ligurum populos plurimos
D recenſet Plinius, quem lege. *Idem.*

11. *τό, τε τῶν Ὀξυβίων καὶ τὸ τῶν Δεκιήτων*) Horum conjunctim ſæpe meminit Polybius: vide Fragm. *περὶ πρεσβειῶν* CXXXIV. Apud Stephanum ſcriptum eſt, *Δεκίητον, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Δεκιῆται.* Plinio III. c. 5. ſunt *Deciates.* Idem.

12. *προσεχής τέ ἐστι, καὶ ἀλίμενος*) Ita habent libri omnes: atque hanc lectionem ſimiles loci confirmat, ut lib. v. *ἔπειτα προσεχὴς αἰγίαλος ἀλίμενος, πρὸς αὐτῷ μόνον τῷ Κιρκαίῳ λιμένιον ἔχων.* Et paullò poſt, p. 243. *Ὠνομάσθαι δ' ἔνιοι Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί· ῥαχιώδης γὰρ καὶ προσεχὴς ὁ πλησίον αἰγιαλός:* quibus in locus (vox *προσεχὴς* idem ſignificare videtur quod *τραχὺς*, vel *προσβραχὴς*, ut alibi loquitur. Sic autem hanc vocem & Dionyſius Halicar. uſurpat lib. III. c. 57. ubi de Tiberi ſic ſcribit, *πὰρ αὐτὴν τὴν Ῥώμην ῥέοντος, ἐμβάλλοντος δὲ εἰς αἰγιαλοὺς ἀλιμένους καὶ προσεχεῖς οὓς τὸ Τυρρηνικὸν ποιεῖ πέλαγος.* An autem *αἰγιαλὸς προσεχὴς* dicitur, qui ſit

Ὑπέρκειται δὲ οἱ τῶν ὀρῶν ἐξαίσιοι κρημνοὶ, στενὴν ἀπολιπόντες πρὸς θαλάττῃ πάροδον. Κατοικοῦσι δὲ Λίγυες, ζῶντες ἀπὸ θρεμμάτων τὸ πλέον, καὶ γάλακτος, καὶ κριθίνου πόματος, νεμόμενοι τά τε πρὸς θαλάττῃ χωρία, καὶ τὸ πλέον τὰ ὄρη. [1] ἔχουσι δ' ὕλην [2] ἐνταῦθα τὰ ὄρη παμπόλλην ναυπηγήσιμον, καὶ μεγαλόδενδρον· ὥστ' ἐνίων τοῦ πάχους τὴν διάμετρον ὀκτὼ ποδῶν εὑρίσκεσθαι· πολλὰ δὲ καὶ τῇ ποικιλίᾳ [3] τῶν θυΐνων οὐκ ἔστι χείρω πρὸς τὰς τραπεζοποιΐας. Ταῦτά τε δὴ κατάγουσιν εἰς τὸ ἐμπορεῖον τὴν Γένουαν, καὶ θρέμματα, καὶ δέρματα, καὶ μέλι· ἀντιφορτίζονται δὲ ἔλαιον, καὶ οἶνον τὸν ἐκ τῆς Ἰταλίας· ὁ δὲ παρ' αὐτοῖς ὀλίγος ἐστὶ, πιττίτης, αὐστηρός. Ἐντεῦθεν δὲ εἰσὶν [5] οἱ Γεγήνιοι λεγόμενοι, ἵπποι τὲ καὶ ἡμίονοι καὶ οἱ λιγυστινοί τε χιτῶνες καὶ σάγοι· [6] πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγούριον παρ' αὐτοῖς, [7] ὃ τινὲς ἤλεκτρον προσαγορεύουσι· στρατεύονται δ' ἱππεῖς μὲν οὐ πάνυ· ὁπλῖται δὲ ἀγαθοὶ καὶ ἀκροβολισταί· ἀπὸ δὲ τοῦ χαλκάσπιδας εἶναι, τεκμαίρονταί τινες Ἕλληνας αὐτοὺς εἶναι. [8] Ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου λιμένος ὅρμος ἐστιν, οὐ μεγάλαις, οὐδὲ πολλαῖς ναυσὶν, ἔχων [9] ἱερὸν Ἡρακλέους Μονοίκου καλουμένου· [10] ἔοικε δ' ἀπὸ τοῦ ὀνόματος καὶ μέχρι δεῦρο διατείνειν ὁ Μασσαλιωτικὸς παράπλους· διέχει δ' Ἀντιπόλεως μικρῷ πλείους, ἢ διακοσίους σταδίους·

A desuper imminent grandes ac præruptæ montium rupes, anguſtum relinquentes juxta mare tranſitum. ¶ Ibi accolunt Ligures, vitam re pecuaria ferè ſuſtentantes, ac lacte, & hordeaceo potu, paſcuntur maritima, & majori è parte montes ſunt: ibi ſylvæ frequentes ligna ad naves compingendas ſuppeditantes, magnarum feraces arborum, quarum nonnullæ craſſitiei diametrum octo pedes habeant: ſunt & aliæ arbores ob varietatem ad menſas conficiendas thya nihil deteriores. Hæc ergo ligna ii ad emporium Genuam deportant, itemque pecora pelles, mella: eorumque loco oleum exportant, & vinum Italicum: apud ipſos enim parum vini naſcitur, idque picem reſipit. B Ibi ſunt equi & muli qui appellantur 4 Gegenii, & tunicæ ac ſaga Liguſtica: copioſum eſt etiam apud eos Lyncurium quod nonnulli cognominant electrum. In bellum equites rari proficiſcuntur, gravis autem & leves armaturæ pedites ſunt boni; nonnulli ex eo, quia æreis utuntur ſcutis, Græcos eos eſſe raciocinantur. Portus Monœci neque magnas neque multas capit naves: in eo templum eſt Herculis Monœci: nomen conjecturam præbet τὸ uſque Maſſilienſem navigationem pertingere: C diſtat ab Antipoli paulo amplius CC ſtadiis.

ſit προσοχῆς ἄξιος & in quo magna attentione & cautione opus ſit, ne videlicet navis in bicentia aut ſcopulos incidat. An potius is eſt προσεχὴς αἰγιαλὸς qui ut ſic dicam perpetuo tenore decurrat, nec flexum ullum habeat portui aptum? Apud Plut. in Alexandro p. 673. ed. F. Furt. in deſcriptione oræ Pamphyliæ leges πάγους προσηχεῖς quod vertunt, *pagos reſonantes*. Tu locum expende. Sed omnino quid ſit προσεχὴς in iſtiuſmodi locis vide apud Suidam, qui fusè explicat.) *Idem.*

1. Ἔχουσι δὲ ὕλην ἐνταῦθα τὰ ὄρη παμπόλλην ναυπηγήσιμον καὶ μεγαλόδενδρον. *Ibi ſilvæ frequentes ligna ad naves compingendas ſuppeditantes, magnarum feraces arborum.*) Immane quantum immutata ſit ea regio, ſi verum dixit noſter Geographus. Nam D hodie de Genua proverbialiter dicitur, *montagna ſenza legno, mar ſenza peſce &c.* *Palmer.*

2. ἐνταῦθα παμπόλλην) Auctiores lib. vet. ἐνταῦθα τὰ ὄρη παμπόλλην. *Caſaub.*

3. τῶν θυΐνων οὐκ ἔστι χείρω πρὸς τραπεζοποιΐας) Menſas θυΐνας paſſim veteres ſcriptores commemorant: Sed quid ſit θύον non minus obſcura quæſtio eſt, quam quid ſit orichalcum: aut quale ligni genus Almugim apud Hebræos: quod Græci interpretes vertunt ξύλον θύϊνον, & Hieronymus ligna thyina. Sed de his plura aliâs ſi Deus dederit. ut Notas in Nov. Teſtamentum noſtras abſolvamus. *Idem.*

3. Τῶν θυΐνων οὐκ ἐστὶ χείρω πρὸς τὰς τραπεζοποιΐας) Neſcio cur ibi vertat doctiſſimus interpres: *Sunt & aliæ arbores ob varietatem ad menſas conficiendas thya nihilo deteriores.* Cur inquam *thya* reddunt Latinè quæ cytrus eſt? Mentio extat apud Plutarchum τῶν θυΐνων τραπεζῶν, quas Latini citreas vocant; quin ligni citrei etiam mentio fit in apocalypſi cap. XVIII. 12. καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, *& omne lignum citreum.* Sic igitur potius vertendum, quàm thyïnum. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 667. ed. Ultraj.

4. *Gegenii.*) Γεγήνιοι. in præſentia nihil habeo quod ſtatuam de hac voce, vereor autem ut ſit genuina. Lincurium quod ſcripſi, Lingurium eſt in Græco. vide Plinium VIII. 38. & XXXVII. 2. 3. Alpes & Liguriam ſi contemplari libet, Ptolemæi tabulam Italiæ inſpice, ſextam Europæ *Xyland.*

5. οἱ γεγήνιοι λεγόμενοι, ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι) Legendum eſt οἱ γίννοι λεγομ. ut monuit etiam ſummus vir Joſephus Scaliger. Quid ſint γίννοι (qui & ἴννοι & ὕννοι dicuntur) vide apud Heſychium, ac reliquos Grammaticos, & Ariſtotelem. (Sed Ariſtoteles γίννους & ἴννους diſtinguit in hiſtoriis.) *Caſaub.*

6. πλεονάζει δὲ καὶ τό λιγγούριον) alias per υ ſcribitur hæc vox. *Idem.*

7. ὃ τινὲς ἤλεκτρον προσαγορεύουσι) Vide Plin. lib. XXXVII. cap. 2. & 3. *Idem.*

8. ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου λιμένος) Scribe λιμήν, ut habent vet. libri. *Idem.*

9. ἱερὸν Ἡρακλέους Μονοίκου καλουμένου) De Hercule Monœco vide poëtæ interpretes ad hoc carmen, Aen. VI. v. 831.

*Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monæci.* Id.

10. ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος) Sententia eſt: Apparere ex nomine hujus loci, eo uſque pertinuiſſe Maſſilienſium littus. Quomodo autem id ex nomine apparet? Quia ut Maſſilienſes Græci erant, ita nomina locorum ejus tractus ſunt Græca. *Idem.*

Inde jam ad Maſſiliam uſque, atque nonnihil ulterius, Salyes habitant oræ maritimæ imminentes Alpes, partemque litoris, permixti Græcis: hos antiqui Græcorum Ligyas, id eſt Ligures, vocarunt, & regionem quam tenent Maſſilienſes, Liguſticam: poſteriores [1] Galloligures eos dixerunt, campeſtremque iis regionem omnem uſque ad Luerionem & Rhodanum adſignarunt: unde ii non pedeſtri modò, ſed equeſtri etiam exercitu expeditionem fecerunt, in decem diviſi partes. Primos omnium tranſalpinorum Gallorum hos domuerunt Romani, geſto contra eos & Ligures diuturno bello, quòd hi illis aditum per maris oram in Hiſpania intercluſiſſent. Etenim Ligures iſti terra marique latrocinia exercebant, tanta potentia præditi, ut iter vix magnis exercitibus facere liceret. Et Romani bello per xxc annos tracto vix obtinuerunt, ut XII ſtadiorum amplitudine publica via pateret. Poſterioribus autem temporibus univerſos Ligures ſubegerunt Romani, & formam reipubl. iis præſcripſerunt impoſito ſtipendio. ¶ Poſt Salyas Albienſes, Albiœci, & Vocontii habitant verſus ſeptentrionem ſitas montium partes: Vocontii uſque ad Allobroges pertingunt, degentes in convallibus montium profundis 6 ac munitis. Cæterùm Allobroges & Ligures rectoribus provinciæ Narbonenſis Roma miſſis obtemperant: Vocontii, ſicut & de Volcis circa Nemauſum diximus, ſui ſunt juris: qui inter Varum & Genuam degunt Ligures ad mare, ii pro Italis cenſentur:

A τοὐντεῦθεν δ' ἤδη μέχρι Μασσαλίας καὶ μικρὸν προσωτέρω τὸ τῶν Σαλύων ἔθνος, οἰκεῖ τὰς Ἄλπεις τὰς ὑπερκειμένας, καί τινας τῆς αὐτῆς παραλίας ἀναμὶξ τοῖς Ἕλλησι. Καλοῦσι δὲ τοὺς Σάλυας οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν Ἑλλήνων Λίγυας, καὶ τὴν χώραν ἣν ἔχουσιν οἱ Μασσαλιῶται Λιγυστικήν· οἱ δ' ὕστερον Κελτολίγυας ὀνομάζουσι, καὶ τὴν [2] μέχρι Λουερίωνος καὶ τοῦ Ροδανοῦ πεδιάδα τούτοις προσνέμουσιν, ἀφ' ἧς οὐ πεζὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἱππικὴν ἔστελλον στρατιὰν, εἰς δέκα μέρη διῃρημένοι. Πρώτους δ' ἐχειρώσαντο Ῥωμαῖοι τούτους τῶν ὑπεραλπείων Κελτῶν, πολὺν χρόνον πο- p. 203.

B λεμήσαντες καὶ τούτοις καὶ τοῖς Λίγυσιν, ἀποκεκλεικόσι τὰς εἰς τὴν Ἰβηρίαν παρόδους, τὰς διὰ τῆς παραλίας· καὶ γὰρ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἐλῄζοντο· καὶ τοσοῦτον ἴσχυον, ὥστε μόλις στρατοπέδοις μεγάλοις πορευτὴν εἶναι τὴν ὁδόν· ὀγδοηκοστὸν δ' ἔτος πολεμοῦντες, [3] διεπράξαντο μόλις ὥστ' ἐπὶ ιβ σταδίους τὸ πλάτος [4] ἀνακεῖσθαι τὴν ὁδὸν τοῖς ὁδεύουσι δημοσίᾳ. Μετὰ ταῦτα μέντοι κατέλυσαν ἅπαντας, καὶ διέταξαν αὐτοὶ τὰς πολιτείας, ἐπιστήσαντες φόρον. Μετὰ δὲ τοὺς Σάλυας [5] Ἀλβιεῖς καὶ Ἀλβίοικοι καὶ Οὐοκοντίοι νέμονται τὰ προσάρκτια μέρη τῶν ὀρῶν· παρατείνουσι δ' οἱ

C Οὐοκοντίοι μέχρι Ἀλλοβρίγων, ἔχοντες αὐλῶνας ἐν βάθει τῆς ὀρεινῆς ἀξιολόγους καὶ ὀχυροὺς ὧν ἔχουσιν ἐκεῖνοι· Ἀλλόβριγες μὲν οὖν καὶ Λίγυες ὑπὸ τοῖς στρατηγοῖς τάττονται τοῖς ἀφικνουμένοις εἰς τὴν Ναρβωνῖτιν. Οὐοκοντίοι δὲ καθάπερ τοὺς Οὐόλκας ἔφαμεν, τοὺς περὶ Νέμαυσον, [7] τάττονται καθ' αὑτούς. Τῶν δὲ μεταξὺ τοῦ Οὐάρου καὶ τῆς Γενούας Λιγύων, οἱ μὲν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τοῖς Ἰταλιώταις εἰσὶν οἱ αὐτοί·

1. *Galloligures.*) Lego enim κελτολίγυας, non κελτοὶ λιγυας, quod credo facilè probatum iri ſententiam loci perpendentibus. Sed vox Λουερίωνος haud dubiè prava eſt. neque ſatis video quid ſcribi debeat. *Xyland.*

2. Μέχρι Λουερίωνος) Puto eſſe quam Λουερίωνα ſupra vocabat. *Caſaub.*

3 διεπράξαντο μόλις) Hoc à C Sextio factum eſſe ſupra dixit. At Carolus Sigonius vir Romanæ hiſtoriæ peritiſſimus de M. Fulvio Nobiliore iſta putabat eſſe accipienda, ad cujus Conſulatum à bello Liguſtino primo anni intercedant ut ait Strabo LXXX. *Idem.*

4. ἀνακεῖσθαι τὴν ὁδὸν) Lege cum vett. ἀνεῖσθαι. Sic lib. ſeq. Ἀνεῖται δ' ἐμπόρειον τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον. *Idem.*

5. Ἀλβιεῖς καὶ Ἀλβίοικοι) Suſpectus mihi locus: Neque enim Albienſes aut Albiœcos ullos reperio. Suprà vicinos populos eſſe docuit, Camares, Vocontios, Tricorios, Iconios & Pædylos. Plinius in hoc tractu nominat Albeceriorum Appollinarium, & Albam Helvorum: ut dubitare aliquis poſſit, ſintne iſti Ἀλβιεῖς Pliniani Albenſes, & Ἀλβίοικοι quos Plin. Albecerios vocat. *Idem.*

6. *Ac munitis.*) Sequitur ὧν ἔχουσιν ἐκεῖνοι, quod quid ſit non video, ſi non eſt πλεονασμῷ idem quod antè dictum. mox pro Ἵππαρχος lege ἔπαρχος, vel ὕπαρχος. Siconii mihi ſuſpecti ſunt, ſuprà Iconii legebatur, minus etiam, puto, rectè: & pro Medoalis Pedyli, mox μέδουλοι. ſunt Medulli, quorum inter Alpinas gentes Plin. meminit. III. 20. & Ptolem. in Narbonenſi juxta Allobroges. ut ex eodem pro Siconiis, Segalauni intelligendi videantur. Sed hic ampliùs. quod autem Medulli dicuntur ſupra confluentes Iſaræ & Rhodani ſiti, intelligendum eſt è regione, & ut ſic dicam, eadem elevatione poli in Alpibus, qua in Narbonenſi Gallia procul inde iſti confluentes. Sic etiam intelligendum eſt quod de Lemanno lacu dicitur, qui Πελαμένα monſtroſe dicitur. & paulo poſt λιμνὴ λιμέννα. De Ideonni & Cottii terra nihil invenio. *Xyland.*

D

7. τάττονται καθ' αὑτοὺς) id eſt, liberam habent civitatem, nec parent ei qui provinciam Narbonenſem regit: cujus tamen pars cenſetur eſſe Vocontii: ut Plinius multis locis indicat. *Idem.*

ε. ἐπὶ

[1] ἐπὶ δὲ τοὺς ὀρεινοὺς πέμπεταί τις ἵππαρχος τῶν ἱππικῶν ἀνδρῶν, καθάπερ καὶ ἐπ' ἄλλους τῶν τελέως βαρβάρων. Μετὰ δὲ Οὐοκουντίους Σικόνιοι, καὶ Τρικόριοι, [2] καὶ μετ' αὐτοὺς Μεδοάλοι [3] ὑπὲρ τὰς ὑψηλοτάτας ἔχουσι κορυφάς· τὸ γοῦν ὀρθιώτατον αὐτῶν ὕψος, σταδίων ἑκατὸν ἔχειν φασὶ τὴν ἀνάβασιν· κἀντεῦθεν πάλιν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρους τοὺς τῆς Ἰταλίας κατάβασιν. [4] Ἄνω δ' ἔν τισι κοίλοις χωρίοις [5] λίμνη τε συνίσταται μεγάλη, καὶ πηγαὶ δύο οὐ πολὺ ἄπωθεν ἀλλήλων· ὧν ἐκ μὲν τῆς ἑτέρας ἐστὶν ὁ Δρουέντιος ποταμὸς χαραδρώδης, ὃς ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καταράττει· καὶ ὁ Δουρίας εἰς τἀναντία· τῷ γὰρ Πάδῳ συμμίσγει, κατενεχθεὶς διὰ Σαλασσῶν εἰς τὴν ἐντὸς τῶν Ἄλπεων Κελτικήν· [6] ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινότερος τῶν χωρίων τούτων ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος, πολύς τε καὶ ὀξύς· προϊὼν δὲ γίνεται μείζων καὶ πρᾳότερος·
p. 204. [7] ἐκ πολλῶν δὲ λαμβάνει τὴν αὔξησιν· [8] ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ἤδη γενόμενος καὶ πλατυνόμενος· τῇ οὖν διαχύσει περισπᾷ καὶ ἀμβλύνει τὸ ῥοῦν· εἰς δὲ τὴν Ἀδριατικὴν θάλατταν ἐμπίπτει [9] μέγιστος γενόμενος τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ποταμῶν [10] πλὴν τοῦ Ἴστρου. Ὑπέρκεινται δ' οἱ μὲν Μέδουλοι μάλιστα τῆς συμβολῆς τοῦ Ἴσαρος πρὸς τὸν Ῥοδανόν· ἐπὶ δὲ θάτερα μέρη τὰ πρὸς τὴν Ἰταλίαν κεκλιμένα τῆς λεχθείσης ὀρεινῆς. [11] Ταυρῖνοί τε οἰκοῦσι Λιγυστικὸν ἔθνος, καὶ ἄλλοι Λίγυες. Τούτων δ' ἐστὶ καὶ [12] ἡ τοῦ Ἰδεόννου λεγομένη γῆ, καὶ ἡ τοῦ Κοττίου· μετὰ δὲ τούτους καὶ τὸν Πάδον [13] Σαλασσοί·

A ad montanos præfectus equeſtris ordinis aliquis mittitur, ut ad reliquos planè barbaros. ¶ Poſt Vocontios ſunt Siconii, Tricorii, & ab his Medulli cacuminibus inſidentes altiſſimis: altitudo eorum rectiſſima c ſtadiorum dicitur eſſe, tantuſque rurſus ad fines Italiæ deſcenſus. Supernè in quibuſdam cavitatibus lacus magnus continetur, duoque fontes non multùm à ſe invicem diſſiti: ex quorum altero Druentia fluvius per confragoſa loca Rhodanum verſus defluit, in diverſam partem Duria B per Salaſſos in ciſalpinam delapſus Galliam Pado miſcetur. Ex altero longè iſtis locis humilior ipſe Padus oritur copioſus & rapidus, in progreſſu autem major fit ac placidior, multis auctus aquis affluentibus: & ubi in planiciem devenit, dilatatus jam vehementiam fluxus minuit. Incidit in Adriaticum mare, maximus, Iſtro excepto, factus omnium Europæ fluminum. Medulli ſiti ſunt potiſſimum ſuper Iſaræ influxum in Rhodanum. In altera autem parte montanorum, quæ ad Italiam vergit, Taurini habitant Li- C guſtica gens, aliique Ligures: horum eſt & quæ Ideonni dicitur, & quæ Cottii terra. Poſt hos & Padum, Salaſſii:

1. ἐπὶ δὲ τοὺς ὀρεινούς πέμπεταί τις ἵππαρχος) Mari imæ ergo Alpes à procuratore regebantur: hi autem equeſtris erant ordinis ut etiam ſupra dictum eſt. Notanda verò in primis quæ ſequuntur, non niſi prorſus barbaras gentes ſoli procuratori fuiſſe commiſſas: quod ex his Taciti verbis poteſt intelligi, lib. 1. hiſt. c. 11. *Duæ Mauritaniæ, Rætia, Noricum, Thracia, quæque aliæ procuratoribus cohibentur.* Sanè enim nominatarum à Tacito provinciarum homines feri erant admodum & barbari. Vide plura de his apud peritiſſimum harum rerum virum quem honoris cauſa nomino Juſtum Lipſium ad lib. XII. Annalium. *Caſaub.*

2. καὶ μετ' αὐτοὺς Μεδοάλοι) Vetus lectio, Μεδούαλοι vel Μεδούαλλοι. Apud Plinium III. 20. *Meduli. Idem.*

3. ὑπὲρ τὰς ὑψηλοτάτας) Lege, οἵπερ τὰς ὑψ. *Idem.*

4. ἄνω δ' ἔν τισι κοίλοις χωρίοις) In monte Veſulo originem habere Padum & Durentiam certum eſt. Id eſt jugum ad Cottias Alpes pertinens, qui hodieque nomen retinet. *Idem.*

5. λίμνη τε συνίσταται μεγάλη) Prope eundem lacum naſci vult Strabo altera quidem ex parte Druentiam ac Doriam, ex altere Padum. Ptolemæus verò Padum quidem prope Larium lacum naſci, Doriam autem prope Pœninum auctor eſt. *Idem.*

6. ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινότερος) Locus apparet corruptus. Puto autem ſic poſſe legi, ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινοτέρας, διὰ τῶν χωρίων τούτων ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος. Quod ait Padum è loco humili originem trahere, Mela II. 4. confirmat, qui Padum ait ab imis radicibus Veſuli montis exoriri & parvis primum ſe fontibus colligere. Plinius III. 16. ſic, *Padus è gremio Veſuli montis celſiſſimum in cacumen elati, finibus Ligurum Vagiennorum viſendo fonte profluens,* &c. *Idem.*

7. Ἐκ πολλῶν δὲ λαμβάνει τὴν αὔξησιν) Plinius III. 16. *Nec amnes tantum Apenninos Alpinoſque navigabiles capiens, ſed lacus quoque immenſos in eum ſeſe exonerantes, omni numero XXX. flumina in Adriaticum mare defert.* Idem.

8. ἐν δὲ τοῖς πεδίοις) Scripti lib. ταῖς πεδιάσ. *Idem.*

9. μέγιστος γενόμενος) Tantus eſt Padus quando in Adriaticum mare ἐμπίπτει (vel ἐκπίπτει, ut eſt in vet. lib.) ut oſtia ejus ſeptem quibus mare in- D greditur, totidem maria eſſe dicantur. Vide Plin. III. 16. *Idem.*

10. πλὴν τοῦ Ἴστρου) Lucanus II. v. 416. ne Danubium quidem vult excipi: Canit enim de Pado,

*Non minor eſt Iſtro, niſi quòd dum permeat orbem*
*Iſter, caſuros in quælibet æquora fontes*
*Accipit, & Scythicas exit non ſolus in undas.*

Idem.

11. Ταυρινοί τε οἰκοῦσι Λιγυστικὸν ἔθνος) Plinius III. 17 *Coloniæ ab Alpium radicibus Auguſta Taurinorum antiqua Ligurum ſtirpe.* Idem.

12. ἡ τοῦ Ἰδεόννου λεγομένη γῆ καὶ τοῦ Κοττίου) Ideonnus & Cottius reguli fuiſſe Inalpini videntur, qui ditioni ſuæ nomen dederint. Nam Cottius quidem & Cottii terra paſſim à Strabone, Plinio, Marcellino & aliis memoratur: De Ideonno obſcurior fama. *Idem.*

13. Σαλασσοί) Salaſii Ptolemæo εἰσὶν ὑπὸ τοὺς Ἰνσούβρους. *Idem.*

ſuper hos in verticibus montium Centrones, & Catoriges, & Veragri, Nantuates, & Lemannus lacus per quem Rhodanus fertur, & fons Rhodani. Non procul hinc Rheni ſunt fontes, & Adula mons, ex quo Rhenus fluit verſus ſeptentrionem, inque contrariam partem Addua in lacum Larium, qui ad Comum eſt, delabitur. Supra Comum, quod eſt ad radices Alpium ſitum, habitant verſus orientem Rhæti & Vennones: ad alteram partem Lepontii, Tridentini, Stoni, & aliæ complures exiguæ gentes, quæ ſuperioribus temporibus [illegible] tenuerunt, latrociniis deditæ & paupe- B res. Eæ nunc partim exciſæ ſunt, partim domitæ: ut iter ſupra montes per illos, quod olim erat anguſtum & ſuperatu difficile, multis nunc locis pateat, tutùmque ſit ab injuria hominum, & expeditum: quod ipſum opere eſt confectum. Nam Auguſtus Cæſar latronum excidio viarum ſtructuram adjecit, quantam omnino licuit perfici: neque enim potuit ubique vi perrumpere naturam ſaxorum & ingentium prærruptarum rupium, aliàs vix impendentium, aliàs ſubjacentium, ita ut vel leviter è via egreſſi in periculum venirent inevitabile, cùm in fundo carentes valles eſſet decidendum. Ibi quidem alicubi arcta ita eſt via, ut & peditibus & jumentis non adſuetis vertigo oboriatur: incolarum autem jumenta facilè illum laborem obeunt. Neque huic incommodo mederi potuit,

A ὑπὲρ δὲ τούτων [1] ἐν ταῖς κορυφαῖς Κέντρωνες, [2] καὶ Κατόριγες, [3] καὶ Οὐαράγροι, [4] καὶ Ναντουάται, [5] καὶ ἡ Πελαμβύα λίμνη, δι' ἧς ὁ Ῥοδανὸς φέρεται, καὶ ἡ πηγὴ τοῦ ποταμοῦ. Οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων [6] οὐδὲ τοῦ Ῥήνου αἱ πηγαὶ, [7] οὐδ' ὁ Αδούλας τὸ ὄρος, ἐξ οὗ ῥεῖ καὶ ὁ Ῥῆνος ἐπὶ τὰς ἄρκτους, [8] καὶ ὁ Αδούλας εἰς τἀναντία ἐμβάλλων εἰς τὴν Λάριον λίμνην τὴν πρὸς τῷ Κώμῳ. Ὑπέρκεινται δὲ τοῦ Κώμου πρὸς τῇ ῥίζῃ τῶν Αλπεων ἱδρυμένου, τῇ μὲν [9] Ῥαιτοὶ καὶ Οὐένονες ἐπὶ τὴν ἕω κεκλιμένοι· [10] τῇ δὲ Ληπόντιοι καὶ [11] Τριδεντῖνοι, καὶ Στόνοι, καὶ ἄλλα πλείω μικρὰ ἔθνη, κατέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις, B λῃστρικὰ καὶ ἄπορα· νυνὶ δὲ, [12] τὰ μὲν ἐξέφθαρται, τὰ δ' ἡμέρωται τελείως· ὥστε τὰς δι' αὐτῶν ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους πρότερον οὔσας ὀλίγας καὶ δυσπεράτους, νυνὶ πολλαχόθεν εἶναι καὶ ἀσφαλεῖς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ εὐβάτους. Ὧν ἕν ἐστι διὰ τὴν κατασκευήν· [13] προσέθηκε γὰρ ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῇ καταλύσει τῶν λῃστῶν τὴν κατασκευὴν τῶν ὁδῶν, ὅσην οἷόν τ' ἦν· οὐ γὰρ δυνατὸν πανταχοῦ βιάσασθαι τὴν φύσιν διὰ πετρῶν, καὶ κρημνῶν ἐξαισίων, τῶν μὲν ὑπερκειμένων τῆς ὁδοῦ, τῶν δ' ὑποπιπτόντων, ὥστε καὶ μικρὸν ἐκβᾶσιν, ἄφυκτον εἶναι τὸν κίν- C δυνον, εἰς φάραγγας ἀβύσσους τοῦ πτώματος ὄντος· οὕτω δέ ἐστι στενὴ κατά τι αὐτοῦ ἡ ὁδὸς, ὥστ' ἴλιγγον φέρειν τοῖς πεζῇ βαδίζουσι καὶ αὐτοῖς καὶ ὑποζυγίοις τοῖς ἀήθεσι· τὰ δ' ἐπιχώρια [14] κομίζειν τοὺς κόλπους ἀσφαλῶς. Οὔτ' οὖν ταῦτα ἰάσιμα,

1. ἐν ταῖς κορυφαῖς Κέντρωνες) Ptolemæo Centrones ſunt ἐν ταῖς γραίαις ἄλπεσιν: quas *Grajas Alpes* Latini vocant. *Caſaub.*

2 καὶ Κατόριγες) Latini Caturiges ut & Ptolemæo Κατούριγες ἐν ταῖς γραίαις ἄλπεσιν. *Idem.*

3. καὶ Οὐαράγροι) Cæſar *Veragros* vocat lib. III. c. 1. B. G. & eorum vicum *Octodorum.* *Idem.*

4. Ναντουᾶται) Videntur eſſe Nantuates, de quibus ſupra dictum eſt p. 192. Putant tamen viri eruditi alios eſſe Nantuates apud quos naſcitur Rhenus, alios Antuates, quorum Cæſar libro III. c. 1. B. G. me- D minit, & cum Veragris eos conjungit: de quo quærant harum rerum peritiores. Sanè vel apud Cæſarem ita eſt legendum, *Partem equitatus in Antuates, Veragros, Sedunoſque miſit:* vel apud Strabonem Ἀντουᾶται. *Idem.*

5. καὶ ἡ Πελαμένα) Vetus lectio, καὶ πῆ Λαμένα λίμν. Ptol. Λιμένη. Latinis Lemanus lacus. *Idem.*

6. οὐδὲ τοῦ Ῥήνου αἱ πηγαὶ) Ecce ait fontes Rheni non procul eſſe à Nantuatibus quos modo nominavit: Iidem ergo hi ſunt cum iis quorum antè facta eſt mentio: neque apud Cæſarem rectè Autuates & Nantuates diverſæ gentes eſſe creduntur: quanquam ut dixi, judicent viri eruditi. *Idem.*

7. οὐδὲ ὁ Αδούλας) Libri vett. ὁ Αδουάλλας. *Idem.*

8. Καὶ ὁ Αδούλας) Αδδούας ſcribi debuit. de hoc fl. præter alios Caſſiodorus lib. XI. ep. 14. *Hujus ſinubus ab Auſtro veniens Addua fluvius faucibus apertis accipitur. Qui ideo tale nomen accepit, quia duobus fontibus acquiſitus, quaſi in proprium mare devolvitur* vide cetera.) *Idem.*

9. Ραιτοὶ καὶ Οὐένονες) Plinio III. 20. caput Rætorum Vennonetes. Straboni etiam paullò poſt Οὐέννωνες alii ſunt à Rhætis. *Idem.*

10. τῇ δὲ Ληπόντιοι) Sic Latini Lepontios vocant. Sed Græci videntur ſcripſiſſe Λιπόντιοι ut habet Ptol. vel Λειπόντιοι ut mox, παρὰ τὸ λείπεσθαι. Plinius III. 20. *Cæteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci nominis credunt: præuſtis intra ſinus Alpium, nive membris.* Idem.

11. Τριδέντινοι καὶ Στόνοι) Utriuſque populi meminit Plin. III. 20. *Idem.*

12. τὰ μὲν ἐξέφθαρται) ut Caturiges teſte Plinio. *Idem.*

13. προσέθηκε γὰρ ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ) Vide lib. ſeq & Suetonium in Octavio. cap. 37 & alios. *Idem.*

14. κομίζειν τοὺς κόλπους ἀσφαλῶς) Malim κομίζει. Sed quid eſt κόλπους κομίζειν? Xylander lectionis abſurditatem quum videret mutavit lectionem, ac legit ediditque κόπους. nimis profectò audacter & confidenter, ne quid gravius dicam. Quid eſt enim κομίζειν κόπους? ſcilicet quia Latini *perferre labores dicunt*, Strabo dixit κόπους κομίζειν Nos vero quum jampridem mentem hujus loci vidiſſemus, conjiciebamus legendum vel μολγοὺς vel κωρύκους, vel neſcio quid tale. Poſtea liberavit nos omni cura optimus ſoceri Henrici Stephani codex: ex eo didici legendum eſſe non κόλπους ſed φόρτους. *Idem.*

οὔθ' αἱ κατολισθαίνουσαι πλάκες τῶν κρυστάλλων A ἄνωθεν ἐξαίσιοι, συνοδίαν ὅλην ἀπολαμβάνειν δυνάμεναι, καὶ συνεξωθεῖν εἰς τὰς ὑποπιπτούσας φάραγγας. πολλαὶ γὰρ ἀλλήλαις ἐπίκεινται πλάκες πάγων ἐπὶ πάγοις γινομένων χιόνος κρυσταλλοειδῶν, καὶ τῶν ἐπ' ἐπιπολῆς ἀεὶ ῥαδίως ἀπολυομένων ἀπὸ τῶν ἐντὸς πρὶν διαλυθῆναι τελέως [1] ἐν τοῖς ἡλίοις. Ἡ δὲ τῶν Σαλασσῶν πολλὴ μέν ἐστιν, ἐν αὐλῶνι βαθεῖ, [2] τῶν ὀρῶν ἀμφοτέρων κλειόντων τὸ χωρίον· μέρος δέ τι αὐτῶν ἀνατείνει καὶ πρὸς τὰς ὑπερκειμένας κορυφάς. Τοῖς οὖν ἐκ τῆς Ἰταλίας ὑπερβαίνουσι τὰ ὄρη, διὰ τοῦ λεχθέντος αὐλῶνός ἐστιν ἡ ὁδός· εἶτα σχίζεται δίχα· καὶ ἡ μὲν [3] διὰ τοῦ Ποινίνου λεγομένου φέρεται, ζεύγεσιν οὐ βατή· κατὰ τὰ ἄκρα τῶν Ἄλπεων· ἡ δὲ διὰ Κευτρώνων δυσμικωτέρα. Ἔχει δὲ χρύσεια ἡ τῶν Σαλασσῶν, ἃ κατεῖχον ἰσχύοντες οἱ Σαλασσοὶ πρότερον, καθάπερ καὶ τῶν παρόδων ἦσαν κύριοι· [4] προσελάμβανε δὲ πλεῖστον εἰς τὴν μεταλλείαν αὐτοῖς ὁ Δουρίας ποταμὸς [5] εἰς τὰ χρυσοπλύσια· διόπερ ἐπὶ πολλοὺς τόπους σχίζοντες εἰς τὰς ἐξοχετείας τὸ ὕδωρ, τὸ κοινὸν ῥεῖθρον ἐξεκένουν· τοῦτο δ' ἐκείνοις μὲν συνέφερε πρὸς τὴν τοῦ χρυσοῦ θήραν, τοὺς δὲ γεωργοῦντας τὰ ὑπ' αὐτοῖς πεδία, τῆς ἀρδείας στερουμένους, ἐλύπει· [6] τοῦ ποταμοῦ δυναμένου ποτίζειν τὴν C χώραν, διὰ τὸ ὑπερδέξιον ἔχειν τὸ ῥεῖθρον. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας πόλεμοι συνεχεῖς ἦσαν ἀμφοτέροις τοῖς ἔθνεσι πρὸς ἀλλήλους. κρατησάντων δὲ Ῥωμαίων, τῶν μὲν χρυσουργιῶν ἐξέπεσον, καὶ τῆς χώρας οἱ Σαλασσοί· τὰ δ' ὄρη κατέχοντες ἀκμὴν τὸ ὕδωρ ἐπώλουν τοῖς δημοσιώναις τοῖς ἐργολαβήσασι τὰ χρύσεια· καὶ πρὸς τούτους δ' ἦσαν ἀεὶ διαφοραὶ διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν δημοσιωνῶν· οὕτω δὲ συνέβαινε τοὺς στρατηγιῶντας ἀεὶ τῶν Ῥωμαίων, καὶ πεμπομένους ἐπὶ τοὺς τόπους, εὐπορεῖν προφάσεων, ἀφ' ὧν πολεμήσουσι. Μέχρι μὲν δὴ D τῶν νεωστὶ χρόνων, τοτὲ μὲν πολεμούμενοι, τοτὲ δὲ καταλυόμενοι τὸν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πόλεμον, ἴσχυον ὅμως, καὶ πολλὰ κατέβλαπτον τοὺς διὰ τῶν ὑπερβάλλοντας τὰ ὄρη, κατὰ τὸ λῃστρικὸν ἔθος. Οἵ γε καὶ [7] Δέκιμον Βροῦτον φυγόντα ἐκ Μουτίνης,

neque delapſui ingentium glaciei tabularum, quæ integrum etiam comitatum obruere & in ſubjectas deturbare valles poſſunt. Multæ enim una ſupra aliam jacent glaciei tabulæ, ſubinde uno poſt alterum gelu, concreſcente in glaciei formam nive: quarum tabularum quæ in ſuperficie ſunt, exilè quovis tempore ab interioribus ſolvuntur antequam à Sole planè liquentur. ¶ Salaſſorum regio ampla eſt, in profunda convalle montibus utrinque includentibus: quanquam alicubi etiam ad ſuperincumbentes attollitur vertices. Qui ex Italia profecti montes illos ſuperare volunt, iis iter per eam eſt convallem: deinde in duas vias ſcinditur, quarum quæ per Pœninas fauces tendit ad ſummitates Alpium, jumentis eſt inacceſſa: altera per Centrones magis eſt occidua. In Salaſſorum regione ſunt auri metalla, quæ olim obtinuerunt Salaſſi, ſicut & itinera: maximum illis adjumentum ad negotium metallicum attulit Duria fluvius, ad eluendum aurum: itaque multis locis eum in rivulos ſcindentes, alveum exinaniverunt: quod ut illis ad auri inveſtigationem profuit, ita moleſtum fuit iis qui ſubjectos illis agros colebant, rigandi facultate ſpoliatis, quam fluvius iſte supernè labens poterat præbere: atque ea res cauſam continentium invicem bellorum iis gentibus dedit. Romanis autem rerum potitis, & metallis & ditione ſua Salaſſi exciderunt. montes tamen adhuc obtinentes, aquam publicanis venditabant, qui conduxerant auri metalla: cum quibus perpetuæ iis erant lites, ob avaritiam publicanorum. Atque ita factum eſt, ut qui à Romanis ad ea loca mittebantur cùm bellum gerere cuperent, facilè ejus invenirent occaſiones. Et ad paulo ſuperiora quidem tempora uſque modò bello impetiti, modò pace cum Romanis compoſita, tamen potentia fuerunt præditi, ita ut more prædonum magna injungerent damna iis qui per ipſos tranſirent. Quippe & D. Brutum Mutina cum ſuis fugientem

1. ἐν τοῖς ἡλίοις) ut lib. 1. ἐν ἀνέμῳ vide locum. *Caſaub.*

2. Τῶν ὀρῶν ἀμφοτέρων) fortaſſe ἀμφοτέρωθεν. *Idem.*

3. διὰ τοῦ Ποινίνου) De Pœninis Alpibus, & viis omnibus per Alpes habes in eruditiſſimi & optimi viri Joſiæ Simleri Tigurini Comm. de Alpibus. *Idem.*

4. προσελάμβανε δὲ) Vett. lib. συνελάμβανε, quod eſt uſitatius: Tamen ita quoque alibi lib. quinto προσλαμβάνουσι δὲ πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν τῆς χώρας καὶ λίμναι. *Idem.*

5. εἰς τὰ χρυσοπλύσια) Vide lib. III p. 146. *Idem.*

6. τοῦ ποταμοῦ δυναμένου) Vet. lib. μὴ δυναμένου, quod prior interpres eſt ſecutus. *Idem.*

7. Δέκιμον Βροῦτον φυγόντα ἐκ Μουτίνης) D. Brutum intelligit, qui è Cæſaris percuſſoribus unus quum fuiſſet, Mutinæ ab Antonio eſt obſeſſus: vide Dionem lib. XLVI. Appianum, Epitomas, alios. *Idem.*

1. Μεσ-

viritim denarium ſolvere coëgerunt : & Meſſala in vicinia hyemans, pecuniam ab iis redemit ligna ad focum, & ulmea haſtilia ad exercitationes. Quin & Cæſaris aliquando pecuniam diripuerunt Salaſſi, exercitibuſque præcipitia inſederunt, ſimulantes viam ſe reficere, aut fluminibus pontes imponere. Ad extremum Cæſar eos devicit, & ſub haſta univerſos vendidit, Eporediam deductos (quæ colonia Romanorum in hoc fuerat condita, ut præſidio eſſet contra Salaſſos: ſed parum reſiſti ab incolis potuit, donec ea gens deleta eſt) numerata ſunt hominum millia XXXVI, virorum ad pugnam idoneorum VIII millia: univerſos ſub haſta vendidit Terentius Varro, qui dux belli eos devicerat. Auguſtus autem Cæſar miſſis Romanorum tribus millibus urbem condidit, quo loco Varro caſtra habuerat. Atque nunc tota vicinia pacata eſt, uſque ad ſummos montis tranſitus. ¶ Deinceps montium partes quæ ortum ſpectant, & ad meridiem vertuntur, Rhæti & Vindelici tenent, Helvetiorum & Boiorum contermini, quorum campis imminent. Rhæti uſque ad Italiam pertinent, ſupra Veronam & Comum: in radicibus montium quos illi colunt, vinum Rhæticum naſcitur, quod laudatis Italiæ vinis non videtur cedere: pertingunt autem etiam uſque ad loca per quæ Rhenus fertur. Hujus gentis ſunt etiam Lepontii Camunique. Vindelici autem & Norici montana exteriora

A ἐπράξαντο δραχμὴν κατ' ἄνδρας. [1] Μεσσάλας δὲ πλησίον αὐτῶν χειμάζων, τιμὴν ξύλων κατέβαλε, τῶν τε ναυσίμων, καὶ τῶν πτελείνων ἀκοντισμάτων, [2] καὶ τῶν γυμναστικῶν· ἐσύλησαν δέ ποτε καὶ χρήματα Καίσαρος οἱ ἄνδρες οὗτοι, [3] καὶ ἐπέβαλον κρημνοὺς στρατοπέδοις, πρόφασιν ὡς ὁδοποιοῦντες, ἢ γεφυροῦντες ποταμούς· ὕστερον μέντοι [4] κατεστρέψατο αὐτοὺς ἄρδην ὁ Σεβαστὸς, καὶ πάντας ἐλαφυροπώλησε, κομισθέντας [5] εἰς Ἐποραιδίαν, Ῥωμαίων ἀποικίαν· (ἣν συνῴκισαν μὲν, φρουρὰν εἶναι βουλόμενοι τοῖς Σαλασσοῖς· ὀλίγον δ' ἀντέχειν ἐδύναντο οἱ αὐτόθι, ἕως ἠφανίσθη τὸ ἔθνος.) Τῶν μὲν οὖν ἄλλων σω-
B μάτων τρεῖς μυριάδες ἐξητάσθησαν ἐπὶ τοῖς ἑξακισχιλίοις, τῶν δὲ μαχίμων ἀνδρῶν ὀκτακισχίλιοι· [6] πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάρρων p. 206.
ὑπὸ δόρυ, καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγός· τρισχιλίους δὲ Ῥωμαίων πέμψας, [7] ᾤκισε τὴν πόλιν Αὐγοῦσταν ὁ Καῖσαρ, ἐν ᾧ ἐστρατοπέδευσε χωρίῳ Οὐάρρων· καὶ νῦν εἰρήνην ἄγει πᾶσα ἡ πλησιόχωρος, μέχρι τῶν ἄκρων ὑπερβολῶν τοῦ ὄρους. Ἑξῆς δὲ τὰ πρὸς ἕω μέρη τῶν ὀρῶν, καὶ τὰ ἐπιστρέφοντα πρὸς νότον, Ῥαιτοὶ καὶ Οὐινδελικοὶ κατέχουσι, συνάπτοντες Ἐλουηττίοις καὶ Βοΐοις· ἐπίκεινται γὰρ τοῖς ἐκείνων πεδίοις. Οἱ μὲν οὖν Ῥαιτοὶ μέχρι τῆς Ἰταλίας καθήκουσι,
C [8] τῆς ὑπὲρ Οὐήρωνος καὶ Κώμου· [9] καὶ ὅ γε Ῥαιτικὸς οἶνος τῶν ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς ἐπαινουμένων οὐκ ἀπολείπεσθαι δοκῶν, ἐν ταῖς τούτων ὑπωρείαις γίνεται. Διατείνουσι δὲ καὶ [10] μέχρι τῶν χωρίων δι' ὧν ὁ Ῥῆνος φέρεται· τούτου δ' εἰσὶ τοῦ φύλου καὶ Ληπόντιοι, [11] καὶ Καμοῦνοι. [12] Οἱ δὲ Οὐινδελικοὶ καὶ Νωρικοὶ τὴν ἐκτὸς παρωρείαν

1. *Μεσσάλας δὲ*) Salaſſos à Meſſala fuiſſe ſuperatos teſtis Dio lib quadrageſimo nono. *Caſaub.*

2. *καὶ τῶν γυμναστικῶν*) Milites enim Rom. rudibus ſeſe exercebant : Rudis autem eſt gladius è ligno. *Idem.*

3. *καὶ ἐπέβαλον κρημνοὺς στρατοπέδοις*) Ita omnes libri habent. At Xylandro placuit *ἐπέβαλον*, quod vertit, *inſederunt.* Nimirum hujus loci mentem non vidit vir doctus. Eſt autem *ὁ νοῦς*, Salaſſos occupatis Alpium ſummitatibus, ut ſuperiores eſſent Romanis qui per Alpes iter faciebant, devolviſſe in eos ſaxa (quod è ſuperiori loco facilè fuit) & ita Romanos obruiſſe: quo facilius autem præſtare id poſſent ſine ulla Romanorum ſuſpicione, ſimularunt viarum reficiendarum vel muniendarum, aut conficiendorum pontium cauſa Alpes ſe conſcendere. *Idem.*

4. *κατεστρέψατο αὐτοὺς ἄρδην ὁ Σεβαστὸς*) Salaſſos recenſet Suetonius Aug. 21. inter eas gentes quas Cæſar Auguſtus partim ductu, partim auſpiciis ſuis devicit. Nominantur Salaſſi & in inſcriptione trophæi Alpium. Vide Dionem libro LIII. *Idem.*

5. *εἰς Ἐπορεδίαν*) Ptol. *Ἐπορεδία.* Plinius III. 17. *Oppidum Eporedia*, Sibyllinis libris à pop. Rom. condi juſſum. hoc eſt quod ſequitur, *Ῥωμαίων ἀποικ.* *Idem.*

D
6. *Πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάρρων ὑπὸ δόρυ*) Dio, *συνελάβετε τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο, ἐφ' ᾧ μηδεὶς σφῶν ἐντὸς εἴκοσιν ἐτῶν ἐλευθερωθείη* *Idem.*

7. *ᾤκησε τὴν πόλιν Αὔγουσταν*) Dio, *Καὶ αὐτῶν ἡ ἀρίστη τῆς γῆς, τῶν τε δορυφόρων τισὶν ἐδόθη, καὶ πόλιν Αὐγούσταν Πραιτωριανῶν ἔχειν.* Xylander videtur legiſſe *Αὔγουστος* malé. *Idem.*

8. *τῆς ὑπὲρ Οὐήρωνος*) Plinius III. 19. Veronam appellat Rhætorum oppidum. Mirè variat Stephanus : apud quem ita ſcriptum eſt *Βέρουνος ὡς Λούγδουνος Ἰταλικὴ πόλις*: niſi aliam intelligat. *Idem.*

9. *καὶ ὅγε Ῥαιτικὸς οἶνος*) Virgilius, Geor. II. 95.

*---- & quo te carmine dicam*
*Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.*

Plinius XIV. c. 6. *In Veronenſi item Rhætica Falernis tantum poſthabita à Virgilio.* Idem.

10. *μέχρι τῶν χωρίων δι' ὧν ὁ Ῥῆνος φέρεται*) Plinius III. 20. id docet, *Rætorum*, ait, *Vennonetes Sarunteſque ortus Rheni amnis accolunt.* Idem.

11. *καὶ Καμοῦνοι*) Camunorum etiam Plin. meminit III. 20. *Idem.*

12. *οἱ δὲ οὐινδελικοὶ καὶ Νωρικοὶ*) Ptolemæo non Vindelici tantum, & Norici, ſed & Rhætici vicini populi ſunt, omnes *τὴν ἐκτὸς παρώρειαν* accolentes. Stephano *Ῥαιτοὶ* ſunt *ἔθνος Τυρρηνικόν.* *Idem.*

A κατέχουσι τὸ πλέον [2] μετὰ Βρευνῶν καὶ Γεναύνων, ἤδη τούτων Ἰλλυρικῶν· ἅπαντες δ' οὗτοι, καὶ τῆς Ἰταλίας τὰ γειτονεύοντα μέρη κατέτρεχον ἀεὶ, καὶ τῆς Ἐλουηττίων, καὶ Σηκουανῶν, καὶ Βοΐων, καὶ Γερμανῶν. Ἰταμώτατοι δὲ τῶν μὲν Οὐινδελικῶν ἐξητάζοντο, [3] Λικάττιοι καὶ Κλαυτινάττιοι, [4] καὶ Οὐέννωνες· τῶν δὲ Ῥαιτῶν, [5] Ῥουκάντιοι, καὶ Κοτουάντιοι. Καὶ οἱ Ἐστίωνες δὲ τῶν Οὐινδελικῶν εἰσι, καὶ Βριγάντιοι· καὶ πόλεις αὐτῶν, [6] Βριγάντιον καὶ Καμπόδουνον, καὶ ἡ τῶν Λικαττίων, ὥσπερ ἀκρόπολις Δαμασία. Τῆς δὲ πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας τῶν λῃστῶν τούτων χαλεπότητος, [7] λέγεταί τι τοιοῦτον, ὡς ἐπειδὰν ἕλωσι κώμην ἢ πόλιν, οὐ μόνον ἡβηδὸν ἀνδροφονοῦντας, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν νηπίων προϊόντας τῶν ἀῤῥένων, καὶ μηδ' ἐνταῦθα παυομένους, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐγκύους γυναῖκας κτείνοντας, ὅσας φαῖεν οἱ μάντεις ἀῤῥενοκυεῖν. B Μετὰ δὲ τούτους, οἱ ἐγγὺς ἤδη τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ, καὶ τῶν κατὰ Ἀκυληΐαν τόπων οἰκοῦσι, [8] Νωρικῶν τέ τινες καὶ Κάρνοι· [9] τῶν δὲ Νωρικῶν εἰσι, καὶ οἱ Ταυρίσκοι. Πάντας δ' ἔπαυσε τῶν ἀνέδην καταδρομῶν Τιβέριος καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δροῦσος θερείᾳ μιᾷ. ὥστ' ἤδη τρίτον, καὶ τριακοστὸν ἔτος ἐστὶν, ἐξ οὗ καθ' ἡσυχίαν ὄντες, ἀποδιδοῦσι τοὺς φόρους. Κατὰ πᾶσαν δὲ τὴν τῶν Ἄλπεων ὀρεινὴν, ἔστι μὲν καὶ γεώλοφα χωρία, καλῶς γεωργεῖσθαι δυνάμενα, καὶ αὐλῶνες εὖ συγκεκλεισμένοι. C τὸ μέντοι πλέον καὶ μάλιστα περὶ τὰς κορυφὰς, περὶ ὃ δὴ καὶ συνίσταντο οἱ λῃσταὶ, λυπρὸν καὶ ἄκαρπον [10] διά τε τὰς τέχνας, καὶ τὴν τραχύτητα τῆς γῆς.

A tenent magna ex parte cum [1] Breunis & Genaunis, qui jam ad Illyrios pertinent. Hi omnes cùm Italiæ vicinas partes adſiduis incurſionibus vexaverunt, tum Helvetiorum, Sequanorum, Bojorum, Germanorum. Petulantiſſimi Vindelicorum habiti ſunt Licatii, Clautinatii, & Vennones: Rhætorum Rucantii & Cotuantii. Heſtiones quoque Vindelicorum ſunt, & Brigantii: urbes ipſorum Brigantium & Campodunum, & Licatiorum veluti arx Damaſia. De h[illegible] latronum in Italos ſ[illegible] hoc memoratur, eos pago aut urbe potitos, non modò puberes omnes mares necare, B ſed ne infantibus quidem maſculis parcere: imò ne hîc quidem ſubſiſtere, ſed gravidas etiam mulieres occidere, quas eorum vates dicunt virilem fœtum utero ferre. Poſt hos vicini jam Adriatici ſinus intimo, & locis ad Aquileiam habitant Noricorum quidam, & Carni: Noricorum ſunt etam Tauriſci. Horum omnium crebris incurſionibus finem impoſuit Tiberius & ejus frater Druſus unica æſtate: & jam annus agitur tertius ſupra trigeſimum, ex quo quieſcentes tributum legitimè perſolvunt. Per tota porrò Alpium montana, C tumuli ſunt terreſtres, bonæ capaces culturæ, & convalles benè conditæ: major tamen pars maximè circa vertices, ubi degebant latrones, ſterilis eſt & infrugifera, ob artis colendi imperitiam, & aſperitatem terræ.

1. *Breunis & Genaunis.*) Erat βρέγκων καὶ γεναύων. Cur βρέυνων legam, oſtendi in Stephano. Lego autem Genaunos, Γεναύνων, cùm quia ita apud Horatium legitur IV. Od: 14. ubi conjunctim itidem horum mentio fit: tum quia apud Plinium libro tertio, cap. 20. legitur in Alpinarum recenſione gentium, Breuni. Naunes, pro Genaunes puto. tum quia facilè fuit γ in τ mutari à librario, & υ pro υν ſcribi. qui errores paſſim occurrunt. Apud Ptolemæum quoque vel λεῦνοι vel Βευλαῦνοι ſunt mendoſi. ſcribendumque crediderim pro priore Βελαῦνοι (Velaunas habet Plin. ibidem.) pro poſte- D riore, quod ex priore ſit corruptum, Γεναῦνοι. *Xyland.*

2. μετὰ Βρεύνων καὶ Γεναύνων) Aldina editio, μετὰ Βρέγκων καὶ Γεναύων. Sed rectè obſervarunt docti viri ita eſſe corrigendum ut plerique Horatii IV. od. 14. v. 9. codices veteres habent iſto loco,

*---- milite nam tuo*
*Druſus Genaunos, implacidum genus,*
*Breunoſque veloceis, & arceis*
*Alpibus impoſitas tremendis*
*Dejecit.*

Legendum etiam ut rectè vidit Xylander, in tropheo Alpium, *ISARCI BREVNI GENAUNES.* Caſaub.

3. Λικάττιοι καὶ Κλαυτινάττιοι) Plinio III. 20 Vindelicorum gentes ſunt Licates & Gatenates. Λικατίους inter Vindelicos recenſet Ptol. quoque. *Idem.*

4. καὶ Οὐέννωνες) Ptol. Οὐίννωνες Rhætis adſcribuntur. *Idem.*

5. Ῥωκάντιοι καὶ Κωτουάντιοι) Hos inter gentes Rhæticas Ptol. non agnoſcit: niſi valdè depravati ſunt ejus codices. Plinius etiam omiſit. Item uterque τοὺς Ἐστίωνας, niſi nos fallunt libri. Ptol. Ῥουνικάται inter Vindelicos nominantur: qui fortaſſe ſunt, Rucantij Strabonis: ut & Κονσουάνται eidem fortaſſean ii ſunt quos noſter Κωτουαντίους vocat. *Idem.*

6. Βριγάντιον καὶ Καμπόδουνον) Vet. lib. Βηκάντιον. Sed Ptol. quoque Βριγάντιον vocat, licet ille Rhætis adſcribat. Idem Καμβόδουνον. Vindelicum oppidum agnoſcit. Non eſt autem improbanda eruditiſſimi Simleri conjectura, qui Brigianos in trophæo Alpium putat eſſe iſtos Brigantios: quod tamen non poſſumus pro certo affirmare. *Idem.*

7. λέγεταί τι τοιοῦτον) Narrat Dio lib. LIII. πᾶν δὲ δὴ τὸ ἄῤῥεν τῶν ἁλισκομένων οὐχ' ὅτι τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ταῖς γαστράσιν ἔτι τῶν γυναικῶν ὂν μαντείαις τισὶν ἀνευρίσκοντο. *Idem.*

8 Νωρικῶν τέ τινες καὶ Κάρνοι) hos populos conjunctim nominat, ut vicinos: quod ex Ptolem. & Plin intelligimus. *Idem.*

9. Τῶν δὲ Νωρικῶν εἰσι καὶ οἱ Ταυρίσκοι) Plinius III. 20. paullò aliter. *Juxta Carnos*, inquit, *quondam Tauriſci appellati nunc Norici.* Idem.

10 διά τε τὰς τέχνας) Vocem τέχνας mendoſam eſſe perſuaſum habeo. *Idem.*

I. Τὸ

Ob inopiam itaque alimentorum & aliarum rerum, pepercerunt nonnunquam iis qui campeſtria tenebant, ut haberent qui iis ſuppeditarent neceſſaria: quibus ipſi viciſſim dabant picem, reſinam, tædam, ceram, mel, caſeum, quorum apud ipſos eſt copia. Supra Carnos Apenninus mons ſitus eſt: is lacum habet exeuntem 3 in Iſaram: qui alium fluvium Atagin recipiens, in Adriam effluit. Ex eodem lacu alius fluvius Ateſinus in Iſtrum exit. Nam Iſter ab his montibus initium ſumit, in multas partes multaque capita ſciſſus. Hactenus enim à Liguria ſummitates Alpium continentes porriguntur, uniuſque montis ſpeciem præbent: deinde remiſſæ & humiliores factæ, rurſum porrò attolluntur in multas partes, multoſque vertices. Primus eſt, trans Rhenum & paludem dorſum quoddam verſus orientem ſolem flexum, mediocriter ſublime, ubi fontes Iſtri ſunt prope Suevos & Hercynium ſylvam: alia ſunt Illyrico obverſa, & Adriæ, ut Apenninus, Tullum, Paphlygadia, & montes ſupra Vindeliciam, ex quibus Duras, Claves, aliique plures torrentes in Iſtrum influunt: Japides quoque, permixta nunc Illyriis & Gallis gens, circa hæc loca habitant, & extremitas his vicina eſt. Hi cùm aliquando floſerent, & ſuam habitationem ad utrumque terminum extendiſſent, latrociniiſque invaleſcerent, tandem ab Auguſto Cæſare debellati confectique ſunt. Urbes eorum Metulum, Arupenum, Monettium,

Tarracina ad promontorium Cajetam eodem nomine dictum: atque inde ingentes aperiuntur ſpeluncæ, in quibus magnæ ſunt ac ſumptuoſæ ædes: à Cajeta diſtant Formiæ ſtadia XL. Inter has & Sinueſſam ſunt Minturnæ, utrinque ſtadiis ad XXC diſſitæ. Minturnas perfluit 3 Liris, qui olim Clanius vocabatur. Is ab Apennino monte per Veſtinos delapſus præter Fregellas (qui nunc vicus eſt, olim nobilis urbs) in lucum ſacrum exit infra Minturnas ſitum, quem ſanctiſſimè oppidani colunt. In conſpicuo autem maximè à ſpeluncis duæ inſulæ in pelago jacent, Pandataria & Pontia, non magnæ quidem, ſed benè habitatæ, & à ſe non procul disjunctæ, à continente ſtadiis CCL. Cajetanum ſinum ſubſequitur Cæcubum: inde Fundi, urbs in via Appia. Hæc loca optimum producunt vinum: inter quæ maximè celebrantur Cæcubum, Fundanum, Setinum, ſicut & Falernum, Albanum, & Statanum. Sinueſſa in ſinu Setino ſita eſt, & à ſinu nomen gerit, in proximo thermæ ad quoſdam morbos pellendos efficaciſſimæ. Hæ ergo ſunt Latii urbes maritimæ. ¶ In mediterraneis prima ſuper Oſtiam eſt Roma, quæ ipſa ſuper Tiberi eſt ſita: quam & docuimus non delectu ſed neceſſitate oblato loco poſitam. Id addendum, eos quoque qui poſtmodò partes aliquas adjecerunt, non commoditatem locorum ſecutos fuiſſe, ſed jam con[illegible]tis partibus inſerviviſſe.

A τῆς Ταῤῥακινῆς, μέχρι τῆς ἄκρας τῆς ὁμωνύμου. 1 Ἀνέῳγε τ' ἐντεῦθεν σπήλαια ὑπερμεγέθη, κατοικίας μεγάλας, καὶ πολυτελεῖς δεδεγμένα· ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰς Φορμίας τετταράκοντα· 2 ταύτης δ' ἀνὰ μέσον εἰσὶ, καὶ Σινουέσσης αἱ Μιντοῦρναι, σταδίους ἑκατέρας διέχουσαι περὶ π. Διαῤῥεῖ δὲ Λεῖρις ποταμὸς, 4 Κλάνις δ' ἐκαλεῖτο πρότερον. Φέρεται δ' ἄνωθεν ἐκ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, καὶ τῆς Οὐηστίνης παρὰ Φρεγέλλας κώμην (πρότερον δ' ἦν πόλις ἔνδοξος.) ἐκπίπτει δ' 5 εἰς ἄλσος ἱερὸν τιμώμενον περιττῶς ὑπὸ τῶν ἐν Μιντούρναις, ὑποκείμενον τῇ πόλει. Τῶν δὲ σπηλαίων ἐν ὄψει μάλιστα πρόκεινται δύο νῆσοι πελάγιαι, 6 Πανδαταρία τε καὶ
B Ποντία, μικραὶ μὲν, οἰκούμεναι δὲ καλῶς, οὐ πολὺ ἀπ' ἀλλήλων διέχουσαι· τῆς ἠπείρου δὲ ν ἐπὶ σ. Ἔχεται δὲ τοῦ Καϊάτου κόλπου τὸ Καικοῦβον, τούτου δὲ Φοῦνδοι, 7 πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ κειμένη· πάντες δ' εἰσὶν οἱ τόποι οὗτοι, σφόδρα εὔοινοι· p. 234.
8 ὁ δὲ Καίκουβος καὶ ὁ Φουνδανὸς, καὶ ὁ Σητῖνος, τῶν διωνομασμένων εἰσὶ, καθάπερ καὶ ὁ Φάλερνος, καὶ ὁ Ἀλβανὸς, 9 καὶ ὁ Στατανὸς. Ἡ δὲ Σινούεσσα 10 ἐν Σιτίνῳ κόλπῳ ἵδρυται, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· σίνος γὰρ ὁ κόλπος· πλησίον ἐστὶ δ' αὐτῆς θερμὰ λουτρὰ κάλλιστα, ποιοῦντα πρὸς νόσους ἐνίας· αὗται μὲν αἱ ἐπὶ θαλάττῃ τῶν Λατίνων πόλεις. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ, πρώτη μὲν ὑπὲρ τῶν Ὠστίων
C ἐστὶν ἡ Ῥώμη, καὶ μόνη γε ἐπὶ τῷ Τιβέρει κεῖται· περὶ ἧς, ὅτι πρὸς ἀνάγκην οὐ πρὸς αἵρεσιν ἐκτισται, εἴρηται· προσθετέον δ' ὅτι οὐδ' οἱ μετὰ ταῦτα προσκτίσαντές τινα μέρη, 11 κύριοι τοῦ βελτίονος ἦσαν, ἀλλ' ἐδούλευον τοῖς προϋποκειμένοις.

1. ἀνέῳγε τ' ἐντεῦθεν σπήλαια) Plinius III. c. 5. quoque *Speluncæ locum* commemorat. *Caſaub.*

2. ταύτης δ' ἀνὰ μέσον εἰσὶ καὶ Σινουέσσης) Sic Antoninus in deſcriptione viæ Appiæ.

| | |
|---|---|
| *Formis* | |
| *Minturnis* | M. P. IX. |
| *Sinueſſa* | M. P. IX. |

3. *Liris*) Hæc nomina malè fœdata ex Plinio & aliis correxi. Vinum Statanum pro Στάγανον poſui, ſecutus Plinium XIV. 6. *Xyland.*

4. Κλάνις δ' ἐκαλεῖτο πρότερον) Vide num apud D Plin. III. c. 5. ita ſit legendum. *Colonia Minturnæ Liri amne diviſa, Glani quondam appellata.* vulgò, Glanico appellato. Stephanus annotat duo in Italia hoc nomine fuiſſe flumina: Nos tria reperimus. Primus eſt hic, qui alio & recentiori nomine Liris appellatur. Secundus eſt in Campania ut ille ait, de quo Virgil. Geor. II. 224.

*Talem dives arat Capua & vicina Veſevo*
*Ora jugo, & vacuis Clanis non æquus Acerris.*

hunc fluvium qui annotant à Stephano *Glanium* quoque appellari, falluntur. Ejus & Lycoph. meminit v. 718.

Γλάνις τε ῥείθροις δέξεται τέγγων χθόνα.

i. e. *Glaniſque terram humectans excipiet.*

De tertio ſic ille ſcribit, ἐστὶ καὶ Ἰταλίας τρίτος ποταμὸς περὶ τὸν Τίβεριν ποταμόν. Rectè. De hoc fluvio Plinius III. c. 5. in Tiberis deſcriptione, *Nec non piſcinis corrivatus, emiſſuſque navigabilis ſicuti Tinia & Glanis influentes in eum.* Strabo infra docet Clanin hunc Cluſii, quæ erat Etruriæ urbs, mænia alluiſſe ad Tiberim properantem. *Caſaub.*

5. εἰς ἄλσος ἱερὸν τιμώμενον περιττῶς) Non dixit cui eſſet ſacrum hoc nemus, Marica autem fuit. de qua lege Virgilii interpretes iſto loco Aen. VII. v. 4.

*Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica.*

Horatius III. Carm. XVII.

*Qui Formiarum mœnia dicitur*
*Princeps & innantem Maricæ*
*Littoribus timuiſſe Lirin.*

Meminit & Plutarchus in Mario p. 428. ed. F. Furt. τοῦ τῆς Μαρικᾶς ἄλσους Minturnenſium. *Idem.*

6. Πανδαταρία καὶ Ποντία) Plin. III. c. 6. *Adverſum Formias Pontæ. In Puteolano autem ſinu Pandataria.* Idem.

7. πόλις ἐν τῇ ὁδῷ τῇ) Vide Antoninum. *Idem.*

8. Ὁ δὲ Καίκουβος καὶ ὁ Φουνδανὸς) Lege Plinium lib. XIV. *Idem.*

9. καὶ ὁ Στατανὸς) Sic rectè Xylander emendavit ex Plinio. Aldi codex Στάγανος malè. *Idem.*

10. ἐν Σιτίνῳ κόλπῳ) Ita emendavit Xylander. Libri autem veteres & prior interpres habent Σιτάνῳ, Aldi codex Σιτάνοις. unde putabat Sigonius legendum eſſe σίνοις: Strabonem enim vocem Latinam uſurpaſſe. quod mihi non probatur. *Idem.*

11. κύριοι τοῦ βελτίονος ἦσαν) Non fuit in eorum poteſtate eligere & ſequi quod ipſis videretur optimum. *Idem.*

A 1 Οἱ μὲν γε πρῶτοι τὸ Καπιτώλιον καὶ τὸ Παλάτιον, καὶ τὸν Κουϊρῖνον λόφον ἐτείχισαν, ὃς ἦν οὕτως εὐεπίβατος τοῖς ἔξωθεν, ὥστ᾽ ἐξ ἐφόδου Τίτος Τάτιος εἷλεν ἐπελθὼν, ἡνίκα μετῄει τὴν τῶν ἁρπαγεισῶν παρθένων ὕβριν. Ἄγκος τε Μάρκιος προσλαβὼν τὸ Καίλιον ὄρος, καὶ τὸ Ἀβεντῖνον ὄρος, καὶ τὸ μεταξὺ τούτων πεδίον, διηρτημένα καὶ τὰ ἀπ᾽ ἀλλήλων καὶ ἀπὸ τῶν προτετειχισμένων, προσέθηκεν ἀναγκαίως· οὔτε γὰρ οὕτως ἐρυμνοὺς λόφους ἔξω τείχους ἐᾶσαι τοῖς βουλομένοις ἐπιτείχισμά τι καλῶς εἶχεν, οὔθ᾽ ὅλον ἐκπληρῶσαι τὸν τοῖχον ἴσχυσε τὸν μέχρι τοῦ Κυϊρίνου· B ἤλεγξε δὲ Σερούϊος τὴν ἔκλειψιν· ἀνεπλήρωσε γὰρ προσθεὶς τόν τε Ἠσκυλῖνον λόφον, καὶ τὸν * Οὐϊμίλανον· καὶ ταῦτα δ᾽ εὐέφοδα τοῖς ἔξωθεν ἐστί· διόπερ τάφρον βαθεῖαν ὀρύξαντες, εἰς τὸ ἐντὸς ἐδέξαντο τὴν γῆν, καὶ ἐξέτειναν ὅσον ἑξαστάδιον χῶμα ἐπὶ τῇ ἐντὸς ὀφρύϊ τῆς τάφρου, καὶ ἐπέβαλον τεῖχος καὶ πύργους ἀπὸ τῆς Κολλίνας πύλης, μέχρι τῆς Ἠσκυλίνας· ὑπὸ μέσῳ δὲ τῷ χώματι τρίτη ἐστὶ πύλη ὁμώνυμος τῷ * Οὐϊμινάλι λόφῳ. τὸ μὲν οὖν ἔρυμα τοιοῦτον ἐστὶ τὸ τῆς πόλεως, ἐρυμάτων ἑτέρων δεόμενον. Καί μοι δοκοῦσιν οἱ πρῶτοι τὸν αὐτὸν λαβεῖν διαλογισμὸν περί τε σφῶν αὐτῶν, C καὶ περὶ τῶν ὕστερον, διότι Ῥωμαίοις προσήκεν οὐκ ἀπὸ τῶν ἐρυμάτων, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὅπλων καὶ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἔχειν τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν ἄλλην εὐπορίαν· προβλήματα νομίζοντας οὐ τὰ τείχη τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας τοῖς τείχεσι. Κατ᾽ ἀρχὰς μὲν οὖν ἀλλοτρίας τῆς κύκλῳ χώρας οὔσης ἀγαθῆς τε καὶ πολλῆς, τοῦ δὲ τῆς πόλεως ἐδάφους εὐεπιχειρήτου, τὸ μακαρισθησόμενον οὐδὲν ἦν τοπικὸν εὐκλήρημα· τῇ δ᾽ ἀρετῇ καὶ τῷ πόνῳ τῆς χώρας οἰκείας γενομένης, 2 ἐφάνη συνδρομή τις ἀγαθῶν, ἅπασαν εὐφυΐαν ὑπερβάλλουσα· δι᾽ ἣν ἐπὶ τοσοῦτον αὐξηθεῖσα ἡ πόλις ἀντέχει, D τοῦτο μὲν τροφῇ, 3 τοῦτο δὲ ξύλοις, καὶ λίθοις πρὸς τὰς οἰκοδομίας,

* Scribe, Οὐιμινάλιον.

* Scribo Οὐιμιναλίῳ.

p. 235.

Primi Capitolium, Palatium, & Quirinalem collem muniverunt, qui ab exteris ita facilè conſcendi potuit, ut T. Tatius, quo tempore raptarum virginum injuriam ulciſcebatur, primo aggreſſu ceperit. Ancus Marcius Cælium montem, & Aventinum, campumque his interjectum, divulſa hæc & à ſe invicem & ab antea exſtructis, neceſſitate compulſus adjecit; nam neque colles ita natura munitos extra pomœrium relinquere videbatur commodum, quos hoſtis facile occupare ac pro arce iis uti poſſet: neque perducere murum uſque ad Quirinalem collem poterat. Quem defectum Servius arguit, qui complevit murum adjectis urbi Exquilino & Viminali collibus: quæ omnia cùm facile adiri extrinſecus poſſent, foſſam altam egerunt, terraque intrò recepta, aggerem ſex circiter ſtadiorum in interiore foſſæ margine fecerunt, muroſque & turres in eo conſtituerunt à Collina porta uſque ad Exquilinam: tertia porta Viminalis ſub medio eſt aggere. Hujuſmodi eſt Romæ munitio, aliis munitionibus indigens. Ac mihi videntur urbis ejus principes de ſe & poſteritate ſua ita ſtatuiſſe, Romanum eſſe non munitionibus, ſed armis ſuaque virtute ſecuritatem ſibi & opes parare: neque viros muris, ſed muros viris defendere. Initio quidem cùm in orbem circumdata Romam regio, ampla ea & præſtans, à Romanis eſſet aliena, ſitus verò Romæ is, qui expoſitus oppugnantium injuriæ [illegible] videretur, nullam certè locus urbis ſpem futuræ felicitatis faciebat: ſed poſtquam virtute ac labore eam regionem ſuæ poteſtatis fecerunt, concurſus quidam bonorum Romæ apparuit, omnem exſuperans naturæ felicitatem: unde fit ut urbs tantis aucta incrementis ſufficiat cùm alendis tot hominibus, tum ad ædificia lignis ac lapidibus:

1. Οἱ μέν γε πρῶτοι) Urbem Romam à parvis initiis in tantam amplitudinem veniſſe, quanta fuit Strabonis temporibus, omnes rerum Rom. ſcriptores, præſertim autem Livius & Dionyſius Halicarnaſſ. docent: noſtra verò ætate quæ de ejus ſitu, & incrementis hic ait Strabo, ita diligenter à doctis viris ſunt explicata, ut malim lectorem ad eorum doctiſſima ſcripta rejicere, quam pauca quædam tantum delibando, deſiderium harum rerum excitare potius quam explere. *Caſaub.*

2. Ἐφάνη συνδρομή τις ἀγαθῶν, ἅπασαν εὐφυΐαν ὑπερβάλλουσα) Livius συνδρομὴν ἀγαθῶν indicat, apud quem ita loquitur Camillus, *Non ſine cauſa Dii homineſque hunc urbi condendæ locum elegerunt: ſaluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur: mare vicinum ad commoditates, nec expoſitum nimia propinquitate ad pericula claſſium externarum: Regionum Italiæ medium. ad incrementum urbis natum unicè locum.* Idem.

3. τοῦτο δὲ ξύλοις) Italiam multi veteres eo nomine commendant: & poëtæ Græci πολύδενδρον, ideo appellant. Archeſtratus, (vide epiſtolam Caſſiodori l. v. 16. Appianum. p. 347. ed. H. Stephan. 1592.) Τὸν δὲ λάτον τὸν κλεινὸν ἐν Ἰταλίῃ πολυδένδρῳ. Alcibiades apud Thucydidem, τριήρεις τε πρὸς ταῖς ἡμετέραις πολλὰς ναυπηγησάμενοι, ἐχούσης τῆς Ἰταλίας ξύλα ἄφθονα. *Idem.*

nam continentes Romæ ſubſtructiones fiunt ob crebras ruinas, incendia, aſſiduaſque venditiones, quæ ipſi quaſi ſpontaneæ quædam ſunt ruinæ, pro ſua libidine civibus ædes demolientibus & ædificantibus identidem. Quam ad rem metallorum copia, tum ſylvæ, & materiam devehentes fluvii mirum in modum ſufficiunt, primus Anio ex Alba, quæ Latina urbs eſt Marſis propinqua, defluens per ei ſubjectam planitiem uſque ad Tiberis occurſum: deinde Nar ac Teneas, qui in eundem Tiberim per Umbriam decurrunt: tum per Etruriam & agrum Cluſinum 4 Clanis. Hujuſmodi detrimenta urbis Auguſtus Cæſar prævidens, contra incendia cohortem libertinorum conſtituit quæ opitularetur: utque ruinæ caverentur, edixit ne novum ullum ædificium ad viam publicam factum ultra LXX pedes attolleretur. Sed tamen inſtauratio urbis defeciſſet, niſi metalla, ſylvæ, & navigationis commoditas ſuccurriſſent. Atque has quidem commoditates loci natura ſuggeſſit:

A [1] ἃς ἀδιαλείπτως ποιοῦσιν αἱ συμπτώσεις καὶ ἐμπρήσεις, καὶ μεταπράσεις, ἀδιάλειπτοι καὶ αὗται οὖσαι· καὶ γὰρ αἱ μεταπράσεις, ἑκούσιοί τινες συμπτώσεις εἰσὶ, καταβαλόντων καὶ ἀνοικοδομούντων πρὸς τὰς ἐπιθυμίας [2] ἕτερα ἐξ ἑτέρων. πρὸς ταῦτ᾽ οὖν, τό, τε τῶν μετάλλων πλῆθος, καὶ ἡ ὕλη, καὶ οἱ κατακομίζοντες ποταμοὶ, θαυμαστὴν παρέχουσι τὴν ὑποχορηγίαν· [3] πρῶτος μὲν Ανίων, ἐξ Αλβας ῥέων τῆς πρὸς Μαρσοῖς Λατίνης πόλεως, καὶ διὰ τοῦ ὑπ᾽ αὐτῇ πεδίου μέχρι τῆς πρὸς τὸν Τίβεριν συμβολῆς· ἔπειθ᾽ ὁ Νὰρ, καὶ ὁ Τενέας, οἱ διὰ τῆς Ομβρικῆς εἰς τὸν αὐτὸν καταφερόμενοι ποταμὸν τὸν Τίβεριν· διὰ δὲ Τυῤῥηνίας B καὶ τῆς Κλουσίνης, ὁ Κλάνις. Επεμελήθη μὲν οὖν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, τῶν τοιούτων ἐλαττωμάτων τῆς πόλεως, [5] πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις, συντάξας στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθέρων τὸ βοηθῆσον· πρὸς δὲ τὰς συμπτώσεις τὰ ὕψη τῶν καινῶν οἰκοδομημάτων καθελὼν, [6] καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ο τὸ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις. Αλλ᾽ ὅμως ἐπέλιπεν ἂν ἡ ἐπανόρθωσις, εἰ μὴ τὰ μέταλλα καὶ ἡ ὕλη, καὶ τὸ τῆς πορθμίας εὐμεταχείριστον ἀντεῖχε. [7] Ταῦτα μὲν οὖν ἡ φύσις τῆς χώρας παρέχεται τὰ εὐτυχήματα τῇ πόλει·

1. ἃς ἀδιαλείπτως ποιοῦσιν) Lege ἀδιαλείπτους. Caſaub.

2. ἕτερα ἐξ ἑτέρων) Videtur alludere ad Homeri verſum quod rurſus fecit lib. ultimo de Alexandria loquens magis perſpicuè. *Idem.*

3. πρῶτος μὲν ἀνίων) Plinius III. c. 12. *At ex altera parte Anio in monte Trebanorum ortus, lacus tres amœnitate nobiles qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim.* (Plinius in epiſtolis (l. VIII. Ep. 17. Anienem vocat mitiſſimum amnium.) *Idem.*

4. *Clanis*) Alius hic eſt à Liri. Plinio lib. III. c. 5. Clanis dicitur hodie Chiana. *Xyland.*

5. πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις συντάξας στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθέρων τὸ βοηθῆσον) Dio lib. LV. Τοῖς δὲ ἀγορανόμοις τοῖς κουρουλίοις τὴν τῶν ἐμπιπραμένων κατάσβεσιν ἐνεχείρισε, ἑξακοσίους σφίσι βοηθοὺς δούλους δούς. Paullo poſt, ἐπειδή τε ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, ἄνδρας τε ἐξελευθέρους ἑπταχῆ πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατελέξατο καὶ ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν. Suetonius in Aug. c. 30. *Adverſus incendia, excubias nocturnas vigileſque commentus eſt.* Neque tamen putandum eſt, quod videtur exiſtimaſſe Strabo, ante Auguſtum nullo modo huic rei à Rom. fuiſſe proviſum. Paulus Juriſconſultus. *Apud vetuſtiores incendiis arcendis triumviri præerant: qui ab eo quod excubias agebant, nocturni dicti ſunt: interveniebant nonnunquam & Ædiles & tribuni plebis. Erat autem familia publica circa portam, & muros diſpoſita: unde ſi opus eſſet evocabatur. Fuerant & privatæ familiæ, quæ incendia vel mercede vel gratia extinguerent. Deinde Divus Auguſtus maluit per ſe huic rei conſuli.* Vide totum tit. D. de officio præf Vigilum. *Idem.*

6. καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ο) Hoc poſtea ab aliis Imperatoribus eſt correctum: quemadmodum de Nerone ſcribit Tacitus lib. XV. c. 43. & de Trajano Sex. Aurelius Epitom. c. 13. *Quibus omnibus Trajanus per exquiſita remedia plurimum opitulatus eſt, ſtatuens, ne* C *domorum altitudo ſexaginta ſuperaret pedes, ob ruinas faciles.* Idem.

7. ταῦτα μὲν οὖν ἡ φύσις τῆς χώρας παρ.) In his ἐγκωμιαστικοῖς, Strabo videtur μέθοδον καὶ τεχνολογίαν æmulari Xenophontis qua in Lacedæmoniorum πολιτείᾳ utitur, ubi imprimis cauſas affert cur Sparta τῶν ὀλιγανθρωποτάτων πόλεων οὖσα, δυνατωτάτη τε καὶ ὀνομαστοτάτη ἐν τῇ Ελλάδι ἐφάνη· caſdemque ferme Spartiatis eorumque Legiſlatori Lycurgo laudes tribuit, quas auctor noſter priſcis Romanis, de Quibus hæc ſcribit, οἱ παλαιοὶ μὲν τοῦ κάλλους τῆς Ῥώμης ὠλιγώρουν, πρὸς ἄλλοις μείζοσι καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες. Porro quod hic de Græcis in genere dicitur, non tam ad Spartanos quàm ad aliarum Græc. urbium conditores pertinet, ὅτι κάλλους ἐστοχάζοντο καὶ ἐρυμνότητος καὶ λιμένων καὶ χώρας εὐφυοῦς. ſiquidem urbis decus externum, munitiones, ſolique felicitatem non admodum Lacedæmoniis cordi fuiſſe, eorum ἐπιτηδεύματα tantum non loquuntur. At tum D Dinocrates Architectus Macedo Alexandro Magno narraret (M. Vitruvio perhibente in præf. lib II. de Archit. & Plutarcho in Alex) *ſe Athon montem mente formaſſe in ſtatuæ virilis figuram, cujus manu læva deſignaverat civitatis ampliſſimæ mœnia, dextra pateram, quæ exciperet omnium fluminum, quæ ſunt in eo monte, aquam, ut inde in mare profunderetur. Delectatus Alexander ratione formæ, ſtatim quæſivit, ſi eſſent agri circa, qui poſſent frumentaria ratione eam civitatem tueri. cùm inveniſſet Architectus non poſſe niſi transmarinis ſubvectionibus, tum Alexander, ô Dinocrates* (inquit) *attendo egregiam formæ compoſitionem, eaque delector; ſed animadverto, ſi quis deduxerit eo loci coloniam, fore ut judicium ejus vituperetur. ut enim natus infans ſine nutricis lacte non poteſt ali, neque ad vitæ creſcentis gradus perduci: ſic civitas ſine agris, & eorum fructibus in mœnibus affluentibus non poteſt creſcere, nec ſine abundantia cibi frequentiam habere, populumque ſine copia tueri. Itaque quemadmodum*

A προσέθεσαν δὲ οἱ Ῥωμαῖοι καὶ τὰ ἐκ τῆς προνοίας· τῶν γὰρ Ἑλλήνων περὶ τὰς κτίσεις μάλιστα εὐτυχῆσαι δοξάντων, ὅτι κάλλους ἐστοχάζοντο, καὶ ἐρυμνότητος καὶ λιμένων, καὶ χώρας εὐφυοῦς· οὗτοι προὐνόησαν μάλιστα ὧν ὠλιγώρησαν ἐκεῖνοι, [1] στρώσεως ὁδῶν, [2] καὶ ὑδάτων εἰσαγωγῆς, καὶ ὑπονόμων τῶν δυναμένων [3] ἐκκλύζειν τὰ λύμματα τῆς πόλεως εἰς τὸν Τίβεριν. ἔστρωσαν δὲ καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν ὁδοὺς, προσθέντες [4] ἐκκοπάς τε λόφων, καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων· ὥστε τὰς ἁρμαμάξας δέχεσθαι πορθμείων φορτία· [5] οἱ δ' ὑπόνομοι, σὺν νόμῳ λίθῳ κατακαμφθέντες [6] ὁδοὺς ἁμάξαις χόρτου πορευτὰς, ἐνίας ἀπολελοίπασι· B Τοσοῦτον δ' ἐστὶ τὸ εἰσαγώγιμον ὕδωρ διὰ τῶν ὑδραγωγείων, ὥστε ποταμοὺς διὰ τῆς πόλεως καὶ τῶν ὑπονόμων ῥεῖν, ἅπασαν δὲ οἰκίαν σχεδὸν δεξαμενὰς καὶ σίφωνας, καὶ κρουνοὺς ἔχειν ἀφθόνους, [7] ὧν πλείστην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο Μάρκος Ἀγρίππας, πολλοῖς καὶ ἄλλοις ἀναθήμασι κοσμήσας τὴν πόλιν.

ſed Romani alias prudentia ſua adjunxerunt. Cùm enim Græci videantur ædificandis urbibus maximè ſcopum conſecuti, quia pulcritudinis, munitionum, portuum, & ſoli felicitatis rationes accuratè duxerunt: Romani maximè eorum curam geſſerunt, quæ ab illis neglecta ſunt, nimirum ſternendarum viarum, aquæ ductuum faciendorum, & cloacarum ſub terra parandarum, per quas ſordes urbis in Tiberim exhaurirentur. Itaque & per regiones itinera ſtraverunt, colles exciderunt, & cavitates, ingeſta materia complanaverunt, ut onera navium curribus excipi atque tranſvehi poſſent. Et cuniculi iſti lapidei fornicibus [illegible], nonnulli ſpacium curru fœni onuſto tranſeunti præbent. Tantum autem aquæ per aquæductus in urbem derivatur, ut flumina per urbem & cloacam labantur, & quælibet propemodum domus ciſternas, tubulos, ac canales habeat copioſos: ad quam rem plurimum induſtriæ contulit M. Agrippa, qui multis etiam aliis donariis Romam exornavit.

*dum formationem puto probandam; ſic judico locum improbandum; teque volo eſſe mecum, quod tua opera ſum uſurus. Ex eo Dinocrates ab Rege non diſceſſit, & in Ægyptum eſt eum proſequutus. Ibi Alexander cum animadvertiſſet portum naturaliter tutum, emporium egregium, campos circa totam Ægyptum frumentarios; immanis fluminis Nili magnas utilitates, juſſit ſuo nomine civitatem Alexandriam conſtituere, de qua M. Auſonius de cl. urb.*

*Hæc Nilo munita quod eſt, penituſque repoſtis*
*Inſinuata locis fœcunda, ſituque ſuperbit.*

de hac Auctor l. XI. *Morel.*

1. *στρώσεως ὁδῶν)* *ὁδοστρωτίαν* vocant Græci Juriſconſulti. Vide Harmenopulum. Eſt autem antiquiſſimum Roman. inſtitutum vias curare ac ſternere, quod olim Cenſorum munus fuiſſe multis locis Livius indicat. lib. autem XLI. c. 27. ita ſcribit. *Cenſores vias ſternendas ſilice in urbe, glarea extra urbem ſubſternendas, marginandaſque, primi omnium locaverunt.* Vide Plutarchum in C. Graccho p. 837. ed. F. Furt. De Auguſto lege Suetonium & Dionem. Iſta autem tria quæ hîc commemorantur *ὁδῶν στρῶσις, ὑδάτων εἰσαγωγαὶ* & *ὑπόνομοι* quanti conſtiterint Romanis teſtatur Dionyſius lib. III. c. 91. *ἔγωγ' οὖν*, inquit, *ἐν τρισὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις κατασκευάσμασι τῆς Ῥώμης, ἐξ ὧν μάλιστα τὸ τῆς ἡγεμονίας ἐμφαίνεται μέγεθος, τάς τε τῶν ὑδάτων ἀγωγὰς τίθεμαι, καὶ τὰς τῶν ὁδῶν στρώσεις, καὶ τὰς τῶν ὑπονόμων ἐργασίας.* *Ego ſane in tribus magnificentiſſimis urbis Romæ ſtructuris, ex quibus maxime apparet amplitudo imperii, pono aquæductus, viarum ſtraturam, & cloacarum fabricam.* (Frontinus de Aquæ D p. 67. ſed vide Caſſiodorum lib. III. ep. 30) *Caſaub.*

2. *καὶ ὑδάτων εἰσαγωγῆς)* Vide Julii Fron. de Aquis quæ in urbem influunt libellum ſtatim initio. *Idem.*

3. *ἐκκλύζειν τὰ λύμματα τῆς πόλεως εἰς τὸν Τίβεριν)* Dionyſius III. c. 91. cloacas definit, *τάφρους δι' ὧν ἐπὶ τὸν Τίβεριν ὀχετεύεται πᾶν τὸ συῤῥέον ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ.* *Idem.*

4. *ἐκκοπάς τε λόφων, καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων)* Ad vias complanandas ac muniendas utrumque neceſſarium. eleganter Lucas (Euang. cap. III com. 5.) *πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται· καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.* *Idem.*

5. *οἱ δ' ὑπόνομοι, σὺν νόμῳ λίθῳ κατακαμφθέντες)* Locus turpiter corruptus. Prior interpres legit *συντόνῳ.* C Legendum *συννόμῳ λίθῳ κατακαμφθέντες.* Quid ſit *σύννομος λίθος* dicemus lib. ultimo p. 817. ubi eandem vocem Straboni & Heliodoro reſtituemus. *κατακαμφθέντας ὑπονόμους* dixit, ut *κατακαμφθεῖσαι ψαλίδας* lib. XVII. *κατακαμφθεισῶν ψαλίδων διὰ μονολίθων ὑπερβαλλόντων τῷ μεγέθει.* (Huc pertinent illa Dionyſii Halicarnaſſei lib. quarto ubi de operibus publicis à Tarquinio ſuperbo factis loquitur, *μεταλλεύοντές τε ὑπονόμους καὶ σήραγγας ἕτεροι, καὶ πλέκοντες τὰς ἐν αὐτοῖς καμάρας.* *Κατακάμπτεσθαι* autem eſt contrarium *τῷ ἀνακάμπτεσθαι.* quorum illud eſt flecti *εἰς τὸ κυρτὸν*, hoc eſt, in arcum, ut ſunt fornices: hoc verò flecti *εἰς τὸ κοῖλον*, ut docet Ariſtoteles Meteorolog. IV. 9. etſi hæc aliter ratione noſtri, aliter loci ratione accipienda ſunt.) *Idem.*

6. *ὁδοὺς ἁμάξαις χόρτου πορευτὰς ἐνίας ἀπολελοίπασι)* Malim *ἀπειλήφασι.* quam eſſe veram lectionem adducor his Plinii verbis ut fere credam, lib. XXXVI. c. 15. ubi de cloacis à Tarquinio Priſco factis loquitur, D *Amplitudinem cavis eam feciſſe proditur, ut vehem fœni largè onuſtam tranſmitteret.* Non ignoro tamen legibus Ro. cautum eſſe, ne quis aquam propius parietes duceret. ſed prior expoſitio magis placet. *Idem.*

7. *ὧν πλείστην ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο Μάρκος Ἀγρίππας)* Dio lib. XLIX. in fine p. 417. ed. 1606. accuratè refert quæ ab Agrippa in Ædilitate facta ſunt. Ita locus ille incipit, *πάντα τὰ οἰκοδομήματα τὰ κοινὰ, πάσας δὲ τὰς ὁδοὺς, μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου λαβὼν ἐπεσκεύασε, τούς τε ὑπονόμους ἐξεκάθηρε*, &c. vide locum. Plin. XXXVI. c. 15. *A M. Agrippa in ædilitate poſt Conſulatum, per meatus corrivati ſeptem amnes, curſuque præcipiti torrentium modo rapere atque auferre omnia coacti.* Hanc Agrippæ laudem nec Sueto. in Auguſto, nec Julius Frontinus prætermiſerunt. De templis, porticibus, arcubus, ac reliquis publicis ædificiis quibus Pompejus, Cæſar, Auguſtus & cæteri, qui illis temporibus vixerunt, Romam ornarunt, lege Suetonium, Dionem, ac Tacitum. *Idem.*

1. Καὶ

Utque in ſumma dicam, priſci aliis majoribus ac magis neceſſariis occupati rebus, pulcritudinis urbi conciliandæ nullam ſuſceperunt cogitationem: poſteriores, ac maximè qui noſtra ſunt ætate, ne hac quidem in re defuerunt, ſed urbem donariis multis ac elegantibus impleverunt. Nam Pompejus, Divus Cæſar, Auguſtus, hujuſque filii, amici, uxor & ſoror iis adornandis omnem aliorum & diligentiam & liberalitatem ſuperaverunt. Horum pleraque Martius habet campus, cum natura, tum hominum prudentia ornatus: nam & magnitudo ejus mirabilis eſt, & curruum equorumque decurſionibus liberè patet, tantæque multitudini pila, circo, ac palæſtra ſe exercentium: tum opera circumjecta, ſolumque toto anno herba virens, tumulorumque coronæ ſupra amnem uſque ad alveum, ſcenæ quandam oſtentant ſpeciem, à cujus ſpectaculo difficulter quis avellatur. Prope hunc campum alius eſt campus, porticuſque circum circa permultæ, tum luci, tria theatra, amphitheatrum, templa, unum alteri ſubinde contiguum, magnifica: quorum reſpectu ipſa urbs quaſi additamentum quoddam videri poſſit. Itaque Romani hunc locum maximè ſacrum ac venerabilem rati, illuſtriſſimorum virorum monimenta ibi collocarunt ac matronarum: quorum omnium præclariſſimum eſt Mauſoleum, agger ad amnem ſupra ſublimem albi lapidis fornicem congeſtus & ad verticem uſque ſemper virentibus arboribus coopertus: in faſtigio ſtatua Auguſti Cæſaris: ſub aggere loculi ejus, & cognatorum ac familiarium: à tergo lucus magnus, ambulationes habens admirabiles: in medio autem campo buſti ejus ambitus ex albo ſaxo, in orbem cinctus ferrea ſepe, intus alnis conſitus. Rurſum ſi quis in forum progreſſus antiquum, baſilicas, porticus, templaque contueatur, una alteris identidem conjuncta, tum Capitolium videat, & quæ ibi ſunt opera atque in Palatio, & in Liviæ ambulacro: is facilè eorum, quæ extra urbem ſunt, obliviſcatur. Ac Roma quidem talis eſt. ¶ Reliquæ autem Latii urbes aliæ aliis notis,

A Ὡς δ' εἰπεῖν, οἱ παλαιοὶ μὲν τοῦ κάλλους τῆς Ῥώμης ὠλιγώρουν, πρὸς ἄλλοις μείζοσι καὶ ἀναγκαιοτέροις ὄντες· οἱ δ' ὕστερον καὶ μάλιστα οἱ νῦν καθ' ἡμᾶς, οὐδὲ τούτου καθυστέρησαν, ἀλλ' ἀναθημάτων πολλῶν, καὶ καλῶν ἐπλήρωσαν τὴν πόλιν. Καὶ γὰρ Πομπήϊος, καὶ ὁ θεὸς Καῖσαρ, καὶ ὁ Σεβαστὸς, καὶ οἱ τούτου παῖδες, καὶ οἱ φίλοι, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ ἡ ἀδελφὴ, πᾶσαν ὑπερεβάλλοντο σπουδὴν, καὶ δαπάνην εἰς τὰς κατασκευάς· τούτων δὲ τὰ πλεῖστα, ὁ Μάρτιος ἔχει κάμπος, πρὸς τῇ φύσει προσλαβὼν καὶ τὸν ἐκ τῆς προνοίας κόσμον· καὶ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ πεδίου θαυμαστὸν ἅμα, καὶ B τὰς ἁρματοδρομίας, καὶ τὴν ἄλλην ἱππασίαν, ἀκώλυτον παρέχον τῷ τοσούτῳ πλήθει, τῶν σφαίρᾳ, [1] καὶ κίρκῳ, καὶ παλαίστρᾳ γυμναζομένων· καὶ τὰ περικείμενα ἔργα, καὶ τὸ ἔδαφος ποάζον δι' ἔτους, καὶ τῶν λόφων στεφάναι [2] τὸ ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ ῥείθρου σκηνογραφικὴν ὄψιν ἐπιδεικνύμεναι, δυσαπάλλακτον παρέχουσι τὴν θέαν· πλησίον δ' ἐστὶ τοῦ πεδίου τούτου, καὶ ἄλλο πεδίον, καὶ στοαὶ κύκλῳ παμπληθεῖς, καὶ ἄλση, καὶ θέατρα τρία, καὶ ἀμφιθέατρον, καὶ ναοὶ πολυτελεῖς, καὶ συνεχεῖς ἀλλήλοις· ὡς πάρεργον ἂν δόξαιεν ἀποφαίνειν τὴν ἄλλην πόλιν· διόπερ ἱεροπρεπέστα- C τον νομίσαντες τὸν τόπον τοῦτον, καὶ τὰ τῶν ἐπιφανεστάτων μνήματα, ἐνταῦθα κατεσκεύασαν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. ἀξιολογώτατον δὲ [3] τὸ Μαυσώλειον καλούμενον, ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκολίθου πρὸς τῷ ποταμῷ χῶμα, ἄχρι κορυφῆς τοῖς ἀειθαλέσι τῶν δένδρων συνηρεφές. ἐπ' ἄκρῳ μὲν οὖν εἰκών ἐστι χαλκῆ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος. ὑπὸ δὲ τῷ χώματι, θῆκαι εἰσὶν αὐτοῦ, καὶ τῶν συγγενῶν καὶ οἰκείων· ὄπισθεν δὲ μέγα ἄλσος, περιπάτους θαυμαστοὺς ἔχον· ἐν μέσῳ δὲ τῷ πεδίῳ ὁ τῆς καύστρας αὐτοῦ περίβολος, καὶ οὗτος λίθου λευκοῦ, κύκλῳ μὲν περικείμενον ἔχων σιδηροῦν περίφραγμα, ἐντὸς δ' αἰ- D γείροις κατάφυτον. Πάλιν δ' εἴ τις εἰς τὴν ἀγορὰν παρελθὼν τὴν ἀρχαίαν, ἄλλην ἐξ ἄλλης ἴδοι παραβεβλημένην ταύτῃ, καὶ βασιλικὰς στοὰς καὶ ναοὺς, ἴδοι δὲ καὶ τὸ Καπιτώλιον, καὶ τὰ ἐνταῦθα ἔργα καὶ τὰ ἐν τῷ Παλατίῳ, καὶ τῷ τῆς Λιβύης περιπάτῳ, ῥᾳδίως ἐκλάθοιτ' ἂν τῶν ἔξωθεν· τοιαύτη μὲν ἡ Ῥώμη. Τῶν δ' ἄλλων τῆς Λατίνης πόλεων, τὰς μὲν ἑτέροις γνωρίσμασι p. 236.

1. Καὶ κίρκῳ) Quid eſt circo ſe exercere, aut quid appellat circum? Circum enim quid Rom. appellent, non eſt obſcurum: verùm id nihil huc facit. In veteribus libris legitur κρίκῳ: ut κρικηλασίαν genus exercitationis Oribaſio deſcriptum videatur intelligere: niſi quis ad diſcum hæc putet referenda. *Caſaub.*

2. τὸ ὑπὲρ τοῦ ποταμοῦ μέχρι τοῦ ῥείθρου) Locus mendoſus. *Idem.*

3. τὸ Μαυσώλειον καλούμενον) Suetonius in Auguſto c. 100. *Reliquias in Mauſoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam, ripamque Tiberis, ſexto ſuo conſulatu extruxerat: circumjectaſque ſilvas & ambulationes in uſum populi tum jam publicarat.* Idem.

τὰς δὲ ταῖς ὁδοῖς ἀφορίσαιτ᾽ ἂν τις ταῖς γνωριμωτάταις, ὅσαι διὰ τῆς Λατίνης ἔστρωνται· ἢ γὰρ ἐπὶ ταύταις, ἢ * περὶ ταύταις, ἢ μεταξὺ ἵδρυνται· γνωριμώταται δὲ τῶν ὁδῶν, ἥ τε Αππία, καὶ ἡ Λατίνη, καὶ ἡ Οὐαλερία· [1] ἡ μὲν τὰ πρὸς θάλατταν ἀφορίζουσα μέρη τῆς Λατίνης, μέχρι Σινοέσσης, [2] ἡ δὲ τὰ πρὸς τῇ Σαβίνῃ μέχρι Μαρσῶν· μέση δ᾽ αὐτῶν ἡ Λατίνη ἡ συμπίπτουσα τῇ Αππίᾳ [3] κατὰ Κάσινον πόλιν, διέχουσαν Καπύης ἐννεακαίδεκα σταδίους. ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Αππίας ἐν ἀριστερᾷ ἀπ᾽ αὐτῆς ἐκτρεπομένη πλησίον Ῥώμης, εἶτα διὰ * Τουσκουλανοῦ ὄρους ὑπερβᾶσα, [4] μεταξὺ Τούσκλου πόλεως, καὶ τοῦ Αλβανοῦ ὄρους, κάτεισιν ἐπὶ Αλγιδὸν πολίχνιον, καὶ Πικτὰς πανδοχεῖα· [5] εἶτα συμπίπτει καὶ ἡ Λαβικανὴ, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ τῆς Εσκυλίνης πύλης, ἀφ᾽ ἧς καὶ ἡ Πραινεστίνη· ἐν ἀριστερᾷ δ᾽ ἀφεῖσα καὶ ταύτην, καὶ τὸ πεδίον τὸ Εσκύλινον, [6] πρόσεισιν ἐπὶ πλείους τῶν ρ καὶ κ σταδίων, καὶ πλησιάσασα τῷ παλαιῷ Λαβικῷ, κτίσματι κατεσπασμένῳ, κειμένῳ δ᾽ ἐφ᾽ ὕψους, τοῦτο μὲν καὶ τὸ Τούσκουλον ἐν δεξιοῖς ἀπολείπει, τελευτᾷ δὲ πρὸς τὰς Πικτὰς καὶ τὴν Λατίνην· διέχει δὲ τῆς Ῥώμης τὸ χωρίον τοῦτο [7] σ καὶ ι σταδίους· εἶθ᾽ ἑξῆς μὲν ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς Λατίνης, εἰσὶν ἐπίσημοι κατοικίαι, καὶ πόλεις, [8] Φερέντιον, Φορούσινον, παρ᾽ ἣν ὁ Κόσας ῥεῖ ποταμός· Φαβρατερία, παρ᾽ ἣν ὁ Τρῆρος ῥεῖ. [9] Ακούϊνον μεγάλη πόλις ἐστὶ, παρ᾽ ἣν ὁ Μέλπις ῥεῖ ποταμὸς μέγας. [10] Ιντεράμνιον, ὃν ἐν συμβολῇ δυοῖν ποταμῶν κείμενον, Λείριός τε καὶ ἑτέρου Κασίνου, καὶ αὕτη πόλις ἀξιόλογος ὑστάτη τῶν Λατίνων· [11] τὸ γὰρ Τέανον τὸ καλούμενον Σιδικινὸν ἐφεξῆς κείμενον, ἐκ τοῦ ἐπιθέτου δηλοῦται, διότι τῶν Σιδικηνῶν ἐστίν· οὗτοι δὲ Οσκοι, Καμπανῶν ἔθνος ἐκλελοιπός· ὥστε λέγοιτ᾽ ἂν τῆς Καμπανίας, καὶ αὕτη μεγίστη οὖσα τῶν ἐπὶ τῇ Λατίνῃ πόλεων· καὶ ἡ ἐφεξῆς ἡ τῶν Καλληνῶν, καὶ αὕτη ἀξιόλογος, συνάπτουσα τῷ Κασιλίνῳ. Εφ᾽ ἑκάτερα δὲ τῆς Λατίνης,

* Malim, περὶ ταύτας,

p. 237.

* Aldus τοῦ Τουσκλάνου

A pleræque viis diſcernuntur celeberrimis, quæ per Latium ductæ ſunt: aut enim in his, aut propè, aut in medio earum ſitæ ſunt. Nobiliſſimæ viarum ſunt Appia, Latina, & Valeria: de his Appia Latii partes maritimas pertranſit uſque ad Sinueſſam: Valeria eſt, quæ ad Sabinos pertinet uſque ad Marſos: media eſt Latina, quæ in Appiam incidit ad Caſſinum urbem, diſtantem à Capua XIX ſtadiis. Incipit Latina à via Appia ad ſiniſtram, ab ea prope Romam deflectens, ac ſupra montem Tuſculanum, tranſit inter Tuſculum urbem ac montem Al- B banum, deſcenditque ad Algidum oppidum & Pictas diverſorium. Incidit deinde Lavicana, incipiens à porta Exquilina, unde & Prçneſtina: relinquens autem ad lævam & campum Exquilinum, procedit ad CXX & amplius ſtadia, & appropinquans veteri Lavico, quod oppidum in ſublimi ſitum, nunc dirutum eſt, hoc & Tuſculum ad dextram relinquit, & ad Pictas in Latinam viam deſinit: abeſt is locus Roma CCX ſtadiis. Deinceps in Latina via ſunt nobilia oppida ac urbes, Ferentinum, Fruſinum, quod Coſa amnis alluitur, Fabrateria, quam C Trerus fluvius præterfluit. Aquinum urbs magna, juxta quam Melpis fluvius magnus labitur. Interamna ſita urbs ad confluentes Liris & Caſini fluminum, ipſa quoque memorabilis, & Latinarum ultima. Teanum enim Sidicinum, quod proximè ſequitur, ipſo cognomento oſtendit ſe ad Sidicinos pertinere, qui ſunt Oſci, gens Campanorum ſuperſtes, ita ut poſſit Campaniæ dici, ipſa quoque urbium in via Latina ſitarum maxima. Eam ſubſequitur Calenum urbs ipſa quoque egregia, & Caſilino con- D tigua. Ab utraque Latinæ viæ parte,

1. Η μὲν τὰ πρὸς θάλατταν) Appia, quæ à porta Capena incipit. *Caſaub.*

2. ἡ δὲ τὰ πρὸς τῇ Σαβίνῃ) Valeria, cujus initium à Tibure. *Idem.*

3. Κατὰ Κάσινον πόλιν. *Ad Caſſinum urbem*) Lege Κασιλῖνον· nam *Caſinum* erat in via Latina, ut ait Livius lib. XXVI. c. 9, *per Sueſſanum Venafranumque & Caſinatem agrum via Latina ducit.* At via Appia inferius ad mare erat, & per Minturnas & Sinueſſam Caſilinum ducebat, ubi cum Latina coincidebat: vide tabulas, ubi hæ duæ viæ notantur. *Palmer.*

4 μεταξὺ Τούσκλου πόλεως) Tuſclum & Tuſculum Græci Latinique ſæpè dicunt: ſed Latini Tuſculum potius, Græci ſæpius Τοῦκλον: ſic Ασκλὸν pro Aſculo: Algidi meminit Ovidius, & Polyb. Pictarum, Antoninus. *Caſaub.*

5. εἶτα συμπίπτει) Etiam Anton. admonet Latinam viam intrare in Lavicanam. *Idem.*

6. πρόσεισι) Scribo πρόεισι & ita veteres. *Idem.*

7. σ καὶ ι σταδίους) Antonini ſumma parum variat.

*Ab urbe*
*Ad Quintanas* M. P. XV.
*Ad pictas* M. P. X.

Sunt omino M. P. XXV. ſtadia autem CC. *Idem.*

8. Φερέντιον Φορούσινον) Ptol. Φιδῆναι Φρούσινον Φερέντινον. *Idem.*

9. Ακούηννον μεγάλη πόλις) Lego ut apud Ptol. Ακούινον: Latinis Aquinum. Silius VIII. v. 404.

--- *atque viris ingens exhaurit Aquinum.* Idem.

10. Ιντεράμνιον ὂν ἐν συμβολῇ δ. π.) Inde nomen, *Interamna.* Varro. *Idem.*

11. Τὸ γὰρ Τέανον τὸ καλούμενον Σιδικηνὸν) Teanum duplex fuit, Sidicenum & Teanum Appulum: utriuſque meminit Strabo, Plin. III. c. 11. alii. *Idem.*

1. Σητέα

ad dextram ſunt inter hanc & Appiam ſitæ Setia & Signia, feraces vini, illa pretioſi, hæc alvum optimè ſiſtentis, quod Signinum vinum appellant. Ante hanc eſt Privernum & Cora, & 4 Sueſſa, Trapontium, Velitræ, Aletrium, & Fregellæ, quam urbem præterit Liris fluvius ad Minturnas ſe effundens. Fregellæ nunc vicus eſt, olim urbs celebris, multarumque jam dictarum caput, quæ nunc eò fori frequentandi ſacrificiorumque quorundam gratia conveniunt: exciſa eſt à Romanis ob defectionem. Harum [illegible] aliarumque in via Latina & ulteriùs urbium pleræque in agro Hernico, Æquo, Volſco ſitæ, à Romanis ſunt conditæ. A ſiniſtro autem Latinæ viæ latere, inter eam & Valeriam jacent Gabii in via Præneſtina, quæ urbs latomias habet Romanis tanto quanto non aliæ uſui: diſtat æquali à Roma & Præneſte intervallo. Sequitur Præneſte de quo deinde verba faciemus. In montibus porro ſupra Præneſte cùm urbs Hernicorum ſita eſt, 9 Capitulum, & Anagnia urbs illuſtris, tum Ceratæ, & Sora, apud quam Liris erumpens Fregellas Minturnaſque petit: deinde etiam aliæ ſequuntur, tum Venafrum, unde oleum optimum:

A ἐν δεξιᾷ μὲν εἰσιν αἱ μεταξὺ * αὕτη καὶ τῆς Ἀππίας, [1] Σήτιά τε καὶ Σιγνία φέρουσαι οἶνον, ἡ μὲν τῶν πολυτελῶν ἕνα, [2] ἡ δὲ τὸν σταλτικώτατον κοιλίας, τὸν Σίγνιον λεγόμενον. πρὸ δὲ ταύτης ἐστὶ Πρίβερνον [3] καὶ Κόρα, [5] καὶ Σύεσσα, Τραπόντιόν τε [6] καὶ Οὐελίτραι, καὶ Ἀλέτριον· ἔτι δὲ Φρεγέλλαι, παρ' ἣν ὁ Λεῖρις ῥεῖ, ὁ εἰς τὰς Μιντούρνας ἐκδιδούς· νῦν μὲν κώμη, πόλις δέ ποτε γεγονυῖα ἀξιόλογος, [7] καὶ τὰς πόλεις τῶν ἄρτι λεχθεισῶν περιοικίας πρότερον ἐσχηκυῖα, αἳ νῦν εἰς αὐτὴν συνέρχονται, ἀγορὰς ποιούμεναι καὶ ἱεροποιΐας τινάς· κατεσκάφη δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστᾶσα. Πλεῖσται δ' εἰσὶ, καὶ τούτων τῶν ἐν τῇ Λατίνῃ καὶ τῶν ἐπέκεινα, ἐν τῇ Ερνίκων τε καὶ Αἴκων καὶ Οὐόλσκων ἱδρυμέναι, B Ρωμαίων δ' εἰσὶ κτίσματα. Εν ἀριστερᾷ δὲ τῆς Λατίνης αἱ μεταξὺ αὐτῆς, καὶ τῆς Οὐαλερίας, Γάβιοι μὲν ἐν τῇ Πραινεστίνῃ ὁδῷ κειμένη, [8] λατόμιον ἔχουσα ὑπουργὸν τῇ Ῥώμῃ μάλιστα τῶν ἄλλων, διέχουσα τὸ ἴσον τῆς Ῥώμης τε καὶ Πραινέστου περὶ ἑκατὸν σταδίους· εἶθ' ἡ Πραίνεστος, περὶ ἧς αὐτίκα ἐροῦμεν. Εἶθ' ἡ ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς ὑπὲρ Πραίνεστον, ἥ τε τῶν Ερνίκων πολίχνη, [10] Καπίτουλον, καὶ Αναγνία πόλις ἀξιόλογος, [11] καὶ Κερεατή, καὶ Σώρα, παρ' ἣν ὁ Λεῖρις παρεξιὼν εἰς Φρεγέλλας ῥεῖ καὶ Μιντούρνας· εἶτα ἄλλα C τινὰ, καὶ Οὐέναφρον, [12] ὅθεν τὸ κάλλιστον ἔλαιον.

* Malim ταύτῃ, vel αὐτῆς.

p. 238.

1. Σήτεά τε) Lego Σητία, ut apud Ptol & Latinos omnes: præterea Steph. Σητία, πόλις Ἰταλίας. *Caſaub.*

2. ἡ δὲ τὸν σταλτικώτατον κοιλίας) Plinius XIV. c. 6. *Nam quod Signiæ naſcitur, auſteritate nimia continendæ utile alvo, inter medicamina numeratur.* Priſcianus Signium hoc oppidum nominat, & vinum Signinum, non Signium. Stephanus quoque Σίγνινα ait, πόλις Ἰταλίας, ὡς Στράβων τρίτῃ· τὸ ἐθνικὸν Σιγνῖνος, ubi pro τρίτῃ conſtat legendum eſſe πέμπτῃ: præterea vel ex Stephano emendandus Strabo, vel contra. (Dionyſius Halicarnaſſ. IV. c. 71. Σιγναίαν appellat: facileque ex ejus narratione poſſumus intelligere unde illi nomen. Nam quum forte exercitus Romanus coactus eſſet caſtrametari & hyemare eo in loco ubi fuit poſtea Signia, paulatim pro caſtris facta eſt urbs, & à ſignis Signia dicta.) Habent autem veteres σελτικώτατον & καλούμενον iidem pro λεγόμενον. *Idem.*

3. Καὶ Κόρα, καὶ Σύεσσα, Τραπόντιόν τε καὶ Οὐελίτραι *Et Cora & Sueſſa & Trapontium, Velitræ*) Cluverius legit, καὶ Σύεσσα Πομεντίνων, multo melius: eum vide. *Palmer.*

4. *Sueſſa, Trapontium*) Legebatur συεσσατραπόντιον. Unde interpres Syes & Puſillam præfecturam (ſcilicet Græcis hoc σατραπόντιον eſt) ridiculè exſtruxit. Trapontium quidem fateor me nullibi reperire, & vocem eſſe ſuſpectam, de Sueſſa, quam Livius Auruncam & Pometiam nominat, dubium non eſt, legenti Plinium, Ptolemæum, & alios. Sed & Σόρα maluiſſem quam κόρα ex eodem Plin. III 5. Soram proximè Priverno adjungenti, quia tamen etiam Coranorum iſto in tractu meminit, nihil mutavi. Acuenum autem, ἀκούηνον, eſſe Aquinum, ſatis liquet. *Xyland.*

5. καὶ Σύεσσα, Τραπόντιόν τε καὶ Οὐελίτραι) Rectè quidem Σύεσσα emendavit eruditus interpres: ſed quid fiet altera voce non minus corrupta Τραπόντιον? Ferdinandus Pintianus Hiſpanorum decus, putabat legendum eſſe, *Sueſſa, Cloſtra, Antium,* quod equidem probare nequeo: Nam quæ de Antio dicta ſunt ſuo loco, ea omnino obſtant. Carolus autem Sigonius, ut à Theodoro Cantero clariſſimo viro mihique amiciſſimo accepi, putabat legendum καὶ Σύεσσα τῶν Ποντίων, de quo docti viri judicent. *Caſaub.*

6. καὶ Οὐελίτραι) Stephan. Βέλιτρα πόλις Ἰταλίας, οὐ Ῥώμης ἀπωτέρω. *Idem.*

7. καὶ τὰς πόλεις τῶν ἄρτι λεχθεισῶν περιοικίας πρότερον ἐσχηκυῖα) Lege cum codice Stephanico, καὶ τὰς πολλὰς τῶν ἄρτι λεχθεισῶν, περοικίδας πρότερον ἐσχηκυῖα. plana & perſpicua ſententia. *Idem.*

D 8. Λατόμιον ἔχουσα ὑπουργὸν τῇ Ῥώμῃ) Tacitus Annal. XV. c. 44. *Ædificiaque ipſa certa ſui parte ſine trabibus, ſaxo Gabino Albanoque ſolidarentur: quod is lapis igni impervius eſt.* Idem.

9. *Capitulum*) Sic ex Plinio correxi, pro καὶ Πίτουλον infra. Cuculum Κούκουλ. Suſpectum mihi. *Xyland.*

10. Καπίτουλον, καὶ Αναγνία πόλις. *Capitulum & Anagnia urbs*) Ex Antonini itinerario & tabulis palam eſt debere legi, pro Καπίτουλον, Κώμπιτον. *Palmer.*

11. καὶ Κερεαταὶ) Sic habent etiam ſcripti. Sed quis veterum hujus loci unquam meminit? Suſpicor eſſe oppidum Plinio IV. c. 5. Cernetum dictum, utut à Strabone id fuerit elatum. *Caſaub.*

12. ὅθεν τὸ κάλλιστον ἔλαιον) Plinius XV. c. 2. *Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maximè agro Venafrano, ejuſque parte quæ Licinianum fundit oleum.* Idem.

ἡ μὲν οὖν ἡ πόλις ἐφ' ὕψους κεῖται· παραῤῥεῖ δὲ τὴν τοῦ λόφου ῥίζαν ὁ Οὐουλτοῦρνος· ὃς καὶ περὶ τὸ Κασιλῖνον ἐνεχθεὶς, ἐκδίδωσι [1] κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν. [2] Αἰσερνία δὲ καὶ Ἀλιφαὶ ἤδη Σαμνιτικαὶ πόλεις εἰσὶν, ἡ μὲν ἀνῃρημένη κατὰ τὸν Μαρσικὸν πόλεμον, ἡ δ' ἔτι συμμένουσα· ἡ Οὐαλερία δ' ἄρχεται μὲν ἀπὸ Τιβούρων, ἄγει δ' ἐπὶ Μαρσοὺς, καὶ Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν. εἰσὶ δ' ἐν αὐτῇ Λατῖναι πόλεις Οὐαλερία τε, καὶ Καρσέολοι, καὶ Ἄλβα· πλησίον δὲ [3] καὶ πόλις Κούκουλον. Ἐν ὄψει δ' εἰσὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Τίβουρά τε, καὶ Πραίνεστος, καὶ Τοῦσκλον. [4] Τίβουρα μὲν, ἣ τὸ Ἡράκλειον, καὶ ὁ καταράκτης, [5] ὃν ποιεῖ πλωτὸς ὁ Ἀνίων, ἀφ' ὕψους μεγάλου καταπίπτων εἰς φάραγγα [7] βαθεῖαν, καὶ κατάλσει πρὸς αὐτῇ τῇ πόλει· ἐντεῦθεν δὲ διέξεισιν εὐκαρπότατον, περὶ τὰ μέταλλα τοῦ λίθου τοῦ Τιβουρτίνου, καὶ τοῦ ἐν Γαβίοις, καὶ τοῦ ἐρυθροῦ λεγομένου· ὥστε τὴν ἐκ τῶν μετάλλων ἐξαγωγὴν καὶ τὴν πορθμείαν εὐμαρῆ τελέως εἶναι, τῶν πλείστων ἔργων τῆς Ῥώμης ἐντεῦθεν κατασκευαζομένων· ἐν δὲ τῷ πεδίῳ τούτῳ ὁ Ἀνίων διέξεισι, καὶ [8] τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους, καὶ πίνουσι καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά· [9] τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Λάβανα, οὐκ ἄπωθεν τούτων, ἐν τῇ Νωμεντάνῃ καὶ τοῖς περὶ Ἠρητὸν τόποις. [10] Πραίνεστος δ' ἐστὶν ὅπου τὸ τῆς Τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρηστηριάζον· ἀμφότεραι δ' αἱ πόλεις αὗται, τῇ αὐτῇ προσιδρυμέναι τυγχάνουσιν ὀρεινῇ· διέχουσι δ' ἀλλήλων ὅσον σταδίους ἑκατόν· [11] τῆς δὲ Ῥώμης Πραίνεστος μὲν καὶ διπλάσιον, Τίβουρα δ' ἔλαττον. Φασὶ δὲ Ἑλληνίδας ἀμφοτέρας· [12] Πραίνεστον γοῦν Πολυστέφανον καλεῖσθαι πρότερον.

A urbs ea in ſublimi jacet colle, cujus radicem alluit Vulturnus amnis, & juxta Caſilinum delapſus ad urbem ſui cognominem in mare exit: cæterum Æſernia & Aliſæ jam Samniticæ urbes ſunt: quarum altera bello Samnitico eſt deleta, altera etiamnum durat. At Valeria via à Tibure incipit, ducitque in Marſos & Corfinium Pelignorum urbem primariam. Sunt in ea urbes Latinæ, Valeria, Carſeoli, & Alba, & prope urbs Cuculum. In conſpectu Romæ ſunt Tibur, Præneſte, & Tuſculum. Tibure fanum eſt Herculis, & præceps aquæ dejectus. (cataractam vocant) B quem facit Anio navigabilis ab excelſo loco in convallem dejiciens ſeſe profundam [6] luciſque obſitam, [illegible] urbem. Inde per loca fructuoſiſſima perlabitur, juxta ſecturas lapidis Tiburtini, & Gabini, & ejus qui dicitur rubeus: ut eductio ex fodinis & navibus defectio planè ſit expedita, & pleraque opera Romæ ex ea materia fiant. Planiciem eam per quam delabi Anienem dicimus, Albulæ etiam perfluunt aquæ frigidæ multis è fontibus prolapſæ, ad varios morbos potæ aut pro balneo uſurpatæ remedium præbentes: tales ſunt etiam non procul inde Labanæ aquæ in agro Nomentano & circa Eretum. C Apud Præneſte autem fanum & oraculum fortunæ celebre eſt. Ambæ urbes ſunt ad eadem conditæ montana, diſtantque inter ſe ſtadiis C. à Roma Præneſte abeſt ſtadiis cc, Tibur Romæ aliquanto eſt vicinius: utramque urbem Græcanicam eſſe dicunt: & quidem Præneſti olim fuiſſe nomen Polyſtephanum, quo multitudo coronarum ſignificatur.

1. κατὰ τὴν ὁμώνυμον αὐτῷ πόλιν) Plin. III. c. 5. *Vulturnum oppidum cum amne.* Vibius Sequeſter. *Vulturnus Campaniæ, à quo oppidum juxta Puteolos Vulturnum.* Caſaub.

2. Αἰσερνία δὲ καὶ Ἀλιφαὶ) Ptol. Æſerniam & Alliphanam Samnitum oppida nominat: Plin. *Alliſanos*. Id.

3. καὶ πόλις κούκουλον) Vide an huc pertineant Plinio III. c. 5. in hoc tractu dicti *Cubulterini*. Idem.

4. Τίβουρα μὲν) Ptolem. Τίβουρ Vide Stephan. *Idem.*

5. ὃν ποιεῖ πλωτὸς ὁ Ἀνίων, ἀφ' ὕψους μεγάλου καταπίπτων) Lego ποταμὸς ὁ Α. Cæterum deſcriptionem hanc Anienis operæ precium fuerit cum ea quæ eſt apud Dionyſium Halicarnaſſ. lib. v. c. 36. ὃς, inquit, videlicet Anion, quem Ἀνίντα ipſe vocat, ἐκ πόλεως μὲν Τιβούρων, καθ' ὑψηλοῦ πολὺς ἐκχεῖται σκοπέλου, φέρεται δὲ διὰ τῆς Σαβίνων καὶ Ῥωμαίων πεδιάδος, ὁρίζων τὴν ἑκατέρων χώραν· συνάπτει δὲ τὸ ῥεῦμα τῷ Τιβέρει ποταμῷ, καλὸς μὲν ὀφθῆναι γλυκὺς δὲ πίνεσθαι. *Qui fluvius ad Tibur ex alto ſcopulo magna mole præcipitans per Sabinorum & Romanorum campos labitur & amborum fines terminat amœnus aſpectu & potu non ingratus donec in Tiberum influat.* Idem.

6. *Luciſque obſitam*) Κατάλσει, fortè κατ' ἄλση aut κατάλση. Sed locus videtur alioquin etiam mutilus· ὁ ἀνίων διέξεισι, non ὁ. Algidum autem non Alginum eſſe, notum eſt. *Xyland.*

D

7. βαθεῖαν καὶ κατάλσει) Legendum κατάλση eadem forma, qua locus κατάδενδρος alibi dicitur ut monuimus. (Mox lego διέξεισι πεδίον εὐκαρπότατον. Dionyſius πεδιάδα vocat. Caſaub.

8. τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα) Plinius XXXI. c. 2. *Juxta Romam Albulæ aquæ vulneribus medentur.* (Meminit Suetonius in Auguſto c. 82. vide Conſt. 2 pag 1834) *Idem.*

9 τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ Λάβανα) Ita legitur in omnibus codicibus, ſed placet Scaligero in Tibul. lib. IV. p. 162. ut legatur Ἄλβανα. *Idem.*

10. Πραίνεστος δ' ἐστὶν ὅπου τὸ τῆς τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρηστηριάζον) Præneſtinæ Fortunæ multa mentio apud veteres, ut & ſortium Præneſtinarum: ſed nemo pluribus rem explicavit quam *Cicero* ipſe, quem vide lib. de Divinatione II. c. 41. *Idem.*

11. τῆς δὲ Ῥώμης Πραίνεστος μὲν καὶ διπλάσιον) hoc eſt ſtad. ducenta, ſive M. P. XXV. quod verum eſt. Antoninus,

| | |
|---|---|
| *Ab urbe* | |
| *Gabios* | M. P. XV. |
| *Præneſte* | M. P. XI. *Idem.* |

12. Πραίνεστον γοῦν Πολυστέφανον καλεῖσθαι πρότερον) Plinius III. c 5. paulo aliter: *Præneſtini urbe quondam Stephane dicta.* & aliter Stephanus, de Tibure ſic ſcribens, αὕτη πολυστέφανος ἐκαλεῖτο πρότερον. *Idem.*

1. Qu

Utraque loci natura munita eſt, Præneſte tamen hac re excellit. Nam arcis loco ſupra urbem eam adjacet mons excelſus, qui à tergo imminentium montanorum continuitati anguſto quodam tranſitu & quaſi collo avellitur, recto aſcenſu duobus altior ſtadiis: Accedit ad naturalem hanc munitionem, quòd undique urbs eſt cuniculis occultis perforata, quorum alii aquæ ducendæ: alii clandeſtinis exitibus inſerviunt: in quorum uno obſeſſus Marius junior periit. Enimvero ut aliis urbibus in parte felicitatis copia rerum ponitur, ita contrà Præneſtinis ſua opulentia calamitoſa fuit ob Romanorum ſeditiones: nam qui novas res moliebantur, eo confugiebant: quibus expugnatis cum alia damna urbi injungebantur, tum ager adimebatur, culpa à ſontibus in innoxios tranſlata. Per hanc regionem Vereſis amnis defertur: dictæ urbes à Roma verſus ortum Solis ſunt ſitæ. Intra montana ad quæ eæ ſunt conditæ, aliud porrigitur montanum & ſublime dorſum, convallem relinquens inter Algidum & Albanum montem. Eo in dorſo Tuſculum collocatum eſt, urbs minimè contemnendo apparatu: nam circumquaque exornata eſt plantis atque ædificiis, maximè quibus partibus verſus Romam vergit. Ibi enim Tuſculum habet collem terræ bonitate & aquarum copia præclarum, qui multis partibus ſenſim attollitur, & regiorum ædificiorum pulcerrimè extructorum capax eſt. Huic continentes adjacent partes ad Albanum montem inclinantes, eadem & natura & ornamentis præditæ. Succedunt planicies quà Romam & ſuburbia ejus, quà mare attingentes: ac maritima quidem minùs ſunt ſalubria: reliqua habitationi commoda, ac perinde culta. Secundùm Albanum montem in via Appia urbs eſt Aricia, CLX. ſtadiis à Roma, ſitu concavo, arce tamen natura loci munita. Supra eam ſita eſt 4 Lavinium

A Ἐρυμνὴ μὲν οὖν ἑκατέρα, πολὺ δ' ἐρυμνοτέρα Πραίνεστος· ἄκρον γὰρ ἔχει τῆς μὲν πόλεως ὕπερθεν ὄρος ὑψηλὸν, ὄπιθεν δ' ἀπὸ τῆς συνεχούσης ὀρεινῆς αὐχένι διεζευγμένον, ὑπεραῖρον καὶ δυσὶ σταδίοις τούτου πρὸς ὀρθίαν ἀνάβασιν· πρὸς δὲ τῇ ἐρυμνότητι καὶ διώρυξι κρυπταῖς διατέτρηται πανταχόθεν, μέχρι τῶν πεδίων, ταῖς μὲν, ὑδρίας χάριν, ταῖς δ', ἐξόδων λαθραίων· 1 ὧν ἐν μιᾷ, Μάριος πολιορκούμενος ἀπέθανε. Ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις πόλεσι 2 πλεῖστον τὸ εὐαρκὲς πρὸς ἀγαθοῦ τίθεται. Πραινεστίνοις δὲ συμφορὰ γεγένηται διὰ τὰς Ῥωμαίων στάσεις· καταφεύγουσι γὰρ ἐκεῖσε οἱ νεωτερίσαντες· ἐκπολιορκηθέντων δὲ, πρὸς τῇ κακώσει τῆς πόλεως, B καὶ τὴν χώραν ἀπαλλοτριοῦσθαι συμβαίνει, τῆς αἰτίας μεταφερομένης ἐπὶ τοὺς ἀναιτίους. Ῥεῖ δὲ διὰ τῆς χώρας Οὐέρεσις ποταμός· πρὸς ἕω δὲ τῆς Ῥώμης εἰσὶν αἱ λεχθεῖσαι πόλεις. Ἐνδοτέρω δὲ τῆς κατ' αὐτὰς ὀρεινῆς, ἄλλη ῥάχις ἐστὶ, μεταξὺ αὐλῶνα καταλείπουσα τὸν κατὰ Ἄλγιδον ὑψηλὴ μέχρι τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους· ἐπὶ ταύτης δὴ τὸ Τούσκλον ἵδρυται, πόλις οὐ φαύλως κατεσκευασμένη· κεκόσμηται δὲ ταῖς κύκλῳ φυτείαις καὶ οἰκοδομίαις, καὶ μάλιστα ταῖς ὑποπιπτούσαις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν Ῥώμην μέρος· τὸ C γὰρ Τούσκλον ἐνταῦθα ἐστὶ λόφος εὔγεως καὶ εὔυδρος, κορυφούμενος ἠρέμα πολλαχοῦ, καὶ δεχόμενος βασιλείων κατασκευὰς ἐκπρεπεστάτας· συνεχῆ δ' ἐστὶ καὶ τὰ τῷ Ἀλβανῷ ὄρει ὑποπίπτοντα, τήν αὐτήν τε ἀρετὴν ἔχοντα, καὶ κατασκευήν. Ἐφεξῆς δ' ἐστὶ πεδία, τὰ μὲν πρὸς τὴν Ῥώμην συνάπτοντα, καὶ τὰ προάστεια αὐτῆς, τὰ δὲ πρὸς τὴν θάλατταν· τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν θάλατταν, ἧττον ἐστὶν ὑγιεινά· τὰ δὲ ἄλλα εὐάγωγά τε, καὶ παραπλησίως ἐξησκημένα. Μετὰ δὲ τὸ Ἀλβανὸν Ἀρικία ἐστὶ πόλις ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ· 3 στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ρξ, κοῖλος δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἔχει δ' ὅμως ἐρυμνὴν D ἄκραν· 5 ὑπέρκειται δ' αὐτῆς τὸ μὲν Λαουίνιον,

p. 239.

1. Ὧν ἐν μιᾷ Μάριος πολιορκούμενος ἀπέθανε) Marii filium intellige, de quo in vita patris Plutarchus Liv. Epitom. lib LXXXVIII C. *Marius Præneſte obſeſſus à Lucretio Aſella Syllanarum partium viro, cùm per cuniculum captaret evadere, ſeptus ab exercitu, mortem ſibi conſcivit: id eſt in ipſo cuniculo, cùm ſentiret ſe evadere minimè poſſe.* Caſaub.

2. πλεῖστον τὸ εὐαρκὲς πρὸς ἀγαθοῦ τίθεται) Scribe meo periculo τὸ εὐερκές. Aliæ, inquit, urbes laudantur, ſi loco natura munito fuerint ſitæ. Præneſtinis hæc multorum malorum cauſa, quam frequenter iſta vox in hoc auctore occurreret paullò antè monui: Ita autem ſcripſiſſe Strabonem iſto loco & prior interpres teſtis eſt, & (quod plus apud me valet) ipſa ſententia, quæ ita prorſus poſtulat, vel me tacente docere poſſit. Adde quod ita eſt in codice Stephanico. *Idem.*

3. στάδιοι δ' εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ρ ξ) Antoninus tamen M. paſſ. XVI. tantum ponit: niſi in numerorum notis peccatum eſt. *Idem.*

4. *Lavinium*) Interpres habet Lanuvium, legit enim non Λαουίνιον, ſed Λανούιον. ut & Ptolemæus habet. ego Lanuvium & Lavinium non puto eſſe unam urbem, & Lavinii nomen etiamnum extat, eo loco planè, qui hic notatur. Cæterum locus de ſacerdote Diana vitiatus eſt γεννηθεὶς & ἱερώμενος ex conjectura reſtitui. Genium, cujus nomen omiſſum eſt, Egeriam, fuiſſe aut potius Angeriam ex VII. v. 763. Æneidis, & quæ ibi annotantur, eſt probabile. *Xyland.*

5. Ὑπέρκειται δὲ αὐτῆς τὸ μὲν Λαουίνιον. *Supra eam ſita eſt Lavinium*) Lege meo periculo Λανούιον. Nam Lavinium urbs non fuit in edito, ſed ad maris

πόλις Ῥωμαίων ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ, ἀφ' A ἧς ἐπόπτος ἥ τε θάλασσά ἐστι καὶ τὸ Ἄντιον· 1 τὸ δ' Ἀρτεμίσιον ὃ καλοῦσι νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ 2 τῆς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὴν δ' Ἀρικίνην τὸ ἱερόν· 3 λέγουσι δ' εἶναι ἀφιδρύματα τῆς Ταυροπόλου· καὶ γάρ τι βαρβαρικὸν κρατεῖ καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος· 4 καθίσταται γὰρ ἱερεὺς, ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον, δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐστιν ἀεὶ περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις ἕτοιμος ἀμύνεσθαι· τὸ δ' ἱερὸν ἐν ἄλσει· 5 πρόκειται δὲ λίμνη πελαγίζουσα· κύκλῳ δ' ὀρεινὴ συνεχὴς ὀφρῦς περίκειται, B 6 καὶ μία ὑψηλὴ, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ὕδωρ ἀπολαμβάνουσα ἐν κοίλῳ τόπῳ καὶ βαθεῖ. τὰς μὲν οὖν πηγὰς ὁρᾶν ἐστιν ἐξ ὧν ἡ λίμνη πληροῦται·

urbs Romanorum in d[illegible]xtro v[illegible]æ Appiæ latere, unde & ma[illegible]e & [illegible]ntium conſpici poteſt. Dianæ [illegible]m quod vocant nemus, in ſiniſtra viæ parte eſt quà Ariciam adſcenditur: fertur [illegible]utem Dianæ Tauricæ ſacroru[illegible] [illegible]ilia ibi eſſe dicata: nam & barbaricus ac Scythicus mons apud id templum ob[illegible]t: perfuga enim ſacerdos ibi conſtituitur, qui ſacerdotem priorem ſua trucidaverit manu: ſtrictoque ſemper gladio paratus ad inſultus propulſandos circumſpicit. Fanum in luco eſt, ante eum lacus mari æmulus: circum [illegible]irca ſupercilio montano continen[illegible] [illegible]ue arduo templum ac lacum [illegible] cavo in[illegible]dente ac profundo loco. Ac fo[illegible]es quidem conſpicui ſunt, unde lacus impletur:

ris littus: at Lanuvium fuit ſuper Ariciam in edito. Vide Cluverium in ſua Italia. Salmaſius tamen in ſuis ad hiſtoriam Auguſtam notis pertendit Lavinium & Lanuvium unum & idem eſſe, ſed non perſuadet. *Palmer.*

1. Τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τῆς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαινούσης. Τῆς δ' Ἀρικίνης τὸ ἱερόν. Λέγουσι δ' εἶναι ἀφίδρυμα τῆς Ταυροπόλου) Ita diſtinximus, ac emendavimus inſignem magni Scriptoris locum, vulgò ab interpunctione & lectione corruptiſſimum. Τὸ Ἀρτεμίσιον, ut vel pueri ſciunt Cercoëtiani, templum C eſt Dianæ, ut Ἀσκληπίειον, Æſculapii: Ἰσίειον, Iſidis templum. Non igitur Ἀρτεμίσιον νέμος, junctim legendum eſt: nec Latinè vertendum erat, *Dianæ quod vocant nemus.* Etſi enim antiquiſſimi Græci voce νέμος uſi ſunt in eadem notione, quâ Latini *nemus*: non tamen putandum eſt Straboni antiquum & obſoletum hoc verbum uſurpatum fuiſſe pro vulgato ἄλσος. Sic igitur diſtinguendum fuerat, ut nos poſuimus: τὸ δ' Ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι Νέμος: *templum verò Dianæ, quod vocant Nemus.* Latini ſcilicet Aricinæ Dianæ templum ita proprie vocabant, *Nemus*: unde & ipſa Diana *Nemorenſis* indigetabatur: & ſacerdos ejus *rex Nemorenſis* dicebatur, ut eſt apud Suetonium in Vita Jul. c. 46. Plinius lib. XXXV. cap. 7. *Pingi autem gladiatoria, atque in publico exponi cœpta à C. Terentio Lucano. Is mortuo avo ſuo, à quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in Nemore Dianæ poſuit*, id eſt, ἐν τῷ Ἀρτεμισίῳ, quod *Nemus* vocabatur. D Vitruvius lib. IV. cap. 7. *item generibus aliis conſtituuntur ædes, ex iiſdem ſymmetriis ordinatæ, & alio genere diſpoſitiones habentes, uti eſt Caſtoris in Circo Flaminio, & inter duos Lucos Vejovis: item argutius in Nemore Dianæ, columnis adjectis dextra ac ſiniſtra ad humeros pronai.* Ex his locis conſtat *Nemus* proprie vocatum fuiſſe templum illud Dianæ Aricinæ, quod in nemoribus poſitum eſſet. Ovidius: de A. Am. ℣. 259.

*Ecce ſuburbanæ templum Nemorenſe Dianæ.*

De eodem loquitur Silius Italicus lib. VIII. ℣. 364. *Quique immite Nemus Triviæ.* Strabo autem explicat, quod ſit illud Ἀρτεμίσιον, vocatum Nemus. Τῆς δ' Ἀρικίνης, inquit, τὸ ἱερόν. Vulgò ſcriptum eſt: Τῆς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαινούσιν, εἰς τὴν δ' Ἀρικίνην τὸ ἱερόν. Nec meliorem reponit vir doctiſſimus, qui emendat, τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ τῆς Ἀρικίνης ἱερόν. Quæ lectio diverſa facit τὸ Ἀρτεμ[illegible]ιον & τὸ τῆς Ἀρικίνης ἱερὸν, quæ eadem ſunt. Nam τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρικίνης eſt templum Dianæ [illegible]d Græcis Ἀρτεμίσιον dicitur; Latini verò Ne[illegible]us proprie vocabant à nemore, in quo erat ſi[illegible]m. Perperam etiam in Strabone legitur, λέγου[illegible] δ' εἶναι ἀφιδρύματα τῆς Ταυροπόλου, cum leg[illegible]um ſit ἀφίδρυμα; nam unicum erat. Ἀφίδρυ[illegible] τῆς Ταυροπόλου eſt *ſimulachrum Scythicæ Dian[illegible]* [illegible]almaſ. Exercit. Plinian. p. 48. ed. Ultraj.

2. τῆς ἐξ Ἀρικίας ἀ[illegible]βαίνουσιν) Malim τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς [illegible]ὸ τῆς Ἀρικίνης ἱερόν. *Caſaub.*

3. λέγουσι δ' εἶν[illegible] ἀφιδρύματα τῆς Ταυροπόλου) Servius (ad Virgil. [illegible]en. II. ℣. 116.) *Oreſtes accepto oraculo carendi f[illegible]roris cauſa cum amico Pylade Colchos petierat: & [illegible]um his occiſo Thoante, ſimulacrum ſuſtulit abſconditum faſce lignorum (unde & Faſcelis dicitur, non tantum à face [illegible]cum qua pingitur, propter quod & Lucifera dicitur) & Aritiam tranſtulit.* (Vide Feſtum Pompejum in voc[illegible] *Mavius* & veterem Horatii interpretem ad illud [illegible]darum lib. primo. VII. v. 10. *Me nec tam patiens Lac[illegible]* Ite[illegible] Pauſaniam II. c. 27.) *Idem.*

4. καθίσταται γὰρ ἱερεὺς ὁ γεννηθεὶς αὐτόχειρ) Servius de Aricina Diana (ad Virgil. Aen. VI. ℣. 137.) *In hujus templo poſt mutatum ritum ſacrificiorum, fuit arbor quædam de qua infringi ramum non licebat: Dabatur autem fugitivis poteſtas, ut, ſi quis exinde ramum potuiſſet auferre, monomachia cum [illegible] ſacerdote dimicaret.* Ovidius (de Art. Am. [illegible] ℣. 259.)

*Ecce ſuburbanæ templum nemorale Dianæ*
*Partaque per gladios regna nocente manu.* Idem.

5. πρόκειται δὲ λίμνη πελαγίζουσα) Speculum Dianæ hunc lacum vocabant: de eo Virgil. (Aen. VII. ℣. 514.)

*----protinus omne*
*Contremuit nemus, & ſylvæ intonuere profundæ.*
*Audiit & Triviæ longè lacus.*

Vibius Sequeſter, *Triviæ lacus Aritiæ.* ubi falluntur qui legunt *Africæ.* Viſitur & hodie ille lacus ac dicitur ab accolis, *il laco di Jouſano.* Idem.

6. καὶ μία ὑψηλὴ καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ὕδωρ ἀπολ.) Templum hoc in edito loco fuiſſe etiam Silius Italicus teſtatur,

*Jamque dies ader[illegible] profugis cum regibus altum*
*Fumat Aricinum [illegible] nemus.* Idem.

iiſque adeſt ſacerdos nomen cum genio quodam habens commune: effluxus autem latus quidem occulti, foris autem cernuntur, è longinquo conſpicui. His locis vicinus eſt mons Albanus, longè ſublimior luco Dianæ & ejus ſuperciliis, quanquam & celſa ea ſunt & ſatis recta. is quoque lacum habet longè majorem eo, qui eſt ad Dianæ. Ante hos montes priùs dictæ Latinæ urbes ſitæ ſunt: inter quas maximè mediterranea eſt Alba, Marſis finitima, in ſcopulo inſita ſublimi. Propè eſt 4 lacus Fucinus, magnitudine maris ſimilis: eo utuntur præcipuè Marſi & finitimi omnes. Ferunt hunc lacum aliquandò uſque ad montana impleri, rurſúmque ſubſidere, ita ut palude obducta loca rurſum detegantur, & agriculturæ fiant commoda: ſive iſti affluxus fiunt humoris, qui in profundo eſt, mutatione locorum ſurſum ſe efferente, rurſumque in imum confluente: ſive prorſus deficiunt fontes atque ſtipantur: quod Amennano flumini evenire perhibent, per Catanam fluenti: qui per aliquot annos deſtitutus aquis, deinde iterum fluit. E Fucino lacu promanare ajunt aquam Marciam, quæ Romam irrigat, gloriâque reliquas aquas vincit.

A [1] τούτων δ᾽ ἐστὶν ἱερεία καλουμένη [2] δαίμονός τινος ἐπώνυμος· αἱ δ᾽ ἀπορρύσεις, ἐνταῦθα μὲν ἄδηλοι εἰσὶν, ἔξω δὲ δείκνυνται πόῤῥω [3] πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἔχουσαι. Πλησίον δ᾽ ἐστὶ τῶν χωρίων τούτων καὶ Ἀλβανὸν ὄρος πολὺ ὑπερκύπτον τοῦ Ἀρτεμισίου, καὶ τῶν περὶ αὐτὸ ὀφρύων, καί περ ὑψηλῶν οὐσῶν, καὶ ὀρθίων ἱκανῶς· ἔχει δὲ καὶ τοῦτο λίμνην πολὺ μείζω τῆς κατὰ τὸ Ἀρτεμίσιον ὄρος. προσωτέρω δὲ τούτων αἱ λεχθεῖσαι πρότερον πόλεις τῆς Λατίνης εἰσί· μάλιστα δ᾽ ἐν μεσογαίᾳ τῶν Λατίνων πόλεων, ἔστιν ἡ Ἄλβη, ὁμοροῦσα Μαρσοῖς. [5] ἵδρυται ἐφ᾽ ὑψηλοῦ πάγου λίμνη Φουσίνας πλησίον, πελαγία τὸ
B μέγεθος· χρῶνται δ᾽ αὐτῇ μάλιστα μὲν Μαρσοὶ, καὶ πάντες οἱ πλησιόχωροι· φασὶ δ᾽ αὐτὴν καὶ πληροῦσθαί ποτε μέχρι τῆς ὀρεινῆς, καὶ ταπεινοῦσθαι πάλιν, ὥστ᾽ ἀναψύχειν τοὺς λιμνωθέντας τόπους, καὶ γεωργεῖσθαι παρέχειν, [6] ἤτοι μεταστάσει τῶν κατὰ βάθους ὑγρῶν σποράδην, καὶ ἀδήλως γίνονται, πάλιν δ᾽ ἐπισυῤῥέουσιν, ἢ τελέως ἐκλείπουσιν αἱ πηγαὶ, [7] καὶ πάλιν συνθλίβονται· [8] καθάπερ περὶ τοῦ Ἀμενάνου συμβαίνειν φασὶ, τοῦ διὰ Κατάνης ῥέοντος· ἐκλείπει γὰρ ἐπὶ πολλὰ ἔτη, καὶ πάλιν ῥεῖ· [9] ἐκ δὲ τῆς Φουσίνας εἶναι τὰς πηγὰς ἱστοροῦσι τοῦ Μαρκίου ὕδατος, τοῦ τὴν Ῥώμην ποC τίζοντος καὶ παρὰ τἄλλα εὐδοκιμοῦντος ὕδατα· p. 240.

1. *τούτων δ᾽ ἐστὶν ἱερεία καλουμένη*) Aſſentior ſummo viro Joſepho Scaligero legenti *τούτων δ᾽ ἐστὶν Ἰτέρνη δαιμ.* Juturnam enim intelligit, qui fuit fons in eo tractu Juturnæ Jovis pellici cognominis. *Caſaub.*

*Τούτων ἐστὶ ἱερεία καλουμένη δαίμονος τινὸς ἐπώνυμος. Iiſque adeſt ſacerdos nomen cum genio quodam habens commune*) Doctiſſimus & mihi ſemper cum honore nominandus Caſaubonus pro *ἱερεία* vult legi *Ἰτέρνη*. Si quid poſt tantum virum muſſitare auderem, putarem debere legi *ἱερὰ*, minima mutatione. Cluverius demonſtravit eum, de quo loquitur hoc loco, fontem non eſſe Juturnæ fontem, ut putat. Sed ſive fuerit Juturnæ ſive Egeriæ, non dixiſſet Strabo *δαίμονος τινὸς*, ſi eam divam ſeu dæmonem proprio nomine jam indigitaſſet. Igitur mihi videntur melius procedere verba Strabonis, ſi *ἡ ἱερὰ* legatur, & ſic verto: *earum eſt una, quæ ſacra dicitur, divæ cujuſdam ferens nomen.* Nam proprio epitheto hic fons, de quo agitur, ſacer dicebatur. Sic Juvenalis eum vocat Satyra III.

> *Nunc ſacri fontis nemus & delubra locantur*
> *Judæis.* Palmer.

2. *Δαίμονος τινὸς ἐπώνυμος*) Ægeriæ, ut rectè Xylander ait. Virgilius (Aen. VII. ℣. 762.

> *----inſignem quem mater Aritia miſit*
> *Eductum Ægeriæ lucis.* Caſaub.

3. *πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ἔχουσαι*) Lego *ἀνέχουσαι*. & ita ſcripſi. *Idem.*

4. *Lacus Fucinus*) Legendum *πάγου λίμνη δὲ Φουκίνα πλησίον* &c. aut tale aliquid. Plin. III 12. Alba Albenſium ad Fucinum lacum. Meminit Virgilius dicto loco. Sed locus de incrementis Fucini lacus ejus denique decrementis videtur eſſe non integer pro *ἤτοι* legerem *εἴτε*. *Xyland.*

5. *ἵδρυται ἐφ᾽ ὑψηλοῦ πάγου λίμνη Φουσίνας πλησίον*) Lege cum veteribus libris & interprete, quem ſecutus eſt rectè Xylander, *ἵδρυται δ᾽ ἐφ᾽ ὑψηλοῦ πάγου. ἔστι δὲ καὶ λίμνη Φουκίνα πλησίον.* *Caſaub.*

6. *ἤτοι μεταστάσει*) Lege *μεταστάσεις*. Senſus eſt, lacum Fucinum aliquando deficere, mox redire aquas: cujus rei duplicem affert cauſam. vel quia ſcaturigines aquarum, quæ ſunt in imo, *σποράδην* locis aliis ſcaturiant prioribus relictis ſalientibus: poſtea autem eoſdem repetant: & lacum ita efficiant: vel potius quod ſcaturigines iſtæ, quæ aquas lacui ſuggerebant, ad tempus deficiant omnino, & rurſus poſtea impleantur, ac ſe in eundem lacum effundant. *Idem.*

D 7. *καὶ πάλιν συνθλίβονται*) *atque ſtipantur* vertit Xylander. Sed ſi id voluit ſignificare cur dixit *πάλιν*? vertendum potius, *ac rurſus compreſſa erumpit aqua*, ſive ſimpliciter, ac rurſus erumpit vel exprimitur. *συνθλίβεσθαι* proprie, in anguſtias redigi: hîc eſt, arctatum erumpere. Sic apud Lucretium II. v. 203. *expreſſæ flammæ*, pro expreſſione emiſſæ. Multa ita dicuntur, quæ paſſim apud utriuſque linguæ ſcriptores occurrunt (Seneca hoc dixit pag. 460. *preſſura loci elidi.*) *Idem.*

8. *καθάπερ περὶ*) Veteres *ἐπὶ* habent, & mox *ἐκλείπειν* ac *ῥεῖν*. *Idem.*

9. *ἐκ δὲ τῆς Φουσίνας εἶναι τὰς πηγὰς*) Aliter Plinius tradit XXXI. c. 3 *Oritur*, aqua Martia, *in ultimis montibus Pelignorum, tranſit Marſos & Fucinum lacum, Romam dubiè petens.* Hanc aquam jampridem *φθορᾷ τῶν ὀχετῶν ἐκλιποῦσαν* reſtituit Romæ Agrippa, auctor Dio. *Idem.*

1. *Munita*

A τῇ δὲ Ἄλβᾳ, διὰ τὸ ἐν βάθει τῆς χώρας ἱδρύσθαι, [2] καὶ διὰ τὸ εὐερκὲς, [3] ἀντὶ φρουρᾶς ἐχρήσαντο πολλάκις Ῥωμαῖοι, τοὺς φυλακῆς δεομένους ἐνταῦθα καθείργοντες.

Ἐπεὶ δ' ἀπὸ τῶν προσαλπείων ἐθνῶν ἀρξάμενοι καὶ τῶν πρὸς αὐτοῖς ὀρῶν τῶν Ἀπεννίνων, ἔπειθ' ὑπερβάντες ταῦτα, τὴν ἐντὸς ἐπήλθομεν πᾶσαν ὅση μεταξὺ κεῖται τοῦ Τυῤῥηνικοῦ πελάγους, καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν τῶν κεκλιμένων πρὸς τὸν Ἀδρίαν μέχρι Σαννιτῶν [4] καὶ Καμπανῶν· νῦν ἐπανιόντες, δηλώσομεν τὰ ἐν τοῖς ὄρεσι τούτοις οἰκοῦντα καὶ ταῖς ὑπωρείαις τῆς τε ἐκτὸς, μέχρι τῆς παραλίας τῆς Ἀδριατικῆς, καὶ B τῆς ἐντός. Ἀρκτέον δὲ πάλιν [6] ἀπὸ τῶν Κελτικῶν ὀρῶν. [7] Ἔστι δ' ἡ Πικεντίνη μετὰ τὰς τῶν Ὀμβρικῶν πόλεις τὰς μεταξὺ Ἀριμίνου καὶ Ἀγκῶνος· [8] ὥρμηνται δὲ ἐκ τῆς Σαβίνης οἱ Πικεντῖνοι, [9] δρυκολάπτου τὴν ὁδὸν ἡγησαμένου τοῖς ἀρχηγέταις, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. [10] Πῖκον γὰρ τὸν ὄρνιν τοῦτον ὀνομάζουσι, καὶ νομίζουσιν Ἄρεος ἱερόν. Οἰκοῦσι δ' ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀρξάμενοι, μέχρι τῶν πεδίων καὶ τῆς θαλάττης, ἐπὶ μῆκος ἔχοντες ηὐξημένην μᾶλλον, ἢ πλάτος τὴν χώραν, ἀγαθὴν πρὸς ἅπαντα, βελτίω δὲ τοῖς ξυλίνοις καρ-

p. 241. ποῖς, ἢ σιτικοῖς, ἔστι δ' εὖρος μὲν τὸ ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπὶ θάλατταν, ἀνώμαλον τοῖς διαστήμασι· μῆ- C κος δ' ἀπὸ Αἴσιος ποταμοῦ [11] μέχρι * Κάστρου,

* Aldi cod. Λεάστρου, παράπλουν ἔχον σταδίων ω. Πόλις δ' Ἀγκὼν μὲν Ἑλληνὶς, Συρακουσίων κτίσμα, τῶν φυγόντων τὴν Διονυσίου τυραννίδα. [12] κεῖται δ' ἐπ' ἄκρας

A Alba porrò, quòd in penetralibus regionis ſita, ac [1] munita circum optime eſſet, ſæpenumero loco cuſtodiæ fuit à Romanis data, in quam dederent, quos adſervari captivos vellent.

Sed quoniam ab Alpibus viciniam colentibus gentibus, & contiguis montibus Apenninis orſi, iis deinde ſuperatis percurrimus quicquid eſt Italiæ mediterraneæ inter mare Tyrrhenum & Apennini montana verſus Adriam vergentia, uſque ad Samnitas & Campanos: nunc ad initium regreſſi, populos referamus, qui iſtis in montibus degunt & eorum radicibus, ſive B extra ad Adriatici maris oras, ſive in mediterraneis. Rurſum ergo à Gallicis finibus ſumetur exordium. ¶ Umbricas urbes, quæ inter Ariminum ſunt & Anconam ſitæ, Picenus ager ſequitur. Piceni ex agro Sabino in ea loca migrarunt, Pico ave iter ductoribus monſtrante, unde nomen genti: Avem Marti ſacram cenſent. Incolunt à montibus verſus planities, & mare: eſtque eorum regio in longum quàm latum porrectior, ad omnes vitæ uſus commoda, arborum tamen fructibus quàm frumento præſtantior. Latitudinis à montibus ad mare inæqualia ſunt diverſis locis ſpatia. Lon- C gitudo ab Æſi fluvio uſque ad Caſtrum, navigatur legendo litore ſtadiis ꟾↄCCC. In Piceno urbs Græca eſt Ancona, à Syracuſanis condita, qui Dionyſii fugerant tyrannidem. Sita eſt in promontorio,

1. *Munita circum optimè*) Eſt in Græco εὐαρκές, ſed εὐερκές legit interpres, ut apparet, quod & ſenſui eſt commodiſſimum. Cæterùm aquas non Martias eſſe appellandas, quas in urbem duxit Qu. Marcius Rex, vel ex Plinio liquet XXXVI. 15. *Xyland.*

2. καὶ διὰ τὸ ἐναρκὲς) Lege ἐνερκὲς quod rectè Xyl. vidit. *Caſaub.*

3. ἀντὶ φρουρᾶς ἐχρήσαντο πολλάκις) Livius lib. XXX c. 16. *Conſulti inde patres regem in cuſtodiam Albam mittendum cenſuerunt*, & lib. XLV. c. 42. *Patres cenſuerunt ut Q. Caſſius Perſea regem cum Alexandro filio Albam in cuſtodiam duceret.* Idem.

D 4. καὶ inter Campanos & Samnitas interjeci, quod & legit interpres, & ſenſus flagitat. *Xyland.*

5. *Gallicis finibus.*) ὀρῶν pro ὀρῶν legi. ad rem etiam hoc commodius eſt, & verius multo. Nam Ariminum Senonum, Bojorum Gàllicæ Ravennam etiam Ptolomæus adſcribit. Picenos autem hoc loco dixi, qui ſunt Πικεντῖνοι noſtro, id eſt Picenum (hodie Marcam Anconitanam.) incolebant, ut ne confunderem cum Picentinis ad mare Tyrrhenum apud Salernum in diverſa Italiæ regione habitantibus, nihil autem in verbis auctoris mutandum fuiſſe, ſatis conſtat ex hujus libri fine. Picenos Πικηνοὺς Ptolemæus diſtinctius dixit: noſter ad originem reſpexit. Jam vocem μᾶλλον non dubitavi tollere, & ἀνώμαλον ſubſtituere, rei veritate hoc docente: & litterarum reliquiis quaſi manu ducentibus ad emendationem: ne dicam ſic legiſſe interpretem. Leaſtrum porrò nullum invenio. Plinius III. 15. Helvio flumini hoc tribuit. Ego planè Caſtrum ſuſpicor à Strabone ſcriptum fuiſſe, idque repoſui. Congruit enim ad Plinianam etiam ac Ptolemaicam Piceni deſcriptionem, urbe ultima & Prætuciis proxima poſita pro termino, eademque maritima. Si cui Leaſter arridet, amet eum ſine rivali, quod ad me attinet. *Xyland.*

6. ἀπὸ τῶν Κελτικῶν ὀρῶν) Malim ὅρων. *Caſaub.*

7. ἔστι δ' ἡ Πικεντίνη) Manuſcripti ἡ Πικηνή. *Idem.*

8. ὥρμηνται δὲ ἐκ τῆς Σαβίνης οἱ Πικεντῖνοι) Veteres libri οἱ Πικένιοι. Plinius III. c. 13. *Orti ſunt à Sabinis voto vere ſacro.* Idem dixit & ſupra. *Idem.*

9. δρυκολάπτου τὴν ὁδὸν ἡγησαμένου) Feſtus V. *Picena* aliter, *Picena regio in qua eſt Aſculum, dicta quod Sabini cum Aſculum proficiſcerentur, in vexillo eorum picus conſederit.* Idem.

10. πῖκον γὰρ τὸν ὄρνιν τοῦτον ὀνομάζουσι) Vide Dionyſ. Hal. & quare ſit picus Marti ſacer quærit Plutarchus Κεφ. ῥωμ. XXI. *Idem.*

11. μέχρι Κάστρου) Ita etiam Ptolem. Ancona & Caſtro Picentinorum oram maritimam claudit. Plin. aliter. *Idem.*

12. κεῖται δ' ἐπ' ἄκρας μὲν λιμένα ἐμπ.) Anconæ ſitum Pomponius II. c. 4. elegantiſſimè indicat, *Flumen Metaurus atque Æſis. Exin illa in anguſto illorum duorum promontoriorum ex diverſo coeuntium inflexu cubiti imagine ſedens, ac ideo à Grajis dicta Ancon, inter Gallicas Italicaſque gentes quaſi terminus intereſt: hæc enim prægreſſos Piceni littora excipiunt.* Quibus verbis excludi vides finibus Picenorum hanc urbem. *Idem.*

1. κεῖται

quod ſuo verſus ſeptentriones reflexu portum includit: vino & tritico abundat. Proximè eam eſt Auximum urbs paululum ſupra mare. Deinde Septempeda, 1 Pneuentia, Potentia, ad Firmum Picenum, ejúſque navale caſtellum. Deinceps Cypræ fanum, conditum dedicatúmque ab Etruſcis: qui Iunonem Cupram vocant. Tum Truentinus amnis, ejuſdemque nominis urbs: inde Matrinus fluvius ab Adrianorum urbe profluens, & navale Adriæ habens nomine ſecum conveniens. In mediterraneo ſunt Adria & Aſculum Piceni locus, cùm natura munitiſſimus, tum muro cinctus, & montibus qui conſcendi à nullo poſſunt exercitu. Supra Picenum ſunt Veſtini, Marſi, Peligni, Marucini, Frentani, Samnitica gens. Hi montana tenent, neque ferè mare attingunt. Populi ipſi exigui ſunt, ſed fortiſſimi, & qui ſuam fortitudinem Romanis ſæpe demonſtraverint. Primùm quidem cùm bellum adverſus eos geſſerunt: deinde cùm eorum caſtra ſecuti ſunt: tertiò, quando libertatem ac jus civitatis poſtulantes, repulſam paſſi deſciverunt, Corfiniumque, quod eſt Pelignorum caput, occupatum, communem omnibus Italis loco Romæ urbem deſignaverunt, bellique arcem, & Italicæ nomen indiderunt,

A μὲν λιμένα ἐμπεριλαμβανούσης, τῇ πρὸς τὰς ἄρκτους ἐπιστροφῇ· σφόδρα δ' εὔοινός ἐστι, καὶ εὐπυρόφορος. Πλησίον δὲ αὐτῆς, Αὔξουμον πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· εἶτα Σεπτέμπεδα καὶ Πνευεντία, καὶ Ποτεντία, καὶ Φίρμον Πικηνόν· 2 ἐπίνειον δὲ ταύτης, Κάστελλον· ἐφεξῆς δὲ 3 τὸ τῆς Κύπρας ἱερὸν, Τυρρηνῶν ἵδρυμα καὶ κτίσμα· τὴν δ' Ἥραν ἐκεῖνοι Κύπραν καλοῦσιν· εἶτα 4 Τρουεντῖνος ποταμὸς καὶ πόλις ἐπώνυμος· 5 εἶτα καὶ Τρουνόουν, καὶ ὁ Ματρῖνος ποταμὸς, ῥέων ἀπὸ τῆς Ἀδριανῶν πόλεως, ἔχων ἐπίνειον τῆς Ἀδρίας ἐπώνυμον ἑαυτοῦ· ἔστι δ' ἐν
B τῇ μεσογαίᾳ καὶ αὐτὴ, καὶ τὸ Ἄσκλον τὸ Πικηνὸν, ἐρυμνότατον χωρίον, καὶ ἐφ' ᾧ κεῖται τὸ τεῖχος, καὶ τὰ περικείμενα ὄρη στρατοπέδοις οὐ βάσιμα. 6 Ὑπὲρ δὲ τῆς Πικεντίνης Οὐηστινοί τε καὶ Μαρσοὶ, καὶ Πέλιγνοι, καὶ Μαρρουκῖνοι, καὶ Φρεντανοὶ, Σαυνιτικὸν ἔθνος, τὴν ὀρεινὴν κατέχουσιν, ἐφαπτόμενοι μικρὰ τῆς θαλάττης· ἔστι δὲ τὰ ἔθνη ταῦτα μικρὰ μὲν, 7 ἀνδρικώτατα δὲ, καὶ πολλάκις τὴν ἀρετὴν ταύτην ἀποδεδειγμένα Ῥωμαίοις· πρῶτον μὲν, ἡνίκα ἐπολέμουν· δεύτερον δὲ, ὅτε συνεστράτευον· τρίτον δ' ὅτε δεόμενοι τυχεῖν ἐλευθερίας καὶ πολιτείας μὴ τυγχάνοντες, ἀπέστησαν, καὶ 8 τὸν Μαρσικὸν καλούμενον ἐξῆψαν πόλεμον, 9 Κορ-
C φίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν κοινὴν ἅπασι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν, ἀντὶ τῆς Ῥώμης, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου, μετονομασθεῖσαν Ἰταλικήν·

1. *Pneuentia*) reliqui hanc vocem, ſed ſuſpectam mihi. fortè aliquid eſt depravatum pro eis qui ſunt Pleninenſes Plinio. pro κάτελλον κάστελλον repoſui. *caſtellum Firmanorum* Plin. III. c. 13. Trunoum quoque ipſa ſcriptura oſtendit eſſe vitioſam vocem, pro qua aut Novanam aut Numanam crederem ex Ptol. & Plin. reponendam. Frentanos ex iiſdem poſui. *Xyland.*

2. ἐπίνειον δὲ ταύτης κάστελλον) Plinius III. c. 13. *Caſtellum Firmanorum* vocat. *Caſaub.*

3. τὸ τῆς Κύπρας ἱερόν) Plinio, III. c. 13. *Cupra oppidum.* Ptolem. Κοῦπρα μαριτίμα. *Idem.*

4. Τρουεντῖνος ποταμὸς καὶ πόλις) Pomponius, II. c. 4, *Truentum, id à fluvio, qui præterit, ei nomen eſt.* Sic Plin. III. c. 13. Ptolem. fluminis tantum meminit. *Idem.*

5. εἶτα καὶ Τρουνόουν καὶ ὁ Ματρῖνος ποταμὸς) Quid eſt obſecro Τρουνόουν? eruditus interpres id monſtrum interpretando omiſit. ſed aut nos ipſi nobis ſuffeni ſumus, aut fœlici admodum conjectura locum emendavimus. Legendum cenſeo εἶτα Καστρουννοῦον, καὶ ὁ Ματρῖνος ποτ. quam equidem emendationem non è libris, qui hîc me deficiunt, ſed ex re ipſa habeo. Nam Truento oppido proximum aliud fuit quod Caſtrum novum appellabatur: cujus frequens admodum in hiſtoriis mentio: ut veriſimile non ſit, prætermiſſum id à diligentiſſimo ſcriptore: fere autem cum Truento ſolet conjungi, ut hoc loco. Plinius, III. c. 13. *Caſtrum novum, flumen Batinum, Truentum cum amne.* Antoninus quoque in deſcriptione itineris ab Ancona Brunduſium, hoc loco refert, Numanam, Potentiam, Caſtellum Firmanum, Caſtrum Truentinum, Caſtrum novum, Adriam, Oſtia Aterni: & ſic alibi non ſemel. Quare dubium non poteſt eſſe ſcripſiſſe Strabonem ut nos emendavimus. Porrò Matrinus fluvius, quem Strabo Caſtro novo facit admodum vicinum, is ipſe eſt meo judicio quem Plinius *Batrinum* vocat, ſive *Batinum*: ac putarem ſcripſiſſe Strabonem βατρῖνος, cum toties β & μ in antiquis libris reperiantur commutata: ſed ita habet Ptolem. quoque: quanquam eo auctore paullò longius abeſt ab ejus oſtiis Caſtrum novum. Præterea augent dubitationem meam quæ de Adria ad Matrinum ſita ſequuntur: Nam id Plinius de Aterno fluvio ſcribit: & cum Plinio facere Antoninus videtur. Quare de tota re docti viri, quibus plus otii eſt, & quorum judicio mea omnia libenter permitto, judicent. *Idem.*

D

6. Ὑπὲρ δὲ τῆς Πικεντίνης) ManuſT. Πικήνης. *Idem.*

7. ἀνδρικώτατα δὲ) Plinius III. c. 12. de quarta Italiæ regione, qua iſtæ gentes continentur. *Sequitur regio quarta gentium vel fortiſſimarum Italiæ.* Idem.

8. τὸν Μαρσικὸν καλούμενον ἐξῆψαν πόλεμον) De hoc bello, quod & *Marſicum* appellatur, & *Sociale*, & *Italicum*, Epitome Livii lib. LXXII. Appianus Ἐμφ. primo, alii. *Idem.*

9. Κορφίνιον τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν) Velleius II. c. 16. *Caput imperii ſui Corfinium legerant, quod appellarent Italicam.* Apud Diodorum in hac hiſtoria ita legitur τὴν κοινὴν πόλιν Ἰταλιαν ὀνομάσαντες: ubi puto legendum Ἰταλικήν. ſicut mox Strabo, μετονομασθεῖσαν Ἰταλικήν. *Idem.*

καὶ ἐνταῦθα δὲ τοὺς συνεπομένους ἀθροίσαντες, καὶ χειροτονήσαντες ὑπάτους καὶ στρατηγούς· δύο δ' ἔτη συνέμειναν ἐν τῷ πολέμῳ, 1 μέχρι διεπράξαντο τὴν κοινωνίαν περὶ ἧς ἐπολέμουν. Μαρσικὸν δὲ ὠνόμασαν * αὐτὸν πόλεμον, 2 ἀπὸ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως, καὶ μάλιστα ἀπὸ Πομπεδίου. τὰ μὲν οὖν ἄλλα κωμηδὸν ζῶσιν· ἔχουσι δὲ καὶ πόλεις ὑπὲρ μὲν τῆς θαλάττης τό, τε Κορφίνιον, καὶ Σοῦλμον, καὶ Μαρούιον, καὶ Τεατέαν τὴν Μαρρουκίνων μητρόπολιν· ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ θαλάττῃ τό, τε Ἄτερνον, 4 ὅμορον τῇ Πικεντίνῃ, ὁμώνυμον δὲ τῷ ποταμῷ τῷ διορίζοντι τήν τε Οὐηστίνην, καὶ τὴν Μαρρουκίνην· ῥεῖ γὰρ ἐκ τῆς Ἀμιτερνίνης, διὰ δὲ Οὐηστίνων, παραλιπὼν ἐν δεξιᾷ τοὺς Μαρρουκίνους 5 ὑπὲρ τῶν τῶν Πελιγνῶν κειμένους, ζεύγματι περατός. τὸ δὲ πόλισμα τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ Οὐηστίνων μέν ἐστι, κοινῷ δ' ἐπινείῳ χρῶνται, καὶ οἱ Πελιγνοί, καὶ οἱ Μαρρουκῖνοι· διέχει δὲ τὸ ζεῦγμα τέσσαρας καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπὸ Κορφινίου. Μετὰ δὲ Ἄτερνον Ὄρτων, ἐπίνειον Φρεντανῶν καὶ Βοῦκα, καὶ αὐτὸ Φρεντανῶν, 6 ὅμορός τε ἄνω τῷ Ἀπούλῳ, Ὀρτιόν ἐστιν ἐν τοῖς Φρεντανοῖς, πέτραι λῃστρικῶν ἀνθρώπων, οἷς αἱ οἰκήσεις ἀπὸ τῶν ναυαγίων πήγνυνται, καὶ τ' ἄλλα θηριώδεις εἰσί. Μεταξὺ δὲ Ὄρτωνος καὶ Ἀτέρνου ὁ Σάγρος ποταμὸς ὁρίζων τοὺς Φρεντανοὺς ἀπὸ τῶν Πελιγνῶν· ὁ δὲ παράπλους ἀπὸ τῆς Πικεντίνης 7 ἐπὶ τοὺς Ἀπούλους, οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι σταδίων ἐστὶν ὅσον υν'.

Ἑξῆς δὲ μετὰ τὴν Λατίνην ἐστὶν, ἥτε Καμπανία παρήκουσα τῇ θαλάττῃ, καὶ ὑπὲρ ταύτην ἡ Σαμνῖτις παρήκουσα ἐν μεσογαίᾳ μέχρι Φρεντανῶν καὶ τῶν Δαυνίων· εἶτ' αὐτοὶ Δαύνιοι, καὶ τἆλλα ἔθνη τὰ μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ· πρῶτον δὲ περὶ

* Malim τὸν πόλεμον.

p. 242.

A contractiſque ſociorum auxiliis, & conſulibus ac prætoribus creatis, biennium ei bello produxerunt: donec potiti ſunt ea, quam arma ceperant, communione. Bellum Marſicum nomen accipit à defectionis auctoribus, maximè Popedio. Vivunt hæ gentes ferè in vicis: habent tamen etiam urbes ſupra mare, ut ſunt Corfinium, Sulmo, Maruvium, & 3 Teate Marrucinorum caput. Ad ipſum mare ſunt Aternum Piceno confine, ejuſdemque nominis cum fluvio qui Veſtinos à Marrucinis dirimit: fluit enim ex agro Amiternino per Veſtinos, relictis ad dextram Marrucinis, qui ſunt ſupra B Pelignos: ponte trajicitur. Urbs ei cognominis, Veſtinorum quidem eſt, eo tamen navali communiter utuntur Peligni & Marrucini: pons ſtadiis XXIV à Corfinio diſtat. Poſt Aternum, Orton eſt Frentanorum navale, & Buca, ipſa etiam Frentanorum. Hinc ſupernè Apulos tangens eſt in Frentanis Ortium, ſaxa à prædonibus inſeſſa, qui ſua ædificia ex naufragiis concinnant, vitamque agunt belluinam. Inter Ortonem & Aternum Sagrus fluvius labens Frentanos à Pelignis dividit. Navigatio ſecundùm litus à Piceno uſque C ad Apulos, quos Daunios Græci dicunt, ſtadiorum eſt circiter CCCCL.

Deinceps poſt Latium Campania eſt juxta mare porrecta, & ſupra hanc in mediterraneis Samnium uſque ad Frentanos & Daunios pertinens. Sequuntur Daunii, aliæque gentes, ad Siculum uſque fretum: ſed priùs

1. *μέχρι διεπράξαντο τὴν κοινωνίαν*) Italicis civitatem fuiſſe datam conſtat. Velleius etiam teſtatur Romanos victis demum afflictiſque dediſſe. Sed id eos obtinuiſſe altero anno à bello inchoato non facile Straboni conceſſerim. Epitome ſanè Livii cum hujus belli initia referat lib. ſeptuageſimo ſecundo, libro demum octuageſimo teſtatur Italicis populis à ſenatu civitatem eſſe datam: ut neceſſe ſit multis poſt geſtum bellum annis id contigiſſe. *Idem*.

2. *ἀπὸ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως*) Sic Diodorus, Ὁ Μαρσικὸς πόλεμος ἐκ τῶν ἀρξάντων τῆς ἀποστάσεως ὀνομάσθη· A Marſis ergo ortum eſt iſtud bellum. Aliter tamen Velleius, II. c. 15. qui id malum *ab Aſculanis eſſe ortum, à Marſis exceptum* ſcribit. Rurſus diſſentit Livius, cujus in Epit ſcriptum eſt, initium hujus belli à Picentibus eſſe motum. *Idem*.

3. *Teate.*) Τεατέαν ex Ptol repoſui, pro τεγεάτην. Plin. quoque Teatinos habet III. 12. & reſtat adhuc oppidum Tieti, ut teſtatur Niger. alii citta de chieti magis corruptè dicunt. Maruvinos Martubios appellat Virgil. VII. Aeneidos. Sed & alia ut emendaverim, obſcurum non eſt. Peucentinis autem hic prorſus nihil erat loci, repoſui Picentinos, ut & paulò poſt. Nam Aternum flumen eorum limitem ipſe etiam facit Plinius III. 13. ut videantur omnino apud Ptolemæum Aterni & Matrini nomina eſſe tranſpoſita qui Aternum verſus Pelignos Matrinum verſus Picenum collocaret, reliqua ex Plinio correxi. de Ortio ſum dubius, quod video nonnullos idem cum Ortone facere, ἐστι pro εἶναι requirit ſenſus *Xyland*.

4 *ὅμορον τῇ Πικεντίνῃ*) Manuſcripti partim Πικεντίνῃ, partim Πικήνῃ *Caſaub*.

5 *ὑπὲρ τῶν τῶν Πελιγνῶν*) Ita omnes libri, per- D peram: cum ſit legendum, ὑπὲρ τὰ τῶν Πελιγνῶν. *Idem*.

6. *ὅμορός τε ἄνω τῷ Ἀπούλῳ*) Hunc quoque locum certiſſima conjectura emendavimus. Legendum enim Τεάνῳ ἀπούλῳ. Teanum ut ſupra diximus duplex fuit: ideo cognominibus diſtingui ſolent: alterum Teanum Sidicinum, alterum Teanum Apulum nominatur. Strabo libro ſequenti: p. 285. *Eſt*, inquit, *in continente Teanum Apulum*, ὁμώνυμον τῷ Σιδικινῷ. Cicero pro Cluentio c. 69. *Adjunt Ferentani homines nobiliſſimi, Marrucini item pari dignitate Teano Apulo, atque Luceria equites Romanos, honeſtiſſimos homines, laudatores videtis*. Idem.

7. *ἐπὶ τοὺς Ἀπούλους οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσι*) Plinius III. c. 11. *Hinc Apulia Daunorum cognomine, à duce Diomedis ſocero*. Feſtus aliter, *Daunia appellatur à Dauno Illyricæ gentis claro viro*. Idem.

1. καλοῦ.

Campaniæ dicendum eſt. A Sinueſſa verſus reliquam oram maris, ſinus eſt uſque ad Miſenum juſtæ magnitudinis: inde alius priore multo major, Craterem nominant, à Miſeno uſque ad Minervæ, promontoriis duobus in ſinus morem concluſus. Super hoc litus univerſa eſt ſita Campania, omnium planicierum feliciſſima: circum eam jacent cùm tumuli terræ fertiles, tum Samnitum Oſcorumque montes. Antiochus ab Opicis habitatam fuiſſe eam regionem narrat, qui iidem & Auſones appellarentur. At Polybius ſignificat ſe pro duobus diverſis gentibus eos habere. Ait enim Opicos & Auſones terram, quæ eſt circa Craterem, incoluiſſe. Alii ferunt, cùm ea loca quondam Opici & Auſones tenuiſſent, fuiſſe ea deinde ab Oſca gente occupata, quæ à Cumanis pulſa inde ſit, quos rurſum Etruſci ejecerint: etenim ob præſtantiam campos illos multis fuiſſe certaminibus expetitos. Tyrrhenos cùm XII urbes habitarent, quæ earum quaſi caput eſſet, ea de cauſa Capuam nuncupaſſe. Eoſdem cùm per luxuriam ad mollíciem ſeſe tranſdidiſſent, ſicut & regione ad Padum ſita pulſi fuerunt, ita Samnitibus Campania ceſſiſſe, quos Romani poſtmodò inde profligaverint. Fertilitatis indicium eſt, quòd frumentum ibi naſcitur præſtantiſſimum: triticum, inquam, ex quo alica fit omni præſtantior oryza,

A τῆς Καμπανίας ῥητέον. Ἔστι δ' ἀπὸ τῆς Σινυέσσης, ἐπὶ μὲν τὴν ἑξῆς παραλίαν, κόλπος εὐμεγέθης, μέχρι Μισηνοῦ· κἀκεῖθεν ἄλλος κόλπος πολὺ μείζων τοῦ προτέρου. [1] καλοῦσι δ' αὐτὸν Κρατῆρα, ἀπὸ τοῦ Μισηνοῦ μέχρι τοῦ Ἀθηναίου δυοῖν ἀκρωτηρίων, κολπούμενον· ὑπὲρ δὲ τούτων τῶν ἠϊόνων Καμπανία πᾶσα ἵδρυται, πεδίον εὐδαιμονέστατον τῶν ἁπάντων· περίκεινται δ' αὐτῷ γεωλοφίαι τε εὔκαρποι, καὶ ὄρη τά τε τῶν Σαυνιτῶν καὶ τὰ τῶν Ὄσκων. Ἀντίοχος μὲν οὖν φησι τὴν χώραν ταύτην Ὀπικοὺς οἰκῆσαι, [2] τούτους δὲ καὶ Αὔσονας καλεῖσθαι. Πολύβιος δ' ἐμφαίνει, δύο ἔθνη

B νομίζων ταῦτα. Ὀπικοὺς γάρ φησι καὶ Αὔσονας οἰκεῖν τὴν χώραν ταύτην περὶ τὸν Κρατῆρα. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, οἰκούντων Ὀπικῶν πρότερον, καὶ Αὐσόνων· [3] οἱ δ' ἐκείνους κατασχεῖν ὕστερον Ὄσκων τι ἔθνος· τούτους δ' ὑπὸ Κυμαίων, ἐκείνους δ' ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἐκπεσεῖν· διὰ γὰρ τὴν ἀρετὴν περιμάχητον γενέσθαι τὸ πεδίον. [4] δώδεκα δὲ πόλεις ἐγκατοικήσαντες, [5] τὴν οἷον κεφαλὴν, ὀνομάσαι Καπύην· διὰ δὲ τὴν τρυφὴν εἰς μαλακίαν τραπομένους, [6] καθάπερ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας ἐξέστησαν, οὕτω καὶ ταύτης παραχωρῆσαι Σαυνί-

C ταις, τούτους δ' ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκπεσεῖν. Τῆς δ' εὐκαρπίας ἐστὶ σημεῖον, τὸ, σῖτον ἐνταῦθα γίνεσθαι τὸν κάλλιστον λέγω δὲ τὸν πύρινον, [7] ἐξ οὗ καὶ ὁ χόνδρος κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης

1. καλοῦσι δ' αὐτὸν Κρατῆρα) Quinam καλοῦσι? Non ſanè Latini ſcriptores, qui Craterem ſinum in hoc tractu nullum nominant, (niſi quis fortaſſe putet locum illum Ciceronis, qui eſt Epiſt. ad Att. lib. II. ep. 9 de hoc cratere eſſe intelligendum) à Græcis ergo manavit illud nomen: quanquam ne illos quidem puto ſinum ipſum Craterem appellaſſe: ſed eum tantùm locum, qui ignem continere, & interius [illegible] creditus eſt. Is autem locus fuit [illegible], de quo loquitur Strabo, proximus: Imo verò totus ille tractus aquis calidis & ſulphuratis abundavit. Ideo ait Ariſtoteles, ὁ τόπος ἅπας Πυριφλεγέθων appellatur. Vide infra. Solita autem à Græcis id genus loca ignita, Crateres appellari, ſatis apud omnes conſtat. (Latini quidam Ollas vocant: & inde Ollas Vulcani ad Liparam. apum Aimonium lib. II cujus verba aſcribam. *Cujus animam quidam ſolitarius apud Liparam manens inſulam, vidit inter ſanctiſſ. Papam Joannem & Symmachum ex conſule deductam, in Vulcani demergi ollam, eo loco vicinam: quæ ideo ſic dicitur, quod inibi mare, tanquam æneum vas ferveſcat ab igne.* Huc pertinet Πίθος ille quem deſcribit Philoſtratus in Apollon. Tyan vita lib ult. p 9. Eum vide omnino. Porro crateres appellari ſolent lacus breves, ſed immenſe profundi, aquarum ſcaturigine ſemper ebullientes. vide Macrob. v cap. 19. *Caſaub.*

2. τούτους δὲ καὶ Αὔσονας καλεῖσθαι) Opicos & Auſones eoſdem eſſe credidit etiam ſummus auctorum Ariſtoteles. Sic ille Πολ. lib. VIII. c. 10. ᾤκουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυῤῥηνίαν Ὀπικοί, καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι Αὔσονες. i. e. *incolebant autem eam Italiæ partem, quæ ad Tyrrheniam verſa eſt Opici, qui nunc Auſonii nominantur.* Idem.

3. Οἱ δ' ἐκείνους.) Corruptè, fortè εἶτ' ἐκείνους. ut ſubaudias τόπους. Σαυνίταις dandi caſu, ſenſus requirit. De alica & Campaniæ fertilitate confer huc quæ habet Plinius XVIII. 2 Statanum vinum malè in Setinum depravavit interpres. vide Plin. huc XIV. 6. *Xyland.*

3. οἱ δ' ἐκείνους κατασχεῖν ὕστερον Ὄσκων τι ἔθνος) Probo emendationem Xylandri εἶτ' ἐκείνους. ſcilicet

D Opicos. *Caſaub.*

4. δώδεκα δὲ πόλεις ἐγκατοικήσαντες) Lego per ι, ἐγκατοικίσαντες. Nam ipſas urbes conditas à Tyrrhenis fuiſſe non ſolùm habitatas, ſignificare, opinor, voluit. quin ſi nihil deeſſe putandum eſt, legendum arbitror ἐγκατοικίσαντας quarto caſu. quod mihi facile ſat ſcio docti viri concedent. *Idem.*

5. τὴν οἷον κεφαλὴν ὀνομάσαι Καπύην) Capua erga quaſi Caput dicta. Sed Latino vati aliter viſum lib. x Aen. ℣ 145.

*Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.*

Vide (Dionyſium Halicarn I c 74.) Servium (ad l. c. Virgilii) & Feſtum. v Capua. *Idem.*

6. καθάπερ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας) Reſpicit ad ea quæ ſuprà de Etruſcis dixit: vide locum. *Idem.*

7. ἐξ οὗ καὶ ὁ χόνδρος) Lege Plinium lib. XVIII. cap. II. *Idem.*



1. καὶ

A 1 καὶ ἐν ὀλίγῳ σιτικῆς τροφῆς· 2 ἱστορεῖται δ' ἔνια τῶν πεδίων σπείρεσθαι δι' ἔτους, 3 δὶς
p. 243. μὲν τῇ ζέᾳ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμῳ· τινὰ δὲ καὶ λαχανεύεσθαι τῷ τετάρτῳ σπόρῳ. Καὶ μὴν τὸν οἶνον τὸν κράτιστον ἐντεῦθεν ἔχουσι Ῥωμαῖοι 4 τὸν Φάλερνον, καὶ τὸν Στάτανον, καὶ Κάλινον· ἤδη δὲ καὶ ὁ Συρεντῖνος ἐνάμιλλος καθίσταται τούτοις, νεωστὶ πειραθεὶς 5 ὅτι παλαίωσιν δέχεται· ὡς δ' αὔτως εὐέλαιός ἐστι, καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸ Οὐέναφρον ὅμορον τοῖς πεδίοις ὄν. 6 Πόλεις δ' ἐπὶ μὲν τῇ θαλάττῃ μετὰ τὴν Σινούεσσαν, Λίτερνον, 7 ὅπου τὸ μνῆμα Σκιπίωνος τοῦ πρώτου προσαγορευθέντος Ἀφρικανοῦ· διέτριψε γὰρ ἐνταῦθα τὸ τελευταῖον, ἀφεὶς τὰς B πολιτείας κατ' ἀπέχθειαν τὴν πρός τινας. 8 παραῤῥεῖ δ' ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός· ὡς δ' αὔτως καὶ Οὐουλτοῦρνος, ὁμώνυμός ἐστι τῇ παρ' αὐτὸν πόλει ἐφεξῆς κειμένῃ· ῥεῖ δ' οὗτος διὰ Οὐενάφρου καὶ τῆς Καμπανίας μέσης. Ταύταις δ' ἐφεξῆς ἐστι 9 Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα· πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν, καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων. Οἱ δὲ τὸν στόλον ἄγοντες, 10 Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος, καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεὺς, διωμολογήσαντο πρὸς σφᾶς αὐτοὺς, τοῦ μὲν ἀποικίαν εἶναι, τοῦ δὲ τὴν ἐπωνυμίαν· ὅθεν νῦν μὲν προσαγορεύεται Κύμη. κτίσαι C δ' αὐτὴν Χαλκιδεῖς δοκοῦσι. 11 Πρότερον μὲν οὖν ηὐτύχει 12 καὶ τὸ Φλέγραιον καλούμενον πεδίον,

A omnique ferè alio frumentario alimento. Traditum memoriæ eſt, quædam Campaniæ arva toto anno conſeri bis zea, tertium panico: quædam etiam quarto ſatu olera producere. Quin & vinum optimum hinc habent Romani, Falernum, Statanum, Calenum: atque hodie Surrentinum quoque his non cedit, quod ætatem ferre nuper eſt exploratum. Nec minùs olei ferax eſt toto Venafrano tractu, qui planis eſt contiguus. Urbes Campaniæ ad mare ſunt poſt Sinueſſam Liternum, ubi ſepulcrum eſt Scipionis, ejus qui primus eſt Africanus uſurpatus: ibi enim vitæ extrema tempora tranſegit, omiſſa ob B inimicitias cum quibuſdam ipſi intercedentes reipubl. tractatione. Urbem alluit ejuſdem nominis fluvius. Sequitur Vulturnus, urbs ejuſdem nominis cum amne ipſam præterlabente, qui per Venafrum & mediam Campaniam fluit. Has ſubſequuntur Cumæ Chalcidenſium & Cumæorum opus vetuſtiſſimum: eſt enim antiquiſſima hæc urbs omnium Sicularum & Italicarum à Græcis deductarum coloniarum. Ductores claſſis Hippocles Cumæus & Megaſthenes Chalcidenſis inter ſe pepigerant, ut alterius colonia eſſet, alterius appellatio coloniæ: itaque urbs Cumæ nomen gerit, vi- C detur autem à Chalcidenſibus condita. Atque ab initio quidem urbs ea fortunata fuit: & quæ de Phlegræis campis fabulantur,

1. *καὶ ἐν ὀλίγῳ σιτικῆς τροφῆς*) Ἐν ὀλίγῳ hîc ut apud Lucam Actorum XXVI. ℣. 28. *ἀντὶ τοῦ, παρ' ὀλίγον* vel *ὀλίγου δεῖν*. *Caſaub.*

2. *ἱστορεῖται δ' ἔνια τῶν πεδίων*) Plinius de tota Campania id videtur velle intelligi, itemque alii ut Florus: Partem tamen Campaniæ optimàm ſemper fuiſſe & reliquæ toti longè prælatam ſatis conſtat. ii ſunt Campi Laborini veteribus dicti. (Vide Dionyſ. de laudib. Ital. *Idem.*

3. *δὶς μὲν τῇ ζέᾳ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμῳ*) Plinius ita, *Seritur toto anno panico ſemel, bis farre.* Græci panicum *ἔλυμον*, vocant ab *ἔλος* facta voce, ut ab *ἔτος ἔτυμος*. *Idem.*

4. *τὸν Φάλερνον καὶ τὸ Στάτανον καὶ Κάλινον*) de D quorum præſtantia lege apud Plinium, lib. XIV. cap. 6. & Athenæum lib. prim. c. 21. *Idem.*

5. *ὅτι παλαίωσιν δέχεται*) Surrentinum vinum poſt annum XXV potui aptum eſſe ait Athenæus. 1. c. 21. p. 26. *Idem.*

6. *Πόλεις δ' ἐπὶ μὲν τῇ θαλάττῃ*) Campaniæ oram maritimam ita deſcribit Polybius Hiſtor. III. p. 336. ed. Amſt. *τὴν μὲν γαρ παραλίαν αὐτῶν Σενυεσσάνοι καὶ Κυμαῖοι καὶ Δικαιαρχῖται νέμονται, πρὸς δὲ τούτοις Νεαπολῖται, τελευταῖον δὲ τὸ τῶν Νουκερινῶν ἔθνος.* *Idem.*

7. *ὅπου τὸ μνῆμα Σκιπίωνος*) Hiſtoriam pete ex Livio lib. XXXVIII. *Idem.*

8. *παραῤῥεῖ δ' ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός*) Linterni amnis meminit Livius, lib. XXXII. c. 29. *duæ coloniæ ad oſtia fluminum Vulturni Linternique, una Puteolis, una ad caſtrum Salerni.* & lib. XXIII. *Tranſgreſſus Vulturnum flumen circa Linternum caſtra poſuit.* Cave putes eundem eſſe Linternum & Lirim, quæ eſt Appiani primo *ἐμφυλ.* falſa conjectura. quanquam video doctos Appianum ſequi, aut potiùs ab eo falli. *Idem.*

9. *Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα*) Dionyſio in initio Halicarnaſſeo lib. VII. (Cuma hæc Eretrienſium & Chalcidenſium *κτίσμα*) Cum quidem variæ fuerint variis locis Cumæ, quas enumerat Stephanus, dubitari poteſt ex qua Cumani iſti ſint profecti, qui Cumam Campaniæ condiderunt: puto tamen è Cuma Euboica: nam & Chalcis in Eubœa. Ideo ait Virgilius. Aen. VI. v. 2.

*Et tandem Euboïcis Cumarum allabitur oris.* Idem.

10. *Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος, καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεὺς*) Alii utrumque faciunt Chalcidenſem. D Velleius Paterc. 1, c. 4. *Nec multo poſt Chalcidenſes orti ut prædiximus Atticis Hippocle & Megaſthene ducibus Cumas in Italia condiderunt.* Idem.

11. *πρότερον μὲν οὖν ηὐτύχει καὶ τὸ Φλεγραῖον καλούμενον πεδίον*) Laborinos campos Latini vocant, ut Plinius lib. III. c. 5 Idem lib. XVIII. c. 11. Laborias appellat, & á Græcis Phlegræum appellari admonet. cum lib. III. id omiſiſſet, ac paulò aliter ſentire videri potuiſſet. Diodorus IV. c. 21. hunc campum, olim *Φλεγραῖον*, nunc *Κυμαῖον* appellari teſtatur. *Idem.*

12. *Καὶ τὸ Φλεγραῖον καλούμενον πεδίον, ἐν ᾧ τὰ περὶ τοὺς γίγαντας μυθεύουσιν οὐκ ἄλλοθεν, ὡς εἰκὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ περιμάχητον τὴν γῆν εἶναι διὰ ἀρετήν. Et quæ de Phlegræis campis fabulantur, ac re ibi cum gigantibus geſta non aliunde videntur orta, quam quod eam regionem ob ſoli virtutem multi ſibi certatim vindicarent*) Videtur aliquid deeſſe ſententiæ, quæ perfecta foret, ſi adderetur, [illegible] poſt *ὡς εἰκὸς*; ſic *οὐκ ἄλλοθεν, ὡς εἰκὸς, εἰρη*[illegible] *δοκεῖ*. *Palmer.*

ac re ibi cum gigantibus geſta, non aliunde videntur orta, quàm quòd eam regionem ob ſoli virtutem multi ſibi certatim vindicarent. Poſtea temporis Campani urbe ea in ſuam redacta poteſtatem, cùm alias multas contumelioſas injurias civibus intulerunt, tum cum eorum uxoribus ipſi habitaverunt. Attamen etiamnum multa Græci ornatus ſuperſunt veſtigia, & ſacrorum atque inſtitutorum. Sunt qui à fluctibus (hi enim ſunt Græcis kymata) factum urbi nomen putent: eſt enim vicinum litus ſcopuloſi inſtar dorſi mari objectum. Sunt & optimi apud eos..... & in ſinu hoc ſylva quædam eſt arbuſtis conſita, aliquot ſtadiorum longitudine, aquæ inops & arenoſa, quam ſylvam Gallinariam appellant. Ibi præſides navium Sex. Pompeji prædonum copiam contraxerunt, quo tempore Siciliam is ad defectionem pertraxit. Cumis vicinum eſt Miſenum promontorium, iiſque interpoſita eſt Acherontia palus, ac cœnoſa quædam maris effuſio. Poſtquam ultra Miſenum curſum navis circumflexeris, ſtatim ſub ipſo promontorio palus exiſtit, indeque litus profunditate immenſa in ſinum reducitur: quo in litore Bajæ ſunt, & calidæ aquæ cùm ad luxum tum ad morborum ſanationem idoneæ. Bajas autem contingit Lucrinus ſinus;

A ἐν ᾧ τὰ περὶ τοὺς Γίγαντας μυθεύουσιν, [1] οὐκ ἄλλοθεν, ὡς εἰκὸς, ἀλλ' ἐκ τοῦ περιμάχητον τὴν γῆν εἶναι δι' ἀρετήν· ὕστερον δὲ οἱ Καμπανοὶ κύριοι καταστάντες τῆς πόλεως, ὕβρισαν εἰς τοὺς ἀνθρώπους πολλά· καὶ δὴ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν συνῴκησαν αὐτοί· ὅμως δ' οὖν ἔτι σώζεται πολλὰ ἴχνη τοῦ Ἑλληνικοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἱερῶν, καὶ τῶν νομίμων. Ὠνομάσθαι δ' ἔνιοι [2] Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασί· ῥαχιώδης γὰρ καὶ * προσεχὴς ὁ πλησίον αἰγιαλός· [3] εἰσὶ δὲ καὶ * κιτλεῖαι παρ' αὐτοῖς ἄρισται· ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τούτῳ καὶ ὕλη τίς ἐστι θαμνώδης,

* Suſpecta vox.

* Legendum κητεῖαι παρ' αὐτοῖς ἄρισται

B ἐπὶ πολλοὺς ἐκτεινομένη σταδίους, ἄνυδρος καὶ ἀμμώδης, ἣν [4] Γαλλιναρίαν ὕλην καλοῦσιν. Ἐνταῦθα τὰ λῃστήρια συνεστήσαντο [5] οἱ Πομπηΐου Σέξτου ναύαρχοι, καθ' ὃν καιρὸν Σικελίαν ἀπέστησεν ἐκεῖνος. Πλησίον δὲ τῆς Κύμης, τὸ Μισηνὸν ἀκρωτήριον, καὶ ἐν τῷ μεταξὺ [6] Ἀχερουσία λίμνη, τῆς θαλάσσης ἀνάχυσίς τις τεναγώδης. Κάμψαντι δὲ τὸ Μισηνὸν, λίμνη εὐθὺς ὑπὸ τῇ ἄκρᾳ. καὶ μετὰ τοῦτο ἐγκολπίζουσα ἡ ἠϊὼν εἰς βάθος ἀέναον· ἐν ᾗ αἱ Βαῖαι καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα, [7] τὰ καὶ πρὸς τρυφὴν καὶ πρὸς θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια. Ταῖς δὲ Βαΐαις συνεχὴς [8] ὅ, τε Λοκρῖνος κόλπος, p. 244.

1. οὐκ ἄλλοθεν, ὡς εἰκὸς ἀλλ' ἐκ τοῦ περιμάχητον τὴν γῆν εἶναι) Eadem Polybio (Hiſtor. III. p. 336. ed. Amſt.) mens, ſcribenti de Capua, κατὰ μέσα δὲ τὰ πεδία κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πασῶν ποτε μακαριωτάτην γεγονυῖαν πόλιν Καπύην· ἐπιεικέστατος δὲ καὶ παρὰ τοῖς μυθογράφοις ὁ περὶ τούτων τῶν πεδίων λέγεται λόγος. προσαγορεύεται δὲ καὶ ταῦτα φλεγραῖα καθάπερ καὶ ἕτερα τῶν ἐπιφανῶν πεδίων. θεοὺς γεμὴν μάλιστα περὶ τούτων εἰκὸς εἰληκέναι, διὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. quod ait alios quoque campos ita fuiſſe appellatos, id verum eſt: Sic Pallene Phlegræa dicta, ſic alia. De bello autem iſto deorum & gigantum clade unde Phlegræis campis nomen, lege ſi vacat Diodor. Sic. lib. v. *Caſaub.*

2. Κύμην ἀπὸ τῶν κυμάτων φασὶ) Servius ad Virgil. Aen. vi. 2. *Cumas vocarunt, vel ἀπὸ τῶν κυμάτων, vel à gravidæ mulieris augurio, quæ Græcè ἔγκυος dicitur.* Idem.

3. Κιτλεῖαι.) Hanc ego vocem neque adſequor, neque quid legerit interpres video, qui oſtrea vertit, niſi ſi legit τηθεῖαι. nam τήθεα eſſe oſtrea vel ex Homero notum eſt. *Xyland.*

3. εἰσὶ δὲ καὶ κιτλεῖαι παρ' αὐτοῖς ἄριστοι) Ait quod Plinius, *Hæc littora*, inquit, *fontibus calidis rigantur: præterque cætera in toto mari conchylio & piſce nobili annotantur.* Legendum igitur κητεῖαι Κητείας enim vocabant loca ubi piſces vel capiebant vel condiebant, maximè autem thynnos, qui plurimi illa maris parte capiebantur. Quis me hoc docuit? Ælianus, qui hac de re nos admonet lib Hiſt. anim. XIII. cap. 17. τὴν τῶν θύννων, ait θήραν Ἰταλοί τε καὶ Σικελοὶ δὴ Κητίαν φιλοῦσιν ὀνομάζειν. vide reliqua. utitur ea voce & Athenæus lib. ſeptim. *Caſaub.*

4 Γαλλιναρίαν ὕλην καλοῦσιν) Cicero ad Pœtum IX. epiſt. 23. *Heri veni in Cumanum: Cras ad te fortaſſe. Sed cùm certum ſciam, faciam te paulò ante certiorem. Et ſi M. Ceparius, cum mihi in ſylva*

C *Gallinaria obviam veniſſet.* &c. Vide Varronem de re ruſt. III. c 9. *Idem.*

5. οἱ Πομπηΐου Σέξτου ναύαρχοι) Vide Appianum lib. v. Dionem lib. XLVIII. *Idem.*

6. Ἀχερουσία λίμνη) Plinio III. c. 5. Acheruſia palus Cumis vicina, vide Servium ad hæc Virgil. Aen. VI v. 107

——*Et tenebroſa palus Acheronte refuſo.* Idem.

7. τὰ πρὸς τρυφὴν καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδειαι) Utrumque teſtatur Ioſephus Ιουδ. ἀρχ. lib XVIII. c. 9. λουτρὰ παρέχεται τὸ χωρίον θερμὰ γῆθεν αὐτόματα ἀνιόντα ἀγαθὰ ἐπί τε τάσει τοῖς χρωμένοις καὶ ἄλλως τῷ ἀνειμένῳ τῆς διαίτης συμφέροντα *Idem.*

8. ὅ, τε Λοκρῖνος κόλπος, καὶ ἐντὸς τούτου ὁ Ἄορνος) Operæ pretium fuerit Dionis, qui locum illum viſit, deſcriptionem cum hac conferre: in Campania, inquit, locus eſt inter Miſenum & Puteolos μηνοειδὴς montibus parvis & fere nudis cinctus. Is locus

D maris ſinum triplicem habet. unum exteriorem ad Miſenum & Puteolos: alter eſt qui exiguo intervallo ab iſto diſtinguitur. tertius eſt in intimo ſinu lacui ſimilis. huic ſinui Averno nomen eſt: medio, Lucrino: tertius eſt in Tyrrheno mari, illi ipſi mari cognominis. Verba Dionis. Ἐν τῇ Κύμῃ τῇ Καμπανίδι, χωρίον τι μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Ποτεόλων μηνοειδές ἐστιν· ὄρεσί τε γὰρ μικροῖς καὶ ψιλοῖς πλὴν βραχέων περιείληπται, καὶ θάλασσαν τριπλῆν κολπώδη ἔχει, ἡ μὲν γὰρ ἔξω τε, καὶ πρὸς ταῖς πόλεσίν ἐστιν, ἡ δ' ὀλίγῃ διαφυῇ ἀπ' αὐτῆς διείργεται ἄλλη ἐν αὐτῷ τῷ μυχῷ ὁρᾶται. καὶ καλεῖται αὕτη μὲν Ἀουερνίς, ἡ δὲ μέση Λουκρηνίς· ἡ γὰρ ἔξω τοῦ Τυρρηνικοῦ οὖσα, ἐς ἐκεῖνο καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τελεῖ. Locus eſt lib XLVIII p. 388. ed. 1606. Vocant autem Græci κόλπους & Avernum, & Lucrinum, quos Latini lacus appellant, & Ariſtoteles quoque λίμνην Ἄορνον. (Martialis etiam ſtagnum III. Epigr. LX. v. 3. *Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino*) Idem.

 1. ἐμυ-

καὶ ἐντὸς τούτου ὁ Ἄορνος, χερρόνησον ποιῶν A τὴν ἀπολαμβανομένην μέχρι Μισηνοῦ γῆν, ἀπὸ τῆς πελαγίας τῆς μεταξὺ Κύμης καὶ αὐτοῦ· λοιπὸς γάρ ἐστιν ὀλίγων σταδίων διὰ τῆς διώρυγος ἰσθμὸς ἐπ' αὐτὴν Κύμην, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν θάλατταν. [1] Ἐμύθευον δ' οἱ πρὸ ἡμῶν ἐν τῷ Ἀόρνῳ, τὰ περὶ τὴν νεκυίαν τὴν Ὁμηρικήν· καὶ δὴ καὶ νεκυομαντεῖον ἱστοροῦσιν ἐνταῦθα γενέσθαι, καὶ Ὀδυσσέα εἰς τοῦτο ἀφικέσθαι. [2] Ἔστι δ' ὁ μὲν Ἄορνος κόλπος ἀγχιβαθὴς καὶ ἀρτίστομος, λιμένος καὶ μέγεθος καὶ φύσιν ἔχων, χρείαν δ' οὐ παρεχόμενος λιμένος, διὰ τὸ προκεῖσθαι B τὸν Λοκρῖνον κόλπον [3] προσβραχὺ καὶ πολύν. [4] Περικλείεται δ' Ἄορνος ὀφρύσιν ὀρθίαις, ὑπερκειμέναις πανταχόθεν πλὴν τοῦ εἴσπλου, νῦν μὲν ἡμέρως ἐκπεπονημέναις, πρότερον δὲ συνηρεφέσιν ἀγρίᾳ ὕλῃ μεγαλοδένδρῳ καὶ ἀβάτῳ, αἳ κατὰ δεισιδαιμονίαν κατάσκιον ἐποίουν τὸν κόλπον. προσεμύθευον δ' οἱ ἐπιχώριοι καὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς ὑπερπετεῖς γινομένους, καταπίπτειν εἰς τὸ ὕδωρ, φθειρομένους ἀπὸ τῶν ἀναφερομένων ἀέρων, [5] καθάπερ ἐν τοῖς Πλουτωνίοις· καὶ τοῦτο χωρίον Πλουτώνιόν τι ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς Κιμμερίους ἐνταῦθα λέγεσθαι· [6] καὶ εἰσέπλεόν γε οἱ προθυσάC μενοι [καὶ] ἱλασόμενοι τοὺς καταχθονίους δαίμονας, ὄντων τῶν ὑφηγουμένων τὰ τοιάδε ἱερέων, ἐργολαβηκότων τὸν τόπον. Ἔστι δὲ πηγή τις αὐτόθι

A eoque interior lacus Avernus, qui ad terræ, quod in ora maritima Cumas uſque inter ipſam ac Miſenum intercipitur, ita peninſulæ formam redigit: ſupereſt enim ne fiat inſula, collum anguſtum mari utrinque vicino interjectum, ac per foſſam per ſtadia pauca porrectum Cumas verſus, & mare quod eam urbem tangit. Qui nos ætate anteceſſerunt, Necyæ Homericæ fabulas Averno applicaverunt, atque adeò narrant fuiſſe ibi oraculum ubi vita defuncti reſponſa darent, eoque Ulyſſem adveniſſe. Avernus eſt ſinus mari ponè ipſum litus profundo, faucibus commodè ad recipiendas naves inſtructus. neque B ei ut portus haberetur vel & natura loci vel â magnitudine quicquam deeſt, ſed uſum tamen illum non præſtat, quòd ante eum jacet Lucrinus ſinus prælongus & altus. Includitur Avernus ſuperciliis rectà ſurſum enatis, & undique præterquam in aditu imminentibus, ac nunc quidem cultura elaboratis, olim enim ſylva inacceſſa magnarum arborum obſita, ob ſuperſtitionem ipſum ſinum obumbrabat: additum eſt ab accolis fabulæ hoc, aves, quæ ſupervolarent, in aquam decidere, exanimatos aëris exhalatione, quemadmodum in Plutoniis locis fit: nam & Avernum pro loco Plutoni dicato deputabant, & Cimmerios ibi C fuiſſe indicatum habitare: ac qui intrò navigarent, prius ſacrificiis placabant genios Manes, cùm eſſent pontifices, qui conducto iſto loco hujuſmodi ſacra præmonſtrarent. Ibidem fons eſt

1. ἐμύθευον δ' οἱ πρὸ ἡμῶν) Id Servius affirmat Aen lib. VI. Vide etiam Plinium. *Caſaub.*

2. ἔστι δ' ὁ μὲν Ἄορνος, κόλπος ἀγχιβαθὴς) Avernum lacum ita deſcribit philoſophus, in Mirab. p. 1159. ed. 1619. Περὶ τὴν Κύμην τὴν περὶ Ἰταλίαν λίμνη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη Ἄορνος. αὕτη μὲν ὡς ἔοικεν οὐκ ἔχουσά τι θαυμαστόν. περικεῖσθαι γὰρ λέγουσι περὶ αὐτὴν λόφους κύκλῳ, τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων, καὶ αὐτὴν εἶναι τῷ σχήματι κυκλοτερῆ, τὸ βάθος ἔχουσαν ἀνυπέρβλητον. Eundem vocat Ἀορνεῖτιν Antigonus, apud quem vide elegantem Timæi de eo locum. *Idem.*

3. προσβραχὺ καὶ πολύν) Lego προσβραχῆ vel προσβραχῆ ut alibi. Sic enim Strabo ſolet appellare locos vadoſos, ubi ſunt multa βραχέα, & quæ alibi appellat τυφλά. Sic lib. VII. ἔχει δ' ὁ κόλπος νησίδια τρία, καὶ προσβραχῆ τινὰ καὶ χοιραδώδη ὀλίγα. Non ſemel peccatum in hac voce ab imperitis hujus auctoris librariis. *Idem.*

4. περικλείεται δ' Ἄορνος ὀφρύσιν ὀρθίαις) Ariſtoteles paullò ante, λόφους κύκλῳ τὸ ὕψος οὐκ ἔλαττον τριῶν σταδίων. Virgil. Aen. VI. ℣. 237.

*Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu,*
*Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris,*
*Quam ſuper haud ullæ poterant impune volantes*
*Tendere iter pennis: talis ſeſe halitus atris*
*Faucibus effundens, ſupera ad convexa ferebat,*
*Unde locum Graji dixerunt nomine Aornon,*

Lucretius lib. VI. ℣. 740.

*Principio quod averna vocantur, nomen id ab re*
*Impoſitum eſt, quia ſunt avibus contraria cunctis.*

Mox. 747.

*Qualis apud Cumas locus eſt, montemque Veſevum,*
*Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus.* Idem.

5. καθάπερ ἐν τοῖς Πλουτωνίοις) Nam ejuſmodi loca pernitioſos odores exhalant ac ſæpè peſtilentes, Galenus πολλάκις δ' ἀπὸ τοῦ πνεύματος μόνον κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ βλάβη γίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνείοις ὀνομαζομένοις χωρίοις. Quæ à Latinis oſtia *Ditis* appellantur, ea Græci πλουτώνεια, & χαρώνεια dicunt. qualia multa multis locis commemorat GeoD graphus. Plinius II. c. 93. *In Sinueſſano agro & Puteolano ſpiracula vocant, alii Choroneas ſcrobes mortiferum ſpiritum exhalantes.* Lego *ſpiracula vocant, alii Charonea, ſcrobes m. ſp. exh.* Cicero. de Divin. I. 36. *Quid enim? non videmus quam ſint varia terrarum genera? ex quibus mortifera quædam pars eſt: ut & Amſpancto & in Aſia Plutonia quæ videmus.* Quare autem ita appellentur hæc loca oſtendit Lucretius his verſibus VI. ℣. 762.

*Ianua ne his Orci potius regionibus eſſe*
*Credatur poſt. hinc animas Acheruntis in oras*
*Ducere forte Deos inferne reamur.* Idem.

6. καὶ εἰσέπλεόν γε οἱ προθυσάμενοι) Virgilius de Ænea Avernum intrante, Aen. VI. ℣. 249.

*—— Ipſe atri velleris agnam*
*Æneas matri Eumenidum, magnæque ſorori*
*Enſe ferit, ſterilémque tibi Proſerpina vaccam:*
*Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras.* Idem.

1 aquæ potabilis ad ipſum mare: ſed ea omnes abſtinent, Stygis aquam eſſe putantes. Ibidemque alicubi oraculum eſt conditum, & Pyriphlegethontem ex aquis calidis Acheruſæ vicinis æſtimant ibi eſſe. Ephorus verò Cimmeriis locum illum dicans, hos habitare ait in ſubterraneis ædificiis, quas argillas vocent, ac per foſſas quaſdam inter ſe commeare, hoſpiteſque eadem via in oraculum adducere altè infra terram conditum: victum eos metallis effodiendis quærere, & ab iis accipere qui oraculum conſulunt, ac regem iis conſtituiſſe eo nomine ſtipendium: porrò qui apud oraculum illud degunt, eos more à majoribus accepto nunquam videre Solem ſed noctu ex hiatibus terræ prodire, ideoque de iis Homerum ſcripſiſſe:

---*neque unquam*
*Illos illuſtrat radiorum lumine Titan.*

Poſtea temporis Cimmerios fuiſſe deletos à rege quodam, cujus eventa oraculum non comprobaſſent: ſedem oraculi aliò translatam etiamnum durare. Atque hæc quidem fabulati ſunt nobis priores ætate. Noſtra vero tempeſtate, cùm ſylvam quæ circa Avernum fuit, cæcidiſſet Agrippa, & loca ædificiis occupata eſſent, actuſque infra Avernum Cumas uſque cuniculus, omnia iſta fabulas eſſe liquidò apparuit: cùm quidem Cocceius, qui cuniculum iſtum duxit, & alium à Putiolis 4 ad Neapolin ſupra Bajas tendentem, ferè ſecutus ſit fabulam iſtam de Cimmeriis modò relatam: ac fortaſſe etiam loco huic antiqua conſuetudine putaverit convenire, ut per foſſas viæ ducantur. Porrò Lucrinus ſinus in latum producitur uſque ad Bajas, intercluſus ab externo mari aggere longo ſtadia IIX, tanta latitudine quantam lati currus orbita occupat: eum aggerem ajunt ab Hercule factum dum in Geryonis boves ageret:

A * ποταμίου ὕδατος ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ· τούτου δ' ἀπείχοντο πάντες, τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ νομίσαντες· καὶ τὸ μαντεῖον ἐνταῦθά που ἵδρυται· 2 τόν τε Πυριφλεγέθοντα ἐκ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἐτεκμαίροντο τῶν πλησίον τῆς Ἀχερουσίας. Ἔφορος δὲ τοῖς Κιμμερίοις προσοικειῶν [τὸν τόπον,] φησὶν αὐτοὺς ἐν καταγείοις οἰκίαις οἰκεῖν, ἃς καλοῦσιν ἀργίλλας, καὶ διά τινων ὀρυγμάτων παρ' ἀλλήλους τε φοιτᾷν, καὶ τοὺς ξένους εἰς τὸ μαντεῖον δέχεσθαι, πολὺ ὑπὸ * γῆς ἱδρυμένον· ζῆν δ' ἀπὸ μεταλλείας καὶ τῶν μαντευομένων, καὶ τοῦ βασιλέως ἀποδείξαντος αὐτοῖς συντάξεις· εἶναι δὲ τοῖς περὶ τὸ χρηστήριον ἔθος πάτριον, μηδένα τὸν ἥλιον ὁρᾷν, ἀλλὰ τῆς νυκτὸς ἔξω B πορεύεσθαι τῶν χασμάτων· καὶ διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν περὶ αὐτῶν εἰπεῖν, ὡς ἄρα

* Xylander, ποτίμου

* Manuſſ. γῆν

-- οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος Φαέθων ἐπιδέρκεται. -- Iliad. λ. 15.

Ὕστερον δὲ διαφθαρῆναι τοὺς ἀνθρώπους ὑπὸ βασιλέως τινὸς, οὐκ ἀποβάντος αὐτῷ τοῦ χρησμοῦ· τὸ δὲ μαντεῖον ἔτι συμμένειν μεθεστηκὸς εἰς ἕτερον τόπον. Τοιαῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐμυθολόγουν. Νυνὶ δὲ τῆς μὲν ὕλης τῆς περὶ τὸ Ἄορνον 3 κοπείσης ὑπὸ Ἀγρίππα, τῶν δὲ χωρίων κατοικοδομηθέντων, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀόρνου διώ- C ρυγος ὑπονόμου τμηθείσης μέχρι Κύμης, ἅπαντ' ἐκεῖνα ἐφάνη μῦθος· τοῦ Κοκκηΐου τοῦ ποιήσαντος τὴν διώρυγα ἐκείνην τε, 5 καὶ ἐπὶ Νέαν πόλιν ἐκ Δικαιαρχίας ἐπὶ ταῖς Βαΐαις, ἐπακολουθήσαντός πως τῷ περὶ τῶν Κιμμερίων ἀρτίως λεχθέντι λόγῳ, τυχὸν ἴσως καὶ πάτριον νομίσαντος τῷ τόπῳ τούτῳ δι' ὀρυγμάτων εἶναι τὰς ὁδούς· ὁ δὲ Λοκρῖνος κόλπος πλατύνεται μέχρι Βαΐων, 6 χώματι εἰργόμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης ὀκταστάδιῳ τὸ μῆκος, πλάτος δὲ ἁμαξιτοῦ πλατείας, ὃ 7 φασιν Ἡρακλέα διαχῶσαι, τὰς βοῦς ἐλαύνοντα τὰς Γηρυόνου·

p. 245.

1. *Aquæ potabilis.*) ποταμίου, puto ποτίμου. Sed & καὶ rejeci ante τῆς Ἀχερουσίας & τοῖς κιμ. pro τις reſtitui, ac προσοικειῶν quæ menda levia ridiculam interpreti verſionem extorſerunt. Sed & λῃστήριον non potui tolerare. quis enim credat latrones nunquam interdiu prodire ex latebris? aut quid his cum oraculo? aut unde probabile ſit, Cuverios fuiſſe prædones? *Xyland.*

2. τόν τε Πυριφλεγέθοντα) Notandum eſt quod Ariſtoteles ait paulo antè allato loco, totum illum tractum quondam Pyriphlegethontem ſolitum appellari. *Caſaub.*

3. κοπείσης ὑπὸ Αγρίππα) Servius de Averno (ad Virgil. Aen III. ℣. 442) *Hic lacus ante ſylvarum denſitate ſic ambiebatur, ut exhalans inde per anguſtias aquæ ſulphureæ odor graviſſimus ſupervolantes aves necaret. unde & Avernus dictus eſt, quaſi ἄορνος: quam rem Auguſtus Cæſar intelligens dejectis ſylvis ex peſtilentibus amœna reddidit loca.* Vide Dionem D libro XLVIII. *Idem.*

4. *Ad Neapolin.*) Locus in Græco monſtroſè fuit corruptus. De Agrippæ opere ad lacum Avernum, vide Dionem lib. XLVIII. ferè extremo. *Xyland.*

5. καὶ ἐπὶ Νέαν πόλιν ἐκ Δ.) Manuſſ. ἀπὸ Νέας πόλεως καὶ Δ. *Caſaub.*

6. χώματι εἰργόμενος ἀπὸ τῆς ἔξω θαλάττης) Opus Julium fuit quo à reliquo mari arcebatur Lacus Lucrinus: de quo opere Virg. Georg. II. ℣. 161.

——*Lucrinoque addita clauſtra?*
*Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor*
*Julia quà ponto longè ſonat unda refuſo:*
*Tyrrenuſque fretis immittitur æſtus avernis.*

Vide Seruium. χώματα autem vocat quas Latini *pilas*, ſive *moles*. *Idem.*

7. φασὶν.) non φησὶν, niſi fortè ad Ephorum uſque referendum ſit. Sed & διεπεσκεύασεν legendum fuit. *Xyland.*

1. τὰς

δεχόμενον δ' ἐπιπολῆς τὸ κῦμα τοῖς χειμῶσιν, ὥστε μὴ πεζεύεσθαι ῥᾳδίως, Ἀγρίππας ἐπεσκεύασεν· εἴσπλουν δ' ἔχει πλοίοις ἐλαφροῖς, ἐνορμίσασθαι μὲν ἄχρηστος, τῶν ὀστρέων δὲ θήραν ἔχων ἀφθονωτάτην. Ἔνιοι δὲ τοῦτον αὐτὸν, τὴν λίμνην εἶναι τὴν Ἀχερουσίαν φασίν. Ἀρτεμίδωρος δ' αὐτὸν τὸν Ἄορνον. [1] Τὰς δὲ Βαίας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι, Βαίου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων τινός· [3] καὶ ..... τῶν Μισηνῶν. Ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ περὶ Δικαιαρχίαν ἀκταὶ, [4] καὶ αὐτὴ ἡ πόλις· ἦν δὲ πρότερον μὲν ἐπίνειον Κυμαίων, ἐπ' ὀφρύος ἱδρυμένον· κατὰ δὲ τὴν Ἀννίβα στρατείαν, * συνῴκησαν Ῥωμαῖοι, καὶ μετωνόμασαν Ποτιόλους, ἀπὸ τῶν φρεάτων· οἱ δ' ἀπὸ τῆς δυσωδίας τῶν ὑδάτων, ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ μέχρι Βαιῶν, καὶ τῆς Κυμαίας, ὅτι θείου πλῆρές ἐστι καὶ πυρὸς, καὶ θερμῶν ὑδάτων. Τινὲς δὲ καὶ Φλέγραν διὰ τοῦτο τὴν Κυμαίαν νομίζουσι κληθῆναι, καὶ τῶν πεπτωκότων γιγάντων τὰ κεραύνια τραύματα, [5] ἀναφέρειν τὰς τοιαύτας προχοὰς τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ὕδατος. [6] Ἡ δὲ πόλις ἐμπορεῖον γεγένηται μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου. σύμμετρος γάρ ἐστι τῇ τιτάνῳ, καὶ κόλλησιν ἰσχυρὰν καὶ πῆξιν λαμβάνει· διόπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν, [7] προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν, καὶ κολποῦσι τὰς ἀναπεπταμένας ἠϊόνας, ὥστ' ἀσφαλῶς ἐνορμίζεσθαι τὰς μεγίστας ὁλκάδας.

*Lego συνῴκισαν.

A cùm autem tempeſtatibus mare agitantibus undas multis locis admitteret, difficulterque terreſtri itinere poſſet peragrari, ab Agrippa eſt, quod deerat ſtructuræ, additum: naves admittit leves, ſtationi inutilis, ſed capturam oſtreorum habet copioſiſſimam. Hunc ipſum Lucrinum lacum eſſe Acheruſiam nonnulli opinantur: Artemidorus ipſum Avernium. Bajas nomen habere perhibent à Baja quodam, uno de ſociis Ulyſſis, 2 ſicut & Miſenum:.... Sequuntur ordine actæ (ſive litora maris) ad Dicæarchiam, atque ipſa urbs. Fuit antiquitus navale Cumanorum Dicæarchia, extructum in ſupercilio litoris. Sed ſub tempus Annibalicæ expeditionis eò B coloniam deduxerunt, urbique Putiolos nomen indiderunt à puteis: alij à fœtore aquarum totam iſtam regionem ſic dici cenſent ad Bajas uſque & agrum Cumanum, quòd ſulfuris plena ſit ac ignis & calidarum aquarum: nec deſunt qui Cumanum agrum ideò Phlegram dicent appellari, & gigantum ibi occiſorum fulminibus inflicta vulnera ignem iſtum aquaſque ebullire. Urbs ea emporium eſt facta maximum, & habet ſtationes navium manu conſtructas, natura arenæ eam commoditatem præſtante, quæ calci proportione reſpondens, validam conglutinationem atque concretionem ſuſcipit: itaque C glaream cum cemento ex calce & arena conflato admiſcentes, aggeres in mare producunt, ſinuantque litoris partes maximè apertas, ita ut ſubduci tutò poſſint maximæ onerariæ naves.

1. *τὰς δὲ Βαίας ἐπωνύμους εἶναι λέγουσι*) Vide Servium Æn. III. ℣. 441. & Æn. IX. ℣. 710. *Caſaub.*

1. *τὰς δὲ Βαίας ἐπωνύμους*) De Bajis idem Papinius lib. IV. Syl. ad Max. Jun.

*Ecce me natum propiore terra,*
*Non tamen portu retinent amœno*
*Deſides Bajæ.* Morel.

2. *Sicut & Miſenum.*) Ταῖς Βαΐαις cur in accuſativum converterim, & pro ἑτέρου ſocium ſcripſerim, ſatis liquet. Bajum Ulyſſis ſocium, unde Bajis nomen Servius in III. ℣. 441. & IX. 710. Æneidos dicit. *Xyland.*

3. Τῶν Μισηνῶν) Legendum τὸν Μισηνοί. Sed exciderunt verba, quibus oſtendat unde Miſeno promontorio D nomen. Imo autem apparet magnam hìc eſſe lacunam, & periiſſe quæ de Bajis Strabo ſcripſit. nihil enim ſcripſiſſe quis credat? & in eclogis etymon Bajarum, & alia quædam cùm extent, quis dubitet locum hunc eſſe decurtatum? De Miſeno vide Virg. VI ℣. 234. Aeneid. & interpretes. *Xyland.*

3. *καὶ τῶν Μισηνῶν*) Locus mutilus: Sed non eſt obſcurum quid ſibi voluerit Strabo. Iteratio ejuſdem vocis, huic loco, ut aliis quam plurimis fraudi fuit. Legendum enim, *καὶ τὸ Μισηνὸν ἀπὸ Μισηνοῦ.* Virgilius. Æn. VI. 232.

*At pius Æneas ingenti mole ſepulchrum*
*Imponit, ſuaque arma viro, remumque tubamque*
*Monte ſub aërio, qui mons Miſenus ab illo*
*Dicitur, æternumque tenet per ſæcula nomen.*

Poteſt etiam legi, *καὶ τὸ Μισηνὸν ὁμοίως.* Non eſt autem quod ex Epitoma ſibi perſuadeat aliquis, multa hic deeſſe: quod omnino falſum eſt: Nam quæ ibi leguntur, partim alio loco à Strabone ſunt relata: partim tanto viro adeo ſunt indigna, ut ne ſi in contextu quidem ea legerem, tamen pro Strabonianis haberi à me poſſent: niſi quis putet ſcripſiſſe Strabonem Bajulos à Bajis fuiſſe appellatos: quæ dubio procul non magis à Strabone ſunt profecta, quam ea quæ paullò ante ubi de Capua actum eſt, habebat egregius iſte Epitomator *Caſaub.*

4. *καὶ αὐτὴ ἡ πόλις*) Ioſephus Antiq. Iud. XVIII. c. 9. auctor eſt à Bajis ſtad. quinque tantum abeſſe Puteolos. Puteoli autem unde dicantur lege apud Varronem & Feſtum v. *puteolos.* *Idem.*

5. *ἀναφέρειν τὰς τοιαύτας προχοὰς*) Recte veteres libri, *ἀναφέρουσι ταῖς τοιαύταις προχοαῖς.* *Idem.*

6. *ἡ δὲ πόλις ἐμπορεῖον γεγένηται μέγιστον*) Feſtus *Minorem Delum Puteolos eſſe dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit, totius orbis terrarum, cui ſucceſſit poſtea Puteolanum.* v. *Minorem. &c.* Idem.

7. *προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν*) Plinii verba hunc locum mirificè illuſtrabunt, lib XXXV. cap. 13. *Verum & ipſius terræ ſunt alia ſegmenta: Quis enim ſatis miretur peſſimam ejus partem ideoque pulverem appellatum, in Puteolanis collibus opponi maris fluctibus, merſumque protinus fieri lapidem unum inexpugnabilem undis, & fortiorem quotidie, utique ſi Cumano miſceatur cæmento?* Dio lib. XLVIII. cauſam ejus rei pluribus exprimit, quem vide. Nam illa ejus verba, *ὕδατι δὲ σὺν κονίᾳ φυραθέντες συνίστανται, καὶ ἐφ' ὅσον γ' ἂν ἐν τῷ ὑγρῷ ὦσι πήγνυνται καὶ πετροῦνται*, Plinii mentem planè explicant. *Idem.*

Baiis ſuper hanc urbem ſitum eſt forum Vulcani, campus circumquaque incluſus ſuperciliis ignitis, quæ paſſim tanquam è caminis incendium magno cum fremitu expirant: campus autem ſulfure tractili eſt plenus. Poſt Dicæarchiam eſt Neapolis (nova civitas hoc verbo indicatur) Cumanorum: poſtea temporis & Chalcidenſium nonnulli, & Pithecuſæorum, & Athenienſium, immigrarunt, unde urbi hoc nomen factum. Oſtenditur ibi monimentum Parthenopes, unius Sirenum: & juſſu oraculi gymnicum certamen celebratur. Aliquanto pòſt obortis diſſidiis Campanos quoſdam in urbem civium loco receperunt: coactique ſunt inimiciſſimos loco familiariſſimorum habere, cùm ſuos à ſe abalienaſſent. Argumento rei ſunt nomina magiſtratuum principiò Græca, poſterioribus temporibus Campanica Græcis permixta. Plurima tamen ibi Græcorum inſtitutorum ſuperſunt veſtigia, ut gymnaſia, epheborum cœtus: curiæ (ipſi fratrias vocant) & Græca nomina Romanis impoſita: hoc tempore ſacrum quinquennale certamen muſicum & gymnicum per aliquot dies agitur, ludis Græcorum nobiliſſimis æmulum. Eſt & ibi foſſa occulta per montem Puteolis ac Neapoli interpoſitum acta, eodem modo quo alium Cumas verſum diximus fuiſſe ductum: viaque ſtadiorum multorum longitudine aperta eſt, in qua decedere occurrentia invicem jumenta poſſint: lumenque paſſim inciſis in montis ſuperficiem imminentem feneſtris juſtam ſatis altitudinem demittitur. Habet Neapolis etiam calidarum aquarum ſcaturigines, & balneorum apparatus Bajanis non deteriores, ſed numero longè pauciores:

A Ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως εὐθὺς, [1] ἡ τοῦ Ἡφαίστου ἀγορὰ, πεδίον περικεκλεισμένον διαπύροις ὀφρύσι, καμινώδεις ἐχούσαις ἀναπνοὰς πολλαχοῦ, καὶ βρομώδεις ἱκανῶς· τὸ δὲ πεδίον θείου πλῆρές ἐστι συρτοῦ. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ [2] Νεάπολις Κυμαίων· ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν, [3] καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς, καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο, [4] ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης, καὶ ἀγὼν συντελεῖται γυμνικὸς κατὰ μαντείαν· ὕστερον δὲ Καμπανῶν τινὰς ἐδέξαντο συνοίκους διχοστατήσαντες· B καὶ ἠναγκάσθησαν τοῖς ἐχθίστοις, ὡς οἰκειοτάτοις χρήσασθαι, ἐπειδὴ τοὺς οἰκείους ἀλλοτρίους ἔσχον. Μηνύει δὲ τὰ τῶν δημάρχων ὀνόματα, τὰ μὲν πρῶτα Ἑλληνικὰ ὄντα, τὰ δ' ὕστερα τοῖς Ἑλληνικοῖς ἀναμὶξ τὰ Καμπανικά· πλεῖστα δ' ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐνταῦθα σώζεται, γυμνάσιά τε καὶ ἐφηβεῖα, φρατρία, καὶ ὀνόματα Ἑλληνικὰ καίπερ * ὄντα Ῥωμαίων. [5] Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. [6] Ἐστὶ δὲ καὶ ἐνθάδε διῶρυξ κρυπτὴ C τοῦ μεταξὺ ὄρους, τῆς τε Δικαιαρχίας καὶ τῆς Νεαπόλεως, * ὑπεργασθέντος ὁμοίως, ὥσπερ ἐπὶ τὴν Κύμην, ὁδοῦ τε ἀνοιχθείσης ἐναντίοις ζεύγεσι πορευτῆς ἐπὶ πολλοὺς σταδίους· τὰ δὲ φῶτα ἐκ τῆς ἐπιφανείας τοῦ ὄρους, πολλαχόθεν ἐκκοπεισῶν θυρίδων, διὰ βάθους πολλοῦ κατάγεται. Ἔχει δὲ καὶ ἡ Νεάπολις θερμῶν ὑδάτων ἐκβολὰς, καὶ κατασκευὰς λουτρῶν οὐ χείρους τῶν ἐν Βαίαις· πολὺ δὲ τῷ πλήθει λειπομένας·

p. 246.

* Manuſſ. ὄντων

* Manuſſ. ὑπεργασθεῖσα

[1] καὶ τοῦ Ἡφαίστου ἀγορὰ πεδίον) Quæ de ſulfure ſubjicit, perſuadent mihi de *collibus leucogæis* Plinio xxxv. cap. 15. dictis iſta eſſe accipienda. de quibus vide Plin. Placet tamen doctis Phlegræos intelligi campos, quod non puto. *Caſaub.*

D

2. Νεάπολις Κυμαίων) Livius lib. VIII. cap. 22. *Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis ſita eſt: duabus urbibus populus idem habitabat: Cumis erant oriundi. Idem.*

3. καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς καὶ Ἀθηναίων) Invitus facio, ut ab eruditiſſimo viro Fulvio Urſino diſſentiam. Putat ille legendum hîc eſſe καὶ Αἰναρίεων. motus Livii loco ex lib. VIII. qui profecto ſi diligenter attendatur ſtabiliendæ illi lectioni parum facit. Quis verò erudito viro concedet, ex Strabonis ſententia Ænariam à Pithecuſis aliam eſſe? Harum Strabo ſæpe meminit: illam ne nominat quidem uſquam. [Vide Laërtium initio vitæ Pythagoræ.] *Idem.*

4. ὅπου δείκνυται μνῆμα τῶν Σειρήνων μιᾶς Παρθενόπης) quin ipſa quoque Neapolis Parthenope quondam eſt appellata, ut Plinius III. c. 5. & Euſtathius, (qui aliam cauſam affert) annotant. Virgilius. Geor. IV. v. 563.

*Illo Virgilium me tempore dulcis alebat*
*Parthenope.*

& apud Statium in Sylvis ſæpe. *Idem.*

5. Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται) Neapoli ludicrum quinquennale celebratum olim ex Statio omnibus notum eſt: Ad uxorem.

*Quid nunc magnificas ſpecies cultuſque locorum,*
*Templaque & innumero ſpatia interſtincta columnis,*
*Et geminam molem nudi tectique theatri*
*Et Capitolinis quinquennia proxima luſtris.*

Rectè autem ait νυνὶ: Nam id Strabonis ætate fuiſſe inſtitutum docet Suetonius in Octav. cap. 98. *Idem.*

6. ἔστι δὲ καὶ ἐνθάδε διῶρυξ κρυπτὴ) Meminit Seneca Epiſt. LVII. *A ceromate nos haphe excepit, in Crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obſcurius, quæ nobis præſtant non ut per tenebras videamus, ſed ut ipſas. Cæterum etiam ſi locus haberet lucem, pulvis auferret. Idem.*

* Manuſſ. γεγενηται.

1 ἐκεῖ γὰρ ἄλλη πόλις * γίνεται συνῳκοδομουμένων βασιλείων ἄλλων ἐπ' ἄλλοις οὐκ ἐλάττων τῆς Δικαιαρχίας. Ἐπιτείνουσι δὲ τὴν ἐν Νεαπόλει 2 διαγωγὴν τὴν Ἑλληνικὴν, οἱ ἐκ τῆς Ῥώμης ἀναχωροῦντες δεῦρο, 3 ἡσυχίας χάριν 4 τῶν ἀπὸ παιδείας ἐργασαμένων, ἢ καὶ * ἄλλως, διὰ γῆρας ἢ ἀσθένειαν ποθούντων ἐν ἀνέσει ζῆν· καὶ τῶν Ῥωμαίων δ' ἔνιοι χαίροντες τῷ βίῳ τούτῳ, θεωροῦντες τὸ πλῆθος τῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀγωγῆς ἐπιδημούντων ἀνδρῶν, ἄσμενοι φιλοχωροῦσι καὶ ζῶσιν αὐτόθι. Ἐχόμενον δὲ 5 φρούριον ἐστὶν Ἡράκλειον, ἐκκειμένην εἰς τὴν θάλασσαν ἄκραν ἔχον, καταπνεομένην Λιβὶ θαυμαστῶς, ὥσθ' ὑγιεινὴν ποιεῖν τὴν κατοικίαν. Ὄσκοι δ' εἶχον καὶ ταύτην, καὶ τὴν ἐφεξῆς 6 Πομπηΐαν ἣν παραῤῥεῖ ὁ Σάρνος ποταμός· Εἶτα Τυῤῥηνοὶ καὶ Πελασγοί· μετὰ ταῦτα δ' οἱ Σαυνῖται· καὶ οὗτοι δ' ἐξέπεσον ἐκ τῶν τόπων. Νώλης δὲ καὶ Νουκερίας καὶ 8 Ἀχέρρων, ὁμωνύμου κατοικίας τῆς περὶ Κρέμωνα, ἐπίνειόν ἐστιν, 9 ἡ ποιεῖ παρὰ τῷ Σάρνῳ ποταμῷ, καὶ δεχομένῳ τὰ φορτία καὶ ἐκπέμποντι. Ὑπέρκειται δὲ τῶν τόπων τούτων 10 ὄρος τὸ Οὐεσούϊον, ἀγροῖς περιοικούμενον παγκάλοις 11 πλὴν τῆς κορυφῆς· αὕτη δ' ἐπίπεδος μὲν πολὺ μέρος ἐστίν· ἄκαρπος δ' ὅλη· ἐκ δὲ τῆς ὄψεως τεφρώδης, καὶ * κοιλάδας φαίνει σηραγγώδεις πετρῶν αἰθαλωδῶν κατὰ τὴν χρόαν, ὡς ἂν ἐκβεβρωμένων ὑπὸ πυρός·

* Manuſſ. ἄλλων

p. 247.

* κοιλὰς

A nam apud Bajas nova urbs conſtruitur, non minor Puteolis, aliis ſubinde ſupra alias regiis villis ibi ædificatis. Vitæ autem Græcanicam rationem Neapoli augent, qui eò Roma ſecedunt in ocium: ſive qui ab ineunte ætate laboribus defuncti ſunt, ſive alioquin ob imbecillitatem aut ſenectutem cupiunt vitam faciliorem degere: & Romanorum nonnulli hoc vitæ genere gaudentes, ubi vident multitudinem hominum, qui ejus inſtituti cauſa ibi verſantur, lubentes locum eum amplectuntur, ibique victitant. Neapolin Herculanium inſequitur, cujus extremitas in mare B porrigitur, & Africo mirificè perſpiratur, ut ſalutaris inde fiat ibi habitatio, Hoc, & quod proximè ſequitur, & Sarno amne alluitur, Pompejos, tenuerunt olim Oſci, deinde Etruſci ac Pelaſgi, poſt hos Samnitæ, qui & ipſi inde ſunt expulſi. Eſt autem hoc commune navale Nolæ, Nuceriæ, & 7 Acerrarum (cujus nominis aliud quoque oppidum Umbriæ ſuprà retulimus) Campanarum navale ad Sarnum fluvium, qui & excipit & mittit merces. Supra hæc loca ſitus eſt Veſuvius mons, agris cinctus optimis: excepto vertice, qui magna ſui C parte planus, totus ſterilis eſt, adſpectu cinereus, cavernaſque oſtendens fiſtularum plenas & lapidum colore fuliginoſo, utpote ab igni exeſorum:

1. ἐκεῖ γὰρ ἄλλη πόλις γίνεται συνῳκοδομουμένων βασιλείων) ἐκεῖ, hoc eſt, ad Bajas. Joſephus de Bajis loquens Antiq. Jud. XVIII. c. 9. βασίλειαι τέ εἰσιν οἰκήσεις αὐτόθι πολυτελέσι κεχρημέναι κατασκευαῖς, φιλοτιμηθέντος τῶν αὐτοκρατόρων ἑκάστου προγεγονότας ὑπερβάλλεσθαι. De Marii thermis, quæ poſtea ingenti pretio à Lucullo emptæ, lege Plutarch. in Mario. *Caſaub.*

2. διαγωγὴν τὴν Ἑλληνικὴν) Tacitus libro Annalium XV. c. 33. de Nerone, *Non tamen Romæ incipere ſcenas auſus, Neapolin quaſi Græcam urbem dilegit.* Idem.

3. τῆς ἡσυχίας χάριν) Statius,

*Pax ſecura locis & deſidis otia vitæ,*
*Et nunquam turbata quies.* Idem.

4. τῶν ἀπὸ πεδείας ἐργασαμένων) ut Virgilius, cujus norunt omnes ſeceſſum Neapolin. *Idem.*

5. φρούριον ἐστὶν Ἡράκλειον) Plinio *Herculanium.* Id.

6. Πομπαίαν ἣν παραῤῥεῖ) Plinius II. c. 5. *Herculanium, Pompeji haud procul ſpectante monte Veſuvio, alluente vero Sarno amne:* utramque urbem, Pompejos inquam & Herculanium poſtea funditus caſu repentino periiſſe ex Dione conſtat, in Tito. *Idem.*

7. *Acerrarum*) Ἀχέρων, ſcribi debuit ἀχαρῶν, Imo, ἀκέῤῥων. Sed verba περὶ κρέωνα neſcio quomodo corrigam tutò: mendoſa eſſe, id verò ſcio. itaque in vertendo veritate fretus liberum geſſi me. De Acerris diximus in Stephano. De Væſuvii autem montis appellationis varietate, hîc quoque non libet repetere, quæ ſuo diximus loco. Πομπαίαν, σύραιον, & paſſim alia nomina non correxi, gnarus quid Græci ſcriptores in hoc genere haberent. in verſione genuina repoſui. *Xyland.*

8. Ἀχέρων ὁμωνύμου κατοικίας τῆς περὶ Κρέωνα) Non dubito quin verè emendem τῆς περὶ Κρέμωνα. Acheras enim ſignificat ſive Acherras, de quibus ſupra dictum eſt. Cremonæ proximas fuiſſe ex ipſo Strabone intelligimus: vide locum. Jam autem dictum eſt à nobis hujuſmodi nomina, ut Verona, Cremona & id genus, à Strabone alia forma efferri: dicit enim Νάρβων, Οὐήρων, Κρέμων, Δέρτων, pro D Verona, Cremona, Dertona: quanquam ſupra legitur Κρεμώνα, ſed id non obſtat: Nam utramque uſurpat formam; ſed illam frequentius: quare certiſſimum eſt, & Cremonam intelligi iſto loco, & legendum eſſe ut emendavimus. *Caſaub.*

9. ἡ ποιεῖ παρὰ τῷ Σάρνῳ) Verba ἡ ποιεῖ videntur omnino inducenda: neque enim deeſſe quicquam videtur: quod neceſſe eſt ſi illa verba retineantur: illis autem ſublatis ſenſus eſt perſpicuus. Præterea ea non agnoſcit prior interpres. *Idem.*

10. ὄρος τὸ Ουεσσούϊον) Veſuvium montem Latini appellant, poëta etiam Veſevum. Apud Diodorum ſcribitur Οὐεσσούσιον ὄρος. *Idem.*

11. πλὴν τῆς κορυφῆς) Vide Statium in Sylvis, multis locis ut libro quarto,

*—— nec dum lethale minari*
*Ceſſat apex.*

lege & Lucretium libro VI. ℣. 747. *Idem.*

ut conjecturam facere poſſis, iſta loca quondam arſiſſe, & crateras ignis habuiſſe, deinde materia deficiente reſtincta fuiſſe. Fortaſſis hæc etiam cauſa eſt fertilitatis locorum circumjacentium: quemadmodum Catanæ perhibent, partes quæ cineribus ab Ætnæo igne ſurſum egeſtis fuerunt intectæ, fuiſſe vini feraces redditas. Habent enim pinguedinem, & glebæ quæ igni ardeſcunt, & quæ fructus profert: eaque, dum abundat pinguedine, apta eſt incendio, ſicut omne quod ſulfureum eſt: conſumpta pinguedine & gleba reſtincta ac in cinerem converſa, ad fruges producendas redacta eſt commodior. Pompejis contiguum eſt Surrentum Campanorum: unde prominet Athenæum, ſeu Minervæ promontorium, quod alii Prenuſſum vocant. Eo in promontorio fanum eſt Minervæ ab Ulyſſe conditum. indeque in Capreas inſulam brevis trajectus. Ubi id circumflexeris, inſulæ occurrunt ſolæ, & ſaxoſæ, quas Sirenuſas dicunt. Ea parte, quæ Surrento eſt objecta, templum quoddam monſtratur, & donaria vetuſta eorum, qui locum vicinum ſunt venerati. Atque hîc loci finitur ſinus, qui Crater appellatur, duobus ad meridiem ſpectantibus promontoriis incluſus, Miſeno & Athenæo: totus autem adornatus eſt cùm iis, quas dixi, urbibus, tum ædificiis & plantis, ita omnibus inter ſe continentibus, ut unius urbis præ ſe ferant figuram.

¶ Ante Miſenum ſita eſt Prochyta, pars à Pithecuſis avulſa. Pithecuſas Eretrienſes habitaverunt, & cùm ob agri feracitatem ac metalla auri rebus uterentur proſperis, inſulam deſeruerunt initio ob ſeditionem coortam, pòſt etiam terræ motibus exturbati, igniſque & maris atque calidarum aquarum eruptione.

A [1] ὡς τεκμαίροιτ' ἄν τις τὸ χωρίον τοῦτο, καίεσθαι πρότερον, [2] καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρός, σβεσθῆναι δ' ἐπιλιπούσης τῆς ὕλης. [3] Τάχα δὲ καὶ τῆς εὐκαρπίας τῆς κύκλῳ, τοῦτ' αἴτιον, ὥσπερ τῇ Κατάνῃ φασὶ, τὸ κατατεφρωθὲν μέρος ἐκ τῆς σποδοῦ τῆς ἀνενεχθείσης ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς, εὐάμπελον τὴν γῆν ἐποίησεν· ἔχει μὲν γὰρ τὸ λιπαῖνον καὶ τὴν ἐκπυρουμένην βῶλον, καὶ τὴν ἐκφέρουσαν τοὺς καρπούς· πλεονάζουσα μὲν οὖν τῷ λίπει πρὸς ἐκπύρωσιν ἐπιτηδεία, καθάπερ ἡ θειώδης πᾶσα· ἐξικμασθεῖσα δὲ καὶ λαβοῦσα σβέσιν καὶ ἐκτέφρωσιν, εἰς καρπογονίαν μετέβαλε. Συνεχὴς δὲ B ἐστὶ τῇ Πομπηΐᾳ [4] τὸ Σύραιον τῶν Καμπανῶν, ὅθεν πρόκειται τὸ Ἀθήναιον, [5] ὅ τινες Πρηνουσσὸν ἀκρωτήριον καλοῦσιν· ἔστι δὲ ἐπ' ἄκρῳ μὲν Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἵδρυμα Ὀδυσσέως· διάπλους δ' ἐνθένδε βραχὺς εἰς Καπρέας νῆσον· κάμψαντι δὲ τὴν ἄκραν νησίδες εἰσὶν ἔρημοι πετρώδεις, [6] ἃς καλοῦσι Σειρῆνας· ἐκ δὲ τοῦ πρὸς Σύραιον μέρους, ἱερόν τι δείκνυται, καὶ ἀναθήματα παλαιὰ τιμώντων τὸν πλησίον τόπον. Μέχρι μὲν δεῦρο, ἔχει τέλος ὁ κόλπος ὁ Κρατὴρ προσαγορευόμενος, ἀφοριζόμενος δυσὶν ἀκρωτηρίοις, βλέπουσι πρὸς μεσημβρίαν τῷ C τε Μεσηνῷ καὶ τῷ Ἀθηναίῳ· ἅπας δ' ἐστὶ κατεσκευασμένος, τοῦτο μὲν ταῖς πόλεσιν ἃς ἔφαμεν, τοῦτο δὲ ταῖς οἰκοδομίαις καὶ φυτείαις, αἳ μεταξὺ συνεχεῖς οὖσαι μιᾶς πόλεως ὄψιν παρέχονται. Τοῦ μὲν οὖν Μισηνοῦ πρόκειται νῆσος [7] ἡ Προχύτη, Πιθηκουσῶν δ' ἐστὶν ἀπόσπασμα. Πιθηκούσας δὲ Ἐρετριεῖς ᾤκισαν, καὶ Χαλκιδεῖς, εὐτυχήσαντες δ' εὐκαρπίαν, καὶ διὰ τὰ χρυσεῖα, ἐξέλιπον τὴν νῆσον κατὰ στάσιν· ὕστερον δὲ καὶ ὑπὸ σεισμῶν ἐξελαθέντες καὶ ἀναφυσημάτων πυρὸς καὶ θαλάσσης καὶ θερμῶν ὑδάτων·

* Malim ὥστε.

1. ὡς τεκμαίροιτ' ἄν τις τὸ χωρίον τοῦτο καίεσθαι πρότερον) Diodorus Siculus libro quarto, p. 228. ed. 1604. Καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Οὐεσούϊος ἔχων πολλὰ σημεῖα τοῦ κεκαῦσθαι κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους. i. e. *Nunc Veſuvius nominatur, multa inflammationis priſtinæ veſtigia reſervans.* [Conſtat autem arſiſſe Veſevum καὶ πρότερον καὶ ὕστερον ſæpe. Vide præter alios Caſſiodor. Epiſt. lib. IV. ep. 50. eſt nota hiſtoria Plinii mortis ex epiſtolis Plinii. l. VI. ep. 16] *Caſaub.*

2. καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρός) Dio appellat πηγὰς πυρός, apud quem reperies graphicam hujus montis deſcriptionem in Tito. *Idem.*

3 τάχα δὲ τῆς εὐκαρπίας τῆς κύκλῳ τοῦτ' αἴτιον) Hoc dicit multis locis. vide lib. ſeq. de Ætna. & lib. XIII. *Idem.*

4. τὸ Σύραιον τῶν Καμπανῶν) Surrentum libro primo p. 22. Σύρρεντον vocavit. Stephan. Συρέντιον. Dion. Σύρρεντον. Dio Συρεντόν. *Idem.*

5. ὅ τινες Πρηνουσσὸν ἀκρωτήριον καλοῦσι) Legendum arbitror, ὅ τινὲς Σειρηνουσσῶν ἀκρωτήριον κ. Nam uti libro primo dictum eſt, p. 22. habuit iſtud promon- D torium ab altera parte Ἀθηνᾶς ἱερόν, unde appellatum eſt Ἀθήναιον, vel Minervæ promontorium: ab altera fuerunt tres parvæ inſulæ, quas Strabo Sirenes, alii Sirenuſas vocant: ab iſtis ergo inſulis ſeu verius petris, ipſum promontorium Sirenuſas appellarunt, ut à templo Minervæ Ἀθήναιον, atque ita Strabo ſæpe appellat. Nam quoties Sirenuſarum infra fit mentio, de promontorio ſemper debes accipere. Plinius III. c. 5. *Surrentum cum promontorio Minervæ Sirenum quondam ſede.* At Prenuſſum promontorium ubi quæſo vel lectum eſt vel auditum? De hoc promontorio vide amplius ſub finem hujus lib. & ſeq. initio. *Idem*

6. ἃς καλοῦσι Σειρῆνας) Ptolem. Σειρηνούσας vocat, vide quæ notavimus libro primo pag. 24. *Idem.*

7. ἡ Προχύτη) Prochytæ multi meminerunt. Dionyſ. Halicarnaſſeus I. c. 53. auctor eſt, à nutrice Æneæ, quæ ibi obiit, ita eam fuiſſe appellatam: quod Plinio III. c. 6. non probatur. *Prochyta* ait, *non ab Æneæ nutrice, ſed quia profuſa ab Ænaria erat.* Vide Serv. ad. Virg. Aen. IX. ℣. 715. *Idem.*

ἔχει γὰρ τοιαύτας ὑποφορὰς ἡ νῆσος, ὑφ᾽ ὧν A καὶ οἱ πεμφθέντες παρὰ Ἱέρωνος τοῦ τυράννου p. 248. τῶν Συρακουσίων ἐξέλιπον τὸ κατασκευασθὲν ὑφ᾽ ἑαυτῶν τεῖχος καὶ τὴν νῆσον· ἐπελθόντες δὲ Νεαπολῖται κατέσχον. Εντεῦθεν καὶ ὁ μῦθος, ὅτι [1] φασὶ τὸν Τυφῶνα ὑποκεῖσθαι τῇ νήσῳ ταύτῃ, * στρεφόμενον δὲ τὰς φλόγας ἀναφυσᾶσθαι καὶ τὰ ὕδατα, ἐστὶ δ᾽ ὅτε καὶ νησίδας ἐχούσας ζέον ὕδωρ. Πιθανώτερον δὲ Πίνδαρος εἴρηκεν ἐκ τῶν φαινομένων ὁρμηθείς· ὅτι πᾶς ὁ πόρος οὗτος, ἀπὸ τῆς Κυμαίας ἀρξάμενος μέχρι τῆς Σικελίας, διάπυρός ἐστι, καὶ κατὰ βάθους ἔχει κοιλίας τινὰς, εἰς ἓν συναπτούσας πρός τε * ἀλλήλας καὶ πρὸς τὴν ἤπειρον· διόπερ ἥ τε B Αἴτνη τοιαύτην ἔχειν δείκνυται φύσιν, οἵαν ἱστοροῦσιν ἅπαντες, καὶ αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι, καὶ τὰ περὶ τὴν Δικαιαρχίαν καὶ Νεάπολιν, καὶ Βαΐας χωρία, καὶ αἱ Πιθηκοῦσαι. Ταῦτ᾽ οὖν διανοηθεὶς, τῷ παντὶ τόπῳ τούτῳ φησὶν ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα·

--- Νῦν γε μὰν
Ταί θ᾽ ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι,
Σικελία τ᾽ αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνάεντα.

Καὶ Τίμαιος δὲ περὶ τῶν Πιθηκουσῶν φησὶν, ὑπὸ τῶν παλαιῶν πολλὰ παραδοξολογεῖσθαι· μικρὸν δὲ πρὸ ἑαυτοῦ, [3] τὸν Επωμέα λόφον ἐν C μέσῃ τῇ νήσῳ τιναχθέντα ὑπὸ σεισμῶν ἀναβαλεῖν πῦρ καὶ τὸ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τῆς θαλάσσης, ἐξῶσαι πάλιν ἐπὶ τὸ πέλαγος· τὸ δ᾽ ἐκτεφρωθὲν τῆς γῆς, μετεωρισμὸν λαβὸν, κατασκῆψαι πάλιν τυφωνοειδῶς εἰς τὴν νῆσον, καὶ ἐπὶ τρεῖς τῆς θαλάττης ἀναχωρῆσαι σταδίους· ἀναχωρήσασαν δ᾽ οὐ πολὺ, ὑποστρέψαι, καὶ τῇ παλιρροίᾳ κατακλύσαι τὴν νῆσον· καὶ γενέσθαι σβέσιν τοῦ ἐν αὐτῇ πυρός· ἀπὸ δὲ τοῦ ἤχου τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ φυγεῖν ἐκ τῆς παραλίας [4] εἰς τὴν ἄνω Καμπανίαν· δοκεῖ δὲ τὰ θερμὰ ὕδατα ἐνταῦθα θεραπεύειν τοὺς λιθιῶντας. D Αἱ δὲ Κάπρεαι δύο πολίχνας εἶχον τὸ παλαιὸν, ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται δὲ καὶ ταύτην κατέσχον,

* Vulgò στρεφομένων

* Manuſſ. νήσους

Tales enim ſolum inſulæ habet eructationes, propter quas etiam miſſi eò à tyranno Syracuſanorum Hierone, qui cum muro à ſe exſtructo inſulam reliquerunt: ſupervenere his Neapolitani, & eam obtinuerunt. Atque hinc fabula eſt de Typhone, eum ſub hac jacere inſula, obverſuque corporis flammas exſpirare & aquas, quandoque etiam inſulas minutas fervidam habentes aquam. Probabiliora ſunt quæ Pindarus dixit, ex iis, quæ apparent, ratiocinari orſus: apparet autem totum maris trajectum qui à Cumis ad Siciliam uſque pertingit, ignitum eſſe, & in profundo habere cavernas quaſdam quæ [2] inter ſeſe, & continenti conterminas: quamobrem & eam Ætna, quam omnes memorant, oſtendit ſui naturam, & Liparæorum inſulæ, & loca Puteolis, Neapoli, Bajiſque propinqua, & Pithecuſæ. Quibus conſideratis Pindarus, toti iſti regioni ſubjectum ait Typhonem:

*Cujus pectora nunc premuntur hirta*
*Litorum tumulis, mare quæ profligant,*
*Cumarum ſuper urbem:*
*Ipſiuſque ſolo Trinacriæ.*

Atque Timæus etiam de Pithecuſis tradit veteres multa fidem excedentia perhibuiſſe. Paulo autem ante ſuam ætatem media in inſula collem, cui nomen Epomeo, terræmotu concuſſum ignes evomuiſſe, & quod inter ipſum ac mare in medio erat, rurſum ad mare perpuliſſe: ac terram in cineres verſam, rurſum vehementi turbine (quales Typhones Græci dicerent) ad inſulam appuliſſe, tribuſque inde in altum mare receſſiſſe ſtadiis, pauloque poſt rurſum ad terram dediſſe impetum, mariſque flexu inundaſſe inſulam, ignemque in ea hoc pacto exſtinctum: fragore autem perculſos eos, qui continentem habitabant, e ora maris in Campaniam profugiſſe. Thermæ ejus inſulæ creduntur calculo laborantibus remedium eſſe. ¶ Capreæ antiquitus duo habebant oppida, poſt modò unicum. Nam cùm Neapolitani Capreas quoque occupaſſent,

1. *φασὶ τὸν Τυφῶνα ὑποκεῖσθαι τῇ νήσῳ ταύτῃ*) de Typhone accuratè ſcribit libro XIII. ubi etiam Pindari locus iterum relatus eſt. *Caſaub.*

2. *Inter ſeſe*) Πρός τε ἀλλήλας. legebatur ἔλληνας planè nullo ſenſu, conjecturam meam facilè probabunt, qui varios Græcarum litterarum ductus obſervarunt. Verſus Pindari facilè potui reſtituere, cum exſtent ferè ſub initium πυθιων. & ut nihil diſſimulem, corrupti cum integro comparatio mihi videtur multis bonis conjecturis occaſionem præbere ubi libri deſunt, ἐπωμευς λόφος. mihi ignotus eſt. Amplius. Simile fere eſt, quod accidit apud Puteolos monti Barariæ, ut hiſtoriæ & picturæ docent, Anno ſalutis 1538. *Xyland.*

3. *τὸν Επωμέα λόφον*) Lego Επωπέα. Plinius II. c. 88. *Sic & Pithecuſas in Campano ſinu ferunt ortas. Mox in his montem Epopen cum repente flamma ex eo emicuiſſet, campeſtri æquatum planitie.* vel ergo Επωπέα hîc legendum: vel *Epomum* apud Plinium reſcribendum. Ego etſi nihil poſſum affirmare, tamen Strabonem potius debere corrigi cenſeo: videtur enim collis ille ſive mons Επωπεὺς fuiſſe appellatus, ea ratione qua apud Corinthios Acrocorinthus Επωπή. vide Steph. *Caſaub.*

4. *εἰς τὴν Καμπανίαν*) Melius veteres libri, *εἰς τὴν ἄνω Καμπανίαν.* Nam ἡ παραλία [illegible] maritima & ἡ ἄνω χώρα opponuntur. Ibi dicere ſolet ἡ ἐν βάθει χώρᾳ, eodem ſenſu. *Idem.*

belloque amiſiſſent Pithecuſas : has iis Auguſtus Cæſar reddidit , Capreas privatim à ſe condidit, ædificiiſque inſtructas. Atque hæ ſunt Campaniæ urbes maritimæ , & inſulæ ante eas ſitæ. ¶ At verò in mediterraneis eſt Capua, re vera id quod nomine ejus ſignificatur : reliquas enim ſi ei compares, oppida ſunt, excepto Teano Sidicino, quæ urbs eſt magni nominis. Sita eſt in via Appia cùm ipſa Capua, tum aliæ, quæ Brundiſium inde ducunt, 3 Calatia, Cluſium, & Beneventum. Romam verſus ſitum eſt Caſilinum ſupra Vulturnum amnem: quo in oppido obſeſſi Prænestini viri 1000, adverſus Annibalem tunc maximè vigentem tam diu obſidionem toleraverunt, dum medimno præ penuria ducentis denariis vendito , venditor mortuus eſt, emtore ſalvo. Cumque eoſdem vidiſſet Annibal rapas prope muros ſerere, haud injuria miratus eſt eorum tolerantiam, qui ſe tantiſper putarent obſidionem perferre poſſe, dum rapæ perfectæ enaſcerentur. Et tamen obſeſſos omnes ferunt incolumes abiiſſe paucis demptis , quos vel fames vel pugna abſumpſiſſet. Præter nominatas, hæ quoque

A πολέμῳ δὲ ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσας, ἀπέλαβον πάλιν, 1 δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κτίσμα, καὶ κατοικοδομήσαντος. Αἱ μὲν οὖν παράλληλοι πόλεις τῶν Καμπανῶν καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι τοιαῦται. 2 Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύη μέν ἐστιν ἡ μητρόπολις, κεφαλὴ τῷ ὄντι κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος· τὰ γὰρ ἄλλα πολίχνια νομίζοιτ' ἂν κατὰ τὴν σύγκρισιν, πλὴν Τεάνου Σιδικίνου· καὶ γὰρ αὕτη ἀξιόλογος· p. 249. κεῖται δ' ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ αὐτή τε καὶ αἱ τῶν ἄλλων ἐπὶ Βρεντέσιον ἄγουσαι ἀπ' αὐτῆς 4 Καλλατερία, καὶ Καλύδιον, 5 καὶ Βενούεντον· ἐπὶ δὲ Ῥώμης Κασίλινον ἵδρυται ἐπὶ τῷ Οὐουλτούρνῳ ποB ταμῷ, ἐν ᾗ πολιορκούμενοι 6 Πραινεστίνων ἄνδρες μ καὶ φ πρὸς ἀκμάζοντα Ἀννίβαν ἐπὶ τοσοῦτον ἀντέσχον, ὥσθ' ὑπὸ λιμοῦ 7 διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μεδίμνου, ὁ μὲν πωλήσας ἀπέθανεν, ἐσώθη δ' ὁ πριάμενος. 8 ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους σπείροντας γογγύλην, ἐθαύμαζεν ὡς ἔοικεν ὁ Ἀννίβας τῆς μακροθυμίας, εἰ ἐλπίζοιεν τέως ἀνθέξειν, 9 ὡς τελεσφορῆσαι τὴν γογγύλην. καὶ δὴ περιγενέσθαι πάντας φασὶ, πλὴν ἀνδρῶν ὀλίγων τῶν ἢ λιμῷ διαλυθέντων, ἢ ἐν ταῖς μάχαις. Πρὸς δὲ ταῖς ῥηθείσαις ἔτι καὶ αὗται

1. *δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ*) Suetonius in Auguſto 92. *Apud inſulam Capreas , veterrimæ ilicis dimiſſos jam ad terram languenteſque ramos convaluiſſe adventu ſuo adeo lætatus eſt , ut eas cum Republica Neapolitanorum permutaverit , Ænaria data.* Dio libro LII. in fine p. 495. ed. 1606. *Καπρίαν* vocat non Capreas , *καὶ τὴν Καπρίαν παρὰ τῶν Νεαπολιτῶν ὧνπερ τὸ ἀρχαῖον ἦν ἀντιδόσει χώρας ἠλλάξατο.* i. e. *Capreas a Neapolitanis , quorum antiquitus erant , permutatione agri redemit.* De hac inſula amplius Tacitus libro IV. c. 67. Annal. Vide & Steph. *Καπρεαιήνη.* *Caſaub.*

2. *ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύη μέν ἐστιν*) Supra , p. 243. oram maritimam Campaniæ ex Polyb. deſcripſimus : de mediterraneis ſic idem ſcribit, lib. III. Hiſt. p. 336. ed. Amſt. *Τῆς δὲ μεσογαίου τὰ μὲν πρὸς τὰς ἄρκτους Καλλήνοι καὶ Τυανῖται κατοικοῦσι. τὰ δὲ πρὸς ἕω δὲ μεσημβρίαν , Δαύνιοι καὶ Νωλάνοι· κατὰ μέσα δὲ τὰ πεδία κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πάντων ποτὲ μακαριωτάτην γεγονυῖαν πόλιν Καπύην.* i. e. *in mediterraneis ad ſeptentrionem ſunt Caleni & qui Teanum habent. ad ortum & meridiem Appuli & Nolani. in mediis campis ſita Capua eſt , civitas quæ omnes alias felicitate quondam ſuperabat.* Idem.

3. *Calatia*) In vertendo ſecutus ſum Plinium & Ptolemæum , mirificè depravatis hîc vocibus ex hiſtoria belli Annibalici apud Livium & Polybium , ſatis noſtra probabuntur. Reliqui tamen Græca , ut & infrà *κάλλη* : quod Cales eſſe non eſt obſcurum. Quæ de medimno Caſilini vendito noſter habet , Plinius ex annalibus muri attribuit , majore miraculo , ſiquidem locus vitiatus ne poteſt quidem eſſe. VIII. 57. cum hîc *διακοσία* pro *διακοσίων* fuerit ſcriptum , & *Πραθέντες* pro *πραθέντος* : fieri facilè potuiſſe credam , ut pro mure medimnum , *μεδίμνου* pro *μυὸς* , indoctus & imperitus rerum *παραδόξων* librarius reſtituerit. id modò me movet quòd nummos Plinius ſimplices , noſter drachmas habet. & ſic videri poſſit Pliniana ſumma tantum quadrans eſſe Strabonianæ , itaque ſatis habui monuiſſe. *Xyland.*

C 4. *Καλλατερία καὶ Καλύδιον*) De Callatia reponenda aſſentior interpreti : de Cluſio quod ille pro *Καλύδιον* reponit , non placet. Legerem potius , ſine ullius literæ mutatione *Κλαύδιον*. Steph. *Κλαύδιον , ὡς Ῥήγιον , πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος ἑκκαιδεκάτῳ ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας τὸ ἐθνικὸν κλαυδῖνος.* infra ubi eadem repetuntur, ſcriptum eſt *Καύδιον*, ut apud reliquos Geographos in deſcriptione hujus tractus , nec dubium hîc quoque ſcribendum eſſe *Καύδιον*. In hiſtoriis ſæpe Calatia & Caudium conjuncta reperiuntur. Livius lib. IX. c. 2. *Exercitu educto circa Caudium caſtra quam poteſt occultiſſimè locat : inde ad Calatiam.* Caſaub.

5. *καὶ Βενούεντον*) Vide Steph. & Feſtum. *Idem.*

6. *Πραινεστίνων ἄνδρες μ καὶ φ*) Livius XXIII. 19. habet *ο καὶ φ*. *Prænestini maxima pars fuere : ex quingentis ſeptuaginta , qui in præſidio fuere minus dimidium ferrum fameſque abſumſit.* Idem.

D 7. *διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μεδίμνου*) Aſſentior doctis viris , qui cenſent legendum *μυὸς* pro *μεδίμνου*. Nam & Plinius VIII. c. 57. & Valerius Maximus , & Frontinus murem fuiſſe venditum ajunt : deinde cur tacuiſſet Strabo rei venditæ nomen , cum ejus menſuram exprimeret ? Sed in pretio magna apud ſcriptores varietas. Plin. ducentis nummis væniſſe ait. Valerius Max. VII c 6. ducentis denariis. Frontinus autem ſic : *Caſilini obſidente Hannibale tantam inopiam perpeſſi ſunt , ut centum denariis murem væniſſe , proditum memoriæ ſit , ejuſque venditorem fame periiſſe , emtorem autem vixiſſe.* Idem.

8. *ἰδὼν δ' αὐτοὺς πλησίον τοῦ τείχους*) Livius libro XXIII. hanc rem ita narrat ut Delio natatore ille locus opus habeat : quod cum à Glareano rectè eſſet animadverſum , non debuit Sigonius contradicere : cum præſertim nihil ipſe novi afferret. *Idem.*

6. *ὡς τελεσφορῆσαι τὴν γογγύλην*) Veteres cod. *ὡς τελεσφοροῖεν οἱ γόγγυλοι*, non probo. *Idem.*

Καμπαναὶ πόλεις εἰσὶν, ὧν ἐμνήσθην πρότερον, [1] Κάλκη τὲ καὶ Τέανον Σιδικινὸν, ἃς διορίζουσιν αἱ δύο τύχαι ἐφ' ἑκάτερα ἱδρυμέναι τῆς Λατίνης ὁδοῦ· καὶ ἔτι Σουέσσουλα, [2] καὶ Ατέλα, καὶ Νῶλα, καὶ Νουκερία, καὶ Αχέρραι, [3] καὶ Αβέλλα, καὶ ἄλλαι ἔτι ἐλάττους τούτων κατοικίαι, ὧν ἐνίας Σαννίτιδας φασὶν εἶναι. Σαννῖται δὲ πρότερον μὲν καὶ μέχρι τῆς Λατίνης τῆς περὶ Αρδέαν ἐξοδείας ποιούμενοι, μετὰ δὲ ταῦτα αὐτὴν τὴν Καμπανίαν πορθοῦντες, πολλὴν ἐκέκτηντο δύναμιν· καὶ γὰρ ἄλλως δεσποτικῶς ἄρχεσθαι μεμαθηκότες, ταχὺ ὑπούργουν τοῖς προστάγμασι. Νυνὶ δ' B ἐκπεπόνηνται τελέως ὑπό τε ἄλλων, καὶ τὸ τελευταῖον ὑπὸ Σύλλα τοῦ μοναρχήσαντος Ρωμαίων· ὃς ἐπειδὴ πολλαῖς μάχαις καταλύσας τὴν τῶν Ιταλιωτῶν ἐπανάστασιν, τούτους σχεδόν τι μόνους συμμένοντας ἑώρα καὶ ὁμοίως ὁμοροῦντας, ὥστε καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν Ρώμην ἐλθεῖν, συνέστη πρὸ τοῦ τείχους αὐτοῖς· καὶ τοὺς μὲν ἐν τῇ μάχῃ κατέκοψε, κελεύσας μὴ ζωγρεῖν· [4] τοὺς δὲ ῥίψαντας τὰ ὅπλα περὶ τρισχιλίους ἄνδρας, ἢ τετρακισχιλίους φασὶν, εἰς τὴν δημοσίαν ἔπαυλιν τὴν ἐν τῷ Μαρτίῳ κάμπῳ καταγαγὼν εἷρξε· τρισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐπιπέμψας στρατιώτας, ἅπαντας ἀπέσφαξε· προγραφάς τε ποιούμενος, οὐκ ἐπαύσατο πρὶν, C ἢ πάντας τοὺς ἐν ὀνόματι Σαυνιτῶν διέφθειρεν, ἢ ἐκ τῆς Ιταλίας ἐξέβαλε· πρὸς δὲ τοὺς αἰτιωμένους τὴν ἐπὶ τοσοῦτον ὀργὴν, ἔφη καταμαθεῖν ἐκ τῆς πείρας, ὡς οὐδέ ποτ' ἂν εἰρήνην ἀγάγοι Ρωμαίων οὐδὲ εἷς, ἕως ἂν συμμένωσι καθ' ἑαυτοὺς Σαννῖται. [5] καὶ γάρ τοι νῦν κῶμαι γεγόνασιν αἱ πόλεις· ἔνιαι δ' ἐκλελοίπασι τελέως,
p. 250. [6] Βοΐανον, [7] Εσερνίνα, [8] Παύνα, [9] Τελεσία, συνεχὴς Οὐενάφρῳ, καὶ ἄλλαι τοιαῦται, ὧν οὐδεμίαν ἄξιον ἡγεῖσθαι πόλιν· ἡμεῖς δ' ἐπέξιμεν μέχρι τοῦ μετρίου διὰ τὴν τῆς Ιταλίας δόξαν καὶ

A ſunt Campanæ urbes, quarum ſuprà eſt a me facta mentio, Cales & Teanum Sidicinum, quas diſtinguunt duæ Fortu[illegible], quarum templa ſunt collocat[illegible]que Latinæ viæ parte. Præterea Sueſſula, Atella, Nola, Nuceria, Acerræ, Abella, aliaque his etiam minora oppida, quorum nonnulla Samnitibus adtribuunt. Enimvero Samnites, cùm quondam in Latium & ad Ardeam uſque excurſiones feciſſent, deinde ipſam egiſſent tuliſſentque Campaniam, ad magnam pervenerant potentiam: quippe Campani, alioqui dominis parere adſueti, facilè imperata faciebant. Cæterùm hac tem- B peſtate omnino ſunt con[illegible]i cùm ab aliis, tum poſtremò à Sylla, eo qui ſolus rempubl. Romanam in ſua habuit manu. Is enim cùm multis prœliis Italicam rebellionem evertiſſet, Samnitas cernens ſolos propemodum adhuc nondum diſſipatos ita unanimiter bellum gerere, ut etiam ad ipſam Romam ducerent, ante urbis Romanæ mœnia prœlium cum eis conſeruit, partimque in pugna eos delevit, edicto ne quis Samnis vivus caperetur: reliquos, cùm arma projeciſſent (ad quatuor aut quinque millia virorum fuiſſe traditur) in ovile campi Martii deductos [illegible]cluſit, triduoque pòſt im- C miſſis militibus univerſos trucidavit, proſcriptionibuſque inſtitutis, non antè finem fecit, quàm quidquid Samnitici erat nominis aut occidiſſet aut Italia ejeciſſet: incuſantibuſque tantam ejus ſævitiam, reſpondit, experientia ſe edoctum, neminem quenquam Romanorum quieturum, quandiu Samnites inter ſe cohærerent. Itaque nunc aliæ urbes in pagos degenerarunt, aliæ prorſus ſunt abolitæ. Bojanum, Æſernia, Pauna, Teleſia, Venafro adjacens, aliæque ſimiles, non merentur inter urbes cenſeri: quarum nos mentionem tamen ob Italiæ gloriam &

1. Κάλκη τε) Certum eſt *Cales* intelligi: quare vel Καλὴς legendum, ut apud Ptol. vel Καλησία. Steph. Sil Ital. VIII. 513. Καλησία πόλις Αὐσονική. recte Stephan. Sic Livius lib. VIII. c. 16. de Auſonibus loquens, *Ea gens Cales urbem incolebat.* Caſaub.

2. καὶ Ατέλα) Scribo Ατέλλα, ut apud Latinos & Ptolem. Stephanus Ατέλλα πόλις Οπικῶν Ιταλίας μεταξὺ Καπύης καὶ Νεαπόλεως. *Idem.*

3. καὶ Αβέλλα) Silio Ital. Avella VIII. ℣. 544.

*——& pauper ſulci cerealis Avella.* Idem.

4. τοὺς δὲ ῥίψαντας τὰ ὅπλα) Præneſtinos. vide Epitom. LXXXVIII. Plutarch. in Sylla & Appianum. *Idem.*

5. καὶ γάρ τοι νῦν κῶμαι γεγόνασιν αἱ πόλεις) Scripti habent, καὶ τοίνυν εἰς κώμας γεγόνασιν αἱ πόλεις. quomodò ſi ſcripſit Strabo, elegantiſſimum uſurpavit Hebraiſmum. Similia in ſacris literis mul- D ta, Lucæ c. III. ℣. 5. καὶ ἔσαι τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας. *Idem.*

6. Βοΐανον) Ptol. Βουΐανον Bovianum Latinis. Plinius III. c. 12. *Colonia Bovianum vetus, & alterum cognomine Undecumanorum.* Idem.

7. Εσερνίνα) Malim Εσερνία. Et Αἰσερνία lege ut alibi cum Ptolemæo. Nam prima ſyllaba eſt longa. Silius Italicus libro VIII. ℣. 567.

*——aut quos Eſernia, quoſve*
*Obſcura incultis Herdonia miſit ab agris.*

Hinc *Eſernini* Plin. III. c. 12. Apud Diodorum ſolenne eſt ut Latinarum urbium nomina ſint corrupta, & in hac quoque peccatum eſt lib. XX. Nam Σεργεννία legitur pro Εσεργνία. *Idem.*

8. Παύνα) Quæramus de Pauna amplius. [Fortaſſe eſt Pana vel Panna ſcribendum, ut ſit [illegible] urbs ad cujus nomen alluſit Plautus cum fin[illegible]lites Paniceos, in Captiveis. *Idem.*

9. Τελεσία) Meminit Ptolemæus. *Idem.*

potentiam fecimus. Beneventum quidem & Venuſia benè adhuc habent. Cæterum de Samnitibus fabula talis fertur. Sabinos, cùm diuturno bello cum Umbris conflictarentur, voviſſe (quod & Græcorum faciunt quidam) diis ſe fructus ejus anni conſecraturos: potitoſque victoria, immolaſſe partim, partim conſecraſſe ejus anni proventa: inſecuta autem ſterilitate, monuiſſe quendam, prolem quoque fuiſſe diis dicandam: obtemperaſſe Sabinos, eoque anno editos filios Marti nuncupaſſe: cumque ii virilem attigiſſent ætatem, duce tauro ad coloniam alicubi condendam emiſiſſe: taurum in Opicorum regione procubuiſſe: miſſos his expulſis ea loca inſediſſe, taurumque Marti, qui eum ipſis ductorem dediſſet, ex oraculo ſacrificaſſe. Probabile porrò eſt, eos diminutivè Sabellos à majoribus ſuis, Sannitas (Græci Samnitas vocant) alia de cauſa nominatos. Quidam Spartanos etiam cum his habitaſſe dicunt, ideoque Græcis ipſos faviſſe, quoſdamque ipſorum Pitanatas dictos eſſe: hoc figmentum apparet eſſe Tarentinorum, qui finitimis ac præpotentibus Samnitibus adularentur, eoſque ſibi conciliarent: nam ab his miſſa ſunt aliquando illis LXXX millia peditum, & IIX millia equitum. Legem quoque apud Samnitas eſſe ajunt præclaram & ad virtutem ſtimulos addentem: non enim licet filias quibus ipſi velint, elocare: ſed quotannis virgines decem, totidemque juvenum præſtantiſſimi diliguntur, quorum primo prima, eodemque dignitatis ordine reliquæ conjunguntur: quòd ſi quis honore hoc affectus à virtute deſciſcat, ignominia notato uxor adimitur. Samnitas Hirpini ſubſequuntur, ipſi quoque Samnitæ: nomen iis à lupo coloniæ ductore, quem hirpum Samnites

A δύναμιν. Βενεβεντον δ' ὅμως συνέστηκεν εὖ, 1 καὶ Οὐενουσία. Περὶ δὲ Σαυνιτῶν καὶ τοιοῦτός τις λόγος ἐκφέρεται, διότι πολεμοῦντες Σαβῖνοι πολὺν χρόνον πρὸς τοὺς Ὀμβρικοὺς, εὔξαντο καθάπερ τῶν Ἑλλήνων τινὲς, 2 τὰ γενόμενα τῷ ἔτει τούτῳ καθιερῶσαι· νικήσαντες δὲ, τῶν γενομένων, τὰ μὲν κατέθυσαν, τὰ δὲ καθιέρωσαν. ἀφορίας δὲ γενηθείσης, εἶπέ τις, ὡς ἐχρῆν καθιερῶσαι καὶ τὰ τέκνα· οἱ δ' ἐποίησαν τοῦτο, καὶ τοὺς γενομένους τότε παῖδας Ἄρεως ἐπεφήμισαν· ἀνδρωθέντας δ' ἔστειλαν εἰς ἀποικίαν· ἡγήσατο δὲ ταῦρος· ἐν δὲ τῇ τῶν Ὀπικῶν κατευνασθέντος, ἐτύγχανον δὲ κωμηδὸν ζῶντες, B ἐκβαλόντες ἐκείνους ἱδρύθησαν αὐτόθι, καὶ τὸν ταῦρον ἐσφαγίασαν τῷ Ἄρει τῷ δόντι αὐτὸν ἡγεμόνα κατὰ τὴν τῶν μάντεων ἀπόφασιν· εἰκὸς δὲ διὰ τοῦτο καὶ Σαβέλλους αὐτοὺς ὑποκοριστικῶς ἀπὸ τῶν γονέων προσαγορευθῆναι· 3 Σαννίτας δ' ἀπ' ἄλλης αἰτίας, οὓς οἱ Ἕλληνες Σαμνίτας λέγουσι. Τινὲς δὲ καὶ Λάκωνας συνοίκους αὐτοῖς γενέσθαι φασὶ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ φιλέλληνας ὑπάρξαι, τινὰς δὲ καὶ Πιτανάτας καλεῖσθαι. Δοκεῖ δὲ καὶ Ταραντίνων πλάσμα τοῦτ' εἶναι, κολακευόντων δ' ὁμόρους καὶ μέγα δυναμένους ἀνθρώπους, καὶ ἅμα ἐξοικειουμένων, οἵ γε καὶ ὀκτὼ μυριάδας ἔστελλον ποτὲ τῆς πεζῆς C στρατείας, ἱππέας δ' ὀκτακισχιλίους. Φασὶ δὲ νόμον εἶναι τοῖς Σαυνίταις, καλὸν καὶ προτρεπτικὸν πρὸς ἀρετήν· οὐ γὰρ ἔξεστι διδόναι τὰς θυγατέρας οἷς ἂν ἐθέλωσιν, ἀλλὰ κρίνεσθαι κατ' ἔτος δέκα μὲν παρθένους, δέκα δὲ τῶν νέων τοὺς ἀρίστους· καὶ τὰς ἀρίστας τούτων τῷ πρώτῳ τὴν πρώτην δίδοσθαι, τῷ δευτέρῳ τὴν δευτέραν, καὶ ἑξῆς οὕτως· ἐὰν δ' ὁ λαβὼν τὸ γέρας μεταβαλλόμενος γένηται πονηρὸς, ἀτιμάζουσι καὶ ἀφαιροῦνται τὴν δοθεῖσαν. Ἑξῆς δ' εἰσὶν Ἱρπῖνοι, καὐτοὶ Σαυνῖται· τοὔνομα δ' ἔσχον ἀπὸ τοῦ ἡγησαμένου λύκου τῆς ἀποικίας. 4 Ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται

1. καὶ Οὐενουσία) Quam lib. ſequenti p. 383. πόλιν ἀξιόλογον appellat. Hæc eſt quæ Horatium tulit. *Caſ.*

2. τὰ γενόμενα τῷ ἔτει τούτῳ καθιερῶσαι) Fortaſſe τὰ γενώμενα, & neſcio an ſcripſerit τῷ ἔαρι potius quam ἔτει. quin enim Ver ſacrum intelligat, ne dubitandum quidem eſt. Nam ita eandem hiſtoriam narrat Siſenna Hiſtor L. IV. apud Nonium, *Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.* vide etiam lacera Feſti fragmenta in *Samnites.* De vere autem ſacro præter Nonium & Feſtum lege Livium libro XXII. c. 9. & alibi (XXXIV. c 43.) itemque Solinum. *Idem.*

3. Σαννίτας δ' ἀπ' ἄλλης αἰτίας, οὓς οἱ Ἕλληνες Σαμνίτας λέγουσι) Mirum mihi videtur cum Σαυνίτας agnoſcat Stephan. per αυ: tamen apud hunc auctorem perpetuò Σαννίτας ſcribi: quod & apud Polybium aliquot locis offendes: deinde quid eſt quod ait iſtos à Græcis Samnites appellari quaſi non etiam à Latinis ita vocentur. Ego ſcio à Græ- D cis Σαυνίτας potius fuiſſe appellatos ἀπὸ τῶν σαυνίων. Vide Feſtum. Et ut liberè dicam de hoc loco quod ſentio, eum ita exiſtimo legendum. Σαμνίτας δ' ἀπ' ἄλλης αἰτίας οὓς οἱ Ἕλληνες Σαυνίτας καλοῦσι. Verum eſt enim, quos Latini Samnites appellabant, eos à Græcis Saunitas fuiſſe appellatos. Euſtathius in illud Dionyſ. ✠. 375.

Σαυνῖται δ' ἐπὶ τοῖσι μέσην χθόνα ναιετάουσι, i. e.

*Saunitae (Samnites) vero poſt hos mediterraneam terram occupant*

*Μετὰ τοὺς Συβαρίτας μέσην χθόνα οἰκοῦσιν ὁ Σαυνῖται, οὓς διὰ τοῦ μ οἱ Ῥωμαῖοι λέγουσιν, ὡς καὶ ἡ γραφὴ τοῦ Διοδώρου δηλοῖ.* Plinius III. c. 12. non Samnites, ſed Samnitum Sabellos tantum à Græcis Samnitas appellari annotat. *Idem.*

4. Ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαυνῖται τὸν λύκον) Feſtus, *Irpini appellati nomine lupi, quem Irpum dicunt Samnites: eum enim ducem ſecuti agros occupavere.* Idem.

1. ὥστ'

τὸν λύκον· συνάπτουσι δὲ Λευκανοῖς τοῖς μεσογαίοις περὶ μὲν Σαυνιτῶν ταῦτα. Καμπανοῖς δὲ συνέβη διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν, ἐπ' ἴσον ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι καὶ κακῶν· ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐξετρύφησαν, [1] ὥστ' ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν πρὸς ζεύγη μονομάχων ὁρίζοντες ἀριθμὸν κατὰ τὴν τῶν δείπνων ἀξίαν. Αννίβα δ' ἐξ ἐνδόσεως λαβόντος αὐτοὺς, δεξάμενοι χειμαδίοις τὴν στρατιὰν, οὕτως ἐξεθήλυναν ταῖς ἡδοναῖς, ὥσθ' ὁ Αννίβας ἔφη, νικῶν κινδυνεύειν ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν τοὺς στρατιώτας ἀπολαβών. Ῥωμαῖοι δὲ κρατήσαντες, πολλοῖς κακοῖς ἐσωφρόνισαν αὐτούς· [2] ὕστατα δὲ καὶ κατεκληρούχησαν τὴν γῆν. Νυνὶ μέντοι μετ' εὐπραγίας διάγουσι τοῖς ἐποίκοις ὁμονοήσαντες, καὶ τὸ ἀξίωμα φυλάττουσι τὸ ἀρχαῖον, * καὶ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, καὶ κατ' εὐανδρίαν. Μετὰ δὲ τὴν Καμπανίαν καὶ τὴν Σαυνῖτιν μέχρι τῶν Φρεντανῶν, ἐπὶ μὲν τῇ Τυρρηνικῇ θαλάττῃ, [3] τὸ τῶν Πικεντίνων ἔθνος οἰκεῖ, μικρὸν ἀπόσπασμα τῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ Πικεντίνων, ὑπὸ Ῥωμαίων μετῳκισμένον εἰς τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον, [4] ὃς νῦν Παιστανὸς καλεῖται· καὶ ἡ πόλις ἡ Ποσειδωνία, Παιστὸς, ἐν μέσῳ τῷ κόλπῳ κειμένη. Συβαρῖται μὲν οὖν ἐπὶ θαλάττῃ τεῖχος ἔθεντο, οἱ δ' οἰκισθέντες ἀνωτέρω μετέστησαν· ὕστερον δὲ Λευκανοὶ μὲν ἐκείνους, Ῥωμαῖοι δὲ Λευκανοὺς ἀφείλοντο τὴν πόλιν· ποιεῖ δὲ αὐτὴν ἐπίνοσον, ποταμὸς πλησίον εἰς ἕλη ἀναχεόμενος. [5] Μεταξὺ δὲ τῶν Σειρηνουσσῶν καὶ τῆς Ποσειδωνίας, Μάρκινα Τυρρηνῶν κτίσμα, οἰκούμενον ὑπὸ

p. 251.

* Lego, κατὰ τὸ μ. κατὰ vel μέγ.

A appellant: attingunt hi Lucanos mediterraneos. Atque de Samnitibus quidem hæc. Campanis autem ob regionis felicitatem uſu venit, ut æquam ſecundarum adverſarumque rerum partem perciperent. Eò enim luxus progreſſi ſunt, ut convivas ad cœnam promiſſo gladiatorum in ſingulas perſonas pari vocarent. Cumque Annibal deditione iis in ſuam poteſtatem receptis exercitum ibi in hybernis haberet, ita eum Campani voluptatibus effeminarunt, ut diceret Annibal, periculum ſibi eſſe ne victor ab hoſtibus opprimeretur, qui loco virorum mulieres recepiſſet milites. B Romani autem victoriam conſecuti Campanos multis malis inflictis caſtigaverunt, & ad extremum agros quoque eorum diviſerunt. Nunc rebus utuntur proſperis colentes concordiam cum ſociis, civitatiſque ſuæ vetuſtam dignitatem amplitudinemque & virtutem tuentur. Poſt Campanos & Samnitas uſque ad Frentanos ad mare Tyrrhenum Picentina gens habitat, Picenorum avulſa particula quædam, eorum qui ad Adriaticum mare incolunt, à Romanis traducta ad ſinum Poſidoniatem ſeu Neptunium, C cui nunc Pæſtano, & urbi Poſidoniæ Pæſtum nomen eſt, in medio ſinu ſitæ. Murum Sybaritæ ad mare condiderant: habitatores autem ſurſum commigraverunt: his Lucani poſtea, Lucaniſque deinde Romani ademerunt urbem: morboſam eam facit fluvius in proximo in paludes diffuſus. Inter Sirenuſas & Poſidoniam Marcina eſt à Tyrrhenis condita, à

1. ὥστ' ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλουν πρὸς ζεύγη μονομάχων) Luxum hunc Campanorum, & mox Romanorum, notat Silius libro XI. non procul à principio ℣. 51.

*Quinetiam exhilarare viris convivia cæde*
*Mos olim, & miſcere epulis ſpectacula dira*
*Certantum ferro, ſæpe & ſuper ipſa cadentum*
*Pocula, reſperſis non parco ſanguine menſis.*

Similia etiam de aliis narrantur. Strabo libro III. de Hiſpanis, κληθεὶς δέ τις εἰς μεθυσκομένους, ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς πυράν. *Caſaub.*

2. ὕστατα δὲ καὶ κατεκληρούχησαν τὴν γῆν) Ait ὕστατα: qua ex voce apparet non loqui eum de iis, quæ refert Livius lib. XXVI. ſed de iis potius, quæ Dio libro XXXVIII. qui auctor eſt Campaniæ agrum Coſſ. Cæſare & Bibulo iis fuiſſe diviſum, qui tres pluresve liberos haberent: καὶ διὰ τοῦτο, inquit, καὶ ἄποικος Ῥωμαίων ἡ Καπύη τότε πρῶτον ἐνομίσθη. *Idem.*

3. τὸ τῶν Πικεντίνων ἔθνος οἰκεῖ) Strabo Picentinos hoc loco appellat, cum eos qui ad Adriam habent, tum iſtos qui ex illis ſunt profecti & ad Tyrrhenum mare habitarunt. Ptolem. verò illi Πικηνοὶ D dicuntur: hi Πικεντινοί. in quo convenit ei cum Plinio, qui Picenos & Picentinos ita diſtinguit: & ex veteribus cod. ſupra aliquot locis Πικηνοὺς legendum eſſe notavimus pro Πικεντίνους. Stephanus Picenos videtur Πικέντας appellare. Livius & Mela II. c. 4. ſuperiores, Picentes appellant & eorum regionem inferiorum Picentiam: unde Picentini dicantur tum Picentes: ut errent vehementer, qui Picentinos inferi maris accolas Picentes Latinè nuncupant: etſi Strabo paulò poſt Πίκεντας eos vocavit. *Idem.*

4. ὃς νῦν Παιστανὸς καλεῖται) Pomponius II. 4. *Pæſtanus ſinus Pæſtum oppidum.* Plin. III. c. 5. *Oppidum Pæſtum Græcis Poſidonia appellatum, ſinus Pæſtanus.* Idem.

5. μεταξὺ δὲ τῶν Σειρηνουσσῶν) Quis neget Sirenuſas hic appellari promontorium Minervæ? Apertius etiam mox ubi dicitur à Sirenuſis ad Silarum ſtadia eſſe CCLX. Nam ibi quoque de Minervæ promontorio intelligendum eſſe nemo non videt. *Idem.*

1. τὸ

Samnitibus habitata. Hinc per Nuceriam Pompejos uſque Iſthmus eſt non longior cxx ſtadiis. Pertingunt Picentes uſque ad Silarum, qui ab ea regione veterem Campaniam dividit. De Silari aquis hoc peculiare traditur, planta ſi quæ in aquam ejus conjiciatur, eam in ſaxum mutari, manente colore formaque iiſdem. Picentum caput fuit urbs Picentia; ſed nunc per pagos habitant, à Romanis urbe expulſi, quòd Annibali ſe conjunxiſſent: quo quidem reipubl. ſtatu pro militia iis injunctum fuit, ut curſores ac tabellarii eſſent, ſicut & eandem ob cauſam Lucanis atque Bruttiis: & præſidii adverſum eos loco muniverunt, non procul à mari, Salernum Romani: à Sirenuſis ad Silarum ſtadia ſunt CCLX.

A Σαυνιτῶν. ἐντεῦθεν εἰς Πομπηΐαν διὰ Νουκερίας οὐ πλειόνων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων ἐστὶν ὁ ἰσθμός· διήκουσι δ᾽ οἱ Πικέντες μέχρι τοῦ Σιλάριδος ποταμοῦ, τοῦ ὁρίζοντος ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας τὴν ἀρχαίαν Καμπανίαν· ἐφ᾽ οὗ τοῦτ᾽ ἴδιον ἱστοροῦσιν ἐπὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ὄντος τοῦ ποταμοῦ τούτου, [1] τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸ φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι, φυλάττον τὴν χρόαν καὶ τὴν μορφήν. Τῶν δὲ Πικεντῶν ὑπῆρχε μητρόπολις Πικεντία· νυνὶ δὲ κωμηδὸν ζῶσιν ἀπωσθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων διὰ τὴν πρὸς Ἀννίβαν κοινωνίαν· ἀντὶ δὲ στρατείας ἡμεροδρομεῖν καὶ γραμματοφορεῖν ἀπεδείχθησαν ἐν τῷ τότε δημοσίῳ, [2] καθάπερ καὶ Λευκανοὶ καὶ
B Βρέττιοι κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας· ἐπετείχισαν δ᾽ αὐτοῖς Σάλερνον Ῥωμαῖοι φρουρᾶς χάριν, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης· [3] εἰσὶ δ᾽ ἀπὸ Σειρηνουσσῶν ἐπὶ Σίλαριν στάδιοι διακόσιοι ξ.

1. *τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸ φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι*) Plinius libro II. cap. 103. *In flumine Silaro ultra Surrentum non virgulta modò immerſa, verum & folia lapideſcunt, alias ſalubri potus ejus aquæ.* Silius Italicus lib. VIII. ℣. 581.

*Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt*
*Duritiem lapidum merſis inoleſcere ramis.*

Similia de aliis fluviis, cum ab aliis, tum ab Strabone narrantur. Ariſtoteles autem Κετὸν appellat Silarum: Refert enim ille fluvium eſſe in Campania, qui Cetus nominetur, qui injecta primum quidem obducat lapideo cortice, deinde autem in ſilicem penitus commutet. *Caſaub.*

2. *καθάπερ καὶ Λευκανοὶ καὶ Βρέττιοι*) Ait Picentinos, Lucanos ac Brutios publicos curſores & viatores eſſe factos. De Picentinis ac Lucanis nihil memini legere: De Brutianis in promptu eſt Feſti locus, & A. Gellii lib. x. cap. 2. *Cum Annibal*, inquit, *Pœnus cum exercitu in Italia eſſet, & aliquot pugnas popul. Rom. adverſas pugnaviſſet, primi totius Italiæ Brutii ad Annibalem deſciverunt. Id Romani ægrè paſſi poſtquam Annibal Italia deceſſit, ſuperatique Pœni ſunt, Brutios ignominiæ cauſa non milites ſcribebant, nec pro ſociis habebant, ſed magiſtratibus in provincias euntibus parere & miniſtrare ſervorum vicem juſſerunt.* [Eſt autem antiquiſſimus mos in captis populis uſurpatus, ut eos certis functionibus aſſignent: quod etiam in aliis feciſſe Romanos conſtat: vide Lipſii Excepta cap. XXII. Idem olim obC ſervatum à Dei populo in Gabaonitis, ut eſt in capite nono hiſtoriarum Joſuæ ℣. 21. Hieronymus epitaphio Paulæ miris de Joſua loquens Gabaonitas ob dolos & inſidias fœderis impetrati in aquarios lignarioſque damnavit.] *Idem.*

3. *εἰσὶ δ᾽ ἀπὸ Σειρηνουσσῶν ἐπὶ Σίλαριν στάδιοι διακόσιοι ξ*) Plinius III. c. 5. *A Surrento ad Silarum amnem* XXX. M. P. *ager Picentinus fuit.* quod à ſumma Straboniana parum aberrat. *Idem.*

# SYNOPSIS LIBRI SEXTI.

p. 252. PERSEQVITVR *Italiæ & adjacentium inſularum reliqua: agitque de his. De eo cornu Italiæ ubi ſunt Lucani, Brutii, &c. quæ Oenotria, & Italia, & Magna Græcia quondam eſt appellata. De SICILIA. De ſeptem inſulis Liparæorum, & aliquot aliis. De altero Italiæ cornu, ubi Japygia, Calaria, Apulia. Corollarium, De laudibus Italiæ & Romanorum imperio.*

---

## ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ βιβλίον ἕκτον.

1 ΜΕΤΑ δὲ τὸ ϛόμα τοῦ Σιλάριδος, 2 Λευκανία, καὶ τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν τῆς Ἀργωνίας, Ἰάσονος ἵδρυμα, καὶ πλησίον ἐν πεντήκοντα ϛαδίοις ἡ Ποσειδωνία· ἐντεῦθεν ἐκπλέοντι τὸν πόντον, 4 νῆσος Λευκωσία, μικρὸν ἔχουσα πρὸς τὴν ἤπειρον διάπλουν, ἐπώνυμος μιᾶς τῶν Σειρήνων, ἐκπεσούσης δεῦρο μετὰ τὴν μυθευομένην ῥῖψιν αὐτῶν, εἰς τὸν βυθόν· B

## STRABONIS RERUM GEOGRAPHICARUM Liber ſextus.

Poſt Silari oſtia, Lucania ſubſequitur, fanumque 3 Junonis Argivæ ab Jaſone conditum, indeque ſtadiis L diſtat Pæſtum. Hinc in altum naviganti Leucoſia inſula occurrit, brevi à continente trajectu, nomine referens unam Sirenum, quæ ibi locorum ejecta fuit, cùm ſe eæ (ut in fabulis eſt) in profundum mare præcipitaſſent.

1. ΜΕΤΑ *δὲ τὸ ϛόμα τοῦ Σιλάριδος*) Libri ſexti initium hinc duxit Strabo, non alia, opinor, ratione ductus, quam *τοῦ συμμέτρου ϛοχασάμενος*, cum propoſuiſſet ſibi Italiam cum propinquis omnibus inferi maris inſulis duobus libris deſcribendam. Deſcribuntur ergo hoc libro Italiæ illa duo cornua, in quæ dividi eam dictum eſt libro ſuperiore. Littus autem more ſuo legit, orſus ab oſtiis Silari, qui in mare Tyrrhenum ſe exonerat: unde ad Frentanos, qui ſuperum mare accolunt, ſemper, ut dixi littus legens nos deducit: inſulas vicinas, prout ſeſe commodè offerebant, omnes deſcribens. *Caſaub.*

2. *Λευκανία, καὶ τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν τῆς Ἀργωνίας*) Videtur ad oſtium Silari fanum Junonis fuiſſe, ſed in utrorum agro fuerit, Lucanorumne an Picentinorum, qui Silaro amne dividebantur, haud facile quis dixerit. Nam Strabo quidem diſertè Lucanis aſcribit: at Plinius III. c. 5. non minus apertè Picentinis. *Ager*, inquit, *Picentinus fuit Tuſcorum, templo Junonis Argivæ ab Jaſone condito inſignis.* Ex quibus verbis hoc quoque diſcimus apud Strab. legendum eſſe *Ἥρας ἱερὸν τῆς Ἀργείας*. Veruntamen cum conſtet ab Jaſone fuiſſe iſtud templum exſtructum, videndum eſt, num potius ſervatis veteris lectionis veſtigiis *Ἀργῴας* ſit legendum, & in Plin. *Argoæ*. *Idem.*

3. *Junonis Argivæ*) Sic Plinius III. 5. *Ἀργωνίας* enim vox ad Argo navim potius videbatur reſpicere. *Xyland.*

4. *νῆσος Λευκωσία*) Leucoſiam (vel Leucaſiam) volunt nonnulli unam eſſe è tribus inſulis, quas diximus Straboni Sirenas appellari: Plinius III. c. 7. idem ait quod Strabo, *Contra Pæſtanum Leucaſia eſt, à Sirene ibi ſepulta nominata.* Caſaub.

A Ejus inſulæ promontorium Sirenuſis eſt objectum, ſinumque efficit Poſidoniatem. Inde ubi curſum flexeris, alius eſt contiguus ſinus, inque eo urbs, quam Phocaenſes cum conderent, Hyelam, alii 3 Ellam à fonte quodam, noſtro tempore Eleam appellant: hæc eſt patria Parmenidis & Zenonis Pythagoreorum. Videtur mihi cùm propter hos viros, tum jam antè etiam ea urbs bonis floruiſſe legibus: itaque & Lucanis reſtiterunt Eleatæ, & Pæſtanis, ſuperioreſque diſceſſerunt, quanquam & regionis amplitudine & hominum numero eſſent inferiores. Ob agri ſterilitatem coguntur ferè mare exercere, ſalſamentiſque & B aliis id genus negotiationibus ſe alere.

1 τῆς δὲ νήσου πρόκειται τὸ ἀκρωτήριον ταῖς Σειρηνούσαις, καὶ ποιοῦν τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον. Κάμψαντι δ' ἄλλος συνεχὴς κόλπος, ἐν ᾧ πόλις· 2 ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκιεῖς Υέλην, οἱ δὲ 3 Ἔλλην ἀπὸ κρήνης τινὸς, οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν· ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο ἄνδρες Πυθαγόρειοι· δοκεῖ δέ μοι καὶ δι' ἐκείνους, καὶ ἔτι πρότερον εὐνομηθῆναι· διὸ καὶ πρὸς Λευκανοὺς αντέσχον, καὶ πρὸς Ποσειδωνιάτας, καὶ κρείττους ἀπῄεσαν, καίπερ ἐνδεέστεροι καὶ χώρᾳ καὶ πλήθει σωμάτων ὄντες· ἀναγκάζονται γοῦν διὰ τὴν λυπρότητα τῆς γῆς, τὰ πολλὰ θαλαττουργεῖν, καὶ ταριχείας συνίστασθαι, καὶ ἄλλας τοιαύτας ἐργασίας.

1. τῆς δὲ νήσου πρόκειται τὸ ἀκρωτήριον ταῖς Σειρηνούσαις καὶ ποιοῦν) Ex poſtremis illis verbis καὶ ποιοῦν ſatis apparet locum eſſe non ſanum. Sed & reliqua obſcuriora ſunt. An enim hoc vult, Leucoſiæ inſulæ promontorium eſſe Sirenuſis objectum? An hoc potius, Leucoſiæ inſulæ objectum eſſe promontorium Sirenuſarum, quod promontorium Pæſtanum ſinum efficit? Id ſi eſt, legendum fuerit τὸ ἀκρωτήριον τῶν Σειρηνουσῶν τὸ ποιοῦν. Ita erunt omnia plana & perſpicua. Nam promontoria ſunt, non inſulæ, quæ ſinum efficiunt. Pæſtanum autem ſinum dixit ſupra Minervæ promontorio ab occidente effici: de quo vide quæ ſuperiori libro notavimus. *Caſaub.*

1. Τῆς δὲ νήσȣ πρόκειται τὸ ἀκρωτήριον τῶν Σειρηνουσσῶν, καὶ ποιȣ̃ν τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον) Sic verba Strabonis ſunt emendanda: nam in editis malè eſt: τὸ ἀκρωτήριον ταῖς Σειρηνούσσαις. Sed notandum eſt in Ariſtotelem, & Stephanum τὰς Σειρηνούσσας locare in ipſo promontorio, ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας, ut nimirum τὸ ἀκρωτήριον, & Σειρηνοῦσσαι res eadem fuerit, proinde male reddunt docti viri in Ariſtotelis loco (in Admirand.) ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας, *in ipſo freti vertice*, cum verti debeat *in ipſo promontorio.* Strabo lib. 1. pag. 22. hanc fuiſſe quorumdam ſententiam diſertim ſcribit: τὰς γοῦν Σειρῆνας, inquit, τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς Πελωριάδος καθιδρύειν, τȣ̀ς δὲ ἐπὶ τῶν Σειρηνουσῶν πλείους ἢ δισχιλίους διεχουσῶν σταδίους. Εἶναι δ' αὐτὰς σκόπελον τρικόρυφον, διείργοντα τὸν Κυμαῖον, καὶ Ποσειδωνιάτην κόλπον. Hæc αὐτόσχημα Ariſtotelis opinio eſt: qui τόπον προπεπτωκότα vacat ſpatium anguſtum terrarum in mare excurrens, & prominens, in cujus extremo, ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας collocat τὰς Σειρηνȣ̃σσας, tricipiti vertice excelſas, quæ invicem promontorii Cumanum & Prænestanum ſinum dividebant. Qui προπεπτωκὼς τόπος Ariſtoteli & Stephano, Strabo eum appellat, ἀγκῶνα προκείμενον μακρὸν καὶ στενὸν; quem à Surrento uſque ad fretum, quod eſt juxta Capreas, ait pertingere, & ab uno latere habuiſſe fanum Sirenum, ab altero ad Pæſtanum ſinum, tres parvas inſulas deſertas, ac ſaxoſas, quæ *Sirenides*, aut *Sirenuſæ* appellabantur: in ipſo autem freto, hoc eſt, ἐπὶ τῆς ἄκρας, templum Minervæ, τὸ Ἀθήναιον, inquit idem, ᾧ συνονυμεῖ καὶ ἀγκὼν αὐτός. Sic ſecundum Ariſtotelem & promontorium Minervæ, & Sirenuſæ inſulæ, templumque Sirenum res eadem. Nam in ipſa prominentia ponit Sirenuſas, in Sirenuſis autem fanum Sirenum. At juxta Strabonem, ab una parte illius prominentis anguli fanum Sirenum, ab altera tres parvæ inſulæ, in ipſo verò freto promontorium Minervæ cum templo. Hinc idem lib. v. pag. 247. C poſt circumflexum promontorii Minervæ, Sirenuſas occurrere dicit: Κάμψαντι δὲ τὴν ἄκραν, νησίδες εἰσὶν ἔρημοι πετρώδεις, ἃς καλȣ̃σι Σειρῆνας. Etenim Σειρῆνες, & Σειρηνίδες, & Σειρηνοῦσαι illæ inſulæ dicebantur. Hæ Sirenum petræ etiam dictæ, & Pomponio Melæ II c.4. diſtinctæ à promontorio Minervæ: *Petræ, quas Sirenes habitavere, Minervæ promontorium.* Apud Plinium III. cap. 5. quoque antiqui libri ita ſcribunt: *Surrentum, cum promontorio Minervæ, Sirenum quondam ſedes.* Atque ita ſanè ſcribendum, diſtinguendumque in Plinio. *Sirenum ſedes*, vocat, τὰς Σειρηνοῦσσας, hoc eſt, ut ait Mela, petras, quas habitavere quondam Sirenes, quæ & diverſæ à promontorio Minervæ, ſic tamen ut non longè diſtarent. Hinc & Σειρηνουσσῶν ἀκρωτήριον dicebatur id promontorium, Dionyſius Periegetes ℣. 360. Σειρηνίδα πέτραν vocavit.

Πρὸς δὲ νότον μάλα πολλὸν ὑπὲρ Σειρηνίδα πέτρην
Φαίνονται προχοὰς Πεικεντίνου Σελάροιο. i. e.
*Ceterum ad auſtrum, valde multum ultra Sireniam petram*
*Apparent fluenta, Peucentini Silari*

Ibi Σειρηνὶς πέτρη eſt promontorium Minervæ Et ridiculè Euſtathius, & Feſtus Avienus de Neapoli accipiunt, ſive Pathenope, cujus mentio præceſſit in ſuperiori verſu. At πέτραι Σειρηνίδες, vel petræ Sirenum, ſunt ipſæ inſulæ Σειρηνοῦσσαι, non promontorium, ſed quæ promontorio propter vicinitatem nomen dederint, ut vocaretur, τῶν Σειρηνουσσῶν. Ridiculè verò de his Sirenum petris ineptus auctor Tzetzes:

Οἱ μὲν γὰρ πέτρας λέγȣσιν εἶναι τὰς Σειρηνίδας
Ἐντρήπτȣς κἀν τοῖς κύμασιν ᾠδὴν ἀποτελȣ̃σας.

D Magis etiam ridicule doctus interpres, qui πέτρας Σειρηνίδας ibi vertit, *petras catenatas.* Salmaſ. Exercit. Plin. Edit. Ultraj. pag. 44. & 45.

2. ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκιεῖς Υέλην) Hæc temporibus Herodoti I. c. 167. adhuc vocabatur Υέλη. Apud Laërtium noſtrum Υλη corrupte pro Υέλη legitur in Parmenide: καὶ γὰρ οὗτος, ait, τὴν πρότερον μὲν Υέλην, ὕστερον δὲ Ἐλέαν Φωκαέων οὖσαν ἀποικίαν. Apud Steph. hæc nomina ejus reperies. Βύλη, Ἐλέα, Βελέα. Apud Plin. III. c. 5. *Helia, Velia.* Vide Servium. *Caſaub.* Vide Cl. Cellarii Geogr. Antiq. II. c. 9

3. *Ellam*) Ἔλλην. Elea eadem quæ Valia. Vide Virg. VI. Aeneid. ℣ 366. -- *-portuſque require Velinos*, & ibi annotata. Dionyſ. à ἀρχαιολογ. ῥωμ. I. c. 20. à paludibus dictam ait, digammate Aeolico. Stephanus Βύλην dictam habet, & ἐλέαν etiam Plutar. in Bruto vocat. *Xyland.*

[1] Φησὶ δ' Ἀντίοχος Φωκαίας ἁλούσης, ὑφ' Ἁρπάγου τοῦ Κύρου στρατηγοῦ, τοὺς δυναμένους ἐμβάντας εἰς τὰ σκάφη πανοικίους, [2] πλεῦσαι πρῶτον εἰς Κύρνον καὶ Μασσαλίαν μετὰ Κρεοντιάδου. ἀποκρουσθέντας δὲ τὴν Ἐλέαν κτίσαι· ἔνιοι δὲ τοὔνομα ἀπὸ ποταμοῦ Ἐλέητος. διέχει δὲ τῆς Ποσειδωνίας ὅσον σ σταδίους ἡ πόλις. Μετὰ δὲ ταύτην [4] ἀκρωτήριον Παλίνουρος. [5] πρὸ δὲ τῆς Ἐλεάτιδος αἱ Οἰνωτρίδες νῆσοι δύο ὑφόρμους ἔχουσαι.

p. 253. Μετὰ δὲ Παλίνουρον [6] Πυξοῦς, ἄκρα καὶ λιμὴν, καὶ ποταμός· ἓν γὰρ τῶν τριῶν ὄνομα· ᾤκισε δὲ [7] Μίκυθος ὁ Μεσσήνης ἄρχων τῆς ἐν Σικελίᾳ· πάλιν δ' ἀπῆραν οἱ ἱδρυθέντες πλὴν ὀλίγων. Μετὰ δὲ Πυξοῦντα, [9] Λᾶος κόλπος, καὶ ποταμὸς Λᾶος, καὶ πόλις ἐσχάτη τῶν Λευκανίδων, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, [10] ἄποικος Συβαριτῶν, εἰς ἣν ἀπὸ Ἐλέας στάδιοι υ. Ὁ δὲ πᾶς τῆς Λευκανίας παράπλους, χ ν. πλησίον δὲ τὸ τοῦ Δράκοντος ἡρῷον, ἑνὸς τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων, * ἐφ' οὗ ὁ χρησμὸς τοῖς Ἰταλιώταις ἐγένετο,

* Vulgò, ἀφ' οὗ

Λάϊον ἀμφὶ Δράκοντα, πολύν ποτε λαὸν ὀλεῖσθαι.

[11] ἐπὶ γὰρ ταύτην λαοὶ στρατεύσαντες οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἕλληνες ὑπὸ Λευκανῶν ἠτύχησαν, ἐξαπατηθέντες τῷ χρησμῷ. Κατὰ μὲν δὴ τὴν Τυρρηνικὴν παραλίαν, ταῦτ' ἐστὶ τὰ τῶν Λευκανῶν χωρία, [12] ἃ τῆς δευτέρας οὐχ ἥπτοντο θαλάττης πρότερον, ἀλλ' οἱ Ἕλληνες ἐπεκράτουν, οἱ τὸν Ταραντῖνον ἔχοντες κόλπον· πρὶν δὲ τοὺς Ἕλληνας ἐλθεῖν, οὐδ' ἦσαν πω Λευκανοί·

A Tradit Antiochus, quo tempore Harpagus Cyri copiarum dux Phocæam cepit, cives quibuſcunque facultatum tantum eſſet totis cum familiis naves conſcendiſſe, primumque cum Creontiade ad [3] Cyrnum ac Maſſiliam appuliſſe, indeque repulſos Eleam condidiſſe. Alij nomen ab Helete fluvio deducunt. diſtat urbs ea à Paſto ſtadiis circiter cc. Subſequitur eam promontorium Palinurus: ante Eleam ſitæ ſunt duæ Oenotrides inſulæ ſtationibus præditæ. Poſt Palinurum Pyxûs (Latini Buxentum vocant) arx, eodemque nomine portus & flumen: duxit eò coloniam Micythus Meſſanæ in Sicilia princeps: B ſed qui eò habitatum venerant, paucis exceptis inde diſceſſerunt. Poſt Buxentum eſt [8] Laus ſinus, & fluvius Laus, & urbs Lucanicarum ultima: paululum ſupra mare, Sybaritarum colonia, a Velia ſtadiis diſtans CCCC (totius autem Lucaniæ litus eſt ſtadiorum longitudine IↃCL) Propè adeſt ſacellum Draconis, unius de ſociis Ulyſſis, de quo Italis fuit oraculum datum:

*Qua Draco Laius eſt, multum populi periturum.*

Decepti enim oraculo Græci qui in Italia erant, eò facta expeditione à Lucanis cladem acceperunt. Atque ad Tyr- C rheni quidem maris litus hæc ſunt Lucanorum oppida, qui olim non pertigerunt ad alterum mare: ſed ibi obtinebant Græci qui ſinum habitabant Tarentinum. Antequam in Italiam Græci veniſſent, nulli erant Lucani, ſed Chones & Oenotri loca ea poſſidebant.

1. *φησὶ δ' Ἀντίοχος Φωκαίας ἁλούσης*) Mirum eſt Antiochum potiùs citari quam eum à quo habet Antiochus. Nam Antiocho antiquior eſt Herodotus, qui hanc rem narrat libro primo c. 164. & ſeqq. Sed Strabo alias alienus à fabulis Herodoti, hîc quoque Antiochum libentius ſequitur, quia is de Italia accuratiſſimos ediderat commentarios, ut ex Dionyſio Hal. & Strabone ipſo diſcimus. neque erat Antiochus recens auctor, cum Dionyſ. I. c. 12. eum appellet *πάνυ ἀρχαῖον*. *Caſaub.*

2. *πλεῦσαι πρῶτον εἰς Κύρνον καὶ Μασσαλίαν*) Ex Herodoto ſuſpicor legendum *εἰς Κύρνον καὶ Ἀλαλίαν*. non *Μασσ*. Id quidem lippis notum eſt & tonſoribus, Maſſiliam à Phocæenſibus eſſe conditam. Cæterum id opinor nihil ad hunc locum facit. Nam illius claſſis duces Simos & Protis, hujus Creontiades. (Porrò de *Ἀλαλίᾳ* vide Stephanum.) *Idem.*

3. *Cyrnum*) Κύρνον. quid enim eſt *κυρωνὸς*. *Xyland.*

4. *ἀκρωτήριον Παλίνουρος*) Virgilius libro VI. ℣. 380.
*Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolemnia mittent,*
*Æternumque locus Palinuri nomen habebit.* Caſaub.

5. *πρὸ δὲ τῆς Ἐλεάτιδος αἱ Οἰνωτρίδες νῆσοι δύο*) Plinius III. c. 7. *Contra Veliam Pontia & Iſcia, utræque uno nomine Oenotrides, argumentum poſſeſſæ ab Oenotriis Italiæ.* Idem.

6. *Πυξοῦς ἄκρα καὶ λιμὴν καὶ ποταμὸς*) Plinius III. c. 5. oppidi tantum meminit, *Oppidum Buxentum, Græcè Pyxus.* Ptolem. Βύξεντον. *Idem.*

7. *Μίκυθος ὁ Μεσσήνης ἄρχων τῆς ἐν Σικελίᾳ*) Apud Steph. legitur, Πυξοῦς, *πόλις Σικελίας κτίσμα Μιάνθου*. puto autem legendum *πόλις Ἰταλίας κτίσμα Μικύθου*. *Idem.*

8. *Laus*) Sic ex Plinio & Ptolemæo correxi, itaque oraculum planè docet legendum: & paulo infrà hic fluvius diſertè dicitur dividere Bruttios à Lucanis. D *Xyland.*

9. *Λᾶος κόλπος καὶ ποταμὸς καὶ πόλις*) Plin. III. c. 15. *Laus amnis: fuit & oppidum eodem nomine.* Caſaub.

10. *ἄποικος Συβαριτῶν*) Apparet ex iſtis Herodoti VI. c. 20 *οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην Συβαρῖται, οἱ Λάον τε καὶ Σκίδρον οἴκεον τῆς πόλεως ἀπεστερημένοι.* i. e. *non reddiderunt vicem Sibaritæ, qui urbe exuti Laon & Scidron incolebant.* Idem.

11. *Ταύτην λαοὶ*) fortè *λᾶον*. Vix enim puto Laos Græcos in Italia fuiſſe. *Xyland.*

11. *ἐπὶ γὰρ ταύτην λαοὶ στρατεύσαντες*) Non video quid neceſſe ſit hanc lectionem mutare: reſpicit enim verba oraculi quod dicebat, fore ut multus *λαὸς* periret ad Laum: Itaque inquit *λαοὶ στρατεύσαντες*, hoc eſt cum multus populus in expeditionem eſſet profectus: deinde addit quinam eſſent illi *λαοί*. *Caſaub.*

12. *ἃ τῆς δευτέρας*) Manuſcripti *τῆς ἑτέρας*. *Idem.*

A Cùm autem Samnites viribus admodum aucti Chonas & Oenotros ejeciſſent, & Lucanorum coloniam in eam regionem deduxiſſent: ſimul etiam Græci utrumque litus uſque ad fretum tenerent: diu inter ſe barbari ac Græci bello certaverunt. At Siciliæ tyranni, & poſtea Carthaginienſes, modò de Sicilia adverſus Romanos bellum gerentes, modò de ipſa Italia, illos omnes qui ibi habitabant, multis læſerunt maleficiis. 2 Poſt Græcos autem ..... Poſterioribus quidem temporibus magnam etiam mediterraneorum partem ademerunt, à Trojanis temporibus facto initio: adeoque eorum crevit potentia, ut iſta regio & Sicilia nomine magnæ B Græciæ cenſerentur: at nunc Tarento, Regio & Neapoli exceptis, omnia in barbariem ſunt redacta, aliaque à Lucanis & Bruttiis, alia à Campanis obtinentur: ab his quidem verbo, reapſe à Romanis: ſunt enim & ipſi Romani. Nihilominus ei qui totius terræ ambitum tractet, opus eſt & quæ nunc ſunt, referre, & quomodo de his quædam ſuperioribus habuerint temporibus, maximè ſi illuſtria ſint. Dictum eſt de Lucanis Tyrrhenum mare attingentibus. Qui verò mediterranea tenent, ij ſunt qui 6 non procul Tarentino ſinu habitant. Hi, ut & Bruttij, & generis auctores ipſi Samni- C tes, ita ſunt cladibus attriti, ut eorum habitationes diſtinguere ſit difficile. Cauſa eſt, quòd nulla harum gentium pro ſe corpus quodpiam peculiare hodie conſervat, & conſuetudines ſermonis, armaturæ, veſtium, aliæque id genus

A 1 Χῶνες δὲ καὶ Οἰνώτροι τοὺς τόπους ἐνέμοντο· τῶν δὲ Σαννιτῶν αὐξηθέντων ἐπιπολὺ, καὶ τοὺς Χῶνας καὶ τοὺς Οἰνώτρους ἐκβαλόντων, Λευκανοὺς δ᾽ εἰς τὴν μερίδα ταύτην ἀποικισάντων, ἅμα δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων τὴν ἑκατέρωθεν παραλίαν μέχρι πορθμοῦ κατεχόντων, πολὺν χρόνον ἐπολέμουν οἵ τε Ἕλληνες καὶ οἱ βάρβαροι πρὸς ἀλλήλους· οἱ δὲ τῆς Σικελίας τύραννοι, καὶ μετὰ ταῦτα Καρχηδόνιοι, ποτὲ μὲν περὶ τῆς Σικελίας πολεμοῦντες πρὸς Ῥωμαίους, ποτὲ δὲ περὶ αὐτῆς τῆς Ἰταλίας, ἅπαντας τοὺς ταύτῃ κακῶς διέθηκαν· μετὰ δὲ τοὺς Ἕλληνας, . . . ὕστερον μέν γε καὶ τῆς μεσογαίας πολλὴν ἀφῄρηντο, ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν ἀρξάμενοι χρόνων· καὶ δὴ ἐπὶ B τοσοῦτον ηὔξηντο, ὥστε 3 τὴν μεγάλην Ἑλλάδα ταύτην ἔλεγον καὶ τὴν Σικελίαν· νυνὶ δὲ τὴν Τάραντος, καὶ Ῥηγίου, καὶ Νεαπόλεως, ἐκβεβαρβαρῶσθαι συμβέβηκεν ἅπαντα, καὶ τὰ μὲν Λευκανοὺς καὶ Βρεττίους κατέχειν· τὰ δὲ Καμπανούς· καὶ τούτους λόγῳ, τὸ δ᾽ ἀληθὲς Ῥωμαίους· 4 καὶ γὰρ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι γεγόνασιν. 5 Ὅμως δεῖ τῷ πραγματευομένῳ τὴν τῆς γῆς περίοδον, καὶ τὰ νῦν ὄντα λέγειν ἀνάγκη, καὶ τῶν ὑπαρξάντων ἔνια, καὶ μάλιστα ὅταν ἔνδοξα ᾖ. Τῶν δὲ Λευκανῶν οἱ μὲν ἁπτόμενοι τῆς Τυῤῥηνικῆς θαλάττης εἴρηνται, οἱ δὲ τὴν μεσόγαιαν ἔχοντες, 7 εἰσὶν οἰκοῦντες τοῦ Ταραντίνου κόλπου. C οὕτω δ᾽ εἰσὶ κεκακωμένοι τελέως αὐτοί τε καὶ Βρέττιοι καὶ αὐτοὶ Σαυνῖται οἱ τούτων ἀρχηγέται, ὥστε καὶ διορίσαι χαλεπὸν τὰς κατοικίας αὐτῶν. αἴτιον δ᾽ ὅτι 8 οὐδὲν ἔτι σύστημα κοινὸν τῶν ἐθνῶν p. 254. ἑκάστου συμμένει, 9 τά τε ἔθνη διαλέκτων τε καὶ ὁπλισμοῦ, καὶ ἐσθῆτος, καὶ τῶν παραπλησίων

1. Χῶνες δὲ καὶ Οἰνώτροι τοὺς τόπους ἐνέμοντο) Videtur duos facere populos, *Chones* & *Oenotros*. At philoſopho Chones Oenotrorum pars ſunt, ἦσαν δὲ, inquit, Χῶνες Οἰνωτροὶ τὸ γένος. eoſque ait obtinuiſſe τὸ πρὸς τὴν Ἰαπυγίαν καὶ τὸν Ἰώνιον. vulgò tamen apud Ariſtotelem legitur Χάονες, quod rectè cenſent viri docti è Strabone eſſe emendandum. cujus lectionem multa confirmant. Antiochus quoque Syracuſanus paullò infra Chonas Oenotricam gentem eſſe teſtatur: & ita iſte locus accipiendus. *Caſaub.*

2. *Poſt Græcos autem*) Obſcurum non eſt hunc locum eſſe mendoſum, itaque aſteriſcum injeci: quem quæ ſequuntur, ad Græcos pertinent. *Xyland.*

3. τὴν μεγάλην Ἑλλάδα ταύτην ἔλεγον καὶ τὴν Σικελίαν) Magnæ ſive majoris Græciæ nomine quid intellexerint veteres non convenit inter auctores. Strabo ait Italiæ partem qua de nunc tractat, & Siciliam eo nomine comprehendi. Plinius III. c. 5. Italiæ tantum partem, eamque multeſimam: ita enim ſcribit Italiam dilaudans. *Ipſi de ea judicavere Græci, genus in gloriam ſuam effuſiſſimum, quo tam partem ex ea appellando Magnam Græciam.* Italia, inquit Servius, μεγάλη ἑλλὰς *eſt appellata, quia à Tarento uſque ad Cumas omnes civitates Græci condiderunt.* Seneca de Conſolatione ad Helv. c. 6. *Totum Italiæ latu quod infero mari alluitur, major Græcia fuit.* Athenæus lib. XII. c. 5. pag. 523. de Siritarum luxu differens, οὐκ ὀλίγον δὲ, inquit, πρὸς τὴν τρυφὴν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τοῦ σύμπαντος τούτου κλίματος καὶ τὸ πλῆθος ἐγένετο τῶν ἀνθρώπων. διὸ καὶ μεγάλη ἑλλὰς ἐκλήθη πᾶσα σχεδὸν ἡ κατὰ τὴν Ἰταλίαν κατοίκησις. *Ingens porro fuit Græcorum hominum in ea regione multitudo, qui proſperis rebus inflati, ſic voluptatem ſectarentur. Quamobrem totum fere Italiæ tractum in quo hi habitabant, magnam Græciam* D *nuncuparunt.* De Ptolemæo non eſt obſcurum quid ille magnæ Græciæ nomine complectatur. Vide & Feſtum. v. *Major Græcia.* Caſaub. Vide Cl. Cellarium. Geograph. Ant. II. c. 9.

4. καὶ γὰρ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι γεγόνασιν) Recte: nam lib. priore de Campanis dictum eſt Romanos eorum γῆν κατακληρουχῆσαι. *Idem.*

5. ὅμως δεῖ) Lege ὅμως δή. *Idem.*

6. *Non procul Tarentino*) *Non procul* addidi de meo. deeſt in Græco ἐγγὺς, aut ſimile. *Xyland.*

7. εἰσὶν οἰκοῦντες τοῦ Ταρ. κόλπου) Probo ſcriptam lectionem εἰσὶν οἱ ὑπεροικοῦντες τοῦ, Alii, οἱ οἰκοῦντες ὑπὲρ. Interpres videtur legiſſe ἄνω vel ὑπὲρ. *Caſaub.*

8. Οὐδὲν ἔτι σύστημα κοινὸν τῶν ἐθνῶν ἑκάστου συμμένει) Sic Livius de Capua. *Cæterum habitari tantum tanquam urbem frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec ſenatus nec plebis conſilium, nec magiſtratus eſſe.* Idem.

9. τά τε ἔθνη διαλέκτων) Legit prior τά τε ἔθη. quod non improbo. *Idem.*

ἐκλέλοιπεν· ἄλλως τε ἄδοξοι παντάπασιν εἰσὶν, A αἱ καθ' ἕκαστα καὶ ἐν μέρει κατοικίαι. Ερούμεν δὲ κοινῶς ἃ παρειλήφαμεν, [1] οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι τοὺς τὴν μεσόγαιαν οἰκοῦντας, Λευκανούς τε καὶ τοὺς προσεχεῖς αὐτοῖς Σαυνίτας. Πετηλία μὲν οὖν μητρόπολις νομίζεται τῶν Λευκανῶν, καὶ συνοικεῖται μέχρι νῦν ἱκανῶς· [2] κτίσμα δ' ἐστὶ Φιλοκτήτου, φυγόντος τὴν Μελίβοιαν κατὰ στάσιν· ἐρυμνὴ δ' ἐστὶν, ὥστε καὶ Σαυνῖται ποτὲ φρουρίοις ἐπετείχισαν αὐτήν. Φιλοκτήτου δ' ἐστὶ καὶ ἡ παλαιὰ [3] Κρίμισα περὶ αὐτοὺς τοὺς τόπους. Απολλόδωρος δ' ἐν τοῖς περὶ νεῶν, τοῦ Φιλοκτήτου μνησθεὶς, λέγειν τινάς φησιν ὡς εἰς τὴν B Κροτωνιᾶτιν ἀφικόμενος, Κρίμισαν ἄκραν οἰκίσαι, [4] καὶ Χῶνιν πόλιν ὑπὲρ αὐτῆς, ἀφ' ἧς οἱ ταύτῃ Χῶνες ἐκλήθησαν· παρ' αὐτοῦ δέ τινες σταλέντες εἰς Σικελίαν περὶ Ερυκα μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωὸς, [6] Αἴγεσταν τειχίσαι· [8] καὶ Γρούμεντον δὲ [9] καὶ Οὐερτίναι, τῆς μεσογαίας εἰσὶ, καὶ Καλασάρνα, καὶ ἄλλαι μικραὶ κατοικίαι, μέχρι Οὐενουσίας πόλεως ἀξιολόγου· [10] ταύτην δ' οἶμαι καὶ τὰς ἑξῆς ἐπὶ Καμπανίας ἰόντι, Σαυνίτιδας εἶναι· ὑπὲρ δὲ τῶν Θουρίων καὶ [11] ἡ Ταυριανὴ χώρα λεγομένη ἵδρυται. [12] Οἱ δὲ Λευκανοὶ τὸ μὲν γένος εἰσὶ Σαυνῖται. C

A obſoleverunt: quò accedit, quòd ſingulæ ſeorſim habitationes obſcuræ ſunt & ignobiles. Nos quæ tradita accepimus, in commune proferemus, nullo facto hîc inter Lucanos mediterraneos & iis vicinos Samnitas diſcrimine. ¶ Petilia Lucanorum urbs primaria cenſetur, & hodieque ſatis eſt frequens hominibus: condidit eam Philoctetes, cùm Melibœa ob ſeditionem profugiſſet: urbs eſt natura loci munita: itaque & Samnites aliquando caſtellis exſtructis ſe contra eam tutati ſunt. Philoctetæ opus eſt etiam Crimiſa vetus iiſdem in locis. Apollodorus in commentariis de navibus Græcorum ad Trojam, facta Philoctetis mentione, quoſdam ait dicere B eum cùm in Crotoniatarum perveniſſet agrum, Crimiſam arcem condidiſſe, & urbem Chonin ſuper ea, unde Chonibus in ea regione nomen: & miſſos ab eo quoſdam in Siciliam 5 ad Erycem cum Ægeſto Trojano, Ægeſtam muro cinxiſſe. Sunt & alia oppidula Lucanorum exigua in mediterraneis, 7 Grumentum, Vertinæ, Calaſarna, uſque ad Venuſiam urbem præcipuam, quam ego ut & reliquas quæ ſunt in via ad Campaniam, Samniticas eſſe judico. Super Thurios eſt etiam ſita regio quæ vocatur Tauriana. C Lucani à Samnitibus genus trahunt:

1. *οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι*) Ita habent omnes libri etiam ſcripti: & hanc lectionem confirmat geminus huic locus lib. XIV. p. 673. Verba ejus ſunt, *Ὡς τε δῆλον ὅτι ταῖς μὲν ἀληθείαις οὗτος ἂν εἴη ὁ ἰσθμός· Λέγεται δ' ὅμως ὁ μέχρι τοῦ Ισσικοῦ κόλπου, περικρυπτόντων διὰ τὸ σημειῶδες. διὰ δὲ τοῦτ' αὐτὸ, καὶ τὴν ἐκ τῆς Ροδίας γραμμὴν, ἣν μέχρι τοῦ Κύδνου κατηγάγομεν, τὴν αὐτὴ ἀποχαινόμενοι τῇ μέχρι Ισσοῦ, οὐδὲν παρὰ τοῦτο ποιούμενοι*, ubi vides ſimiliter excuſari *τὸ μὴ ἀκριβές*. *Caſaub.*

2. *κτίσμα δ' ἐστὶ Φιλοκτήτου φυγόντος τὴν Μελίβοιαν κατὰ στάσιν*) Melibœa unde fugit Philoctetes urbs fuit Theſſaliæ. Vide Servium in illud. Virgil. Aen. III. ℣. 401.

*——hinc illa ducis Melibæi*
*Parva Philocteta ſubnixa Petilia muro.* Idem.

3. *Κρίμισα περὶ αὐτοὺς τοὺς τόπους*) Stephanus, *Κρίμισα πόλις Ιταλίας πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίου*. Cremiſſam autem à Philoctete fuiſſe quondam habitatam Lycophron quoque indicat. Sic ille de Philoctete, ℣. 911.

*Τὸν δ' Αἰσάρου τε ῥεῖθρα καὶ βραχύπτολις*
*Οἰνωτρίας γῆς κεγχρίνῳ βεβρωμένον*
*Κρίμισσα φιτροῦ δέξεται μιαιφόνον.* i. e.
*Alium Aeſari fluvius, & urbs parva*
*Oenotriae terræ Crimiſſa ab hydro*
*Morſum recipiet, Facis occiſorem.* *Idem.*

4. *καὶ χῶνιν πόλιν ὑπὲρ αὐτῆς*) Lege *Χώνην*. ut habet Stephanus locum Strabonis citans. *Idem.*

5. *Ad Erycem*) *Περὶ ἔρημα* Sic diſertè Aldus: neque diffiteor locum eſſe mihi ſuſpectum. Sed tamen & interpres habet ad Erycem, quanquam neſcio qui Eryx tum adhuc vixerit, Aeneæ uterinus, quem Hercules interfecit. Ergo de Eryce monte accipietur, ſatis celebri ex hiſtoriis. *Xyland.*

6. *Αἰγέσταν τειχίσαι*) Vide in rebus Siculis. *Caſaub.*

7. *Grumentum*) Non *πούμεντον*. Ptolemæus diſertè habet *γρούμεντον*: & non longè à fine libri XXVII. apud Livium ſic conſtanter legitur. de reliquis nihil habeo. Horatii verſus de Venuſia ſua patria, noti ſunt II. Sat. I. ℣. 34.

*——ſequor hunc, Lucanus an Appulus anceps.*
*Nam Venuſinus arat partem ſub utramque colonus*
*Miſſus ad hoc pulſis ſi vera eſt fama) Sabellis, &c.*

Porro Tauraniam habet etiam Ptolemæus, & fortaſſis Tauroentum Plinianum eſt. *Xyland.*

8. *καὶ Γρούμεντο*) Grumentum paſſim leges & Drumentum, ſive Drumentum. *Caſaub.*

9. *καὶ Οὐερτίναι*) Puto eſſe Urſentinorum oppi- D dum, quos inter Lucanorum mediterraneos refert Plinius III. c. 11. *Idem.*

10. *ταύτην δ' οἶμαι*) Ideo priore libro inter Samnitum urbes Venuſiam recenſuit. Horatius, Sabellos Venuſiam prius tenuiſſe, deinde à Rom. inde pulſos fuiſſe auctor eſt. Sabellos autem ſcimus Samnitum fuiſſe partem. Sic Horatius II. ſat. 1 ℣. 34.

*——ſequor hunc Lucanus an Appulus anceps:*
*Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus,*
*Miſſus ad hoc, pulſis (vetus eſt ut fama) Sabellis*
*Quo ne per vacuum Romano incurreret hoſtis.* Idem.

11. *ἡ Ταυριανὴ χώρα ἵδρυται*) Stephanus *Ταυρανία πόλις Ιταλίας*. Melæ II. c. 4. eſt *Taurianum*. Plinii III. c. 5. locus ambiguæ eſt lectionis: Vide Hermolaum. *Idem.*

12. *οἱ δὲ Λευκανοὶ τὸ μὲν γένος εἰσὶ Σαυνῖται*) Plinius III. c. 5. *Lucanos ait à Samnitibus eſſe ortos. Lucio duce*, unde Lucani ſint appellati. *Idem.*

1. Φρο.

& ſuperatis bello Poſidoniatis atque eorum ſociis, urbes illorum obtinuerunt: reliquo tempore popularis reipubl. apud eos gerebatur adminiſtratio; ſed in bellis rex ab iis creabatur, quorum erat magiſtratus deſignare: nunc Romani ſunt. ¶ Reliquam uſque ad fretum Siculum oram maritimam ſtadiorum CIↃ CCCL, Bruttij tenent. Antiochus in opere, quod de Italia conſcripſit, hanc regionem ait Italiam appellatam fuiſſe, ac de ea ſe ſcribere: priùs autem dictam fuiſſe Oenotriam. Terminum autem ei conſtituit, ad mare quidem Tyrrhenum, quem & nos Bruttiis aſſignavimus, Laum flumen, ad Siculum autem fretum, Metapontium. Sed Tarentinam regionem quæ continuò agrum Metapontinum ſubſequitur, extra Italiam ſub Japygiæ nomine cenſet. Apud vetuſtiores autem ait eos tantùm Oenotros ac Italos fuiſſe habitos, qui intra Iſthmum ſiti verſus fretum vergerent Siculum. Is Iſthmus ſtadiorum CLX inter duos jacet ſinus, Hipponiatem (quem Napitinum nominavit Antiochus) atque Scylletium ſeu Scylaceum. Longitudo littoris, quod intra fretum eſt & Iſthmum, eſt pœnè CIↃ CIↃ ſtadiorum. Succeſſu autem temporis ait Italiæ nomen fuiſſe, & Oenotriæ propagatum uſque ad Metaponticam & Sirenitidem regionem:

A Ποσειδωνιατῶν δὲ καὶ τῶν συμμάχων κρατήσαντες πολέμῳ, κατέσχον τὰς πόλεις αὐτῶν. Τὸν μὲν οὖν ἄλλον χρόνον, ἐδημοκρατοῦντο· ἐν δὲ τοῖς πολέμοις ᾑρεῖτο βασιλεὺς, ὑπὸ τῶν νεμομένων ἀρχάς· νῦν δ᾽ εἰσὶ Ῥωμαῖοι. Τὴν δ᾽ ἑξῆς παραλίαν Βρέττιοι μέχρι τοῦ Σικελικοῦ κατέχουσι πορθμοῦ, σταδίων ν καὶ τ ἐπὶ τοῖς χιλίοις. [1] Φησὶ δ᾽ Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι, ταύτην Ἰταλίαν κληθῆναι, καὶ περὶ ταύτης συγγράφειν, πρότερον δ᾽ Οἰνωτρίαν προσαγορεύεσθαι· ὅριον δ᾽ αὐτῆς ἀποφαίνει πρὸς μὲν τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει, τὸ αὐτὸ ὅπερ καὶ τῆς Βρεττίας ἔφαμεν, B τὸν Λάον ποταμόν· πρὸς δὲ τῷ Σικελικῷ, τὸ Μεταπόντιον· τὴν δὲ Ταραντίνην ἣ συνεχὴς τῷ Μεταποντίῳ ἐστὶν, ἐκτὸς τῆς Ἰταλίας ὀνομάζει, Ἰάπυγας καλῶν· ἔτι δ᾽ ἀνώτερον, Οἰνωτρούς τε καὶ Ἰταλοὺς μόνους ἔφη καλεῖσθαι, τοὺς ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ πρὸς τὸν Σικελικὸν κεκλιμένους πορθμόν· ἔστι δ᾽ αὐτὸς ὁ ἰσθμὸς ἑκατὸν καὶ ξ στάδιοι, μεταξὺ δυοῖν κόλπων, τοῦ τε Ἱππωνιάτου, [2] ὃν Ἀντίοχος Ναπιτῖνον εἴρηκε, καὶ τοῦ Σκυλλητικοῦ· περίπλους δ᾽ ἐστὶ τῆς ἀπολαμβανομένης χώρας πρὸς τὸν πορθμὸν ἐντὸς, στάδιοι δισχίλιοι· μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεκτείνεσθαί φησι τοὔνο- C μα καὶ τὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ τὸ τῶν Οἰνωτρῶν, [3] μέχρι τῆς Μεταποντικῆς καὶ τῆς Σειρίτιδος p. 255

1. *φησὶ δ᾽ Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ Ἰταλίας συγγράμματι.*) Videtur titulus hujus libri fuiſſe, *Ἰταλίας οἰκισμός*. Ita enim laudatur à Dionyſio. Etſi autem ille liber Antiochi periit, tamen illum ipſum locum, quem citat Strabo, reperimus apud Dionyſium, I. c. 12. Verba Antiochi hæc ſunt. *Ἀντίοχος Ξενοφανέως τάδε ξυνέγραψε περὶ Ἰταλίας ἐκ τῶν ἀρχαίων λόγων τὰ πιστότατα καὶ σαφέστατα. Τὴν γῆν ταύτην ἥτις νῦν Ἰταλία καλεῖται τὸ παλαιὸν εἶχον οἰνωτροί.* *Caſaub*

2. Ὃν Ἀντίοχος Ναπιτῖνον εἴρηκε) Antiochi verba apud Dionyſium, de Italo I. c. 35. *ἅπασαν ὑφ᾽ ἑαυτῷ ποιήσασθαι τὴν γῆν, ὅση ἐντὸς ἦν τῶν κόλπων, τοῦ τε Ναπητίνου καὶ τοῦ Σκυλητίνου. ἣν δὴ πρώτην κληθῆναι Ἰταλίαν ἐπὶ τοῦ Ἰταλοῦ.* i. e. *totam eam terram ſub imperium ſuum redegiſſe, quanta patet Napetinum ſinum inter & ſcyletinum: eamque primam Italiam vocatam Itali temporibus.* Non prætermittam elegantiſſ. ſuper hoc Ariſtotelis locum. Is ex antiquiſſimis auctoribus docet, Italiam ab Italo rege eſſe appellatam, quæ prius Oenotria dicebatur. Oenotros autem habitaſſe, inter duos ſinus Scylleticum & Lameticum: qui ſinus non majori intervallo ſeparentur, quam dimidiati diei itinere: hanc ergo regionem totam poſtea Italiam ait eſſe appellatam. Verba philoſophi ſunt Politic. VII. c. 10. *φασὶ γὰρ οἱ λόγιοι τῶν ἐκεῖ κατοικούντων, Ἰταλόν τινα γενέσθαι βασιλέα τῆς Οἰνωτρίας, ἀφ᾽ οὗ τότε ὄνομα μεταβάλλοντας. Ἰταλοὺς ἀντὶ Οἰνωτρῶν κληθῆναι, καὶ τὴν ἀκτὴν ταύτην τῆς Εὐρώπης Ἰταλίαν τ᾽ οὔνομα λαβεῖν, ὅση τετύχηκε ἐντὸς οὖσα τοῦ κόλπου τοῦ Σκυλλητικοῦ καὶ τοῦ Λαμητικοῦ. ἀπέχει γὰρ ταῦτα ἀπ᾽ ἀλλήλων, ὁδὸν ἡμισείας ἡμέρας.* i. e. *Tradunt enim periti homines illorum locorum, fuiſſe Italum quendam Oenotria regem, à quo mutato nomine pro Oenoris Itali ſunt vocitati, oramque illam maritimam Europæ, quæ eſt inter ſcyllatitum & Lamecicum ſinum (diſtant vero hæc loca inter ſe meridiei iter) Italiæ nomen primo cœpiſſe.* Lameticum autem ſinum vocat Ariſtotel. quem Napetinum Antiochus, alii Hiponiaten: Nec dubium eſt ita appellari à Lametinis, qui Lametiam urbem Lucanorum habebant: teſtis Lycophron. ℣. 1085.

*ὑπὲρ πόρον Τυρσηνὸν ἐν Λαμητίαις*
*Δίναισιν οἰκήσουσι Λευκανῶν πλάκας.* i. e.
*Ultra mare Tyrrhenum in Lametiis*
*Vorticibus Lucanorum tenebunt arva.*

ait poëta *δίνας Λαμητίας*. hoc eſt dicere ſinum Lameticum. Philogenes autem Lametum Italiæ fuiſſe D oppidum auctor eſt: unde ſinui nomen. Errat igitur Stephanus *περὶ πόλεων*, qui Lametinos populos vult ad ſinum Scylleticum pertinere Crotoniatis vicinos. errat inquam Stephanus, & qui eum ſequuntur: Habemus ergo & quem ſinum Lameticum, & quare ita eum appellet Ariſtoteles: quod hactenus docti viri videbantur tantum quæſiviſſe. Nos autem primi indicavimus. Porro iſthmus, quem teſtatur Ariſtoteles eſſe *ἡμισείας ὁδοῦ*, is eſt quem Strabo ait eſſe ſtad. CLX. Plin. XX. M. P. De Scylletico ita leges locum Diodori Siculi lib. XIII. *μετὰ δὲ ταῦτα τὸ καλούμενόν τε Σκυλλητικὸν καὶ λοκροὺς παρήλλαξαν.* nam vulgo malè *τεσκυλήτιον* legitur. *Idem.*

3. *μέχρι τῆς Μεταποντικῆς καὶ τῆς Σειρηνίτιδος*) Nimis certum eſt ſcripſiſſe Strabonem *καὶ τῆς Σειρίτιδος*. Paulo poſt de Metaponto ſcribit, *τοῦτο μὲν γὰρ ἔχοντας, ἔξειν καὶ τὴν Σειρῖτιν.* & alibi paſſim iſto libro. *Idem.*

1. καὶ

οἰκῆσαι γὰρ τοὺς τόπους τούτους Χῶνας, Οἰνωτρικὸν ἔθνος κατακοσμούμενον, [1] καὶ τὴν γῆν ὀνομάσαι Χωνίην. Οὗτος μὲν οὖν ἁπλουστέρως εἴρηκε καὶ ἀρχαϊκῶς, οὐδὲν διορίσας περὶ τῶν Λευκανῶν καὶ τῶν Βρεττίων. Ἔστι δ᾽ ἡ μὲν Λευκανία μεταξὺ τῆς τε παραλίας τῆς Τυῤῥηνικῆς καὶ τῆς Σικελικῆς, τῆς μὲν ἀπὸ τοῦ Σιλάριδος μέχρι Λάου, τῆς δ᾽ ἀπὸ Μεταποντίου μέχρι Θουρίων· κατὰ δὲ τὴν ἤπειρον ἀπὸ Σαυνιτῶν μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ ἀπὸ Θουρίων εἰς Κηρίλλους, πλησίον Λάου· στάδιοι δ᾽ εἰσὶ τοῦ ἰσθμοῦ, τ. Ὑπὲρ δὲ τούτων, Βρέττιοι χεῤῥόνησον οἰκοῦντες· ἐν ταύτῃ δ᾽ ἄλλη περιείληπται χεῤῥόνησος ἡ τὸν ἰσθμὸν ἔχουσα τὸν ἀπὸ Σκυλλητίου ἐπὶ τὸν Ἱππωνιάτην κόλπον. Ὠνόμασται δὲ τὸ ἔθνος ὑπὸ Λευκανῶν· [2] Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας· ἀπέστησαν δ᾽ ὥς φασι, ποιμαίνοντες αὐτοῖς πρότερον, εἶθ᾽ ὑπὸ ἀνέσεως ἐλευθεριάσαντες, [3] ἡνίκα ἐπεστράτευσε Δίων Διονυσίῳ, καὶ ἐτάραξεν ἅπαντας πρὸς ἅπαντας. Τὰ καθόλου μὲν δὴ ταῦτα περὶ Λευκανῶν καὶ Βρεττίων λέγομεν. Ἀπὸ γὰρ Λάου πρώτη πόλις ἐστὶ τῆς Βρεττίας [4] Τεμέση, Τέμψαν δ᾽ οἱ νῦν καλοῦσιν, Αὐσόνων κτίσμα· ὕστερον δὲ καὶ Αἰτωλῶν τῶν μετὰ Θόαντος, οὓς ἐξέβαλον Βρέττιοι. Βρεττίους δὲ ἐπέτριψαν Ἀννίβας τε καὶ Ῥωμαῖοι· ἔστι δὲ πλησίον τῆς Τεμέσης ἡρῷον, ἀγριελαίοις συνηρεφὲς, [5] Πολίτου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων, ὃν δολοφονηθέντα ὑπὸ τῶν βαρβάρων, γενέσθαι βαρύμηνιν, ὥστε τοὺς περιοίκους δασμολογεῖν αὐτῷ κατά τι λόγιον· καὶ παροιμίαν εἶναι πρὸς αὐτοὺς,

habitaſſe enim ea loca Chonas, gentem Oenotricam ſatis compoſitam, territorioque nomen Choniæ feciſſe. Atque hic quidem more antiquorum ſimpliciùs dixit, nullo poſito Lucanorum & Bruttiorum diſcrimine. Enimvero Lucania eſt inter oram maris Tyrrheni ac Siculi, illic à Silaro uſque ad Laum, hic à Metaponto uſque ad Thurios: in continente autem à Samnitibus uſque ad Iſthmum, qui à Thuriis ad Cerillum pertinet; prope Laum: Iſthmus ſtadia occupat CCC. Supra hos Bruttii peninſulam incolunt, quæ aliam includit peninſulam, in qua eſt Iſthmus à ſinu Scylletio ad Hipponiatem ſinum porrectus. Genti huic Lucani nomen dederunt; qui deſertores ſeu defectores Bruttiorum vocabulo notant. Nam Bruttii cùm (ut ajunt) paſtores priùs eſſent Lucanorum, ab ipſis deſciverunt, indulgentia ipſorum libertatem adepti, quo tempore Dio bellum in Dionyſium movens, quoſvis contra quoſvis concitavit. Atque hæc in univerſum de Lucanis ſint & Bruttiis dicta. Cæterùm prima à Lao urbs Bruttiorum eſt Temeſa, quam Tempſam nunc dicunt, ab Auſonibus condita primum, deinde ab Ætolis, qui Thoantem ſequebantur: hos Bruttii expulerunt: ipſos autem Bruttios Annibal & Romani attriverunt. Prope Temeſam eſt ſacellum oleaſtris circumſeptum, Politæ Ulyſſis ſociorum uni dedicatum: quem per inſidias à barbaris necatum, graves exercuiſſe iras ferunt, coactoſque oraculi monitu vicinos ei tributum pendere: indeque proverbium eſſe,

1. *καὶ τὴν γῆν ὀνομάσαι Χωνίην*) Vide fatum hujus vocis: bis à Strabone poſita, bis ab imperitis hominibus eſt corrupta. Legendum enim hic quoque *χώνην*. Ita enim ſcripſit Antiochus, quem citat Strabo. Heſychius, Χώνην, τὴν Ἰταλίαν οὕτως πάλαι ἔλεγον, ὡς φησὶν Ἀντίοχος ὁ Ξενοφάνους ἐν τῇ [apud Heſych. eſt τῷ] περὶ Ἰταλίας. Ita autem ſcriptum à Strabone fuiſſe, ecce locupletiſſimum teſtem. Stephanus, Χώνη, πόλις Οἰνωτρῶν, ἧς Στράβων μέμνηται ἐν ἑβδόμῃ (ſcribe ἕκτῃ) Καὶ τὴν γῆν ὠνόμασε (lege ὀνομάσαι) χώνην. *Caſaub.*

2. *Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας*) Diodorus Siculus lib. XVI. p. 418. ed. 1604. hanc totam pluribus referens hiſtoriam, καὶ προσηγορεύθησαν, inquit, Βρέττιοι, διὰ τὸ πλείστους εἶναι δούλους. κατὰ γὰρ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον οἱ δραπέται Βρέττιοι προσηγορεύοντο. i. e. *Et quia plerique ſervierant, Bruttiorum nomen aſſumſere. Indigenarum enim ſermone fugitivi Brutii nuncupantur.* Idem.

3. *ἡνίκα ἐπεστράτευσε Δίων Διονυσίῳ*) Contigit Bruttiorum defectio anno primo Olympiadis CVI. quo anno coactus eſt Dio cum Syracuſanis bellum gerere. vide Diodorum Lib. XVI. *Idem.*

4. *Τεμέση, Τέμψαν δ᾽ οἱ νῦν καλοῦσι*) Plinius III. c. 5. *Oppidum Tempſa, à Græcis Temeſe dictum.* Idem.

5. *Πολίτου τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων*) Putavi aliquando eſſe legendum, πολίτου τοῦ τῶν Ὀδυσσέως ἑταίρων hoc eſt civis cujuſdam ſui, qui unus erat è ſociis Ulyſſis: & de Sebene accipiebam, quem heroëm Priſcianus lib. VI. (p. 691. Corp. Grammat. Vet.) ſcribit, ſocium fuiſſe Ulyſſis ac Temeſa habitaſſe. Sed vulgatam lectionem agnoſcit etiam Euſtath. *Idem.*

1. *Nemo*

A [1] Nemo Temeſæum heroëm adverſus ſe: cùm autem Locri Epizephyrii Temeſam cepiſſent, Euthymum ferunt pugilem contra iſtum genium in duellum deſcendiſſe, victoriaque potitum ab eo extorſiſſe, ut tributum vicinis remitteret. Atque hujus Temeſes ajunt Homerum mentionem feciſſe, non Tamaſæ (utroque enim modo ſcribitur) quæ Cypri eſt, his verbis:

*Æs nunc allatum, Temeſam proficiſcor. ——*

& ſanè in vicinia oſtenduntur officinæ ærariæ, quarum tamen hodie defecit uſus. Temeſæ propinqua eſt Terina, quam evertit Annibal, cùm tutari non B poſſet, quando in Bruttios confugerat. Sequitur Bruttiorum caput Conſentia. Paulum ſupra hanc ſita eſt Pandoſia, caſtrum validum, ubi Alexander Moloſſus periit. Nam & huic oraculum Dodonæum impoſuit, quo iuſſus erat Pandoſiam Acherontemque vitare: cùm enim in Theſprotia id nominis ei loca oſtenſa fuiſſent, ipſe in Bruttiis ad idem gerentia nomen oppetiit. Caſtrum tres habet vertices Pandoſia, ac præterfluit Acheron fluvius. Sed alia quoque acceſſit, qua deciperetur, dictio:

*Pandoſia ingentem [illegible] populum extinctura trivertex.*

C exiſtimavit enim non ſuorum, ſed hoſtium prædici cladem. Pandoſiam ferunt aliquando regiam fuiſſe regum Oenotriæ. Conſentiam ſequitur Hipponium, à Locris conditum:

A [1] Μηδεὶς τὸν ἥρωα τὸν ἐν Τεμέσῃ· λεγόντων ἐπικεῖσθαι αὐτοῖς. Λοκρῶν δὲ τῶν Ἐπιζεφυρίων ἑλόντων τὴν πόλιν, [2] Εὔθυμον μυθεύουσι τὸν πύκτην καταβάντα ἐπ᾽ αὐτὸν, κρατῆσαι τῇ μάχῃ, καὶ βιάσασθαι, παραλῦσαι τοῦ δασμοῦ τοὺς ἐπιχωρίους. Ταύτης τε τῆς Τεμέσης φασὶ μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν, [3] οὐ τῆς ἐν Κύπρῳ Ταμασοῦ (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) [4] τῷ Ὀδ. Α. ψ. 184.

[5] Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκὸν, --- p. 256.

καὶ δείκνυται χαλκουργεῖα πλησίον, ἃ νῦν ἐκλέλειπται. Ταύτης δὲ συνεχὴς Τερίνα, [6] ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν, οὐ δυνάμενος φυλάττειν, B ὅτε δὴ εἰς αὐτὴν κατέφυγε τὴν Βρεττίαν. Εἶτα Κωνσεντία μητρόπολις Βρεττίων. Μικρὸν δ᾽ ὑπὲρ ταύτης Πανδοσία, φρούριον ἐρυμνὸν, περὶ ἣν Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς διεφθάρη. [7] ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον ὁ ἐν Δωδώνῃ χρησμὸς, φυλάττεσθαι κελεύων τὸν Ἀχέροντα καὶ τὴν Πανδοσίαν· δεικνυμένων γὰρ ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ ὁμωνύμων τούτοις, ἐνταῦθα κατέστρεψε τὸν βίον. τρικόρυφον δ᾽ ἐστὶ τὸ φρούριον, καὶ παραρρεῖ ποταμὸς Ἀχέρων· προσηπάτησε δὲ καὶ ἄλλο λόγιον,

Πανδοσία τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις.

C ἔδοξε γὰρ πολεμίων φθορὰν οὐκ οἰκείων δηλοῦσθαι· Φασὶ δὲ καὶ βασίλειον ποτὲ γενέσθαι τῶν Οἰνωτρικῶν βασιλέων τὴν Πανδοσίαν. Μετὰ δὲ τὴν Κωνσεντίαν [8] Ἱππώνιον Λοκρῶν κτίσμα.

1. *Nemo Temeſæum*) Locus eſt mendoſus, quod & in Chiliadibus ſuis Eraſmus monuit. μηδεὶς pro μὴ δ᾽ εἰς facilè auſus ſum reponere, cum ita in epitoma etiam manu ſcripta haberetur. Si legeres παροιμίαν εἶναι πρὸς αὐτούς· μηδεὶς, &c. utcunque melius cohæreret ſententia. aliàs & ad γενέσθαι deeſt φασὶν, aut aliquid tale: & λεγόντων ἐπικεῖσθαι αὐτοῖς non concinnum eſt, atque (ut puto) mutilum ὅσα ἔτη etiam apud δασμολογεῖσθαι habent eclogæ, quod planè Strabonianum credo eſſe, & hinc excidiſſe. Eſt enim apud Pauſaniam Ἠλιακῶν β. (Lib. VI. c. 6.) in Euthymi hujus hiſtoria idem. Vide de proverbio hoc Aelianum lib. VIII. variæ hiſtoriæ, cap. 18. *Xyland.* D

1. μηδεὶς τὸν ἥρωα τὸν ἐν Τεμέσῃ) De uſu hujus proverbii parum conſtat inter auctores. Euſtath. ἐπὶ τῶν ἀγριαινόντων ἔξω καιροῦ uſurpatum admonet: Ælianus Var. Hiſtor. VIII. c. 18. ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶς τι κερδαινόντων. Sed hic aliud potius proverbium explicat, ita enim extulit, ὅτι αὐτοῖς ἀφίξεται ὁ ἐν Τεμέσῃ ἥρως. Deeſſe autem aliquid manifeſtum eſt: vox tamen λεγόντων ne ſit ſuſpecta ſimiles loci impediunt, ut libro ſequenti ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐν παροιμίᾳ διαδοθῆναι λεγόντων πρὸς τοὺς πολυτελεῖς. *Caſaub.*

2. Εὔθυμον μυθεύουσι τὸν πυκτήν. *Euthymum ferunt pugilem*) Hanc ſive hiſtoriam ſive fabulam pluribus exequitur Pauſanias lib. II. Eliacorum. Lib. VI. c. 6. *Palmer.*

3. οὐ τῆς ἐν Κύπρῳ Ταμασοῦ) De Tamaſo Cypriaca vide lib. XIV. extremo. p. 684. Vide etiam Stephanum Τάμασος. *Caſaub.*

4. τῶν ἐς Τεμέσην) Sic legi & diſtinxi, rem & epitomæ indicium, aliorumque ſcriptorum ſecutus. *Xyland.*

5. Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκὸν) Statius in Sylvis de ſtatua equeſtri Domitiani,

*Et quis ſe totis Temeſe dedit hauſta metallis.* Caſaub.

6. ἣν Ἀννίβας καθεῖλεν) Tunc opinor, cum & Herdoneam, vide Livium XXVII. c. 1. & Stephanum. Ab hac ſinus Terineus dictus, Plinio III. c. 10. & Thucydidi. VI. c. 104. *Idem.*

7. ἐξηπάτησε δὲ καὶ τοῦτον) Ait καὶ τοῦτον, quia & multi alii iſto modo decepti, vide Euſebium. Oraculum autem, quo deceptus eſt Alexander Molottus Epiri rex, fuit hoc,

Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίαν θ᾽ ὅθι τοὶ θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

hiſtoriam habet Livius lib. VIII. c. 17. Iuſtin. lib. XII. c. 2. *Idem.*

8. Ἱππώνιον) Latinis Hippo. Plinius III. cap. 5. *Hippo quod nunc Vibonem Valentiam appellamus.* Sed Stephan. habet Ἱππώνιον. Scribendum autem οὐιβῶνα non οὐιβώναν. Sic enim & Latini *Vibonem* & Stephan. οὐιβῶνα. Scribe etiam in Ptol. οὐίβων οὐαλεντία. *Idem.*

Βρεττίους δὲ κατέχοντας ἀφείλοντο Ῥωμαῖοι, καὶ μετωνόμασαν Οὐιβῶναν Οὐαλεντίαν. A Διὰ δὲ τὸ εὐλείμωνα εἶναι τὰ περικείμενα καὶ ἀνθηρὰ, τὴν Κόρην ἐκ Σικελίας πεπιστεύκασιν ἀφικνεῖσθαι δεῦρο ἀνθολογήσουσαν· ἐκ δὲ τούτου ταῖς γυναιξὶν ἐν ἔθει γεγονέναι, ἀνθολογεῖν τε καὶ στεφανηπλοκεῖν, ὥστε ταῖς ἑορταῖς αἰσχρὸν εἶναι 1 στεφάνους ὠνητοὺς φορεῖν. Ἔχει δ' ἐπίνειον ὃ κατεσκεύασέ ποτε Ἀγαθοκλῆς ὁ τύραννος τῶν Σικελιωτῶν κρατήσας τῆς πόλεως. Ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸν Ἡρακλέους λιμένα πλεύσασιν, ἀρχὴ τοῦ ἐπιστρέφειν τὰ ἄκρα τῆς Ἰταλίας, τὰ πρὸς τῷ πορθμῷ πρὸς τὴν ἑσπέραν. B Ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ 3 Μέδαμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν 4 ὁμώνυμος κρήνη μεγάλη, πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλούμενον Ἐμπόριον. Ἐγγὺς δὲ καὶ Μέταυρος ποταμὸς, καὶ ὕφορμος ὁμώνυμος. Πρόκεινται δὲ τῆς ἠϊόνος ταύτης αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι, διέχουσαι τοῦ ποταμοῦ σταδίους διακοσίους· οἱ δ' Αἰόλου φασὶν, οὗ καὶ τὸν ποιητὴν μεμνῆσθαι κατὰ τὴν Ὀδυσσείαν· εἰσὶ δ' ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ἐν ἀπόψει πᾶσι, καὶ τοῖς ἐκ τῆς Σικελίας, καὶ τοῖς ἐκ τῆς Ἠπείρου τοῖς κατὰ Μέδαμαν ἀφορῶσι· περὶ ὧν ἐροῦμεν, ὅταν περὶ τῆς Σικελίας λέγωμεν. C Ἀπὸ δὲ τοῦ Μεταύρου ποταμοῦ, Μέταυρος ἕτερος..... Ἐκδέχεται δ' ἐντεῦθεν 6 τὸ Σκύλλαιον, πέτρα χερρονησίζουσα ὑψηλὴ, τὸν ἰσθμὸν ἀμφίδυμον καὶ ταπεινὸν ἔχουσα, ὃν p. 257. Ἀναξίλαος ὁ τύραννος τῶν Ῥηγίνων ἐπετείχισε τοῖς Τυῤῥηνοῖς κατασκευάσας ναύσταθμον, καὶ ἀφείλετο τοὺς λῃστὰς τὸν διὰ τοῦ πορθμοῦ διάπλουν. Πλησίον γάρ ἐστι καὶ ἡ Καινὺς,

quod Bruttiis ademtum, Romani Vibonem Valentiam nuncupaverunt. Et quia circumjacentia loca prata habent præclara, floribuſque abundant, creditum fuit eò ex Sicilia veniſſe Proſerpinam florum legendorum gratia: indeque morem eſſe matronis receptum ut flores ipſæ legant coronaſque nectant: turpeque iis habeatur ad feſtos dies ſerta geſtare emtitia. Navale habet Vibo, quod olim ædificavit Agathocles Siculorum tyrannus, ea urbe potitus. Inde ad portum Herculis navigantibus, extrema Italiæ verſus fretum ſita incipiunt ſeſe adverſus occidentem inflectere. Eo in litore eſt 2 Medama urbs Locrorum eorundem, ejuſdem nominis cum fonte magno, habetque vicinum navale, cui Emporium nomen. Propè eſt etiam flumen Metaurus, & ejuſdem nominis ſtatio navium. Ante hoc litus ſitæ ſunt Liparenſium inſulæ, cc ſtadiis à freto diſtantes: Alij Æoli inſulas dicunt, ajuntque earum poëtam in Ulyſſea mentionem feciſſe. Septem numero ſunt, in conſpectu ſitæ omnibus vel ex Sicilia, vel ex continente apud Medamam proſpicientibus: dicemus de iis in Sicilia. Cæterùm iſte Metaurus fluvius, 5 diverſus eſt ab eo ...... Inde ſubſequitur Scyllæum, ſublime ſaxum & mari pænè ambitum, Iſthmo humili & utrinquè appulſui navium apto, continenti junctum, quem Iſthmum Anaxilaus Rheginorum tyrannus adverſum Tyrrhenos muro munivit, naviumque ſtationem redegit, prædoneſque freti trajectu prohibuit. Prope enim Cænys etiam eſt,

1. στεφάνους ὠνητοὺς φορεῖν) quod Athenis olim, ut hodie Luteriæ, fuiſſe uſitatum, vel Ariſtophanis fabula Theſmophor (p. 790. ed. Biſeti.) docet: ait ibi mulier στεφανηπλόκος in criminatione miſelli Euripidis,

*ἐμοὶ γὰρ ἀνὴρ ἀπέθανεν μὲν ἐν Κύπρῳ*
*παιδάρια πέντε καταλιπών· ἅγὼ μόλις*
*στεφανηπλοκοῦσ' ἔβοσκον ἐν ταῖς μυῤῥίναις.* i. e.
*Mihi enim vir mortuus eſt quidem in Cypro*
*Puerulos quinque qui reliquit, quos ego vix*
*Coronas texens paſcebam in myrtis.* Caſaub.

2. *Medama)* Plinio Medua III. 5. Sed in Græco τῶν αὐτῶν, ut de Epizephyriis Locris omnia accipias. κρήνῃ dandi caſu ſcripſi, aliâs non cohærebat. poſt pro ἀποψὶ lego ἐπόψει. *Xyland.*

3. Μέδαμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν) Lego Μέδαμα πόλις Λοκρῶν καὶ αὐτῶν ὁμώνυμος κρήνη. Nam Medama plurale eſt: licet ſequatur Μεδάμαν, & Μεδάμης. Nam, ut ſæpe monui, harum vocum nulla eſt certa analogia. *Caſaub.*

4. Ὁμώνυμος κρήνη μεγάλη, πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλούμενον Ἐμπόριον) Locus hic obiter emendandus, quare ſi haud gravatè antecedentia verba Græca addideris, eum melius hoc modo legere poteris: ἐν δὲ τῷ παράπλῳ τούτῳ Μέδαμα πόλις Λοκρῶν τῶν αὐτῶν, ὁμώνυμος κρήνῃ μεγάλῃ, πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον καλούμενον Ἐμπόριον, vel, quod etiam D verius: ὁμώνυμος κρήνῃ, ἢ μέγαλον πλησίον ἔχουσα ἐπίνειον, καλούμενον Ἐμπόριον. Salmaſ. Exerc. Plin. Edit. Ultraj. p. 47.

5. *Diverſus eſt ab eo)* Hîc aſteriſcum allevi, neque enim duo ſunt ibi Metauri, ſed unus fluvius cum cognomine ſtatione. Ego ſuſpicor Strabonem hîc Metaurum hunc voluiſſe diſtinguere à Metauro Umbriæ, ad quem Aſdrubal eſt à Livio & Nerone Coſſ. occiſus. Livius lib. XXVII. extremo ferè. c. 49, 50, 51. Horat. IV. Od. IV. Meminit in Umbria noſter libro præcedente, & Plin. III. 14. Cænys ſcribendum per diphthongum, ex Stephano liquet. noſter fœminino genere uſurpat, ut inſulam, ſicut & Stephanus videtur facere, promontorium enim eſt Plinio. De Regio verò à Meſſeniis condito videre licet *Pauſaniæ Meſſenica. fol. Græco LXXXIX. & deinde. Xyland.*

6. τὸ Σκύλλαιον πέτρα) Plinio III. 5. eſt oppidum. Ptolem. Σκύλαιον ἄκρον. *Caſaub.*

1. ἀπὸ

τὸν μὲν οὖν Ἀρχίαν ἑλέσθαι τὸν πλοῦτον, Μύσκελλον δὲ τὴν ὑγίειαν· τῷ μὲν δὴ Συρακούσας δοῦναι κτίζειν, τῷ δὲ Κρότωνα. καὶ δὴ συμβῆναι Κροτωνιάτας μὲν οὕτως ὑγιεινὴν οἰκῆσαι πόλιν, ὡς εἰρήκαμεν. Συρακούσας δ' ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεσεῖν πλούτου, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐν παροιμίᾳ διαδοθῆναι λεγόντων πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη. Πλέοντα δὲ τὸν Ἀρχίαν εἰς τὴν Σικελίαν, καταλιπεῖν μετὰ μέρους τῆς στρατείας τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους * Χερσικράτην συνοικιοῦντα τὴν νῦν Κέρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ Σχερίαν. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐκβαλόντα Λιβυρνοὺς κατέχοντας, οἰκῆσαι τὴν νῆσον· τὸν δ' Ἀρχίαν * κατασχόντα πρὸς τὸ Ζεφύριον, τῶν Δωριέων εὑρόντα τινὰς δεῦρο ἀφιγμένους ἐκ τῆς Σικελίας παρὰ τῶν τὰ Μέγαρα κτισάντων, ἀναλαβεῖν αὐτοὺς, καὶ κοινῇ κτίσαι τὰς Συρακούσας μετ' αὐτῶν ἀπιόντα. [2] Ηὐξήθη δὲ καὶ διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν ἡ πόλις, καὶ διὰ τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν, οἱ ἄνδρες ἡγεμονικοὶ κατέστησαν· καὶ συνέβη Συρακουσίοις τυραννουμένοις τε δεσπόζειν τῶν ἄλλων, καὶ ἐλευθερωθεῖσιν ἐλευθεροῦν τοὺς ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταδυναστευομένους. ἦσαν γὰρ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν ἔνοικοι, τινὲς δ' ἐκ τῆς περαίας ἐπῄεσαν· οὐδένα δ' τῆς παραλίας εἴων οἱ Ἕλληνες ἅπτεσθαι, τῆς δὲ μεσογαίας ἀπείργειν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον. ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ, καὶ Σικανοὶ, καὶ Μόργητες, καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον, [3] ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες· οὕς περ πρώτους φησὶ τῶν βαρβάρων Ἔφορος λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκιστάς· [4] καὶ τὴν Μοργάντιον δὲ, εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων * ᾠκῆσθαι· πόλις δ' ἦν αὕτη, νῦν δ' οὐκ ἔστιν. Ἐπελθόντες δὲ Καρχηδόνιοι, καὶ τούτους οὐκ ἐπαύσαντο κακοῦντες, καὶ τοὺς Ἕλληνας· ἀντεῖχον δ' ὅμως οἱ Συρακούσιοι. Ῥωμαῖοι δ' ὕστερον καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξέβαλον, καὶ τὰς Συρακούσας ἐκ πολιορκίας εἷλον·

* Manuſſ. Χεραικράτει

p. 270.

* Manuſſ. κατασχόντα τὴν νῆσον,

* Melius fortaſſe legeretur, ᾠκίσθαι.

A Archiam divitias ſibi optaſſe, ſanitatem Myſcellum: deumque [illegible] ut Syracuſas, huic ut Crotonem conderet, mandaſſe. Et quidem Crotoniatis eveniſſe, ut ſic ſalubrem incolerent, ſicut diximus, urbem. Syracuſanos autem eò opulentiæ progreſſos, ut de ipſis quoque vulgatum ſit proverbium, quod in nimis ſumptuoſos diceretur, Eos [1] non poſſidere [illegible]cimam Syracuſanorum, Porrò Archiam cùm in Siciliam navigaret, cum parte exercitus reliquiſſe Cherſicratem genus ab Herculis poſteritate ducentem, qui occuparet pro domicilio ſuis Corcyram, B quæ antè Scheria fuit nominata: atque hos quidem expulſis, qui tunc ibi habitabant, Liburnis, inſulam obtinuiſſe. Archiam, cùm ad Zephyrium Dorienſium appuliſſet, & incidiſſet in quoſdam, qui è Sicilia eò ſe contulerant ab his digreſſi qui Megara condiderant, adjunxiſſe ſibi eos, indeque profectum communi cum eis opera Syracuſas condidiſſe. Urbs ea crevit, cùm ob regionis ubertatem, tum ob portuum opportunitatem. quod factum eſt ut cives viri fierent principes. uſuque venit Syracuſanis ut & tyrannis ipſi parentes, aliorum eſſent domini: & li- C berati alios à barbarorum dominatione liberarent. Barbarorum enim alii tum erant incolæ, alii ex oppoſita terra invadebant: & Græci non [illegible]quam oram tangere maritimam: mediterraneis omnino ejicere non valebant: ſed manebant adhuc Siculi, Sicani, Morgetes, & alij nonnulli, qui inſulam incolerent. ex quibus fuerunt etiam Hiſpani, quos Ephorus primos de barbaris ait iſtam inſulam inhabitaſſe. ac probabile eſt Morgetibus Morgantium fuiſſe domicilium, quæ urbs hodie non exſtat. Supervenientes autem Carthaginienſes, nullum neque barbaros neque Græcos infeſtandi finem D fecerunt. quanquam adverſum hos perduraverunt Syracuſani. Romani verò & Carthaginienſes profligaverunt, & Syracuſas obſidione in poteſtatem redegerunt.

1. *Non poſſidere* ) In ecloga aliter hoc adagium effertur, addita voce ἀμείβω. ut ſit ſenſus, ſi quis nimium ſuas oſtentaret opes, ei dictum fuiſſe, Decimas Syracuſanorum opulentiæ ejus anteire. *Xyland.*

2. [illegible]) Ita crever[illegible] Syracuſæ ut nihil ætate Thucydid[illegible] Ath[illegible]is eſſen[illegible] inferiores, ut ipſe teſtatur lib. [illegible]11. Diod[illegible]rus autem Siculus auctor eſt Syracuſas poſt ejectum Thraſybulum tyrannum liberas fuiſſe ad tempora Dionyſii uſque: quod ſpatium eſt annorum fere ſexaginta. locus eſt lib. XI. *Caſaub.*

3. ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες) Diſtinguit Iberos à Sicanis, cum plerique è veteribus Sicanos gentem fuiſſe dicerent Iberam, quæ Siciliam occupaſſet: ut apud Diodor. Siculum Philiſtus, & ſcholiaſtes Homeri Οδ ω. ſi Homeri eſt ille liber. *Idem.*

4. καὶ τὴν Μοργάντιον δὲ εἰκός) Supra hoc eodem libro p 257. τὸ Μοργάντιον dixit: φασὶ δὲ τ[illegible] καὶ τὸ Μοργάντιον ἐντεῦθεν. τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τῶν Μοργήτων ἔχειν. Apud Stephanum legitur Μοργέντιον πόλις Ἰταλίας. perperam hîc quoque Italiæ nomine pro Sicilia poſito: ſive ſit peccatum librarii, ſive ipſius auctoris malè accipientis ſuperiora Strabonis verba. *Idem.*

1. Πεντ[illegible]

Noſtra tempeſtate cùm inter alias urbes Pompejus Syracuſas quoque malè tractaſſet, miſſa Auguſtus Cæſar colonia magnam veteris ſtructuræ partem reſtituit. Olim enim Syracuſæ quinque urbibus conſtabant, contentæ muro cxxc ſtadia longo. Neque opus putavit eſſe Auguſtus totum iſtum complere circulum: ſed eam quæ habitabatur pars ad inſulam Ortygiam, cenſuit majori habitatorum copia inſtruendam: cùm ea pars ambitu ſuo urbis minimè contemnendæ aream incluſeret. Ortygia continenti vicina, ponte cum ea conjungitur. Ea inſula fontem habet Arethuſam, quæ fluvium rectè in mare emittit. Hunc fluvium fabulantur eſſe Alpheum, qui ortus in Peloponneſo, per mare alveo ſuo ductus infra terram uſque ad Arethuſam, rurſum inde in mare effluit. Argumenta quæ rem aliter non habere indicent, hæc ab iis afferuntur. Pateram quamdam apud Olympiam in Alpheum prolapſam, ad fontem Arethuſam fuiſſe delatam: tum fontem eum turbidum fieri quando Olympiæ boves ſacrificantur. atque hæc ſecutus Pindarus, ita cecinit:

A Ἐφ᾽ ἡμῶν δὲ Πομπηΐου τάς τε ἄλλας κακώσαντος πόλεις, καὶ δὴ καὶ τὰς Συρακούσας, πέμψας ἀποικίαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, πολὺ μέρος τοῦ παλαιοῦ κτίσματος ἀνέλαβε. [1] Πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιὸν, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. Ἅπαντα μὲν δὴ τὸν κύκλον ἐκπληροῦν τοῦτον οὐδὲν ἔδει· τὸ δὲ συνοικούμενον τὸ πρὸς τῇ νήσῳ τῇ Ὀρτυγίᾳ μέρος, ᾠήθη δεῖν [2] οἰκῆσαι βέλτιον, ἀξιόλογον πόλεως ἔχειν περίμετρον. [3] Ἡ δ᾽ Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον * οὖσα· [4] κρήνην δ᾽ ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν, ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν. [5] Μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον, [6] ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου, διὰ δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ * γῆς τὸ ῥεῖθρον ἔχοντα μέχρι πρὸς τὴν Ἀρέθουσαν, εἶτ᾽ * ἐκδιδόντα πάλιν εἰς τὴν θάλατταν. τεκμηριοῦνται δὲ τοιούτοις τισί. Καὶ γὰρ φιάλην τινὰ ἐκπεσοῦσαν [7] εἰς τὸν ποταμὸν * ἐνόμισαν ἐν Ὀλυμπίᾳ, δεῦρο ἀνενεχθῆναι εἰς τὴν κρήνην· καὶ θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ βουθυσιῶν· ὅ, τε Πίνδαρος ἐπακολουθῶν C τούτοις εἴρηκε·

B

* Manuſſ. πρόσγειος οὖσα.

*Scripti ἐκ.

* Manuſſ. γῆν

* Manuſſ. ἐκδιδόντα ἐντεῦθεν & ἐνθένδε.

* Vox ſuſpecta.

1. Πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιόν) Nomina harum partium iſtius urbis quæ, ut Livius quoque ait, inſtar urbium erant, fuere, Naſus, Tycha, Neapolis, Acradina, & Epipolæ: quarum mentio frequens, cum apud alios, tum maximè Livium lib. xxv. cap. 24. & Diodo. xiv. & alibi. Cicero in Verrem. iv. c. 53. non πεντάπολιν, ſed τετράπολιν fuiſſe ſcribit: *Ea*, inquit, *tanta eſt urbs, ut quatuor urbibus maximis conſtare dicatur, quarum una eſt ea quam dixi inſula*: Poſt, *Altera autem eſt urbs Syracuſis, cui nomen eſt Achradina.* Mox, *Tertia eſt urbs quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit Tyche nominata eſt.* Mox, *Quarta autem eſt urbs, quæ quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur.* (Prætermiſit Cicero Epipolas, alii Naſum. Scholiaſtes Pindari ad Odam ſecundam Pythion. Μεγαλοπόλιας εἶπε τὰς Συρακούσας, ἐπειδὴ Ἀρχίας τέσσαρας πόλεις κατασκευάμενος, εἰς μίαν συνήγαγεν εἰσὶ δὲ αὗται. Ἀχραδινὴ, Νεάπολις, Ἐπιπολαὶ καὶ Τύχη.) Apud Diodorum lib. xi. Ἰτύκη perperam pro Τύχη poſitum eſt: locus igitur corrigendus. Nam de Tycha parte Syracuſarum præter Ciceronem, in promptu ſunt Livii & Plutarchi (in vita M. Marcelli p. 308. ed. FFurt.) loci. Stephanus quoque Τύχη πόλις Σικελίας, πλησίον Συρακουσῶν. *Caſaub.*

2. οἰκῆσαι βέλτιον) Legendum cenſeo οἰκίσαι: quod prior interpres confirmat. Mox ἀξιολόγου lego, non ἀξιόλογον & noſtram lectionem confirmant ſimiles loci. Sic infra eodem, de Tarento, μέγεθος ἀξιολόγου. πόλεως ἐκπληροῦν. *Idem.*

3. ἡ δ᾽ Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ) Olim aggeſta glarea, ut dictum eſt lib. primo p. 23. Puto autem legendum, συνάπτει γεφύρα πρὸς τὴν ἤπειρον νῆσος οὖσα. Omnino deſiderari puto vocem νῆσος. Cicero in Verrem iv. 52. *Pars oppidi quæ appellatur Inſula, mari diſjuncta, anguſto ponte rurſum adjungitur, & continetur.* De Ortygia vide amplius Diodorum lib. v. Lege mox cum veteribus, πρόσγειος οὖσα. *Idem.*

4. κρήνην δ᾽ ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν, ἐξιεῖσαν ποταμόν) Cicero in Verrem. iv. 53. *In hac inſula extrema, eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium: qui fluctu totus operiretur, niſi munitione ac mole lapidum à mari diſjunctus eſſet.* Similia ſunt, quæ ſcribit Diodorus libro quinto, addens Arethuſæ piſces manere ἀθίκτους ἀνθρώπους & ἱεροὺς ὄντας. *Idem.*

5. μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον) Virgilius lib. III. Aen. ℣. 692.

D

*Sicanio prætenta ſinu jacet inſula contra*
*Plemmyrium undoſum: nomen dixere priores*
*Ortygiam: Alpheum fama eſt huc Elidis amnem*
*Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc*
*Ore Arethuſa tuo, Siculis confunditur undis.*

Meminere paſſim Græci poëtæ. Vide Pauſaniam Lib. v. c. 7. *Idem.*

6. ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου) Lego ἐρχόμενον: nec debet aliter legi meo quidem judicio: Sic Moſchus in eadem re. Eid. viii.

Ἀλφειὸς μετὰ Πίσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ
Ἔρχεται εἰς Ἀρέθοισαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ. i. e.
*Alpheus poſt Piſam ubi mare ingreſſus eſt,*
*Procedit in Arethuſam, aquam adducens oleaſtros vectantem.* Idem.

7. εἰς τὸν ποταμὸν ἐνόμισαν) Vocem ἐνόμισαν prior interpres non videtur agnoſcere: mihique eſt valde ſuſpecta: ea certè ſublata, ſententiæ nihil deërit. Antigonus ſic, Φασὶ δὲ καὶ φιάλην ποτ᾽ εἰς τὸν Ἀλφειὸν ἐμβληθεῖσαν, ἐν ἐκείνῃ φανῆναι· τοῦτο δ᾽ ἱστορεῖ καὶ Τίμαιος. Idem.

*Alphei*

A

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ
Κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία·

p. 271. Συναποφαίνεται δὲ τῷ Πινδάρῳ ταῦτα καὶ Τίμαιος ὁ συγγραφεύς. Εἰ μὲν οὖν πρὸ τοῦ συνάψαι τῇ θαλάττῃ κατέπιπτεν ὁ Ἀλφειὸς εἴς τι βάραθρον, ἦν τις ἂν πιθανότης, ἐντεῦθεν διήκειν κατὰ γῆς ῥεῖθρον μέχρι τῆς Σικελίας, ἀμιγὲς τῇ θαλάττῃ διασῶζον τὸ πότιμον ὕδωρ. ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ ποταμοῦ στόμα φανερόν ἐστιν εἰς τὴν θάλατταν ἐκδιδὸν, [2] ἐγγὺς δὲ μηδὲν ἐν τῷ πόρρω τῆς θαλάττης φαινόμενον στόμα, τὸ καταπῖνον τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ, καίπερ οὐδ᾽ οὕτως ἂν συμμεῖναι γλυκὺ, ὅμως τό γε ἐπὶ πλέον εἰ καταδύνει εἰς τὸ κατὰ γῆς ῥεῖθρον, παντάπασιν ἀμήχανόν ἐστι· τότε γὰρ τῆς Ἀρεθούσης ὕδωρ, ἀντιμαρτυρεῖ πότιμον ὄν· τό, τε διὰ τοσούτου πόρου συμμένειν τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ, μὴ διαχεόμενον τῇ θαλάττῃ, μέχρις ἂν εἰς τὸ πεπλασμένον ῥεῖθρον ἐμπέσῃ, παντελῶς μυθῶδες. Μόλις γὰρ ἐπὶ τοῦ Ῥοδανοῦ τοῦτο πιστεύομεν, ᾧ συμμένει τὸ ῥεῦμα, διὰ λίμνης ἰὸν, ὁρατὴν σῴζον τὴν ῥύσιν· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο μὲν βραχὺ διάστημα, καὶ οὐ κυμαινούσης τῆς λίμνης· ἐνταῦθα δὲ, ὅπου χειμῶνες ἐξαίσιοι, καὶ κλυδασμοὶ, πιθανότητος οὐδεμιᾶς οἰκείας ὁ λόγος. Ἐπιτείνει δὲ τὸ ψεῦδος ἡ φιάλη παρατεθεῖσα· οὐδὲ γὰρ αὕτη ῥεύματι εὐπειθής .... [3] οὐχὶ τῷ τότε .... οὕτω καὶ διὰ τοιούτων ὀρῶν φερομένων. Φέρονται δ᾽ ὑπὸ γῆν ποταμοὶ πολλοὶ, καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον διάστημα. Εἰ δ᾽ τοῦτο δυνατὸν, τά γε προειρημένα ἀδύνατα, [4] καὶ τὰ περὶ τοῦ Ἰνάχου, μύθῳ παραπλήσια· ῥεῖ γὰρ ἀπ᾽ ἄκρας Πίνδου φησὶν ὁ Σοφοκλῆς, Λάκμου τε ἀπὸ Περραιβῶν, εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας· μίσγει δ᾽ ὕδασι τοῦ Ἀχελώου· [5] καὶ ὑποβὰς ἐνθένδε ἐς Ἄργος διὰ κῦμα τεμὼν,

[1] *Alphei requies veneranda,*
*Clararum Syracuſarum germen Ortygia.*

Quin & ſcriptor hiſtoriæ Timæus Pindaro adſtipulatur. Enimvero ſi Alpheus priuſquam mare attingit, in voraginem aliquam decideret: veri utcunque ſimile foret inde infra terram fluvium ad Siciliam uſque pervenire, ita ut potabilem aquam marinæ impermixtam ſervaret. Nunc cùm oſtium Alphei manifeſtò in mare exeat, neque in vicinia & procul à mari ullæ fauces appareant quæ amnem abſorbeant: (quanquam ne ſic quidem totus permaneret dulcis) tamen B majore ſui parte ſi in alveum ſubterraneum deſcendit, omnino fieri non poteſt. contrà enim teſtimonium fert aqua Arethuſæ, quæ eſt potui, & per tantum maris trajectum ita inter ſe cohærere amnem, ut non miſceatur mari, donec in fictitium iſtum alveum [illegible] fabuloſum eſt. Ægre enim hoc de Rhodano credimus, qui per lacum fluens ſuo continente alveo, fluxu etiam oculis manifeſto. Sed & ſpacium id breve eſt, neque fluctibus agitatur lacus. Hîc cùm tempeſtatibus atrocibus, undarumque procellis mare crebrò fluctuet, nihil habet narratio cum veritatis ſpecie conjunctum. Aggravat C mendacium etiam adjecta pateræ mentio: non enim ea facilè fluminis curſum ſequeretur non qui tunc. ſi & per .... tantos montes delatis. Sanè infra terram labuntur multi amnes, idque in multis terræ partibus: at non tanto ſpacio. Quod ſi hoc fieri poteſt; at certè impoſſibilia ſunt quæ antè retulimus: ſimiliaque fabulæ quæ de Inacho fertur. Fluit enim is, ut ait Sophocles, ab extremitate Pindi, & Lacmo ac Perrhabis, in Amphilochos & Acarnanes, ac miſcetur Acheloi aquis, indeque ſub mare demerſus undiſque penetratis ad Argos,

1. *Alphei requies*) Cur non ex Pindaro integro locum malè à librariis mulctatum reſtituerem? quid hoc in tanta noſtri correctoris oſcitantia novæ, quæ hominem inceſſit, religionis? initium eſt Nemeorum. utinam tam facilè corrigi alia poſſent: minus laboraremus. Sed ſub hæc verba locus eſt valdè corruptus. Qanquam ne ſic quidem & quæ de patera diſputat. & locus Sophoclis de Inacho. quæ res tamen libro ſequenti plenius explicatur. Fabulam habet etiam Maro l. III. Æneidos de Ortygia, Alpheo & Arethuſa. *Xyland.*

2. Ἐγγὺς δὲ μηδὲν ἐν τῷ πόρρω τῆς θαλάττης) Locus eſt obſcurus nec ſatis correctus. *Caſaub.*

2. Ἐγγὺς δὲ μηδὲν ἐν τῷ πόρρω τῆς θαλάττης φαινόμενον στόμα. *Neque in vicinia & procul à mari ullæ fauces appareant*) Non tetigit hoc ulcus doctiſſimus commentator, licet viderit, & morboſum hunc locum jure pronunciaverit. Sed puto una litterula D dempta, quæ abundat, eum optime poſſe ſanari. Ergo lege, ἐν τῷ πόρῳ τῆς θαλάσσης, ſenſu plano. *Palmer.*

3. οὐχὶ τῷ τότε. οὕτω καὶ διὰ τοιούτων ὀρῶν φερομένων) Locus mancus & corruptus. *Caſaub.*

4. καὶ τὰ περὶ τοῦ Ἰνάχου) Falſum inquit erit & fabula mera, quod de Inacho dicitur: Crediderunt enim veterum nonnulli Inachum & Æantem fluvios, quorum hic Appolloniam in Illyride præterfluit, ille ad Argos defertur, eodem loco oriri, nempe è ſummo Pindi montis vertice. Atque hæc fuit Hecatæi opinio. Vide libro VII. p. 316. *Idem.*

5. καὶ ὑποβὰς) hæc verba ſignificant & paullò poſt. Nam & præcedentia & ſequentia ex Sophocle ſunt. Sic autem ſæpe iſta uſurpantur: lib. ſequenti, καὶ ὑποβὰς μικρόν. Sic ſæpe. Polybius pro eodem dicit καὶ προβάς. *Idem.*

pervenitque ad Lyrcium populum. Hujuſmodi prodigioſa commenta augent, 2 qui Inopum è Nilo in Delum derivant. Jam Zoilus orator, is qui Homerum tanquam fabularum ſcriptorem vituperat, in Tenediorum encomio ſcribit Alpheum è Tenedo fluere. Ibycus Aſopum, qui Sicyone eſt, ex Phrygia fluere autumat. Melius Hecatæus, qui Inachum Amphilochorum è Lacmo profluentem, unde & Æas labitur, diverſum ab Argolico eſſe affirmat: eique hoc nominis ab Amphilocho impoſitum, qui urbem quoque Argos Amphilochicum nominârit: eumque in Acheloum incidere ait, Æantem verſus occaſum ad Apolloniam labi. Ab utraque Ortygiæ parte portus eſt magnus, major etiam xxc ſtadia amplus. Syracuſas ergo Auguſtus inſtauravit, & Catanam & Centoripa: quæ urbs ad Pompeium debellandum ei multum tulit adjumenti. Sita ſunt Centoripa ſupra Catanam, montes Ætnæos attingentia, & Symæthum flumen, quod in agrum Catanæum meat. ¶ De reliquis Siciliæ lateribus, id quod à Pachyno ad Lilybæum pertinet, prorſus deſertum eſt. veſtigia duntaxat antiquorum quædam oppidorum reſtant: ut fuit Camarina Syracuſanorum colonia. Agrigentum Ionica colonia, & navale ejus, ac Lilybæum adhuc ſuperſunt. alioqui cùm hoc Siciliæ latus maximè Carthaginenſium ditioni eſſet obiectum, longis ac continentibus bellis pleræque urbes ejus ſunt deletæ.

A [1] ἥκει δημονίκου δῆμον τὸν Λυρκίου. Ἐπιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν, 3 οἱ τὸν Ἰνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαιοῦντες. Ἀλφειὸν δὲ Ζωίλος ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Τενεδίων ἐγκωμίῳ φησὶν ἐκ Τενέδου ῥεῖν, 4 ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον. Ἴβυκος δὲ τὸν ἐν Σικυῶνι Ἀσωπὸν, ἐκ Φρυγίας ῥεῖν φησί. Βελτίων δ' Ἑκαταῖος, ὅς φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀμφιλόχοις Ἴναχον, ἐκ τοῦ Λακμοῦ ῥέοντα, ἐξ οὗ καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ, ἕτερον εἶναι τοῦ Ἀργολικοῦ, ὠνομάσθαι δ' ὑπὸ Ἀμφιλόχου, τοῦ 5 καὶ τὴν πόλιν Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος· τοῦτον μὲν οὕτω φησὶν εἰς τὸν Ἀχελῷον ἐκβάλλειν,
B τὸν δὲ Αἴαντα εἰς Ἀπολλωνίαν πρὸς τὴν δύσιν ῥεῖν. Ἑκατέρωθεν δὲ τῆς νήσου λιμὴν ἐστὶ μέγας, ὧν ὁ μείζων καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἐστί. Ταύτην δὲ τὴν πόλιν ἀνέλαβεν ὁ Καῖσαρ, p. 272.
καὶ τὴν Κατάνην· ὡς δ' αὔτως Κεντόριπα, συμβαλλομένην πολλὰ πρὸς τὴν Πομπηίου κατάλυσιν. Κεῖνται δ' ὑπὲρ Κατάνης τὰ Κεντόριπα, συνάπτοντα τοῖς Αἰτναίοις ὄρεσι, καὶ τῷ Συμαίθῳ ποταμῷ ῥέοντι εἰς τὴν Καταναίαν. Τῶν δὲ λοιπῶν τῆς Σικελίας πλευρῶν, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ Παχύνου πρὸς τὸ Λιλύβαιον διήκουσα, ἐκλέλειπται τελέως, ἴχνη τινὰ σώζουσα τῶν ἀρχαίων κατοικιῶν, ὧν ἦν καὶ Κα-
C μαρίνα ἄποικος Συρακουσίων. 6 Ἀκράγας δὲ Ἰώνων οὖσα καὶ τὸ ἐπίνειον καὶ Λιλύβαιον, ἔτι συμμένει. Τῇ γὰρ Καρχηδονίᾳ τούτων μάλιστα ὑποπιπτόντων τῶν μερῶν, μακροὶ καὶ συνεχεῖς οἱ πόλεμοι γενόμενοι, τὰ πολλὰ κατέφθειραν.

1. ἥκει δημονίκου) Puto legendum, διὰ κῦμα τεμὼν, δῆμον ἥκει τὸν Λυρκίου: ſublatis vocibus ſuperfluis. Senſus eſt, Inachum emergere ad radices montis Lyrcii, ubi veros fontes hujus fluvii eſſe notum eſt è libro nono. Eſt autem Lyrcius, Arcadiæ mons. (Heſychius locum Sophoclis in ſuos Commentarios ita retulit: Λυρκίου δῆμον, τὸ Ἄργος, ἀπὸ Λυρκίου τοῦ Λυγκέως. ἔστι δὲ καὶ ὄρος καὶ πόλις.) *Caſaub.*

2. *Qui Inopum*) Τὸν Ἰνωπόν. legebatur monſtroſè Χονινωπιπὸν. Sed epitomæ rectè habent, & Strabo Inopum Deli fluvium enarrat ſub finem decimi. D Huc autem faciunt verba Plinii II. 103. Et in Delo inſula Inopus fons eodem quo Nilus modo, ac pariter cum eo decreſcit augeturque. Hinc ſcilicet fabula traxit originem. περαίνοντες ſcripſi ex analogia. *Xyland.*

3. οἱ τὸν Ἰνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαίουντες) Infra lib. x. veteres libri habebant Οἴνωπον non Ἰν. Quænam autem analogia Xylandro ſuaſerit ut περαίνοντες potius quam ut Aldus edidit περαιοῦντες legeret, non ſanè intelligo: hunc fluvium Callimachus Ægyptium appellat, hymno in Dianam, ℣. 171.

*Ἀγχόθι πηγάων Αἰγυπτίου Ἰνωποῖο.* i. e.

*Prope fontem Ægyptii Inopi (in Delo)*

Idem fabulæ cauſam ita exponit in Delum ℣. 205.

*Ἵζετο δ' Ἰνωποῖο παρὰ ῥόον, ὅν τε βαθιστον*
*Γαῖα τότ' ἐξανίησιν, ὅτε πλήθοντι ῥεέθρῳ*
*Νεῖλος ἀπὸ κρημνοῖο κατέρχεται Αἰθιοπῆος.* i. e.

*Sedebat autem Inopi ad fluvium: quem profundiſſimum*
*Tellus tunc emittit, cum pleno fluvio*
*Nilus à præcipitio Æthiopico deſcendit.* Caſaub.

4. ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων) Ipſe potius vituperandus, & ineptus atque & impudens μυθογράφος. *Idem.*

5. καὶ τὴν πόλιν Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος) hoc eſt, qui Amphilochus Argis è Peloponneſo profectus, in ſinu Ambracico Amphilochiam, ipſumque Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν condidit. Thucyd. libro ſecundo c. 68. Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν καὶ Ἀμφιλοχίαν τὴν ἄλλην ἔκτισε μετὰ τὰ Τρωϊκὰ οἴκαδε ἀναχωρήσας, καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει καταστάσει, Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιάρεω, ἐν τῷ Ἀμπρακικῷ κόλπῳ, ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας. καὶ ἦν ἡ πόλις αὕτη μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας. i. e. *Argos Amphilochicum & reliquam Amphilochiam, Amphilochus Amphiarai (filius) poſt bellum Trojanum, domum reverſus, cum rerum ſtatus, quæ Argis erat, ei non placeret, condidit in ſinu Ambracio, (urbem) de eodem patriæ ſuæ nomine Argos (cognomine vero Amphilochicum) appellans. Hæc autem urbs omnium in Amphilochia ſitarum maxima erat.* Idem.

6. Ἀκράγας δὲ) Agringentum celebrat multis locis Pindarus. Extat accurata ejus deſcriptio apud Polybium libro nono p. 779. ed. Amſt. quem locum vide. Ptolemæus Agrigentum inter duo flumina, Hypſam & Himeram collocat. Polybius auctor eſt, παρὰ τὴν νότιον πλευρὰν cognominem fluvium labi: παρὰ δὲ τὴν ἐπὶ τὰς δύσεις καὶ τὴν λίβα τετραμμένην eum qui appellatur Ὕψας. *Idem.*


1. καὶ

Η δὲ λοιπὴ καὶ μεγίστη πλευρὰ καίπερ οὐδ᾽ αὐτὴ πολυάνθρωπος οὖσα, ὅμως ἱκανῶς συνοικεῖται. [1] καὶ γὰρ Αλαισα, καὶ Τυνδαρὶς, [2] καὶ τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπορεῖον καὶ Κεφαλοίδιον, πολίσματά ἐστι. Πάνορμος δὲ καὶ Ρωμαίων ἔχει κατοικίαν· τὴν δὲ Αἰγέσταν κτισθῆναί φασιν ὑπὸ τῶν μετὰ Φιλοκτήτου διαβάντων εἰς τὴν Κροτωνιάτιν, καθάπερ ἐν τοῖς Ιταλικοῖς εἴρηται, παρ᾽ αὐτοῦ σταλέντων εἰς τὴν Σικελίαν μετὰ Αἰγέστου τοῦ Τρωός. Εν δὲ τῇ μεσογαίᾳ, τὴν μὲν Ενναν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι, κειμένην ἐπὶ λόφῳ, περιειλημμένην πλάτεσιν ὀροπεδίοις ἀροσίμοις πᾶσιν. ἐκάκωσαν δ᾽ αὐτὴν μάλιστα ἐμπολιορκηθέντες [3] οἱ περὶ Εὔνουν δραπέται, καὶ μόλις ἐξαιρεθέντες ὑπὸ Ρωμαίων. ἔπαθον δὲ τὰ αὐτὰ καὶ Καταναῖοι, καὶ Ταυρομενῖται, καὶ ἄλλοι πλείους. [4] Οἰκεῖται δὲ καὶ ὁ Ερυξ λόφος ὑψηλὸς, ἱερὸν ἔχων Αφροδίτης, τιμώμενον διαφερόντως, [5] ἱεροδούλων γυναικῶν πλῆρες τὸ παλαιόν· ἃς ἀνέθεσαν κατ᾽ εὐχὴν οἵ τ᾽ ἐκ τῆς Σικελίας καὶ ἔξωθεν πολλοί· [6] νυνὶ δ᾽ ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία, λειπανδρεῖ καὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐκλέλοιπε τὸ πλῆθος. ἀφίδρυμα δ᾽ ἐστὶ καὶ ἐν Ρώμῃ τῆς θεοῦ ταύτης [7] τὸ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης, ἱερὸν Αφροδίτης Ερυκίνης λεγόμενον, ἔχον καὶ νεὼν καὶ στοὰν περικειμένην ἀξιόλογον· ἡ δ᾽ ἄλλη κατοικία [8] καὶ τῆς μεσογαίας * ποιμένων ἡ πλείστη γεγένηται. Οὔτε γὰρ Ιμέραν ἔτι συνοικουμένην ἴσμεν, [9] οὔτε Γέλαν, οὔτε Καλλίπολιν, οὔτε Σελινοῦντα, οὔτ᾽ Εὔβοιαν, οὔτ᾽ ἄλλας πλείους. ὧν τὴν Ιμέραν μὲν οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι,

* Fortaſſe, καὶ τῆς μεσογαίας ἡ πλ. ποι.

Reliquum, idque longiſſimum latus, quanquam & ipſum hominum multitudine non abundat, mediocriter tamen incolitur. Aleſæ enim, & Tyndaris, & Ægeſtæorum emporium, & Cephalœdium, oppida extant. Panormus etiam coloniam habet Romanam. Ægeſtam conditam ferunt ab iis qui cum Philoctete in Crotoniatarum agrum venerunt, ſicut in Italiæ deſcriptione dictum fuit, miſſis ab eo in Siciliam cum Ægeſta Trojano. In mediterraneis Ennam, ubi templum eſt Cereris, pauci habitant, ſitam in tumulo, cinctamque latis montanis planiciebus quæ arari poſſunt omnes: nocuerunt ei plurimum fugitivi cum Euno ibi obſeſſi, atque magno labore à Romanis in poteſtatem redacti. quod idem uſu venit Catanæ etiam, Tauromenio, aliiſque pluribus urbibus. Habitatur etiam Eryx, tumulo ſublimi, fanum habens Veneris, quod præcipua colitur religione, antiquitus refertum mulieribus rei ſacræ addictis, quas ex voto dedicabant cùm Siculi, tum alii multi exteri. nunc ut oppidum id virorum, ita templum quoque ſacerdotum laborat penuria, multitudine ſacrorum corporum ſublata. Hujus deæ ædes Romæ etiam eſt ante portam Collinam, templum habens porticu inſigni circumdatum: Veneris Erycinæ appellant. Reliqua oppida, quæ in mediterraneis olim fuerunt, nunc paſtorum pleraque ſunt domicilia. Non enim hodie compertimus [illegible] incoli Himeram, non Gelam, non Callipolim, non Selinuntem, non Eubœam, non alias plures. de quibus Himeram condiderant Zanclæi Mylas habitantes:

1. καὶ γὰρ Αλαισα) Ptolem. Αλαισα. Diodoro libro XIV. Αλέσα. quo loco admonet eſſe alias quoque κατὰ Σικελίαν urbes ὁμωνύμους. Tyndaris Ptol. eſt Τυνδάριον. Sic *Cephalœdis* Ptolemæo & Plinio III. c. 8. quod eſt aliis *Cephalœdium*. Caſaub.

2. καὶ τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπορεῖον) Ptolem. ἐμπόριον Σεγεστάνων. appellat, & Σεγέσταν πόλιν μεσόγειον: ſicut & Cicero in Verrem IV. c. 33. Segeſtam. Vide Servium & Dionyſium Halicarn. libro primo c. 52. Feſtus, *Segeſta quæ nunc appellatur, oppidum in Sicilia eſt, quod videtur Æneas condidiſſe præpoſito ibi Egeſto, qui eam Egeſtam nominavit. Sed præpoſita eſt ei S litera, ne obſcœno nomine appellaretur, ut factum eſt in Malevento, quod Beneventum dictum eſt, & in Epidamno, quod uſurparunt Dyrrachium.* Idem.

3. οἱ περὶ Εὔνουν δραπέται) De bello ſervili contra Eunum præter alios vide Diodori fragmenta, & [illegible] v. cap. 9. *Idem.*

4. Οἰκεῖται δὲ καὶ ὁ Ερυξ λόφος ὑψηλός ἱερὸν ἔχων Αφροδίτης) Erycinæ apud ſcriptores paſſim eſt mentio: Et quanto ſtudio culta olim fuerit, optimus teſtis Cicero contra Verrem II. c. 8. Sed unus ante alios Diodorus Siculus libro quarto diligenter de hac re ſcripſit: quem locum vide. Polybius quoque libro primo & p. 79. ed. Amſt. montem & urbem deſcripſit. *Idem.*

5. ἱεροδούλων γυναικῶν πλῆρες) Vocabant ἱεροδούλους mulieres quas Veneri conſecrabant, ut quem corpore ſuo quæſtum feciſſent, is totus Deæ ſacer eſſet. Tales fuere Corinthi quamplurimæ & in Cappadocia apud Comanenſes, atque alibi, ut docet nos Geographus. *Idem.*

6. νυνὶ δὲ ὥσπερ αὐτὴ ἡ κατοικία, λειπανδρεῖ καὶ τὸ ἱερὸν) Longè aliter Diodorus. Meritò (inquit) miretur aliquis hujus templi gloriam. Nam alia quidem omnia ſæpe ob caſus aliquos τεταπείνωται: iſtud unicum τὴν ἐξ αἰῶνος ἀρχὴν λαβὸν οὐδέποτε διέλιπε τιμώμενον: quo ex loco facilè intelligimus aliquot ſaltem poſt Diodorum annis ſcripſiſſe Strabonem. *Idem.*

7. τὸ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης) De hoc Livius libro XL. & Ovidius multis locis. *Idem.*

8. καὶ τῆς μεσογαίας ποιμένων ἡ πλείστη γεγένηται) Sciendum tamen delectari interdum hac figura Strabonem. Mox, φησὶ δ᾽ ὁ Ποσειδώνιος εἶναι ἀκροπόλεις ἐπὶ θαλάττης δύο τὰς Συρακούσας [illegible] καὶ τὸν Ερυκα, *Idem.*

9. οὔτε Γελαν) Ptolemæus tamen qui multis poſt Strabonem annis & vixit & ſcripſit, *Gelam* nominat. *Idem*

Cami-

Callipolim Naxij, Selinuntem Megarenſes Siculi, Euboeam Leontini. Multa etjam barbarica oppida Siciliæ abolita ſunt, ut 1 Camicus Cocali regia, apud quem Minos per inſidias occiſus traditur. Quam ſolitudinem cùm animadvertiſſent Romani, montibus & campeſtribus pleriſque potiti, equorum boumque armenta, & greges paſcentibus ea tradiderunt, à quibus inſula ſæpenumero eſt in magnum adducta diſcrimen: paſtoribus initiò quidem ſparſim latrocinia exercentibus, deinde etiam agmine facto pagos oppugnantibus. ut cùm Ennam Eunus occupavit. Noſtra ætate non ita pridem Romam miſſus eſt 3 Selurus quidam, qui Ætnæ filius dicebatur, duxeratque exercitum, & multum temporis crebris prædationibus incurſando quæ circa Ætnam in orbem ſita ſunt loca, exegerat: eum nos in foro ludis gladiatoriis commiſſis diſcerpi à beſtiis vidimus. Poſitus enim in tabulato ſublimi tanquam in Aetna, compagibus ſolutis eo ſubitò collapſo, delatus eſt in caveas, in quibus beſtiæ ita erant ligatæ ut facilè ſolverentur, infra tabulatum de dita opera paratas. ¶ Porro Siciliæ præſtantiam ab omnibus prædicatam, qui eam non cedere Italiæ laudibus pronunciant, quid attinet dicere? imò frumento, melle, croco, aliiſque rebus quibuſdam vel anteire eam Italiæ dixeris. Accedit propinquitas: cùm quaſi pars Italiæ ſit inſula, Romæque ſuppeditet omnia facilè & abſque magno labore, perinde atque Italici agri. Atque adeò penus Romæ appellatur Sicilia, quod omnes ejus proventus, demptis quæ ibi abſumuntur paucis, Romam comportantur: non fructus duntaxat, ſed & pecora, pelles, lanæ, aliaque id genus. Poſidonius ait Siciliam veluti arces duas ad mare habere Syracuſas & Erycem, ac munitionis eorum quæ circumquaque ſunt campeſtrium loco inter has mediam ſitam

A Καλλίπολιν δὲ Νάξιοι, Σελινοῦντα δὲ οἱ αὐτόθι Μεγαρεῖς, Εὔβοιαν δὲ οἱ Λεοντῖνοι. Καὶ τῶν βαρβαρικῶν δ' ἐξελείφθησαν πολλαὶ, καθάπερ 2 οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου βασίλειον, παρ' ᾧ Μίνως δολοφονηθῆναι λέγεται. Τὴν οὖν ἐρημίαν κατανοήσαντες Ῥωμαῖοι, κατακτησάμενοι τά τε ὄρη, καὶ τῶν πεδίων τὰ πλεῖστα, ἱπποφορβοῖς καὶ βουκόλοις καὶ ποιμέσι παρέδοσαν· ὑφ' ὧν πολλάκις εἰς κινδύνους κατέστη μεγάλους ἡ νῆσος· τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ λῃστείας τρεπομένων σποράδην τῶν νομέων· εἶτα καὶ κατὰ πλήθη συνισταμένων καὶ πορθούντων τὰς κατοικίας· καθάπερ ἡνίκα οἱ περὶ Εὔνουν τὴν Ενναν κατέσχον. Νεω- p. 273.

B στὶ δ' ἐφ' ἡμῶν εἰς τὴν Ῥώμην ἀνεπέμφθη Σέλουρός τις, Αἴτνης υἱὸς λεγόμενος, στρατιᾶς ἀφηγησάμενος, καὶ λεηλασίαις πυκναῖς καταδεδραμηκὼς τὰ κύκλῳ τῆς Αἴτνης πολὺν χρόνον· * τοῦτον δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος, εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων· 4 ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως, καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους, ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. Τὴν δὲ τῆς χώρας ἀρετὴν θρυλλουμένην ὑπὸ πάντων, οὐδὲν χείρω τῆς Ἰταλίας ἀποφαινομένων, τί δεῖ λέ-

* Manuſſ. ὃν ἐν

C γειν; σίτῳ δὲ, καὶ μέλιτι, καὶ κρόκῳ, καὶ ἄλλοις τισὶ, κἂν ἀμείνω τις φαίη. πρόσεστι δὲ καὶ τὸ ἐγγύθεν· ὡσανεὶ γὰρ μέρος τι τῆς Ἰταλίας ἐστὶν ἡ νῆσος· καὶ ὑποχορηγεῖ τῇ Ῥώμῃ, καθάπερ ἐκ τῶν Ἰταλικῶν ἀγρῶν ἕκαστα εὐμαρῶς καὶ ἀταλαιπώρως. 5 Καὶ δὴ καὶ καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης· κομίζεται γὰρ τὰ γιγνόμενα πάντα, πλὴν ὀλίγων τῶν αὐτόθι ἀναλισκομένων δεῦρο. ταῦτα δ' ἐστὶν οὐχ οἱ καρποὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοσκήματα, καὶ δέρματα, καὶ ἔρια, καὶ τὰ τοιαῦτα. Φησὶ δ' ὁ Ποσειδώνιος οἷον ἀκροπόλεις ἐπὶ θαλάττης δύο τὰς Συρακούσας ἱδρύσθαι καὶ τὸν Ερυκα; μέσην δὲ ἀμφοῖν ὑπερκεῖσθαι τῶν κύκλῳ πεδίων

1. *Camicus Cocali regia*) Οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου. legebatur fœdè οἱ Καυικοὶ τὸ Κωκάλους, quos Comicos etiam pœnè tragicè ſecutus eſt interpres. Atqui vel ex Stephani reliquiis conſtat, Camicum Siciliæ urbem, regiam fuiſſe Cocali. & paulo infra Strabo τοὺς Καμικοὺς dicit, quod & hîc ſequor. Cocalus hic, quod & octavo Metamorphoſeos Ovidius notavit, Dædalum à Minoë profugum hoſpitio excepit ac defendit. Minoſque ad Cocalum profectus, ut Dædalum abduceret, à filiabus Cocali dolo eſt necatus. quam hiſtoriam refert Pindari interpres oda quarta Nemeorum, nec non in ſextam Pythiorum. Minoën apud Camicum fuiſſe occiſum, etiam Ariſtoteles ſcripſit II. Polit. 8. Hiſtoria extat apud Diodorum Siculum, non procul fine quarti. *Xyland.*

2. Οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου βασίλειον) Si vera hæc eſt lectio, quam alii appellant Καμικὸν, dixerit Strabo Καμικοὺς, mutato etiam genere: ſed an ita ab

D eo ſcriptum ſit vehementer dubito. Nam & Herodot. lib. VII. c. 169. & Ariſtoteles, & alii τὴν Καμικὸν dicunt. *Caſaub.*

3. *Selurus*) Epitomæ habent Serulus Σερούλος. *Xyland.*

4. ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλοῦ) Locus egregius de Romanorum pegmatis: de quo vide quæ ſcripſit jampridem ſummus vir Joſephus Scaliger in librum quintum Manilii (pag. 446. ed. 1600.) Non enim faciam quod hodie nimis multi [illegible] ſcripta, quæ mea non ſint inferam. *Caſaub.*

5. Καὶ δὴ καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης) Sumpſit è Polybio, qui totidem verbis, καλοῦσιν, inquit, αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης. Cicero in Verrem II. c. 2. *Itaque ille M. Cato Sapiens, cellam penariam Reip. noſtræ, nutricem plebis Romanæ Siciliam nominabat.* Idem.

A τὴν Ενναν. Κεκάκωται δὲ καὶ [1] ἡ Λεοντίνη πᾶσα Ναξίων οὖσα καὶ αὐτὴ τῶν αὐτόθι. τῶν μὲν γὰρ ἀτυχημάτων ἐκοινώνησαν ἀεὶ τοῖς Συρακουσίοις, [2] τῶν δ' εὐτυχημάτων οὐκ ἀεί. Πλησίον δὲ τῶν Κεντοριπῶν ἐστι πόλισμα, ἡ μικρὸν ἔμπροσθεν λεχθεῖσα Αἴτνη, τοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ ὄρος δεχομένη, καὶ παραπέμπουσα. ἐντεῦθεν γὰρ ἀρχὴ τῆς * ἀκρωρείας· ἔστι δὲ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία καὶ τεφρώδη, [3] καὶ χιόνος μεστὰ τοῦ χειμῶνος· [4] τὰ κάτω δὲ, δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς. Εοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ ὄρους διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρὸς, τοτὲ B μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα συμφερομένου, τοτὲ δὲ σχιζομένου· καὶ τοτὲ μὲν ῥύακας ἀναπέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλλοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος· ἀνάγκη δὲ τοῖς πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλλειν, καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω * κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τὴν πέριξ. Οἱ δ' οὖν νεωστὶ ἀναβάντες, διηγοῦντο ἡμῖν, ὅτι καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλὸν, ὅσον εἴκοσι σταδίων τὴν περίμετρον, κλειόμενον ὀφρύϊ τεφρώδει, τειχίου τὸ ὕψος ἐχούσῃ, ὥστε δεῖν καθάλλεσθαι τοὺς εἰς τὸ πεδίον προελθεῖν βουλομένους. ὁρᾶν τε τὸ μέσον βουνὸν τεφρώδη C τὴν χρόαν, οἵαπερ καὶ ἡ ἐπιφάνεια καθεωρᾶτο τοῦ πεδίου· ὑπὲρ δὲ τοῦ βουνοῦ νέφος ὄρθιον διανεστηκὸς εἰς ὕψος, ὅσον διακοσίων ποδῶν, ἠρεμοῦν, (εἶναι γὰρ καὶ νηνεμίαν·) εἰκάζει δὲ καπνῷ· δύο δὲ τολμήσαντας * προσελθεῖν εἰς τὸ πεδίον· ἐπεὶ δὲ θερμοτέρας * ἔβαινον τῆς ἄμμου καὶ βαθυτέρας, ἀναστρέψαι, μηδὲν ἔχοντας περιττότερον φράζειν τῶν φαινομένων τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶσι. νομίζειν δ' ἐκ τῆς τοιαύτης ὄψεως, πολλὰ μυθεύεσθαι, καὶ μάλιστα οἷα φασί τινες περὶ Εμπεδοκλέους, ὅτι καθάλλοιτο εἰς τὸν D κρατῆρα, καὶ καταλίποι τοῦ πάθους ἴχνος, τῶν [5] ἐμβάδων τὴν ἑτέραν, ἃς ἐφόρει χαλκᾶς· εὑρεθῆναι γὰρ ἔξω, μικρὸν ἄπωθεν τοῦ χείλους τοῦ κρατῆρος, ὡς ἀνερριμμένην ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πυρός·

* Vulgò, ἀκρωτηρίας.

p. 274.

* Manuſſ. καὶ

* Manuſſ. προελθεῖν

* Manuſſ. ἐπέβαινον τῆς ψάμμου

A eſſe Ennam. Malè mulctata eſt etiam Leontinorum regio omnis. Leontini à Naxiis Siculis orti ſunt: ſemper autem participes fuerunt rerum Syracuſanis adverſarum, lætarum non item. Propinquum Centoripis eſt oppidum Aetna, cujus ſuprà meminimus, excipiens & deducens eos qui montem Aetnam volunt conſcendere. eò enim radices montis deſinunt. Superiora loca nulla ſunt, & cineribus tecta, ac per hyemem nivis plena: inferiora nemoribus & omnis generis plantis ſunt conſita. Apparet autem montis extremitates variè mutari, B ob ignis graſſationem. qui aliàs in unam colligitur crateram, aliâs ſcinditur: & aliquando rivos liquoris ignitì emittit, aliquando flammas & fuliginem, interdum etiam maſſas exſufflat: quibus accidentibus neceſſè eſt comitari etiam mutationem meatuum qui ſub terra ſunt, & nonnunquam in circumjecta ſuperficie plura aperiri ora. Sanè qui nuper Aetnam conſcenderunt, narravere nobis in ſummo ſe inveniſſe campum æquabilem, ambitu circiter xx ſtadiorum, incluſum ſupercilio cineroſo quod muri haberet altitudinem, ita ut deſiliendum eſſet inde progredi in campum C volentibus. ac vidiſſe ipſos collem in hujus medio, cineriiceo & ipſum colore, qualis & ſuperficies campi cernebatur: ſupra collem nubem erectam fuiſſe, in altum ad cc pedes ſe efferentem, immotam (tum enim malaciam fuiſſe) & fumo ſimilem. ac duos de ipſis auſos in campum progredi, cùm in calidiore ac profundiore arena veſtigia poſuiſſent, revertiſſe, neque quicquam amplius iis quæ eminus conſpiciebantur, habuiſſe quod narrarent· hoc autem ex ſpectaculo ipſos cenſuiſſe multas fabulas eſſe petitas, maximè qualis à nonnullis de Empe- D docle narratur: eum deſiliiſſe in craterem, ac veſtigium ſui caſus reliquiſſe alterum calceorum, quos geſtabat æreos. hunc enim foris fuiſſe repertum non procul à labro crateris, ſcilicet ſurſum vi ignis ejectum:

1. ἡ Λεοντίνη πᾶσα) Urbis Leontinorum ſitum docet Polybius lib. VII. p. 698. ed. Amſt. *Caſaub.*

2. τῶν δ' εὐτυχημάτων οὐκ ἀεὶ) hæc eſt quæ appellatur *Leonina ſocietas* à Iuriſconſultis lege XXIX. D. pro ſocio. *Idem.*

3. καὶ χιόνος μεστὰ τοῦ χειμῶνος) Claudianus poëta perelegans.

*Sed quamvis nimio fervens exuberet æſtu,*
*Scit nivibus ſervare fidem: pariterque favillis*
*Dureſcit glacies tanti ſecura vaporis,*
*Arcano defeſſa gelu fumoque fideli*
*Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.* Idem.

4. τὰ κάτω δὲ δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς) Claudianus,

*— pars cætera frondet*
*Arboribus teritur nullo cultore cacumen.* Idem.

5. Εμβάδων τὴν ἑτέραν, ἃς ἐφόρει χαλκᾶς) Laërtius de Empedoclis crepidis, χαλκᾶς γὰρ εἰθιστο ὑποδεῖσθαι. Ad quem locum vide quæ jampridem notavimus. *Idem.*

I. οὔτε

etenim locum illum neque adiri poſſe, neque conſpici, & conjecturam ſe facere, ne injici quidem poſſe eò quicquam, ob adverſam ventorum ex profundo ſpirationem, & calorem, quem conſentaneum ſit procul occurrere, antequam ad os crateris appropinquetur. quod ſi [illegible] omnino injicietur, multo antè ejus formam corruptum iri qua erat injectum, q[illegible]m ipſum rurſum ejiceretur. neque v[illegible] abſurdum eſſe, deficiente aliquando materia, ſpiritus quoque & ignem aliquandiu ceſſare: ſed eam intermiſſionem tantam non eſſe, ut contra iſtam vim homo aliquis accedere queat. Mons Aetna ſitus eſt ſupra oram quæ ad fretum pertinet, agrumque Catanæum, ita tamen, ut ei quoque immineat ex parte quæ eſt ad mare Tyrrhenum, & Liparæas inſulas. Noctu quidem clari à vertice fulgores eduntur: interdiu fumo & caligine obtinetur. Aetnæ ex oppoſito ſe attollunt 2 Nervoſi montes, humiliores quidem iis, ſed latitudine æquali. Tota inſula eſt cava, & infra terram ignis fluviorumque plena, ſicut eſſe diximus Tyrrhenum mare uſque ad Cumas. itaque multis locis ea in inſula calidæ erumpunt aquæ, quarum Selinuntiæ apud Himeram ſalſæ ſunt, Aegeſtææ potabiles. Apud Agrigentum lacus ſunt guſtu marino, natura planè diverſa. nam & natandi inſcii in iis lignorum [illegible] ſupernatant. Italici [illegible]teres habent, qui aquàs in rotun[illegible]n exſufflant formam, ſuiſque recipiunt cavernis. Specus qui eſt ad Metaurum

A [1] οὔτε γὰρ προσιτὸν εἶναι τὸν τόπον, οὔθ' ὁρατόν· εἰκάζειν τε μηδὲ καταρριφῆναί τι δύνασθαι ἐκεῖσε, ὑπὸ τῆς ἀντιπνοίας τῆς ἐκ βάθους ἀνέμων, καὶ τῆς θερμότητος, ἣν προαπαντᾶν εὔλογον πόρρωθεν πρὶν ἢ τῷ στομίῳ τοῦ κρατῆρος προσπελάσαι. Εἰ δὲ καταρριφθείη, φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν ἀναρριφῆναι πάλιν, ὁποῖον παρελήφθη πρότερον. Τὸ μὲν οὖν ἐκλείπειν ποτὲ τὰ πνεύματα καὶ τὸ πῦρ, ἐπιλειπούσης ποτὲ τῆς ὕλης οὐκ ἄλογον. οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὥστ' ἀντὶ τῆς τοσαύτης βίας, ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλησιασμόν. Ὑπέρκειται δ' ἡ Αἴτνη, μᾶλλον μὲν τῆς κατὰ τὸν πορθμὸν καὶ B τὴν Καταναίαν παραλίας, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος καὶ τὰς Λιπαραίων νήσους. νύκτωρ μὲν οὖν καὶ φέγγη φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς, μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται. Ἀνταίρει δὲ τῇ Αἴτνῃ, [3] τὰ Νευρώδη ὄρη ταπεινότερα μὲν, πλάτει δὲ πολὺ παραλλάττοντα. Ἅπασα δ' ἡ νῆσος κοίλη κατὰ γῆς ἐστι ποταμῶν καὶ πυρὸς μεστὴ, καθάπερ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, ὡς εἰρήκαμεν, μέχρι τῆς Κυμαίας. Θερμῶν γοῦν ὑδάτων * ἐκβολὰς κατὰ πολλοὺς ἔχει τόπους ἡ νῆσος· [4] ὧν τὰ μὲν Σελινούντια κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐστι, τὰ δὲ Αἰγεσταῖα πότιμα. περὶ Ἀκράγαντα δὲ λίμναι, τὴν μὲν γεῦσιν ἔχουσι θαλάττης, τὴν δὲ φύσιν διάφορον· C οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀκολύμβοις βαπτίζεσθαι συμβαίνει, ξύλων τρόπον ἐπιπολάζουσιν· [5] οἱ Ἰταλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν ἀναβάλλοντας ὕδωρ εἰς θολοειδὲς ἀναφύσημα, [6] καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν· τὸ δὲ περὶ Μάταυρον σπήλαιον,

p. 275.

* Manuſſ. ἀναβολὰς

1. οὔτε γάρ προσιτὸν εἶναι τὸν τόπον) Claudianus.

*Ætnæos apices, ſolo cognoſcere viſu*
*Non aditu tentare licet.*

Contra auctor Ætnæ,

*Placantes etiam cæleſtia numina thure*
*Summo cerne jugo, vel qua liberrimus Ætna*
*Improſpectus hiat.* Caſaub.

2. *Nervoſi montes*) Νευρώδη ὄρη. Neurodes montes Ptol. Cratam habet. Italici in Sicilia qui ſint, non ſcio. Metaurus rectè legitur, quanquam Μάταυρον Aldus habet, & epitome meminit hujus, ut Siciliæ fluminis, Plin. III. 8. paulo poſt. *Xyland.*

3. τὰ νευρώδη ὄρη) quæ alii νεβρώδη appellant. *Caſaub.*

4. Ὧν τὰ μὲν Σελινούντια κατὰ ἱμέραν ἁλμυρά ἐστι, τὰ δὲ Αἰγεσταῖα πότιμα) Diodorus libro (IV. p. 231. T. I. ed. 1604.) de Hercule, διεξιόντος δ' αὐτοῦ τὴν παράλιον τῆς νήσου, μυθολογοῦσι τὰς νύμφας ἀνεῖναι θερμὰ λουτρὰ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν γενομένης αὐτῷ κακοπαθείας· τούτων δὲ ὄντων διττῶν, τὰ μὲν Ἱμεραῖα τὰ δὲ Ἐγεσταῖα προσαγορεύεται, τὴν ὀνομασίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ τῶν τόπων. i. e. *Littuſque peragrante ipſo calidas a Nymphis balneas ferunt apertas eſſe: quibus contractam ex itinere laſſitudinem allevaret. Iſtas Hemeræas, has Egeſtanas (binæ enim exiſtunt) a locis nominarunt.* Apud Diodorum malè legitur Ἡμεραῖα. Idem Diodorus ſub finem ejus libri thermarum à Cocalo extructarum in agro Selinuntio. [illegible] meminit: quæ neſcio an huc faciant. *Idem.*

5. οἱ Ἰταλικοὶ δὲ κρατῆρας ἔχουσιν) Mirum eſt à nemine adhuc eſſe animadverſum quod hoc loco monebimus. Legendum enim contendimus οἱ Παλικοὶ, non οἱ Ἰταλικοὶ: nec magis dubitari poteſt, ſitne ita neceſſario corrigendum, quam de Sole, ortus ſit nec ne, quando eſt meridies. Qui eorum meminerunt quæ de Palicis apud Macrobium, Heſychium, Sotionem, & Diod. lib. XI. leguntur, D quam certa ſit hæc noſtra emendatio ſtatim agnoſcent. Sed & Ariſtotelis verba, quæ aſcribam, conferant ſtudioſi cum Strabonianis· planè enim idem dicit de Mirabil. Auſcult. p. 1154. ed. 1619. Ἐστὶ δὲ καὶ inquit, κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος· αὕτη δ' ἀναρρίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις, ὥστε ὑπὸ τῶν ἰδόντων νομίζεσθαι κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον. καὶ πάλιν εἰς [illegible] αὐτὸ καθίσταται. i. e. *Eſt & fons in Palice Siciliæ, amplitudine decaclini. Aquas ad ſex cubitorum altitudinem ejicit, ut inundaturus planitiem omnem videatur. Verum eodem loco diffluens conſiſtit.* Simile eſt quod quodam loco apud Diodorum in fragmentis libri trigeſimi ſexti obſervavimus. Nam ibi quoque Ἰταλικοὶ ἥρωες malè legitur pro παλικοὶ, ut ex iis quæ paullò antè ibi leguntur, intelligi poteſt. *Idem.*

6. καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν) Lege καὶ πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν δεχομένους μυχόν. Ait quod Ariſtoteles illis verbis καὶ πάλιν εἰς ταυτό καθίσταται. Et omnino ex Ariſtotele ſumere videtur noſter. *Idem.*

ἐντὸς ἔχειν σύριγγα εὐμεγέθη, καὶ ποταμὸν δι' αὐτῆς ῥέοντα ἀφανῆ, μέχρι πολλοῦ διαστήματος· εἶτ' ἀνακύπτοντα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν· [1] καθάπερ Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ, καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι Χάρυβδιν, ἀνατέλλει πάλιν ἐν μ σταδίοις· τὰ δὲ παραπλήσια καὶ ὁ Τίγρις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, [2] καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ, μικρὸν πρὸ τῶν πηγῶν· τὸ δὲ περὶ Στύμφαλον ὕδωρ ἐπὶ σ σταδίους ὑπὸ γῆν ἐνεχθὲν ἐν τῇ Ἀργείᾳ, τὸν Ἐρασῖνον ἐκδίδωσι ποταμόν· καὶ πάλιν [4] τὸ πρὸς τὴν Ἀρκαδικὴν Ἀβίαν ὑποβρύχιον ὠσθὲν, ὀψέ ποτε τόν τε Εὐρώταν καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀναδίδωσιν, ὥστε καὶ * πεπιστεῦσθαι μυθῶδές τι, ὅτι τῶν ἐπιφημισθέντων στεφάνων ἑκατέρῳ καὶ ῥιφέντων εἰς τὸ κοινὸν ῥεῦμα, ἀναφαίνεται κατὰ τὸν ἐπιφημισμὸν ἑκάτερος ἐν τῷ οἰκείῳ ποταμῷ. εἴρηται δὲ καὶ τὸ λεγόμενον περὶ τοῦ Τιμαύου. Συγγενῆ δὲ καὶ τούτοις, καὶ τοῖς κατὰ τὴν * Σικελίαν πάθεσι, [5] τὰς περὶ τῶν Λιπαραίων νήσους, καὶ αὐτὴν τὴν Λιπάραν δείκνυται. Εἰσὶ δ' ἑπτὰ μὲν τὸν ἀριθμὸν, μεγίστη δὲ ἡ [6] Λιπάρα Κνιδίων ἄποικος, ἐγγυτάτω τῆς Σικελίας κειμένη, μετά γε τὴν Θέρμισσαν· [7] ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελιγουνίς· ἡγήσατο δὲ καὶ στόλῳ, καὶ πρὸς τὰς τῶν Τυρρηνῶν ἐπιδρομὰς πολὺν χρόνον ἀντέσχεν, ὑπηκόους ἔχουσα τὰς νῦν λεγομένας Λιπαραίων νήσους, ἃς Αἰόλου τινὲς προσαγορεύουσι. [8] καὶ δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησε πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ τῶν ἀκροθινίων· ἔχει δὲ καὶ τὴν γῆν εὔκαρπον,

* Manuſſ. πεπιστεῦσθαι

* Manuſſ. Ἰταλίαν

A intus habet juſtæ magnitudinis alveum, flumenque per eum delabens occultè per ſatis magnum ſpacium, deinde rurſum ſe in ſuperficiem exerens. Quemadmodum Orontes in Syria hiatu qui inter Apameam eſt & Antiochiam, ac dicitur Charybdis, abſorptus, poſt XL ſtadia rurſum emergit: idem Tigris in Meſopotamia, & in Africa Nilo non procul à fontibus accidit. & aqua apud Stymphalum in agro Argivo infra terram ad CC ſtadia labens, Eraſinum edit amnem: rurſumque aqua ad 3 Abiam Arcadicam infra terram depulſa, B longo poſt intervallo Eurotam atque Alpheum edit: adeò ut fabula fidem invenerit, coronas, quæ alterutri amnium nuncupatæ, in communem alveum injiciuntur, quamque in eo, cui nuncupata fuerit, amne emergere. de Timavo quid feratur, diximus ſuo loco. Hiſce & iis quæ in Sicilia accidunt, germana ſunt quæ in Liparæorum inſulis, ipſaque monſtrantur Lipara. ¶ Septem ſunt numero inſulæ, quarum maxima eſt Lipara Cnidiorum colonia, Siciliæ proxima ſecundùm Thermiſſam, antiquitus Meligunis dicta. Hæc & claſſem duxit, & C longo tempore Tyrrhenorum incurſionibus reſtitit, ſub ſe habens reliquas Liparæorum, ut nunc dicuntur, quas Æoli quidam appellant, inſulas. quin & manubiis Delphicum Apollinis templum ſæpe exornavit. Agrum habet fertilem

1. *καθάπερ Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ*) Sunt & alii terram ſubeuntes & poſtea emergentes fluvii, ut Cephiſſus in Græcia, de quo libro IX. p. 407. & Polytimetus & Arius in Aſia, de quibus lib. XI. *Idem.*

2. Καὶ ὁ Νεῖλος ὁ ἐν τῇ Λιβύῃ, *μικρὸν πρὸ τῶν πηγῶν. Et in Africa Nilus non procul à fontibus*) Lego *ἀπὸ τῶν πηγῶν*, nam lectio vulgata eſt abſurda: fluvius enim non poteſt ſorberi, antequam oriatur. Cæterum ſequitur Jubam, qui teſte Plinio lib. V. cap. 9. fontes Nili in Mauritania eſſe ſcripſerat, & D inde per Libyam eum ad Æthiopas & Meroën deducebat, quæ ſententia non ſolum à Plinio & ſuo imitatore Solino, ſed etiam à Dione Nicæo apud Xiphilinum, à Pauſania in Atticis, à Duri Samio antiquo auctore, qui de Libycis ſcripſerat, ab Ammiano Marcellino lib. XXII. Vitruvio lib. VIII. cap. 1. & aliis, approbata eſt. *Palmer.*

3. *Abiam Arcadicam*) Ἀβίαν. non auſus ſum hoc loco movere. Sed certè Ἀσέαν legerim ex Stephano. pro Timæo Timæum repoſui. locus eſt non longè poſt principium quinti. Thermiſſam nolui mutare cum repetatur & habeant epitomæ: ſed Theraſia eſt, quod liquet ex Plin. III. 9. *Xyland.*

4. τὸ πρὸς τὴν Ἀκραδικὴν Ἀβίαν) Lege Ἀσέαν. Nam ita appellatur libro octavo p. 343. ubi rem eandem pluribus narrat: & illam lectionem Pauſanias confirmat, itemque Dionyſius poëta. *Caſaub.*

5. τὰς περὶ τῶν Λιπαραίων νήσους) Lege, περὶ τὰς τῶν Λιπ. Vocat autem Liparæorum inſulas, quæ alias Æoli appellantur: has Diodorus Siculus libro quinto, p. 290. T. I. ed. 1604. recta ſerie poſitas eſſe ſcribit inter Siciliam & Italiam à freto verſus occaſum. Æliodes, inquit, εἰσὶ τὸν μὲν ἀριθμὸν ζ, προσηγορίας δ' ἔχουσι ταύτας, Στρογγύλη, Εὐώνυμος, ἔτι δὲ Διδύμη, καὶ Φοινικώδης, καὶ Ευρυκώδης, πρὸς δὲ τούτοις Ἱερὰ Ἡφαίστου καὶ Λιπάρα· καθ' ἣν ὁμώνυμος πόλις καθίδρυται· Κεῖνται δ' αὗται μεταξὺ Σικελίας καὶ Ἰταλίας, ἐπ' εὐθείας ἀπὸ πορθμοῦ καὶ τῆς πρὸς ἕω πρὸς τὴν δύσιν. i. e. VII. *hae ſunt, & vocantur, Strongyle, Euonymos, Didyme, Phoenicuſa, Hiera, Vulcania, & Lipara: in qua nominis ejuſdem urbs poſita eſt. Jacent iſtæ inter Siciliam & Italiam directo ad occaſum ab oriente curſu.* Idem.

6. Λιπάρα Κνιδίων ἄποικος) Imo Cnidiorum & Rhodiorum, ſed coloniæ deducendæ dux Pentathlus Cnidius. auctor Diodor.

7. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Μελίγουνις) Callimachus in Dian. ℣. 47.

Νήσῳ ἐνὶ Λιπάρῃ, Λιπάρη νέον, ἀλλὰ τότ' ἔσκεν
Οὔνομά οἱ Μελίγουνις. i. e.
*Inſula in Lipara (Lipara nunc, ſed tum erat*
*Nomen ei Meligunis)*

Plinius III. c. 9. quoque de Lipara, *antea Milogonis, vel Meligunis vocitata.* Idem.

8. καὶ δὴ καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκόσμησε πολλάκις τὸ ἐν Δελφοῖς) Idem Diodorus (L. V. p. 292. T I.) Liparæi inquit ſæpe Tuſcos devicerunt, καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων πλεονάκις ἀξιολόγους δεκάτας ἀνεθέσαν εἰς Δελφούς. *& memorabiles è ſpoliis decimas apud Delphos conſecrarunt.* Idem.

I. κα

& reditum ex metallis aluminis, aquas calidas, & ignis exſpirationes. Inter hanc & Siciliam ferè media jacet, quam nunc Vulcani templum nominant: ſaxoſa tota & deſerta atque ignita tribus locis, veluti è tribus crateribus, ignem efflat, quorum maximi flammæ cum maſſas efferunt, quæ jam bonam freti partem obturaverunt. Obſervatio fidem fecit, exſpirationes illas flammarum cùm ibi tum in Aetna ventis exaſperari, iiſque deſinentibus ceſſare. Neque abſurdum id eſt. nam & venti naſcuntur augeſcuntque ſumpto ex maris exhalationibus initio: ut ex cognata materia ſimilique eventu ignis accenſus, admirationem iis qui aliàs iſta viderunt, adimat. Polybius ex tribus crateribus unum aliqua ſui parte collapſum eſſe, reliquos reſtare ait, ac maximi orificium rotundum eſſe, ambitu ferè v ſtadiorum, paulatimque in arctum coire eò uſque, ut diameter ʒ L ſit pedes longa. atque inde ad mare uſque ſpacium eſſe unius ſtadii, ut conſpici ventis non flantibus poſſit. Quæ ſi credibilia ſunt, fortaſſe ne fabulæ quidem de Empedocle vulgatæ fides ſit deroganda. Idem refert auſtro ſpiraturo inſulam caliginoſa nubecula obtegi, ut ne Sicilia quidem eminus cernatur. at ſub Aquilonis flatum puras flammas è dicto cratere in altum attolli, majoreſque edi fremitus: Favonium medium quodſiam tenere: reliquos crateres ejuſdem eſſe formæ, ſed non tanta vi exſufflationis præditos. cæterum ex fremituum diſcrimine, initioque efflationum, flammarum, atque fuliginum, prænoſci etiam quis tertio pòſt die ſpiraturus ſit ventus.

A [1] καὶ συπτηρίας μετάλλων πρόσοδον, καὶ θερμὰ ὕδατα, καὶ πυρὸς ἀναπνοάς. Ταύτης δὲ μεταξύ πως ἐστὶ καὶ τῆς Σικελίας, [2] ἣν νῦν ἱερὸν Ηφαίστου καλοῦσι, πετρώδης πᾶσα καὶ ἔρημος, διάπυρος· ἔχει δὲ ἀναπνοὰς τρεῖς, ὡς ἂν ἐκ τριῶν κρατήρων. ἐκ δὲ τοῦ μεγίστου, καὶ μύδρους αἱ φλόγες ἀναφέρουσιν, οἳ προσκεχώκασιν ἤδη πολὺ μέρος τοῦ πόρου. Ἐκ δὲ τῆς τηρήσεως πεπίστευται διότι τοῖς ἀνέμοις συμπαροξύνονται, καὶ αἱ φλόγες, αἵ τε ἐνταῦθα, καὶ αἱ κατὰ τὴν Αἴτνην· παυομένων δὲ, παύονται καὶ αἱ φλόγες. οὐκ ἄλογον δέ· καὶ γὰρ οἱ ἄνεμοι γεννῶνται, καὶ τρέφονται, τὴν ἀρχὴν p. 276.
λαβόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς θαλάττης ἀναθυμιάσεων,
B ὥστ' ἀπὸ συγγενοῦς ὕλης, καὶ πάθους, καὶ τὸ πῦρ ἐξαναπτόμενον, οὐκ ἐᾷ θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε. Πολύβιος δὲ τῶν τριῶν κρατήρων, τὸν μὲν κατερρυηκέναι φησὶν ἐκ μέρους, τοὺς δὲ συμμένειν, τὸν δὲ μέγιστον τὸ χεῖλος ἔχειν περιφερὲς ὂν, πέντε σταδίων. κατ' ὀλίγον δὲ συνάγεσθαι, * εἰς ν ποδῶν διάμετρον· καθ' οὗ βάθος εἶναι τὸ μέχρι θαλάττης σταδιαῖον· ὥστε καθορᾶν ταῖς νηνεμίαις. Εἰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ πιστὰ, οὐκ * ἀπιστέον ἴσως, οὐδὲ τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους μυθολογηθεῖσιν. Ἐὰν μὲν οὖν νότος μέλλῃ πνεῖν, ἀχλὺν ὁμιχλώδη καταχεῖσθαι κύκλῳ φησὶ τῆς νησίδος, ὥστε μηδὲ τὴν Σικελίαν ἄπωθεν φαίνεσθαι· ὅταν
C δὲ βορέας, φλόγας καθαρὰς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος κρατῆρος εἰς ὕψος ἐξαίρεσθαι, καὶ βρόμους ἐκπέμπεσθαι μείζους. τὸν δὲ Ζέφυρον μέσην τινὰ ἔχειν τάξιν. τοὺς δ' ἄλλους κρατῆρας, ὁμοειδεῖς μὲν εἶναι τῇ δὲ βίᾳ λείπεσθαι τῶν ἀναφυσημάτων· ἔκ τε δὴ τῆς διαφορᾶς τῶν βρόμων, καὶ ἐκ τοῦ πόθεν ἄρχεται τὰ ἀναφυσήματα καὶ αἱ φλόγες, καὶ αἱ λιγνύες, [4] προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν.

* In epitome εἰς λ. π.

* Manuſſ. ἀπιστητέον

1. *καὶ συπτηρίας μετάλλων πρόσοδον*) Pluribus id Diodorus L. v. p. 293. ed. T. I. 1604. perſequitur, ἔχει δὲ ἡ νῆσος αὕτη τὰ διαβεβοημένα μέταλλα τῆς συπτηρίας, ἐξ ἧς λαμβάνουσιν οἱ Λιπαραῖοι καὶ Ῥωμαῖοι μεγάλας προσόδους· i. e. *Hec etiam inſula famigeratum aluminis metallum habet, unde magnum Liparenſibus & Romanis vectigal.* vide reliqua, & Dioſcoridis v. 123. ex quo diſces quam verè dictum ſit à Diodoro, in nulla orbis terrarum parte reperiri τὴν συπτηρίαν præter Melum & Liparam inſulas. *Caſaub.*

2. ἣν νῦν ἱερὸν Ηφαίστου καλοῦσι) Non ἱερὸν ſed ἱερὰν legendum. Sic apud Diodor. paulò ante, & mox Ιερὰ ſimpliciter appellatur: neque aliter vett. cod. Plin. III. c. 9. *Inter hanc & Siciliam, altera, antea Theraſia appellata, nunc Hiera, quia ſacra Vulcano eſt, colle in ea nocturnas evomente flammas.* Notandum eſt autem, & Ιερὰν ſimpliciter. & Ηφαίστου νῆσον hanc inſulam nuncupari: quod Ptolemæum in errorem induxiſſe videtur. Putavit enim duas eſſe inſulas Hieram & Vulcani inſulam, qua in re dubium non eſt erraſſe eum. Nemo enim veterum præter Ptolem. Hieram ullam in hoc mari inſulam agnoſcit præter Ηφαίστου ἱεράν. & debuit profectò Ptolem. docere nos cui eſſet ſacra hæc Hiera. Sed
D non hunc ſolum errorem notare poſſumus in Ptolemaica enumeratione inſularum Tyrrheni maris. (Dicitur & *Vulcania.* Vide præter alios Caſſiodorum epiſtol. l. III. in ep. 47. ad Fauſtum præpoſitum: Theodor. reg. Notandum vero etiam atque etiam non defuiſſe è veteribus qui Vulcano ſacram inſulam ex Æoliis, non eam putaret quæ vulgo nuncupatur ab hiſtoricis & Geographis, Hiera vel Ηφαίστου ἱερά: ſed Liparam Græcus Scholiaſtes Apollonii ſic ſcribit ad lib. tertium, Καλίας δὲ ὁ τὴν φησὶν ἀνακεῖσθαι Ηφαίστῳ, ἀλλὰ τὴν Λιπάραν.) *Idem.*

3. *L ſit pedum*) Epitomæ λ. id eſt xxx. Locum, quem aſteriſco notavi, ſine codicis adjumento nemo mendabit. *Xyland.*

4. προσημαίνεσθαι καὶ τὸν εἰς ἡμέραν τρίτην πάλιν μέλλοντα ἄνεμον πνεῖν) Plinius de Strongyle III. c. 9. *à Lipara liquidiore flamma tantum differt: è cujus fumo, quidam flaturi ſint venti in triduum prædicere incolæ traduntur: unde ventos Æolo paruiſſe exiſtimatum.* Mox ἀπνοίας habent veteres pro ἀπλαίας. Malim etiam τὸ ἐσόμενον, vel τὸν ἐσόμενον ἄνεμον quam τὸν ἐσόμενον ſimpliciter. (Vide quæ de hac re ait Ariſtoteles Meteor. II. 8. *Caſaub.*

τῆς γοῦν ἐν Λιπάραις γινομένης ἀπλοίας, προει- A πεῖν τινας φησι * τ̃ ἐσόμενον, καὶ μὴ διαψεύσασθαι. Ἀφ' οὗ δὴ τὸ μυθωδέστατον δοκοῦν εἰρῆσθαι τῷ ποιητῇ, οὐ μάτην φαίνεσθαι λεχθὲν, ἀλλ' αἰνιξαμένου τὴν ἀλήθειαν, ὅταν φῇ ταμίαν τῶν ἀνέμων τ̃ Αἴολον· περὶ ὧν ἐμνήσθημεν καὶ πρότερον, ..... [1] ἱκανῶς ἐστιν ἡ ἐπίστασις τῆς ἐναργείας λέγοιτ' ἄν, ..... ἐπίσης τε γὰρ ἄμφω πάρεστι, καὶ διαθέσει καὶ τῇ ἐναργείᾳ· ἥ γε ἡδονὴ κοινὸν ἀμφοτέρων· ἐπάνειμεν δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἀφ' ὧνπερ ἐξέβημεν. Τὴν μὲν δὴ Λιπάραν καὶ τὴν Θέρμισσαν εἰρήκαμεν. Ἡ δὲ [2] Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἔστι δὲ καὶ αὐτὴ διάπυρος, βίᾳ B μὲν φλογὸς λειπομένη, [3] τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα· ἐνταῦθα δὲ τ̃ Αἴολον οἰκῆσαι φασίν. τετάρτη δ' ἐστὶ Διδύμη, καὶ αὐτὴ δ' ἀπὸ τοῦ σχήματος ὠνόμασται. τῶν δὲ λοιπῶν Ἐρικοῦσσα μὲν, καὶ Φοινικοῦσσα ἀπὸ τῶν φυτῶν κέκληνται· ἀνεῖνται δὲ εἰς νομάς. ἑβδόμη δ' ἐστὶν Εὐώνυμος, πελαγία μάλιστα καὶ ἔρημος. ὠνόμασται δ' ὅτι μάλιστα τοῖς ἐκ Λιπάρας εἰς Σικελίαν πλέουσιν εὐώνυμός ἐστι. Πολλάκις δὲ καὶ φλόγες εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους τοῦ περὶ τὰς νήσους ὤφθησαν ἐπιδεδραμοῦσαι, τ̃ κατὰ βάθους κοιλιῶν τοῦ πυρὸς ἀναστομωθέντος πόρου τινὸς, καὶ βιασαμένου πρὸς τὸ ἐκτός. Πο- C σειδώνιος δὲ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ μνήμην φησὶ περὶ τροπὰς θερινὰς, ἅμα τῇ ἕω, μεταξὺ τῆς Ἱερᾶς καὶ τῆς Εὐωνύμου πρὸς ὕψος ἀρθεῖσαν ἐξαίσιον τὴν θάλασσαν ὁραθῆναι, καὶ συμμεῖναι τινὰ χρόνον ἀναφυσωμένην συνεχῶς, εἶτα παύσασθαι· τοὺς δὲ τολμήσαντας προσπλεῖν, * ἰδόντας νεκροὺς ἰχθύας ἐλαυνομένους ὑπὸ τοῦ ῥοῦ, τοὺς δὲ καὶ θέρμῃ, καὶ δυσωδίᾳ πληγέντας, φυγεῖν· ἐκ δὲ τῶν πλοιαρίων * τὸ μᾶλλον πλησιάσαν τοὺς μὲν τῶν ἐνόντων ἀποβαλεῖν, τοὺς δ' εἰς Λιπάραν μόλις σῶσαι, τοτὲ μὲν ἔκφρονας γινομένους ὁμοίως τοῖς ἐπιληπτικοῖς, τοτὲ δὲ ἀνατρέχοντας εἰς τοὺς οἰκείους D λογισμούς· πολλαῖς δ' ἡμέραις ὕστερον ὁρᾶσθαι πηλὸν ἐπανθοῦντα τῇ θαλάττῃ· πολλαχοῦ δὲ καὶ φλόγας ἐκπιπτούσας, καὶ καπνοὺς, καὶ λιγνύας· ὕστερον δὲ παγῆναι καὶ γενέσθαι τοῖς μυλίταις λίθοις ἐοικότα τὸν πάγον· τὸν δὲ τῆς Σικελίας στρατηγὸν Τίτον Φλαμίνιον, δηλῶσαι

* Fortaſſe, τὸν ἐσόμενον ἄνεμον.

p. 277.

*Sententia non cohæret. Prior interp. legiſſe videtur ἰδεῖν.

* Prior interp. τί.

& Liparenſium quoſdam facultate navigandi negata, certò prædicere futuram. Eaque de cauſa id, quod fabuloſiùs videtur à poëta dictum, apparere non fruſtra pronunciatum fuiſſe: ſed veritatem per ambages eum ſignificaſſe, cùm Æolum appellaret ventorum promum. quorum & ant[illegible]a eſt mentio ..... ſufficit animadverſio perſpicuitatis dici poſſit ..... ex æquo enim utrumque adeſt, diſpoſitione & perſpicuitate: voluptas utrorumque communis. Noſtra eò unde digreſſa eſt, referat ſe oratio. Dictum eſt de Lipara & Thermiſſa. Strongyle, à rotunditate figuræ ſic dicta, ignita ipſa quoque, violentia flammarum minor, fulgore excellens. ibi habitaſſe Æolum ajunt. Quarta eſt Didyme, quaſi ſi geminam dicas, nomine itidem à forma impoſito. De reliquis Ericuſa & Phœnicuſa à ſtirpibus erica & palma dictæ, pabulis ſunt dicatæ. Septima, eſt Euonymos, id eſt Siniſtra, in alto maximè ſita ac deſerta. ita appellata, quòd à Lipara in Siciliam navigantibus maximè ſit ad lævam. Sæpenumero etiam in ſuperficie maris, quod eſt circa inſulas iſtas, diſcurrere flammas animadverſum eſt, cùm cavernarum quibus ignis in profundo continetur, meatu aliquo recluſo foras vi prorupit. Poſidonius ſcriptum reliquit, ſua ætate circa ſolſtitium æſtivum prima luce inter Hieram & Euonymum [4] mare conſpectum fuiſſe ad monſtroſam elatum altitudinem, atque aliquandiu ſic conſtitiſſe continenti flatu exaltatum, tandem ſubſediſſe. eos qui navigiis accedere auſi fuerant, cùm viderent aquæ fluxu impelli piſces mortuos, calore & fœtore perculſos fugiſſe. navigium quod propiùs acceſſerat, vectoribus quibuſdam amiſſis, ægrè cum reliquis Liparam perveniſſe, qui aliquando in morem comitiali morbo correptorum mente abalienarentur, aliquando ad ſe redirent. multis pòſt diebus limum apparuiſſe qui ſuperficiei aquæ innataret, multis quoque locis flammas erupiſſe, & fumos, & fuligines. limum eum tandem concreviſſe, & molaribus lapidibus ſimiles fuiſſe concretas iſtas maſſas. qua de re ſenatum, cùm eſſet à T. Flaminio Siciliæ prætore certior factus,

1. ἱκανῶς ἐστιν ἡ ἐπίστασις) Apparet multorum verborum hic eſſe hiatum: ut de ſententia certi conſtitui nihil poſſit. Conferenda tamen ſunt quæ περὶ ἐναργείας καὶ διαθέσεως lib. 1. diſputavit. *Caſaub.*

2. Στρογγύλη καλεῖται μὲν ἀπὸ τοῦ σχήματος) Auctor Ætnæ,

*Inſula, cui nomen facies dedit ipſa rotunda.* Idem.

3. τῷ δὲ φέγγει πλεονεκτοῦσα) Plinius modo III. c. 9. *a Lipara liquidiore flamma tantum differt.* Idem.

4. *Mare conſpectum*) Ἀρθεῖσαν τὴν θάλασσαν. hoc vocabuli ita flagitante ſenſu ſubſtituiſſem, etiamſi in epitomis non inveniſſem. *Xyland.*

πρό-

miſſis legatis rem ſacram diis manibus & marinis procuraſſe, cum in Hiera tum Liparæ. Ab Ericuſa ad Phœnicuſam chorographus millia paſſuum x. numerat, hinc ad Didymam xxx. inde ad Liparam verſus ſeptentrionem xxiv. hinc in Siciliam xix. à Strongyla autem xvi. Ante Pachynum jacet Melite, unde catelli Melitæi: & 2 Gaudus, LXXXVIII. ab utraque ambæ diſtantes ſtadiis. Ceſſura alia inſula eſt ante Lilybæum ſita, in medio inter id & Aſpidem, Carthaginienſium urbem, quam Clupeam dicunt, ſpacio, utrinque LXXXVIII. ſtadiis diſtans. Sed & Ægimurus inter Siciliam atque Africam jacet, & aliæ exiguæ inſulæ. Atque hæc de inſulis.

Sed quando veterem Italiam deſcripſimus uſque ad Metapontium, nunc quæ continenter ſequuntur, perſequi placet. Contingit Metapontium Japygia, quam & Meſſapiam Græci dixerunt. Incolæ alios Salentinos dicunt, qui circa Japygium habitant promontorium, alios Calabros: ſupra hos verſus ſeptentrionem ſunt Peucetij & Græco ſermone Audanii cognominati. Incolæ quidquid poſt Calabros eſt, Apuliam vocant: fuerunt etiam ibi qui Pediculi dicerentur, maximè Peucetii. Meſſapia peninſulæ formam obtinet, Iſthmo intercluſa, qui à Brunduſio Tarentum uſque porrigitur, ſpacia cccx. ſtadiorum, navigatio circa Japygium promontorium ſtadiorum eſt circiter cccc.

A τῇ συγκλήτῳ, τὴν δὲ πέμψασαν ἐκθύσασθαι ἔν τε τῷ νησιδίῳ καὶ ἐν Λιπάραις, τοῖς τε καταχθονίοις θεοῖς, καὶ τοῖς θαλαττίοις. Ἀπὸ μὲν οὖν * Ἐρικώδους εἰς Φοινικώδη, δέκα μίλιά φησιν ὁ χωρογράφος· ἔνθεν δ' εἰς Διδύμην λ· ἔνθεν δ' εἰς Λιπάραν πρὸς ἄρκτον θ, καὶ κ· ἔνθεν δ' εἰς Σικελίαν θ, καὶ ι· ἑκκαίδεκα δ' ἐκ τῆς Στρογγύλης. 1 Πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου Μελίτη, ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι Μελιταῖα· 3 καὶ Γαῦδος, π καὶ η μίλια ἑκατέρας ἀμφότεραι διέχουσαι. Κόσσυρα δὲ πρὸ τοῦ Λιλυβαίου, καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος Καρχηδονίας τῆς πόλεως, ἣν Κλυπέαν καλοῦσι, μέση ἀμφοῖν B κειμένη, καὶ τὸ λεχθὲν διάστημα ἐφ' ἑκατέρας ἀπέχουσα. καὶ ἡ Αἰγίμουρος δὲ πρὸ τῆς Σικελίας καὶ τῆς Λιβύης ἐστὶ, καὶ ἄλλα μικρὰ νησίδια· ταῦτα μὲν περὶ τῶν νήσων.

* Manuſſ. Ἐρικούσης εἰς Φοινικοῦσαν,

Ἐπεληλυθόσι δ' ἡμῖν τὰ περὶ τὴν ἀρχαίαν Ἰταλίαν, μέχρι Μεταποντίου, τὰ συνεχῆ λεκτέον· συνεχὴς δ' ἐστὶν ἡ Ἰαπυγία. Ταύτην δὲ καὶ 4 Μεσσαπίαν καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες· οἱ δ' ἐπιχώριοι κατὰ μέρη, τὸ μέν τι Σαλεντίνους καλοῦσι, τὸ περὶ τὴν ἄκραν τὴν Ἰαπυγίαν, τὸ δὲ Καλαβρούς· ὑπὲρ τούτους πρόσβοροι Πευκέτιοί τέ εἰσι 5 καὶ Αὐδάνιοι κατὰ τὴν ἑλλάδα διάλεκτον προσαγορευόμενοι· οἱ δ' ἐπιχώριοι πᾶσαν τὴν μετὰ τοὺς Καλαβροὺς, Ἀπουλίαν καλοῦσι· C τινὲς δ' αὐτῶν καὶ Ποιδικλοι λέγονται, καὶ μάλιστα οἱ Πευκέτιοι. Ἔστι δ' ἐπιχερρονησιάζουσα ἡ Μεσσαπία, τῷ ἀπὸ Βρεντεσίου μέχρι Τάραντος ἰσθμῷ κλειομένη, σταδίων ι καὶ τ΄ ὁ δ' ἐπίπλους ἐστὶ περὶ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν 6 σταδίων ὁμοῦ τι υ.

1. πρόκειται δὲ τοῦ Παχύνου Μελίτη) Melitas duas commemorant Geographi, alteram in Libyco mari ſive Siculo (eſt enim inter Siciliam & Lybiam) alteram in ſinu Adriatico, inter Epirum & Italiam, quam Ptolemæus nomine paululum diverſo Melitinen appellat: à priore catulos Melitæos eſſe dictos noſter ait: Callimachus, Plinius III. c. 26. & Stephanus à poſteriore. Meminit κυναρίων Μελιταίων & Athen. lib. xii. *Caſaub.*

2. *Gaudus*) apud Stephanum eſt Gaulus, & D apud Plinium. Sed non facilè dixerim hicne an iſthic ſit mendum, neque res ex ſerie litterarum apud Stephanum poteſt judicari, cum tam δ quam λ litteram γ ſubſequatur. itaque nihil mutare volui. Γαῦδος quidem liquidò legitur infra lib. vii. p. 299: in Aldino, quod in κλαῦδος eſt ab imperito aliquo mutatum. Λιλύβης in Λιβύης nullo negocio converti. de Audaniis nihil habeo. Pediculos reddidi Ποιδίκλους, Pliniana fretus lectione. *Xyland.*

3. καὶ Γαῦδος) Mira varietas in hoc nomine apud ſcriptores. Lucas in Actis xxvii. 16. videtur Κλαύδην appellare: & Athenæus Κλαύδιον. Diodorus Γαῦλον. Ptolem. *Claudon*, & in Cretico mari collocat, non Siculo, quod ex actis diſcimus melius eſſe: quanquam, ut lib. II. p. 114. dictum eſt, Siculo mari συνάπτει τὸ Κρητικόν. *Caſaub.*

4. Μεσσαπίαν καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες) à rege Meſſapo, qui Japygiæ magnam partem aliquando obtinuit, vide lib. ix. p. 405. Japygiam autem ſunt qui compoſita voce Meſapygiam vocent. Stephano Meſapia Japygiæ tantum pars eſt. Euſtathius ex Strabone docet Japygas, etiam Meſapygos appellatos fuiſſe, quæ verba hodie non comparent. *Idem.*

5. καὶ Αὐδάνιοι κατὰ τὴν ἑλλάδα διάλεκτον) Legendum καὶ οἱ Δαύνιοι: nam iſti Audanii Græco cœlo non minus quam Latino ſunt incogniti. Strabo libro quinto, p. 242. ὁ δὲ παράπλους ἀπὸ τῆς Πικεντίνης, ἐπὶ τοὺς Ἀπούλους, οὓς οἱ Ἕλληνες Δαυνίους καλοῦσιν. *Idem.*

6. σταδίων ὁμοῦ τι υ) Putabam legendum eſſe ὁμοῦ τῇ υ. Atque hanc meam conjecturam confirmant etiam ſcripti quidam, in quibus eſt, ὁμοῦ τι υ. Nunc tamen nihil cenſeo mutandum. Video enim Græcis eſſe familiare ut dicant ὁμοῦ τι. (Demoſthenes pag. 501. & Euſtath. notat Od. υ. 832.) Strabo lib. xvi. de Cœle Syria loquens μῆκος, inquit, ὁμοῦ τι διπλάσιον. Lib. xvii. p. 818. de ſuo Philas itinere, σταδίους ὁμοῦ τι ἑκατόν. Similiter Plutarchus in Cleomenis vita καὶ μετὰ μικρὸν ὅλης ὁμοῦ τι μιᾶς περιόδου Πελοποννήσου κύριος γενέσθαι δεήσας. Idem in Tiberio Graccho p. 828. ed. FFurt. ἦσαν οὖν ὁμοῦ τι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀγῶνες αὐτῷ πρὸς Ὀκτάβιον ἐπὶ τοῦ βήματος. (Item pag. Mor. 858. & 736. 737. ed. H. Steph. & Dionyſ. Halicarnaſſ. p. 358. Sed & aliis adverbiis additur in fine particula τι, ut apud Thucyd., διαφερόντως τι, & in νεωστὶ &c. ad Dionyſ.) *Idem.*

p. 278. τοῦ δὲ Μεταποντίου μὲν διέχει σταδίους περὶ σʹ· ὁ δὲ A πλοῦς ἐπ' αὐτὴν πρὸς ἥλιον ἀνατολάς. 1 Τοῦ δὲ κόλπου παντὸς τοῦ Ταραντίνου τὸ πλέον ἀλιμένου ὄντος, * ἐνταῦθα ἐστὶ μέγιστος καὶ κάλλιστος λιμὴν, γεφύρᾳ κλειόμενος * μεγίστῃ, σταδίων δ' ἐστὶν ρ τὴν περίμετρον. ἐκ δὲ τοῦ πρὸς τὸν μυχὸν μέρους ἰσθμὸν ποιεῖ πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν, ὥστ' ἐπὶ χερρονήσῳ κεῖσθαι τὴν πόλιν, καὶ τὰ πλοῖα ὑπερνεωλκεῖσθαι ῥᾳδίως ἑκατέρωθεν ταπεινοῦ ὄντος τοῦ αὐχένος. ταπεινὸν δὲ καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, μικρὸν δ' ὅμως ἐπῆρται καὶ τὴν ἀκρόπολιν. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν τεῖχος, κύκλον ἔχει μέγαν· νυνὶ δ' ἐκλέλειπται τὸ πλέον πρὸς τῷ ἰσθμῷ· τὸ δὲ πρὸς τῷ στόματι B τοῦ λιμένος, καθ' ὃ καὶ ἡ ἀκρόπολις, συμμένει, μέγεθος ἀξιολόγου πόλεως ἐκπληροῦν. Ἔχει δὲ γυμνάσιόν τε κάλλιστον, καὶ ἀγορὰν εὐμεγέθη, ἐν ᾗ καὶ ὁ τοῦ Διὸς ἵδρυται κολοσσὸς χαλκοῦς, μέγιστος μετὰ τὸν Ῥοδίων· μεταξὺ δὲ τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ στόματος ἡ ἀκρόπολις, μικρὰ λείψανα ἔχουσα τοῦ παλαιοῦ κόσμου τῶν ἀναθημάτων· τὰ γὰρ πολλὰ τὰ μὲν κατέφθειραν Καρχηδόνιοι, λαβόντες τὴν πόλιν· τὰ δ' ἐλαφυραγώγησαν Ῥωμαῖοι, κρατήσαντες βιαίως. ὧν ἐστὶ καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ χαλκοῦς ὁ κολοσσικὸς Λυσίππου ἔργον, ἀνάθημα 2 Μαξίμου Φαβίου τοῦ ἑλόντος τὴν C πόλιν. 3 Περὶ δὲ τῆς κτίσεως λέγων Ἀντίοχος φησὶν ὅτι τοῦ Μεσσηνιακοῦ πολέμου γενηθέντος, οἱ μὴ μετασχόντες Λακεδαιμονίων τῆς στρατείας, ἐκρίθησαν δοῦλοι, καὶ ὠνομάσθησαν Εἵλωτες· ὅσοις δὲ κατὰ τὴν στρατείαν παῖδες ἐγένοντο, Παρθενίας ἐκάλουν, καὶ ἀτίμους ἔκριναν· οἱ δ' οὐκ ἀνασχόμενοι (πολλοὶ δ' ἦσαν) ἐπεβούλευσαν τοῖς τοῦ δήμου· αἰσθόμενοι δ' ὑπέπεμψάν τινας, οἳ προσποιήσει φιλίας, ἔμελλον ἐξαγγέλλειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιβουλῆς· τούτων δ' ἦν καὶ Φάλανθος, ὅσπερ ἐδόκει προστάτης ὑπάρχειν αὐτῶν· * οὐκ ἠρέσκετο δ' ἁπλῶς τοῖς περὶ τῆς βουλῆς ὀνομασθεῖσι· συνέκειτο μὲν δὴ τοῖς D Ὑακινθίοις ἐν τῷ Ἀμυκλαίῳ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος, ἡνίκα τὴν κυνῆν περιθῆ ὁ Φάλανθος, ποιεῖσθαι τὴν ἐπίθεσιν· γνώριμοι δ' ἦσαν ἀπὸ τῆς κόμης οἱ τοῦ δήμου· ἐξαγγειλάντων δὲ τινων λάθρα τὰ συγκείμενα τῶν περὶ Φάλανθον,

* Vulgò ἐντεῦθεν
* Manuſſ. μεγάλη,
*Suſpectus locus.

Metaponto diſtat ſtadiis cc ferè Tarentum, ortum Solis verſus. Sinus Tarentinus cum majore ſui parte importuoſus ſit, apud ipſam urbem pulcherrimus eſt ac maximus, ponte junctus ingenti: in ambitu habet c ſtadia ab intimo receſſu Iſthmus ad exterum mare porrigitur, ut & urbs in peninſula jaceat, & utrinque navigia facilè pertrahantur, humili collo. Sed & ipſius urbis ſolum humile eſt, niſi quà apud arcem attollitur. Vetus murus circulum continet magnum: nunc autem major urbis pars ad Iſthmum ſita, deſerta eſt: ea conſtat, quæ ad portus fauces ſita eſt condita ubi etiam arx, & magnitudinem inſignis urbis implet. Habet gymnaſium elegantiſſimum, & forum juſtæ amplitudinis, in quo Iovis eſt ſitus coloſſus, poſt Rhodium facilè omnium maximus. Inter forum & fauces portus arx eſt, parva retinens veſtigia veteris ornatus donariorum. Pleraque enim aut Carthaginienſes urbe potiti perdiderunt, aut Romani rapuerunt, vi urbe capta. De quibus eſt Herculis coloſſus æreus in Capitolio, Lyſippi opus, à Fabio Maximo, qui Tarentum recepit, dedicatus. Originem urbis hujus Antiochus referens ait: Meſſeniaco bello conflato eos qui Lacedæmoniorum caſtra non fuiſſent ſecuti, ſervos lata ſententia eſſe judicatos, Heloteſque dictos: qui verò Spartanis nati eſſent durante bello liberi, eos Parthenias, quaſi Virgineos diceres, appellatos ab his, & ignominia notatos fuiſſe. Hos iniquiſſimè rem ferentes, cum numero valerent, inſidiatos eſſe populo: quod cùm populus ſenſiſſet, ſubmiſit quoſdam, qui ficta cum illis amicitia, inſidias patefacerent. Inter conſpiratos fuit etiam Phalanthus, princeps reliquorum habitus, 4 & qui omnino à ſenatu delectis inviſus eſſet. Compoſitum fuit, ut ludis Hyacinthinis in Amyclæo commiſſis, quando galerum Phalanthus imponeret, impetum fieri debere in populares, quos coma notos faciebat. ſed cum quidam occultè detexiſſent inſtitutum Phalantheæ factionis,

1. Τοῦ δὲ κόλπου παντὸς τοῦ Ταραντίνου τὸ πλέον ἀλιμένου ὄντος) Polybiusquoque auctor eſt totum illud littus eſſe importuoſum, πλὴν τῶν ἐν Τάραντι λιμένων. *Caſaub.*

2. Μαξίμου Φαβίου τοῦ ἑλόντος τὴν πόλιν) Vide Livii [illegible] libro XXVII. c. 15. *Idem.*

3. Περὶ δὲ τῆς κτίσεως) Lege Juſtinum libro III. c. 4. Servium ad Virg. Æn. III. 551. Ariſtotelem πολιτ. lib. quinto c. 3. & Pauſaniam in Phocicis (Lib. X. c. 10.) *Idem.*

4. *Et qui omnino*) Hæc divinavi omnino. Hiſtoria copioſè deſcribitur à Juſtino lib. III. c. 4. & Euſtath. in Dionyſium. κύμης [illegible]gicum interprete. κελεύσαντες ex ſenſu & epitomis, in oraculo ſecutus ſum eaſdem & ſenſum. lego autem ἐμπυργεσσι, κατ' ἐπένθεσιν, ut verſus conſtet. Budeios autem ſcripſi, non Βουγείους, ea ſecutus quæ apud Euſtathium extant in Iliad. π. 572. poſt primum Tyrtæi verſum ex metri ratione reſtitui, & αἰχματαὶ pro ταὶς, ob ſententiam. ubi narratio in Græco mutila eſt, ſenſum ſecutus ſum in vertendo. *Xyland.*

1. Σατύ

A certamine jam cepto præco in medium progreſſus edixit, ne Phalanthus galerum capiti imponeret. Ita Partheniæ cum delatum indicio conſpirationem ſentirent, alii diffugerunt, alii ſupplices veniam flagitarunt: quos cives bono animo juſſos eſſe in carcerem dederunt. Phalanthum autem miſere Delphos, ut oraculum de colonia deducenda exquireret: eſtque ei tale datum.

*Satyreum tibi do, pinguis pagoſque Tarenti*
*Incolere, infeſtis & Iapigas opprimere armis.*

B Eò itaque profecti cum Phalantho Partheniæ, à barbaris & Cretenſibus, qui loca iſta occupaverant, recepti ſunt. Hi fuiſſe feruntur, qui cum Minoë in Siciliam navigaverunt, eoque Camici apud Cocalum vita functo è Sicilia diſceſſerunt, eoque tempeſtatibus adacti ſunt: quorum aliqui Adria terreſtri itinere peragrato uſque ad Macedoniam proceſſerint, ac nomen Budejorum tuliſſe feruntur. Iapyges autem dictos tradunt omnes, qui ibi locorum uſque ad Dauniam incolebant, à Iapyge, qui, ut ajunt, Dædalo ex Creſſa muliere natus Cretenſium ductor fuit. Urbi autem Tarento nomen fecerunt à Tarante quodam heroë. C De origine Tarenti apud Ephorum hæc eſt hiſtoria. Lacedæmonios bellum intuliſſe Meſſeniis, quod hi illorum regem Teleclum Meſſenam ſacrificandi cauſa profectum occidiſſent: ac juramento ſe obligaſſe, aut ſe non antè domum reverſuros, quam Meſſenam cepiſſent,

καὶ τοῦ ἀγῶνος ἐνεστῶτος, προελθὼν ὁ κήρυξ εἶπε, μὴ αὖ περιθεῖναι κυνῆν Φάλανθον· οἱ δ' αἰσθόμενοι ὡς μεμηνύκασι τὴν ἐπιβουλὴν, οἱ μὲν διεδίδρασκον, οἱ δὲ ἱκέτευον· κελεύσαντες δ' αὐτοὺς θαῤῥεῖν, φυλακῇ παρέδοσαν· τὸν δὲ Φάλανθον ἔπεμψαν εἰς θεοῦ περὶ ἀποικίας· ὁ δ' ἔχρησε.

1 Σατύρειόν τοι δῶκα, Τάραντά τε πίονα δῆμον p. 279.
Οἰκῆσαι, καὶ πῆμα Ἰαπύγεσσι γενέσθαι.

Ἧκον οὖν σὺν Φαλάνθῳ οἱ Παρθενίαι, καὶ ἐδέξαντο αὐτοὺς οἵ τε βάρβαροι 2 καὶ οἱ Κρῆτες, οἱ προκατασχόντες τὸν τόπον· τούτους δ' εἶναι φασὶ, τοὺς μετὰ Μίνω πλεύσαντας εἰς Σικελίαν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν τὴν ἐν Καμικοῖς παρὰ Κωκάλῳ συμβᾶσαν ἀπαίροντας ἐκ Σικελίας, κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν δεῦρο παρωσθέντας· ὧν τινας ὕστερον πεζῇ περιελθόντας τὸν Ἀδρίαν μέχρι Μακεδονίας, 3 Βουδείους προσαγορευθῆναι. Ἰάπυγας δὲ λεχθῆναι πάντας φασὶ μέχρι τῆς Δαυνίας, ἀπὸ Ἰάπυγος, ὃν ἐκ Κρήσσης γυναικὸς Δαιδάλῳ γενέσθαι φασὶ, καὶ ἡγήσασθαι τῶν Κρητῶν. Τάραντα δ' ὠνόμασαν ἀπὸ ἥρωός τινος τὴν πόλιν. 4 Ἔφορος δ' οὕτω λέγει περὶ τῆς κτίσεως· ἐπολέμουν Λακεδαιμόνιοι Μεσσηνίοις, ἀποκτείνασι τὸν βασιλέα Τήλεκλον εἰς Μεσσήνην ἀφικόμενον ἐπὶ θυσίαν, ὀμόσαντες μὴ πρότερον ἐπανήξειν οἴκαδε, πρὶν ἢ Μεσσήνην ἀνελεῖν,

1. Σατύρειον τοι δῶκα) Saturum oppidum intelligit, Tarento quondam vicinum. Vide Servium in illud, Geor. II. ℣. 197.

—— *& Saturi petito longinqua Tarenti.*

Ex Stephano poſſit videri eſſe ſcribendum Σατύριον, qui ait eſſe χώραν πλησίον Τάραντος. *Caſaub.*

2. καὶ οἱ Κρῆτες, οἱ προκατασχόντες τὸν τόπον) Iapygiam enim Cretenſes aliquando obtinuerunt: ideo Athenæus Japygas è Creta oriundos eſſe ait libro duodecimo c. 5. pag. 522. Non convenit autem Athenæo cum Strabone de occaſione, qua Cretenſes homines in Italiæ hanc oram venerunt, ille κατὰ Γλαύκου ζήτησιν veniſſe ſcribit. hic Herodotum ſequitur: quem vide libro ſeptimo c. 169. & ſeqq. *Idem.*

D 3. Βουδείους προσαγορευθῆναι) Cenſeo omnino hic legendum eſſe Βοττιαίους προσαγορευθῆναι. Nam Bottiæos appellatos, non tantum Plutarchus teſtatur, videlicet Cretenſes, vetere voto hominum primitias miſiſſe Delphos: qui, cum ibi victum quærere non valerent, in Italiam tranſgreſſi, in Japygia ſedes fixerint: inde Thraciam petierint, ubi Bottiæi dicti. Verba iſta, in Vita Theſei. Καί ποτε Κρῆτας, εὐχὴν παλαιὰν ἀποδιδόντας, ἀνθρώπων ἀπαρχὴν εἰς Δελφοὺς ἀποστέλλειν. Τοῖς δὲ πεμπομένοις ἀναμιχθέντας ἐκγόνους ἐκείνων συνεξελθεῖν. ὡς δὲ οὐκ ἦσαν ἱκανοὶ τρέφειν ἑαυτοὺς αὐτόθι, πρῶτον μὲν εἰς Ἰταλίαν διαπεράσαι, κἀκεῖ κατοικεῖν περὶ τὴν Ἰαπυγίαν. ἐκεῖθεν δὲ, αὖθις εἰς Θρᾴκην κομισθῆναι, καὶ κληθῆναι Βοττιαίους. i. e. *Et Cretenſes aliquando, ad vetera vota perſolvenda, primitias hominum miſiſſe Delphos: atque cum his, qui mittebantur, miſſam eorum progeniem una emigraſſe. Qui cum vitam ibi tolerare haud poſſent, in Italiam trajecerunt, & ibidem in Japygia domicilium poſuerunt, illinc autem rurſum in Thraciam profecti, Bottiæi ſunt vocati.* Verum etiam de Cretenſibus Japygiæ, qui poſt Bottiæi dicti, meminit obiter etiam Strabo p. 282. Κρῆτες, οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες ἐκ Κνωσσοῦ. εἶθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες [illegible] Ἰάπυγος. οὐ συμμεῖναι δὲ φασὶν αὐτοὺς, ἀλλ' ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βοττιαίαν, *Cretenſes, qui cum Theſeo è Gnoſſo venerunt; inde hi, qui è Sicilia cum Japyge ſunt profecti: quos manſiſſe cum aliis negant, ſed in Bottiæam abiiſſe.* Ac Bottiæi quidem dicti, à Bottone, duce ſuo. Vide Auctorem Etymologici, in Βόττιον, & Βοττ[illegible] Meurſ. in Creta. lib. IV. cap 5. pag. 214. & 215. [illegible] 6. pag. 216.

4. Ἔφορος δ' οὕτω λέγει) Confer cum iis, quæ ex Trogo Juſtinus refert. xx. c. 1. Nam præterquam in belli cauſa, parum differunt *Caſaub.*

A ἢ πάντας ἀποθανεῖν· φύλακας δὲ κατέλιπον τῆς πόλεως στρατεύοντες τούς τε νεωτάτους καὶ πρεσβυτάτους τῶν πολιτῶν. δεκάτῳ δ' ὕστερον * ἔτει τοῦ πολέμου, τὰς γυναῖκας τῶν Λακεδαιμονίων συνελθούσας, ἐξ ἑαυτῶν πέμψαι τινας παρὰ τοὺς ἄνδρας, τὰς μεμψομένας ὡς οὐκ ἐπίσης πολεμοῖεν πρὸς τοὺς Μεσσηνίους· οἱ μὲν γὰρ μένοντες, τεκνοποιοῦνται· οἱ δὲ χήρας ἀφέντες τὰς γυναῖκας, ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐστρατοπεδεύοντο, καὶ κίνδυνος εἴη λειπανδρῆσαι τὴν πατρίδα. Οἱ δ' ἅμα καὶ τὸν ὅρκον φυλάττοντες, καὶ τὸν τῶν γυναικῶν λόγον ἐν νῷ θέμενοι, πέμπουσι τῆς B στρατείας τοὺς εὐρωστοτάτους ἅμα, καὶ νεωτάτους, οὓς ᾔδεσαν οὐ μετασχόντας τῶν ὅρκων διὰ τὸ παῖδας ἔτι ὄντας συνεξελθεῖν τοῖς ἐν ἡλικίᾳ· προσέταξαν δὲ συγγίνεσθαι ταῖς παρθένοις ἁπάσαις ἅπαντας, [1] ἡγούμενοι πολυτεκνήσειν μᾶλλον· γενομένων δὲ τούτων, οἱ μὲν παῖδες ὠνομάσθησαν Παρθενίαι. Μεσσήνη δὲ ἑάλω πολεμηθεῖσα ἐννεακαίδεκα ἔτη, [2] καθάπερ καὶ Τυρταῖός φησιν·

Ἀμφω τῷδ' ἐμάχοντ' ἐννεακαίδεκ' ἔτη
Νωλεμέως αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες.
Αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.
Εἰκοστῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες, C
Φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

p. 280. Τὴν μὲν οὖν Μεσσηνίαν κατενείμαντο· ἐπανελθόντες δ' οἴκαδε τοὺς Παρθενίας οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐτίμων, ὡς οὐκ ἐκ γάμου γεγονότας· οἱ συνιστάμενοι μετὰ τῶν Εἱλώτων, ἐπεβούλευσαν τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ συνέθεντο ἆραι σύσσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πῖλον Λακωνικὸν, ἐπειδὰν ἐγχειρῶσι· τῶν δὲ Εἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες, τὸ μὲν ἀντεπιτίθεσθαι, χαλεπὸν ἔγνωσαν· καὶ γὰρ πολλοὺς εἶναι, καὶ πάντας ὁμόφρονας, ὡς ἂν ἀλλήλων ἀδελφοὺς νομιζομένους, τοὺς μέλ- D λοντας δ' αἴρειν τὸ σύσσημον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀπιέναι προσέταξαν· οἱ μὲν δὴ μεμηνυμένην αἰσθόμενοι τὴν * πρᾶξιν ἐπέσχον, οἱ δὲ διὰ τῶν πατέρων ἔπεισαν αὐτοὺς εἰς ἀποικίαν ἐξελθεῖν· κἂν μὲν κατάσχωσιν ἀρκοῦντα τὸν τόπον, μένειν· Εἰ δὲ μή, τῆς Μεσσηνίας τὸ πέμπτον κατανείμασθαι μέρος ἐπανιόντας· οἱ δὲ σταλέντες κατελάβοντο τοὺς Ἀχαιοὺς, πολεμοῦντας τοῖς βαρβάροις·

* Sic reſtituimus ex manuſſ. Vulgò, δεκ. δ' ὑς. τοῦ π. χρόνῳ.

* Sic vett. Vulgò τάξιν

aut univerſos in oppugnatione morituros: urbem cum proficiſcerentur ad bellum civium minimis maximiſque natu cuſtodiendam reliquiſſe. Pòſt anno belli decimo uxores Lacedæmoniorum facta coitione, quaſdam ad maritos ſuo de cætu miſerunt, quæ eos reprehenderent, ut non æquis conditionibus bellum Meſſeniis facientes, quippe hos interim liberos procreare, ipſos domi relictis viduis uxoribus in hoſtico caſtra habere, itaque periculum eſſe, ne patria virorum ad extremum vacua reddatur. Lacedæmonios & jurisjurandi rationem, & conſilii uxorum habuiſſe, ideoque robuſtiſſimos quoſque & ætate inter milites minimos Spartam miſiſſe, unde pueri cum adultis quondam profecti, jurejurandi religione non tenebantur, iiſque mandaſſe ut cum omnibus omnes virginibus rem haberent, eò copioſiorem rati inde ſubolem exſtituram: atque eos, qui hoc modo nati eſſent, Parthenias, hoc eſt, virginum filios patribus incertis appellatos. Meſſenam anno demum decimo ac nono bello captam, ſicut & Tyrtæus dicit:

*Annis pugnatum eſt ter tribus, atque decem*
*Hoc ab avis noſtris infracto pectore bellum.*
*Et res conſtanti geſta labore fuit.*
*Bis deno tandem victi Meſſenia pubes,*
*Montis Ithomæi deſeruit tumulos.*

Cæterùm Spartanos diviſo agro Meſſenio domum reverſos, Parthenias non eo, quo alios, honore dignatos, utpote non ex conjugio natos: itaque Parthenias re cum Helotibus communicata, inſidias ſtruxiſſe Spartanis, data teſſera faciendi impetus, elevatione pilei Laconici in foro; ſed rei indicio ab Helotibus quibuſdam delato, Spartanos contrà inſidiari Partheniis, rem duxiſſe difficilem, quod ij & magno eſſent numero, & inter ſe mutuò pro fratribus haberent: edixiſſe tamen ut ſolum verterent, qui pileum fuerant in foro ſublaturi: ita Parthenias, cùm patefactum ſuum inſtitutum intelligerent, ſeſe continuiſſe, & Spartanos eis opera parentum ipſorum perſuaſiſſe ut aliquò in coloniam abirent, ea conditione, ut ne reverterentur ſi regionem ipſis ſufficientem eſſent nacti: ſin verò, ut reverſi quintam partem agri Meſſenij obtinerent. Sic profectos Parthenias incidiſſe in Achivos bellum gerentes contra barbaros:

1. ἡγούμενοι πολυτεκνήσειν μᾶλλον) Juſtinus III. c. 4. *maturiorem futuram conceptionem rati, ſi eam ſingulæ per plures viros experirentur.* Caſaub.

2. καθάπερ καὶ Τυρταῖος φησίν) De Tyrtæo & bellis Meſſeniacis quæ fuere varia, lege lib. XIII. & Pauſaniæ Meſſen. i. e. Lib. IV. cap. 15. & ſeqq. *Idem.*

1. Pop

cumque Achivis ſuppetias tuliſſent, Tarentum condidiſſe. Tarentini cum 1 popularem reip. adminiſtrationem tenerent, ingentem ſunt adepti potentiam: nam & claſſem habuerunt, quantam iis in locis nemo, & exercitum peditum xxx. millia, ac tria millia equitum, ac turmarum equeſtrium duces CIↃ. Amplexi ſunt etiam Pythagoricam philoſophiam, præ reliquis Archytas, qui urbi ei per longum tempus præfuit. Sed inferioribus temporibus luxus invaluit ob res ſecundas: ita ut plures publicas feſtivitates per annum celebrarent Tarentini, quàm dies annus habet: quam ob rem etiam ſtatus reipubl. eſt factus deterior. Unum de pravis eorum inſtitutis eſt, quòd peregrinis in bello uſi ſunt ducibus: non & adverſus Meſſapios & Lucanos bellum gerentes, Alexandrum Moloſſum evocaverunt: & jam antè Archidamum Ageſilai filium, atque poſteà Cleonymum & Agathoclem arceſſerunt: tandem Pyrrhum quoque, quo tempore cum Romanis bellum commiſerunt. Neque verò peregrinis iſtis imperatoribus ſeſe dicto audientes præbuerunt, ſed cum iis inimicitias ſuſceperunt. Ideoque Alexander communem Græcorum iſthic degentium conventum ſolemnem, qui ex more Heracleæ Tarentinorum agebatur, in Thuriorum fines abalienato à Tarentinis animo voluit transferre: juſſitque apud Acalandrum amnem locum iis conciliis aptum communiri. Imò etiam calamitatis, quæ ei accidit, cauſa in Tarentinorum erga ipſum iniquitatem refertur. Bello autem Annibalico, libertate ſunt ſpoliati: deinde colonia Romanorum in urbem ſuam recepta, quietè nunc,

A μεταχόντες δὲ τῶν κινδύνων, κτίζουσι τὴν Τάραντα. Ἴσχυσαν δὲ ποτὲ οἱ Ταραντῖνοι, καθ᾽ ὑπερβολὴν, 2 πολιτευόμενοι δημοκρατικῶς· καὶ γὰρ ναυτικὸν ἐκέκτηντο μέγιστον τῶν ταύτῃ, καὶ πεζοὺς ἔστελλον τρισμυρίους, ἱππέας δὲ τρισχιλίους, ἱππάρχους δὲ χιλίους. Ἀπεδέξαντο δὲ καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν· διαφερόντως δ᾽ Ἀρχύτας, ὃς καὶ προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον· ἐξίσχυσε δ᾽ ὕστερον τρυφὴ διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, 3 ὥστε τὰς πανδήμους ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι κατ᾽ ἔτος παρ᾽ αὐτοῖς, * ἢ τὰς ἡμέρας· ἐκ δὲ τούτου καὶ χεῖρον ἐπολιτεύοντο. B Ἓν δὲ τῶν φαύλων πολιτευμάτων τεκμήριόν ἐστι, τὸ ξενικοῖς στρατηγοῖς χρῆσθαι· 4 καὶ γὰρ τὸν Μολοττὸν Ἀλέξανδρον μετεπέμψαντο ἐπὶ Μεσσαπίους καὶ Λευκανούς· καὶ ἔτι πρότερον, Ἀρχίδαμον τὸν Ἀγησιλάου, 5 καὶ ὕστερον Κλεώνυμον, καὶ Ἀγαθοκλέα· 6 εἶτα Πύῤῥον, ἡνίκα συνέστησαν πρὸς Ῥωμαίους. Οὐδ᾽ ἐκείνοις δ᾽ εὐπειθεῖν ἠδύναντο οὓς ἐπεκαλοῦντο, ἀλλ᾽ εἰς ἔχθραν αὐτοὺς καθίστασαν. Ὁ γοῦν Ἀλέξανδρος τὴν κοινὴν Ἑλλήνων τῶν ταύτῃ πανήγυριν, ἣν ἔθος ἦν ἐν Ἡρακλείᾳ συντελεῖν τῆς Ταραντίνης, μετάγειν C ἐπειρᾶτο εἰς τὴν Θουρίαν κατὰ ἔχθος· ἐκέλευσε δὲ κατὰ τὸν Ἀκάλανδρον ποταμὸν τειχίζειν τόπον, ὅπου ἔσοιντο αἱ σύνοδοι. Καὶ δὴ 7 ἡ συμβᾶσα αὐτῷ κακοπραγία, διὰ τὴν ἐκείνων ἀγνωμοσύνην ἀπαντῆσαι λέγεται. Περί τε τὰ Ἀννίβεια, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφῃρέθησαν. Ὕστερον δὲ ἀποικίαν Ῥωμαίων δεξάμενοι, καθ᾽ ἡσυχίαν ζῶσι, p. 281.

1. *Popularem reip. adminiſtrationem*) Epitomà habet, optimates in populari ſtatu reip. præfuiſſe idque Archytæ exemplo videtur comprobari. *Xyland.*

2. Πολιτευόμενοι δημοκρατικῶς) Epitome habet, ἀριστοκρατηθέντες ἐν δημοκρατίᾳ: quod planè aliud eſt quam quod vulgata præ ſe fert lectio. Sed ſtatum Reip. Tarentinorum ſæpe mutaſſe veriſimile eſt: & teſtantur id Ariſtotelis hæc verba πολ. lib. v. c. 3. ἐν Τάραντι, ait, ἡττηθέντων καὶ ἀπολομένων πολλῶν γνωρίμων ὑπὸ τῶν Ιαπύγων, μικρὸν ὕστερον τῶν Μηδικῶν δημοκρατία ἐγένετο ἐκ πολιτείας. i. e. *apud Tarentum cum ſuperari prælio ab Japygenſibus, nobilitatis magnam partem amiſiſſent, (fuit autem id praelium paulo poſt id tempus, quo Medi Græciam invaſerunt) ad popularem ſtatum ex republica eſt facta mutatio.* Tarentinorum πολιτείας meminit iterum philoſophus libro ſexto. *Caſaub.*

3. ὥστε τὰς πανδήμους ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι) Mirum hoc quidem, ſed non ſine exemplo tamen. Nam Athenienſes quoque Xenophon auctor eſt duplo plures dies feſtos habuiſſe, quam faſtos: legimus etiam in Græcorum Commentariis, Athenis tot fuiſſe πανδήμους θυσίας, quot ſunt in anno dies uno dempto. Euſtathius tamen lectionem ſequitur, quæ ſenſum longe alium continet, ἐπέτρεψε δ᾽ αὐτοὺς, ait, ἡ τρυφὴ, παρ᾽ οἷς πανδήμους ἑορτὰς κατ᾽ ἔτος πλείους ἢ τὰς ἄλλας ἡμέρας συνέβαινεν ἄγεσθαι: ut non plures dies feſti intelligantur fuiſſe quam in anno ſint dies: ſed plures in anno feſti quam faſti. Sed Epitomes auctor vulgatam lectionem confirmat, atque D adeò explicat. ὥστε, inquit, καὶ τὰς δημοτελεῖς ἑορτὰς πλείους τῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμερῶν ἄγειν. Libri ſcripti ſtant ab Euſtathio: habent enim, ἑορτὰς πλείους ἄγεσθαι κατ᾽ ἔτος παρ᾽ αὐτοῖς ἢ τὰς ἄλλας ἡμέρας ἐργατικάς. *Idem.*

4. καὶ γὰρ τὸν Μολοττὸν Ἀλέξανδρον μετεπέμψαντο) Teſtatur hoc Ariſtoteles in eo libro quem inſcripſit Δικαιώματα πόλεων. Verba ejus hæc ſunt, Ἀλέξανδρος ὁ Μολοττὸς ὑπὸ ταυτὸν χρόνον Ταραντίνων αὐτὸν μεταπεμψαμένων ἐπὶ τὸν πρὸς τοὺς βαρβάρους πόλεμον, ἐξέπλευσε ναυσὶ μὲν πεντεκαίδεκα, πλοίοις δὲ συχνοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ στρατηγικοῖς. *Idem.*

5. καὶ ὕστερον Κλεώνυμον) Factum id anno ſecundo Olympiadis CXIX. Vide Diodorum libro vigeſimo. p. 828. T. I. ed. 1604. *Idem.*

6. εἶτα Πύῤῥον) Vide Epitomen Livii [illegible] 1. & ſeq. cum cæteris hiſtoriæ Rom. ſcriptoribus [illegible] Plutarchum in Pyrrhi vita omittam. *Idem.*

7. ἡ συμβᾶσα αὐτῷ κακοπραγία) Livius libro octavo, & ſupra hujus initio. *Idem.*

καὶ βέλτιον ἢ πρότερον. Πρὸς δὲ Μεσαπίους A ἐπολέμησαν περὶ Ἡρακλείας, ἔχοντες συνεργοὺς, τόν τε τῶν Δαυνίων, καὶ τὸν τῶν Πευκετίων βασιλέα. Ἡ δ' ἑξῆς τῶν Ιαπυγίων χώρα παραδόξως ἐστὶν ἀστεία· ἐπιπολῆς γὰρ φαινομένη τραχεῖα, εὑρίσκεται βαθύγειος * σχιζομένη· ἀνυδροτέρα δ' οὖσα εὔβοτος οὐδὲν ἧσσον, καὶ εὔδενδρος ὁρᾶται. Εὐάνδρησε δέ ποτε καὶ τοῦτο σφόδρα τὸ χωρίον σύμπαν, καὶ ἔσχε πόλεις τρισκαίδεκα· ἀλλὰ νῦν πλὴν Τάραντος καὶ Βρεντεσίου τ' ἄλλα * πολίσματά ἐστιν· οὕτως ἐκπεπόνηται. 3 Τοὺς δὲ Σαλεντίνους, Κρητῶν ἀποίκους φασίν· ἐνταῦθα δ' ἐστὶ, καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν πλούσιόν ποτε ὑπάρξαν, καὶ 4 ὁ σκόπελος, ὃν καλοῦσιν ἄκραν Ιαπυγίαν, πολὺς ἐκκείμενος εἰς τὸ πέλαγος· κατὰ τὰς χειμερινὰς ἀνατολάς· ἐπιστρέφων δέ πως ἐπὶ τὸ Λακίνιον, ἀντίπορον ἀπὸ τῆς ἑσπέρας αὐτῷ, καὶ κλείων τὸ στόμα τοῦ Ταραντίνου κόλπου πρὸς αὐτόν· καὶ τὰ Κεραύνια δ' ὁμοίως ὄρη, κλείει πρὸς αὐτὸν τὸ στόμα τοῦ Ιονίου κόλπου, καὶ ἔστι τὸ δίαρμα ὅσον ψ σταδίων ἀπ' αὐτοῦ πρός τε τὰ Κεραύνια, καὶ πρὸς τὸ Λακίνιον. Περίπλους δὲ Τάραντός ἐστι πρὸς Βρεντέσιον, μέχρι μὲν Βάριος πολίχνης χ στάδιοι· καλοῦσι δὲ Βάριν οἱ νῦν Οὐερητόν· κεῖται δ' ἐπὶ τοῖς ἄκροις τῆς Σαλεντίνης, καὶ τὸ πολὺ πεζῇ μᾶλλον ἢ κατὰ πλοῦν εἰς αὐτὴν ἐκ τοῦ Τάραντος εὐμαρὴς ἡ ἄφιξις ἐστίν· ἔνθεν εἰς τὰ Λευκὰ, στάδιοι π πολίχνιον καὶ τοῦτο, 6 ἐν ᾧ δείκνυται πηγὴ δυσώδους ὕδατος· μυθεύουσι δ' * ὅτι τοὺς περιληφθέντας τῶν Γιγάντων ἐν τῇ κατὰ Καμπανίαν Φλέγρᾳ, Λευτερνίους καλουμένους, Ἡρακλῆς * ἐξελάσειε καταφυγόντας δεῦρο, ὑπὸ γῆς * περισταλεῖεν. ἐκ δὲ ἰχώρων τοιοῦτον * ἴσχοι ῥεῦμα ἡ πηγή· διὰ τοῦτο δὲ 7 καὶ τὴν παραλίαν ταύτην, Λευτερνίαν προσαγορεύουσιν.

* Sic vet. lib. & epit. Vulgò σκευαζομένη.

* Fortaſſe πολισμάτια.

* Mau ſſ ὅτε

* Manuſſ. ἐξήλασε

* Manuſſ. περισταλῆναι

* Manuſſ. ἔχει

& melius atque olim vivunt. Cæterùm adverſus Meſſapios bellum iis fuit de Heraclea, uſique ſunt auxiliis regum Daunij & Pæcetij. ¶ quod reliquum eſt Iapygum regionis, mirum in modum eſt elegans: cum enim ager in ſuperficie aſperitatem præ ſe ferat, 1 aratro ſciſſus gleboſus eſſe deprehenditur, & quanquam aquarum non habet ſatis, nihilominus tamen & paſcuis apta eſt, & arborum ferax. Atque hæc etiam tota regio quondam virorum multitudine floruit, urbeſque continuit XIII. nunc præter Tarentum & Brunduſium reliquæ cladibus in oppidorum ordinem ſunt redactæ. B Salentinos ajunt Cretenſium colonos eſſe. Apud hos eſt fanum Minervæ, dives quondam: & ſcopulus quem promontorium Iapygium vocant, magna ſui parte in altum contra ortum hybernum procurrens, tamen Lacinium verſus ſeſe inflectens, ab occaſu ei oppoſitum, & ejus oppoſitu fauces ſinus Tarentini claudens: ſicut & Ceraunij montes oppoſitu promontorii Iapygii aditum Ionii ſinus coërcent. Ab Iapygio & ad Lacinium, & ad Ceraunios montes, trajectus eſt ſtadiorum circiter 1ↄ cc. A Tarento ad Brunduſium navigatio juxta litus ad 5 Barin uſque (nunc Ve- C retum ea dicitur, oppidum in extremitatibus Salentinorum ſitum, ad quod terra quàm mari plerunque facilius à Tarento pervenitur) ſtadiorum 1ↄc. Inde ad Leuca, hoc eſt Alba, oppidulum ſtadia xxc: ibi fons fœtentis aquæ monſtratur: ac ferunt Gigantes, qui è Phlegra Campaniæ evaſerant, Leuternios dictos, eo uſque ab Hercule fuiſſe exagitatos, ibique terra obrutos, & ex eorum ſanie ſcaturiginem talem eſſe: ideoque etiam maris eam oram Leuterniam vocari.

1. *Aratro ſciſſus*) Σκευαζομένη. malo σχιζομένη, quod habent epitomæ. nam εὔβατος neque quadrat, D & εὔβοτος etiam Aldus ediderat. *Xyland.*

2. Τ' ἄλλα πολίσματα ἐστίν) Scio πόλισμα aliud eſſe quam πόλις. Vide tamen num ſcriptum ſit à Strabone πολισμάτια, qua voce ſæpe ille utitur. Sic infra, p. 284. κάμπτοντι δὲ τὴν ἄκραν, πολισμάτιον Οὔρειον. *Caſaub.*

3. τοὺς δὲ Σαλεντίνους Κρητῶν ἀποίκους φασὶν) Docet hoc Virgilius, Aen. III. ℣. 400.

*Et Sallentinos obſedit milite campos,*
*Lyctius Idomeneus.* Idem.

4. ὁ σκόπελος, ὃν καλοῦσιν ἄκραν Ιαπυγίαν, πολὺς ἐκκείμενος εἰς τὸ πέλαγος) Ad verbum Plinius III. c. 11. *Inde XXXVI. M. promontorium, quod Acran Japygiam vocant, quo longiſſimè in maria excurrit Italia.* Idem.

5. [illegible]) Hæc eſt (puto) Varia Plinii III. 11. qui [illegible] Veretinos Salentinos eo extremo capite refert. cave ne cum Bario confundas. De Leucis Leuterniiſque nihil habeo. *Xyland.*

6. ἐν ᾧ δείκνυται πηγὴ δυσώδους ὕδατος) Meminit hujus fontis fœtentis aquæ & Ariſtoteles, ac fœtoris cauſam eandem cum Strabone affert, hoc quoque addens, propterea navibus ἄπλουν eſſe illam maris partem (de Mirabil. Auſcultat. p. 1159. ed. Pariſ. 1619.) Περὶ τὴν ἄκραν τὴν Ιαπυγίαν φασὶν ἔκ τινος τόπου ἐν ᾧ συνέβη γενέσθαι ὡς μυθολογοῦσιν Ἡρακλεῖ πρὸς γίγαντας μάχην, ῥεῖν ἰχῶρα πολὺν, καὶ τοιοῦτον ὥστε διὰ τὸ βάρος τῆς ὀσμῆς ἄπλουν εἶναι τὴν κατὰ τὸν τόπον θάλασσαν. i. e. *Circa Japygiam promontorium, ubi inter Herculem Gigantesque depugnatum fabulæ teſtantur, fontem eſſe tradunt, qui cruore defluens ea parte mare innavigabile reddat fœtoris gravitate.* Caſaub.

7. τὴν παραλίαν ταύτην Λευτερνίαν προσαγορεύουσιν) Apud Lycophronem videtur Λευταρνία nomen eſſe urbis, in iſto tractu ℣. 978.

Πολλοὶ δὲ Σῖριν ἀμφὶ καὶ Λευταρνίαν
Ἄρουραν οἰκήσουσιν. i. e.
*Multi enim circa Sirin & Leutarniam*
*Agrum habitabunt.* Idem.

A Leucis ad oppidum Hydruntem ſtadia CL. inde Brunduſium uſque cccc. totidemque ad Saſonem inſulam, quæ in medio ferè inter Epirum & Brunduſium jacet trajectu: unde fit ut qui rectum tenere curſum poſſint, ad Hydruntem relicta Saſone ad lævam deferantur: indeque ſecundo vento expectato, ad Brunduſinos appellant portus: unde Tarentum verſus compendioſo itinere 4 per Rodias proficiſcantur, urbem Græcam Ennii patriam poëtæ. Peninſulæ formam refert ea regio, quæ circumitur à Tarento Brunduſium navigantibus. At terreſtre ex una harum urbe ad alteram iter, ab expedito una die confici poteſt, per Iſthmum hujus peninſulæ, quam plerique communi vocabulo Meſſapiam, Iapygiam, Calabriam, & Salentinam appellant: alii, quo dictum eſt, modo dividunt. Recenſuimus in litore poſita oppida. At in mediterraneis ſunt Rudiæ (*Rodæos Strabo nominat Græcè*) & Lupiæ, ac parvo ſupra mare intervallo Salapia, in medio Iſthmo Thyræi, ubi regia oſtenditur cujuſdam quondam ditione aliqua præditi. Enimvero cum Herodotus dixerit 10 Uriam eſſe in Iapygia conditam à Cretenſibus,

A ¹ Ἐκ δὲ τῶν Λευκῶν εἰς Ἱδροῦντα πολίχνην ρν, ἐντεῦθεν δ' εἰς Βρεντέσιον υ. ² οἱ δ' ἴσοι, ³ καὶ εἰς Σάσωνα τὴν νῆσον, ἥ τις μέση πως ἵδρυται τοῦ διάρματος, τοῦ ἐκ τῆς Ἠπείρου πρὸς τὸ Βρεντέσιον· διόπερ * οἱ δυνάμενοι κρατεῖν τῆς εὐθυπλοΐας, καταίρουσιν ἐν δεξιᾷ τῆς Σάσωνος πρὸς τὸν Ἱδροῦντα· Ἐντεῦθεν δὲ τηρήσαντες * φορὰν πνεύματος, προσέχουσι τοῖς [μὲν] Βρεντεσίνων λιμέσιν· ἐκβάντες δὲ πεζεύουσι συντομώτερον ⁵ ἐπὶ Ῥωδαίων πόλεως Ἑλληνίδος, ἐξ ἧς ἦν ὁ ποιητὴς Ἔννιος. Ἔοικεν οὖν χερρονήσῳ τὸ περιπλεόμενον χωρίον ἐκ Τάραντος εἰς Βρεντέσιον· ἡ δ' ἐκ Βρεντεσίου πεζευομένη ὁδὸς εἰς τὴν Τάραντα ⁶ εὐζώνῳ μιᾶς οὖσα ἡμέρας, τὸν ἰσθμὸν ποιεῖ τῆς εἰρημένης B χερρονήσου, ἣν Μεσσαπίαν τε καὶ Ἰαπυγίαν καὶ Καλαβρίαν καὶ Σαλεντίνην κοινῶς οἱ πολλοὶ προσαγορεύουσι· τινὲς δὲ διαιροῦσιν, ὡς ἐλέγομεν πρότερον· τὰ μὲν οὖν πολίχνια, τὰ ἐν τῷ παράπλῳ εἴρηται. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ, Ῥωδαῖοί τε εἰσι. ⁷ καὶ Λουπίαι, ⁸ καὶ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης Σαληπία· ⁹ ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ μέσῳ * Θυρέαιοι, ἐν ᾧ βασίλειον ἐπιδείκνυται τι * δυνατῶν τινός· ¹¹ Εἰρηκότος δ' Ἡροδότου Οὐρίαν εἶναι ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ, κτίσμα Κρητῶν

* Manuſſ. οἱ μὴ δυ.

* Manuſſ. duo, φορὸς πνεῦμα.

p. 282.

* Manuſſ. Θυραῖαι,

* Manuſſ. δυναςῶν.

1. ἐκ δὲ τῶν Λευκῶν εἰς Ὑδροῦντα πολίχνην ρν) Aliter Antoninus, qui ab Hydrunti littoraria Leucas ſtadia vult eſſe ccc. *Caſaub.*

2. οἱ δ' ἴσοι καὶ εἰς Σάσωνα) Ait ab Hidrunte ad inſulam Saſonem ſtadia eſſe quadringenta, quot etiam ait eſſe Antoninus. *Idem.*

3. Καὶ εἰς Σάσωνα τὴν νῆσον, ἥτις μέση πως ἵδρυται τοῦ Διάρματος τοῦ ἐκ τῆς ἠπείρου πρὸς τὸ Βρεντέσιον. *Et ad Saſonem inſulam, quæ in medio fere inter Epirum & Brunduſium jacet trajectu*) Hæc ſunt commode intelligenda, non ab Epiri finibus, ad quos jacet Saſon inſula, ſed vel à Buthroto, vel à Caſſiope, vel ab Oncheſmo portubus Epiri, ubi appellebant naves, quæ Brunduſio ſolventes in Epirum vela faciebant: aliter non conſtaret huic loco fides, nam Epirus terminatur Acroceraunіis, quæ proxima ſunt Saſoni inſulæ. *Palmer.*

4. *Per Rodias*) Rudiæ ſunt Plinio III. 2. & Melæ II 4. & Ptolemæus habet Ῥουδίαν. *Xyland.*

5. ἐπὶ Ῥωδαίων πόλεως) Ptolemæo Ῥουδία dicitur, Stephano Ῥοδαί. De Ennio res nota. *Caſaub.* Vide P. Merulam Coſmogr. Part II. Lib. IV. c. ultim. pag. 806. ed. 1636.

6. Εὐζώνῳ μιᾶς οὖσα ἡμέρας) Quod intervallum Strabo vocat iter unius diei, Plinius ait eſſe M. P. XXXII. Antoninus XLIV. *Idem.*

7. καὶ Λουπίαι) Ptolemæus tamen inter maritimas Salentinorum Luſpias refert. *Idem.*

8. καὶ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης Σαληπία) Ptolemæo, Apulorum Dauniorum oppidum eſt maritimum Σαλαπίαι. *Idem.*

καὶ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης Σαλήπια. *Ac parvo ſupra mare intervallo Salapia*) Hunc locum mendoſum eſſe nemo credo ſuboloratus eſt, at non eſt ſanus, & ex fine verbi θαλάττης repetita finali littera in principio ſequentis vocis (ut ſæpe fit) ex Ἀλήτια fecerunt Σαλήπια. Lege ergo meo periculo Ἀλήτια, urbs fuit in illo tractu, quam Plinius & alii *Aletium* vocarunt. *Palmer.*

9. ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ μέσῳ Θυρέαιον) Cum mox addat, videri Uriam hanc eſſe, ob ſimilitudinem nominum: puto legendum omnino eſſe οὐραῖον, non θυραῖον. Nam quæ affinitas vocum οὐρία & θυραῖον? Librarii ex Ου fecerunt lubrico admodum lapſu Θυ. Equidem Thyræum in hoc tractu nuſquam C reperio. (Non enim profecto hoc eſt Thurium, quod in Ptolemæi deſcriptione cernitur inter Crotonem & Metapontium.) Herodoti autem locus eſt libro ſeptimo c. 170. At in ejus libris non οὐρία ſed ὑρίη legitur: & videtur huc pertinere quod annotat Euſtathius quoque, Ὕριον pro Ὑρία dici ſolitum. *Caſaub.*

Nolim tamen diſſimulare, multos *Uriam* & *Thuream* vel *Thuream* diſtinguere, & duo facere oppida. *Varia* exſtat in vulgatis Plinii codicibus libro III. c. 11. legendum *Uria*, ſic apud Livium Lib. X. 2. ubi Cleomenes in Italiam profectus *Thuream Salentinorum* urbem legitur cepiſſe, ſcribendum fortean eſt *Uriam*. P. Merula Coſmogr. Part. II. Lib. IV. cap. ultim. p. 805. ed. 1636. Vide clariſſimum Germaniæ lumen, virum eruditiſſimum Chriſtophor. Cellarium Geograph. Antiq Lib. II. cap. 9.

10. *Uriam*) Ita habet & Plinius, & υ ac ου confundi, alibi oſtenſum eſt & à nobis & ab aliis. Nam D Hyria Ὑρία, hodie apud Herodotum legitur in Polymnia. In iis, quæ ſunt de Brunduſio λέγονται κρῆτες ſcripſi, ut textus cohæreret: alias λέγεται κρῆτας lacunam oſtenderet. Locus alioqui non eſt ſatis integer, & βασιλευομένη utcunque concoquo. *Xyland.*

11. Εἰρηκότος δ' Ἡροδότου, Οὐρίαν εἶναι ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ, Κτίσμα Κρητῶν, πλανηθέντων ἐκ τοῦ Μίνω στόλου εἰς Σικελίαν i. e. *Cum Herodotus dixerit, Uriam eſſe in Iapygia, conditam à Cretenſibus, qui à claſſe Minois, in Siciliam profecta, evagati ſunt* Strabo apud Herodotum Οὐρίην, non Ὑρίην, legiſſe videtur, ſed ſcripſiſſe eum Ὑρίαν, potius quam Οὐρίαν, cenſeo, ad Herodoti exemplum, & corruptum à librario eum locum. Verba Herodoti ſunt lib. VII. Λέγεται γὰρ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλεομένην, ἀποθανεῖν βιαίῳ θανάτῳ· ἀνὰ δὲ χρόνον Κρῆτας, θεοῦ σφε ἐποτρύνοντος, πάντας, πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων, ἀπικομένους στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην, πολιορκέειν ἐπ' ἔτεα πέντε πόλιν Καμικόν.

τέλος

A πλανηθέντων ἐκ τοῦ Μίνω στόλου εἰς Σικελίαν, ἤτοι αὐτὴν δεῖ δέχεσθαι, ἢ τὸ Οὐερητόν. Βρεντέσιον δ' ἐποικῆσαι μὲν * λέγονται Κρῆτες, οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες, ἐκ Κνωσσοῦ· εἶθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες μετὰ τοῦ Ἰάπυγος· (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) οὐ συμμεῖναι δέ φασιν αὐτούς· ἀλλ' ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βοττιαίαν· ὕστερον ἡ πόλις βασιλευομένη πολλὴν * ἀπέβαλε τῆς χώρας ὑπὸ τῶν μετὰ Φαλάνθου Λακεδαιμονίων. ὅμως δ' ἐκπεσόντα αὐτὸν ἐκ τοῦ Τάραντος, [1] ἐδέξαντο οἱ Βρεντέσινοι· καὶ τελευτήσαντα, ἠξίωσαν λαμπρᾶς ταφῆς. B Χώραν δ' ἔχουσι βελτίω τῆς Ταραντίνων· λεπτόγειος γὰρ ἐκείνη, χρηστόκαρπος δέ· μέλι δὲ καὶ ἔρια τῶν * λίαν ἐπαινουμένων ἐστί. Καὶ εὐλίμενον δὲ μᾶλλον τὸ Βρεντέσιον· ἑνὶ γὰρ στόματι πολλοὶ κλείονται λιμένες ἄκλυστοι, πολλῶν κόλπων ἀπολαμβανομένων ἐντός· [2] ὥστ' ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα· ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα· σὺν γὰρ τῇ πόλει, κεφαλῇ μάλιστα ἐλάφου προσέοικεν ὁ τόπος· τῇ δὲ Μεσσαπίᾳ γλώττῃ [3] Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται. Ὁ δὲ Ταραντῖνος οὐ παντελῶς ἐστὶν ἄκλυστος, διὰ τὸ ἀναπεπτάσθαι,

* al. edd. λέγεται Κρῆτας.

* Manuſſ. ἀπέλαβε

* Manuſſ. σφόδρα

A qui à claſſe Minois in Siciliam profecta eò evagati ſunt: aut Thyræos neceſſe eſt eam eſſe urbem, aut Veretum. Brunduſium fertur colonia occupatum à Cretenſibus, qui cum Theſeo è Gnoſſo eò pervenerint: poſt acceſſiſſe eos, qui cum Iapyge è Sicilia eò venerint (utrunque enim traditur) ſed priores non cohæſiſſe cum poſterioribus, verùm in Bottiæam abiviſſe. Poſtea temporis Brunduſium cum regem haberet, multum agri amiſit, ademptum à Spartanis, qui eò cum Phalantho venerant: quem tamen pulſum Tarento Brunduſini receperunt, mortuumque ſplendida ſunt dignati ſepultura. Ager ipſorum eſt quàm Tarentinorum melior: B ut enim minùs gleboſus eſt, ita fructus contra bonos profert: mel quidem & lanæ ejus cum primis laudantur. Ad hæc, Brunduſium portus habet quàm Tarentum commodiores: nam ad Brunduſium multi includuntur portus unico [illegible], à fluctibus tuti: intus receptis intra fauces multis ſinibus, ita uti eorum forma figuram cornuum cervinorum exprimat: unde & urbi nomen: locus enim, ſi unà cum urbe conſideretur, maximè cervini capitis eſt ſimilis, quod Meſſapiorum lingua Brenteſium dicitur. Tarentinus autem ſinus non omnino immunis à fluctibus eſt, quià patet,

τέλος δὲ, οὐ δυναμένους οὔτε ἑλεῖν, οὔτε παραμένειν, λιμῷ συνεστεῶτας, ἀπολιπόντας οἴχεσθαι. ὡς δὲ κατὰ Ἰηπυγίην γενέσθαι πλώοντας, ὑπολαβόντα σφεας C χειμῶνα μέγαν ἐκβαλέειν εἰς τὴν γῆν. συναραχθέντων δὲ τῶν πλοίων, (οὐδεμίην γάρ σφι ἔτι κομιδὴν ἐς Κρήτην φαίνεσθαι,) ἐνθαῦτα Ὑρίην πόλιν κτίσαντας, καταμεῖναί τε. καὶ μεταβαλόντας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν, Ἰήπυγας Μεσσαπίους γενέσθαι. i. e. *Fertur Minoëm, Dædalum quærentem, cum in Sicaniam, quæ Sicilia nunc vocatur, appuliſſet, violenta illic morte periiſſe. Interjecto inde tempore, Cretenſes omnes, exceptis Polichnitanis, ac Præſiis, incitante ipſos Deo, magna claſſe in Siciliam trajeciſſe, ac Camicum obſediſſe per quinquennium. ad extremum, cum nec expugnare poſſent, neque etiam permanere, fame afflictos, ea relicta abiiſſe: ac, dum circa Iapygiam navigant, exortam ingentem tempeſtatem, eos in terram ejeciſſe, navibuſque laceratis, cum ſpes nulla redeundi in Cretam ipſis appareret, urbe Hyria ibi condita, ſubſtitiſſe: & mutato deinceps nomine, pro Cretenſibus Japyges Meſſapios dictos.* Sed, corrupta Strabonis verba ut emendo, ſic erroris manifeſtum item teneo: nam Japy- D giam qui appulſi tempeſtate, non iidem illi erant, qui Siciliam cum Minoë rege petierant, verum alii, qui poſt temporis intervallum, ulciſcendæ ejus cædi, claſſem inſtruxerant. Hoc Herodotus clarè dicit in citatis antè verbis. Eundem errorem jam ante quoque erravit Strabo pag. 279. iſtis verbis: Τούτους δὲ (τοὺς Κρῆτας) εἶναι φασὶ τοὺς μετὰ Μίνω πλεύσαντας εἰς Σικελίαν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, τὴν ἐν Καμικοῖς παρὰ Κωκάλῳ συμβᾶσαν, ἀπάραντας ἐκ Σικελίας, κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν δεῦρο παρωσθέντας. i. e. *Hos autem (Cretenſes) eos quidem* [illegible] *ſunt, qui Minoëm in Siciliam comitati, ipſo in* [illegible] *tuo apud Cocalum, cum diſcederent è Sicili*[illegible] *in reditu huc ſunt appulſi.* Erat verò claſſis hujus [illegible] Japyx, Dædali ex muliere Cretica filius, ceu Strabo teſtatur pagina citata. Ἰάπυγας δὲ λεχθῆναι πάντας φασὶ μέχρι τῆς Δαυνίας, ἀπὸ Ἰάπυγος, ὃν ἐκ Κρήσσης γυναικὸς Δαιδάλῳ γενέσθαι φασὶ, καὶ ἡγήσασθαι τῶν Κρητῶν. i. e. *Japyges autem dictos tradunt omnes, qui ibi uſque ad Dauniam incolebant; ab Japyge; qui, ut ajunt, Dædalo ex Cretica muliere natus, Cretenſium ductor fuit.* Sed Cretenſes, Japyges poſtea appellatos, aliam profectionis ſuæ cauſam habuiſſe, & inveſtigaſſe Glaucum, tradit Athenæus lib. XII. c. 5. p. 522. ſimulque memorat, quantum à priſco patriæ more, ac vivendi ratione, horum poſteri defecerint. Ecce verba. Ἰαπύγων τε αὖ τὸ γένος ἐκ Κρήτης ὂν, τῶν κατὰ Γλαύκου ζήτησιν ἀφικομένων, καὶ κατοικησάντων, οἱ μετὰ τούτους, λήθην λαβόντες τῆς Κρητῶν περὶ τὸν βίον εὐκοσμίας, εἰς τοῦτο τρυφῆς, εἶθ' ὕστερον ὕβρεως, ἦλθον, ὥστε πρῶτοι τὸ πρόσωπον ἐντριψάμενοι καὶ προκόμια, περιθετά τε λαβόντες, στολὰς μὲν ἀνθινὰς φορῆσαι &c. *Japygum autem genus cum è Creta ſit oriundum, iis nempe, qui, ad Glaucum inquirendum ſuſcepto itinere, huc venerunt, ac fixerunt domicilium, eorum poſteri adeo Cretenſium frugalitatem, & honeſtam vitæ agendæ rationem, ſunt obliti, tum ad luxum, ac deinde & proterviam, adeo magnum pervenerunt: ut & faciem primi ipſi levigarent, antiaſque, ac fictitiam item comam, ſibi aſſumerent, floridaſque etiam veſtes geſtarent. &c.* vid. Cretam Joannis Meurſii lib. IV. cap. 5. p. 212.

1. ἐδέξαντο οἱ Βρεντέσιοι) Hiſtoria extat apud Juſtinum libro tertio c. 4. *Caſaub.*

2. ὥστε ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα) Eò videtur reſpexiſſe Cæſar B. Civ. I. c. 25. cum ſcriberet de hoc portu loquens, *Ab utroque portus cornu moles jacimus*, apud Cicer. ad Att. IX. Ep. 14.) Similiter infra de Byzantino ſinu ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι. Lucanus de Brunduſio II. ℣. 613.

*Hanc latus anguſtum, jam ſe cogentis in arctum*
*Heſperiæ, tenuem producit in æquora linguam,*
*Adriacas flexis claudit quæ cornibus undas.* Idem.

3. Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται) Apud Stephanum eſt βρέντιον, qui auctorem hujus etymologiæ citat Seleucum in Gloſſis. *Idem.* Totidem verbis hæc habet Euſtathius ad Ὀδ. A. p. 44. ed. Baſil. Vide Clar. Berkelium ad Stephanum v. Βρεντέσιον.

1. καὶ

2. μετὰ τὰ Περσικὰ) Factum id teſte Diodoro, anno ſecundo Olympiadis LXXVII. Lib. IX. p. 39. T. II. ἐπὶ τούτων, inquit, Ηλεῖοι μὲν πλείους καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντες εἰς μίαν συνῳκίσθησαν τὴν ὀνομαζομένην Ηλιν. *Tum Elei plura minutaque oppidula ſparſim inhabitaverant in unum (ex omnibus conflatum) migrant quam Elidem nuncupant.* Idem.

3. πέντε δήμων) Xenophon è quatuor pagis ait Ελλην. libro quinto p. 552. ed. 1594. ἐκ δὲ τούτου καθῃρέθη μὲν τὸ τεῖχος. διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεια τετραχῆ καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. Sed Diodorus quinque ait lib. XV. initio p. 331. T. II. ed. 1604. *Idem.* Harpocration. v. ΜΑΝΤΙΝΕΩΝ ΔΙΟΙΚΙΣΜΟΣ: καὶ Εφορος ἐν τῇ εἰκοστῇ φησὶν, ὅτι εἰς πέντε κώμας τὴν Μαντινέων διῴκισαν πόλιν Λακεδαιμόνιοι. i. e. *Ephorus libro vigeſimo ſcribit Lacedæmonii Mantinenſium civitatem in pagos quinque diviſerunt.* Vide Polyb. Hiſt. D L. IV. p. 412. ed. Amſt.

4. *Heræa*) Quod Heræam pro Ἡρωα repoſui, non opus habet cauſæ dictione. Sed & Μηνειὸς in Πηνειὸς mutavi, ſecutus Ptolemæum. III. 16. & Sophianum: atque ſic etiam infrà legitur, etiam in Aldino, qui hîc μινειὸς habuit. *Xyland.*

5. μία τούτων) deeſſe aliquid ex ſcriptis libris apparet ubi eſt Lacuna *Caſaub.* Vocula αὐτὴ apponatur, nempe μία τούτων αὐτὴ, atque hac ratione lacunam commode expleri poſſe, cenſet *Kuhnius in Pauſan. lib.* VIII. *c.* 45. *p.* 692.

6. ἔπραξαν) videtur aut vitioſum eſſe, aut aliquid excidiſſe. ego tamen verti, *Exſtruxerunt.* Sed monendum duxi. *Xyland.*

7. ἀπὸ τοῦ τρία φῦλα) Polybius Triphaliam appellans, à Triphalo quodam nomen habere ſcribit. locus eſt lib. IV. p. 473. ed. Amſt. Vide apud Stephanum plura ſuper hoc. Et de toto iſto loco pluribus infra hoc eodem libro agetur. *Caſaub.*

1. καὶ

διὰ τὴν τῦ ποιητῦ δόξαν, [1] καὶ συντροφίαν πρὸς ἡμᾶς, τότε νομίζοντος ἑκάστου κατορθοῦσθαι τὴν παροῦσαν πρόθεσιν, ὅταν ᾖ μηδὲν ἀντιπίπτον τοῖς ὕτω σφόδρα πιστευθεῖσι περὶ τῶν αὐτῶν λόγοις· δεῖ δὴ τά τε ὄντα λέγειν, καὶ τὰ τῦ ποιητῦ, παρατιθέντας ἐφ' ὅσον προσήκει [2] προσκοπεῖν. Ἔστι δ' ἄκρα τις [3] τῆς Ἠλείας πρόσβορος ἀπὸ ἑξήκοντα σταδίων Δύμης Ἀχαϊκῆς πόλεως Ἄραξος. ταύτην μὲν οὖν ἀρχὴν τίθεμεν τῆς τῶν Ἠλείων παραλίας· μετὰ δὲ ταύτην ἐστὶν ἐπὶ ἑσπέραν προϊοῦσι, τὸ τῶν Ἠλείων ἐπίνειον ἡ Κυλλήνη, ἀνάβασιν ἔχουσα ἐπὶ τὴν νῦν πόλιν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων· μέμνηται δὲ τῆς Κυλλήνης ταύτης ὁ Ὅμηρος λέγων,

Iliad. 528. -- Ὦτον Κυλλήνιον ἀρχὸν Ἐπειῶν.

Οὐ γὰρ ἀπὸ τῦ Ἀρκαδικοῦ ὄρους ὄντα ἔμελλεν ἡγεμόνα τῶν Ἐπειῶν ἀποφῆναι· ἔστι δὲ καὶ κώμη μετρία τὸν Ἀσκληπιὸν ἔχουσα [4] τὸν Κολώτου, θαυμαστὸν ἰδεῖν ξόανον ἐλεφάντινον· μετὰ δὲ Κυλλήνην ἀκρωτήριόν ἐστιν [5] ὁ Χελωνάτας, δυσμικώτατον τῆς Πελοποννήσου σημεῖον·

p. 338. πρόκειται δ' αὐτῦ νησία βραχέα, ἐν μεθορίοις [6] τῆς τε Κυλλήνης καὶ Ἤλιδος, καὶ τῆς τῶν Πισατῶν, ὅθεν εἰς Κεφαλληνίαν πλέοντι ἐκ Κυλλήνης στάδιοι ὀγδοήκοντα· αὐτοῦ δέ πυ καὶ [7] ὁ Ἐλίσσων, ἢ Ἐλίσσα ῥεῖ ποταμὸς ἐν τῇ λεχθείσῃ μεθορίᾳ. Μεταξὺ δὲ τοῦ Χελωνάτα, καὶ τῆς Κυλλήνης [8] ὅ, τε Πηνειὸς ἐκδιδωσι ποταμὸς, καὶ ὁ Σελλήεις ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενος, ῥέων ἐκ τῆς Φολόης. [9] ἐφ' ᾧ Ἐφύρα πόλις, ἑτέρα τῆς Θεσπρωτικῆς καὶ Θετταλικῆς, καὶ τῆς Κορίνθου,

propter exiſtimationem poëtæ, & familiaritatem quæ ei nobiſcum ea eſt, ut cum denique in propoſito argumento ſe dextrè verſatum quiſque putet, cum nihil [illegible]cerit repugnans antè de eadem re ſumma cum omnium aſſenſione pronunciatis: ergo & quomodo nunc quæque habeant, & quid Homerus de iis perhibuerit, proferendum eſt, atque conſiderandum, ¶ Initium Eleæ regionis, quæ in ora eſt maritima, ponemus Araxum Eleæ promontorium verſus ſeptentrionem, diſtans à Dyma Achaiæ urbe ſtadiis LX. Inde verſus occaſum Cyllene eſt Eleorum navale, à quo ad urbem, quæ nunc eſt, adſcenſus eſt ſtadiorum CXX. Hujus Cyllenæ meminit etiam Homerus, ibi:

*Ductor Epeorum cecidit Cyllenius Otus,*

non enim Epeorum ducem dicturus fuit natum in monte Arcadiæ Cyllena. Eſt ibidem & pagus mediocris, ubi Colotæ Aeſculapius dedicatus eſt, eburneum ſimulacrum admirabile. Poſt Cyllenem ſequitur promontorium Chelonates, punctum verſus occidentem Peloponneſi extremum. Ante eum ſitæ ſunt parvæ inſulæ in confinio Cyllenæ, Elidis, ac Piſatidis. Navigatio à Cyllene Cephalleniam uſque ſtadiorum eſt xxc. In dicto confinio etiam Heliſſon ſeu Heliſſa amnis fluit. ¶ Inter Chelonatam & Cyllenam Penei amnis oſtia ſunt, & ejus qui à Poëta Salleis dicitur atque à Pholoë labitur. Super hunc ſita eſt urbs Ephyra, diverſa ab Ephyris Theſprotica, Theſſalica, & [illegible],

1. *καὶ συντροφίαν πρὸς*) Sic paulo poſt, ubi ſimiliter excuſat ſe quod tam diligenter antiquum Græciæ ſtatum cum præſenti comparet, *ἤρκει*, inquit, *λέγειν ὡς ἔχει νῦν ἕκαστα, εἰ μήτις ἦν ἐκ παίδων ἡμῖν φήμη παραδεδομένη περὶ τούτων.* *Caſaub.*

2. *προσκοπεῖν*) Legendum *προσσκοπεῖν*. niſi malis ſimpliciter *σκοπεῖν*, aut *προσεπισκοπεῖν*. *Idem.*

3. *τῆς Ἠλείας*) Ptolemæo Araxus terminat Achajam, deinde ſequitur Elea regio, in qua primo loco ponitur ab eo, *Κυλλήνη τὸ ἐπίνειον*. Vide Pauſaniam, Eliac. lib. II. in fine. *Idem.*

4. *τὸν Κολώτυ*) Nomen eſt antiqui ſtatuarii: cujus & alia opera memorabantur, ut Bacchi: quod Euſtathius, hunc locum citans, ad ψ. 603. Ιλ. B. innuit, *καὶ ὅρα*, inquit, *ὅτι ὐχ ὁ Διόνυσος Κολώτης κατὰ τὴν ἀσυντήρητον παράδοσιν, ἀλλὰ τεχνίτης ἀγάλματος Διονύσυ ὁ Κολώτης.* Colotem pictorem Phidiæ diſcipulum memorat Plinius lib. xxxv. c. 8. *Idem.* Videſis Fr. Junii Catalogum Architector. Mechanicor. Pictorum Statuariorum &c. p. 54.

5. *ὁ Χελωνάτας*) Abeſt à Cyllene duo millia paſſ. auctore Plinio IV. c. 5. *Χελονίτης* Ptolemæo appellatur. quod ait eſſe *σημεῖον δυσμικώτατον*, è Sophiani tabula facile intelliges: Nam in Ptolemaicis aliter. *Idem.*

6. *τῆς τε Κυλλήνης*) Lectio veterum codicum longe alia eſt: habent enim, *τῆς τε κοίλης Ἤλιδος, καί.* *Idem.*

7. *ὁ Ἐλίσσων*) Eſt & apud Pauſaniam VIII. c. 29. & 30. & V. c. 7. fluvius Heliſſon ſed qui hic eſſe non videatur. Is enim Megalopolin Arcadiæ urbem ſecans Alpheum ingreditur. Eſt & alius, qui oſtia habet prope Sicyonem & Pellenen, cujus in Corinthiacis Pauſan meminit. *Idem.*

8. *Ὅ τε Πηνειὸς ἐκδίδωσι ποταμὸς. Penei amnis oſtia ſunt*) Ortelius in ſuo Lexico Geographico videtur legiſſe in Strabonis quadam epitome, quam citat, *Μηνίος*, male certe ibi ſcriptum fuerat, forte pro *Μινυήιος*. *Palmer.*

9. *Ἐφ' ᾧ Ἔφυρα πόλις ἑτέρα τῆς Θεσπρωτικῆς, καὶ Θετταλικῆς, καὶ τῆς Κορίνθυ. Super hunc ſita eſt urbs Ephyra diverſa ab Ephyris Theſprotica, Theſſalica & Corintho*) Ex hoc loco corrigendus Pindari Scholiaſtes Nem. ſeptimo pag. 389. ed. P. Steph. 1599. ubi recenſens quatuor Ephyras, poſtquam Corinthum & Theſſalicam recenſuit: hæc ait: *τρίτην δὲ περὶ Μῆλιν, ἧς Ἱππίας μνημονεύει, τετάρτην τὴν ἐν Θεσπρωτοῖς.* i. e. *Tertiam circa Melim, cujus meminit Hippias, quartam in Theſprotibus.* Ex hoc igitur Strabonis loco debet emendari, & pro *Μῆλιν* legendum *τὴν Ἦλιν*. *Idem.*

1. Ad

quartaque eo nomine præditarum, ſita in itinere, quâ [1] ad mare itur. ſive ea eadem eſt cum Oenoa, quam Bœonoam vocant, ſive ei vicina, diſtat ab Elide ſtadiis cxx. Hinc videtur dicta fuiſſe orta mater Tlepolemi ex Hercule. Plures enim in his locis Herculis fuerunt expeditiones,

*Duxerat ex Ephyra quam à flumine Selleente:*

cum apud reliquas Ephyras nullus eo nomine ſit fluvius. Atque inde etiam thorax Megetis,

*--quodam quem tempore Phyleus,*
*Ex Ephyra attulerat de flumine Selleente.*

Atque inde etiam lethalia venena petebant. Ait enim poëta Ulyſſem Ephyram iviſſe,

*--quærentem lethale venenum.*

Et de Telemacho proci:

*Aut Ephyres præpingue ſolum fortaſſis adibit.*
*Inde petiturus lethalia pharmaca nobis.*

Nam & ipſam Augiæ Epiorum regis filiam Neſtor veneficam facit, in narratione belli contra eos geſti,

*Primus ibi cecidit noſtra tum Mulius haſta,*
*Mulius Augiæ ſumptis gener inclytus armis.*
*Maximam naturam fuit huic conjunx Agamede*
*Quæ nôrat, quotquot producit terra, venena.*

Eſt etiam apud Sicyonem Selleis fluvius, eique vicinus pagus Ephyra, & alius eodem nomine in Agræa Ætoliæ, cujus incolæ Ephyri. Sunt & alii Ephyri in Perrhæbis Macedoniæ: & Cranonii: & Theſprotici Cichyro urbe oriundi, quæ olim dicta fuit Ephyra. Cæterùm Apollodorus docens qua ratione Homerus ſoleat ambigua vocabula diſtinguere, ut cùm Orchomenum Arcadiæ pecoris divitem, Bœotiæ ejuſdem nominis urbem Minyium appellat: & Samum Thraciam appoſito adjectivo dicit, vel ſic:

A τετάρτη τις ἐπὶ τῇ ὁδῷ κειμένη τῇ [2] ἐπὶ θαλασσίωνα· ἤτοι ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Βοιωνώᾳ (τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν) ἢ πλησίον ἐκείνης, διέχουσα τῆς Ἠλείων πόλεως σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι· ἐξ ἧς [3] ἥ τε Τληπολέμου τοῦ Ἡρακλῆος δοκεῖ λέγεσθαι μήτηρ (ἐκεῖ γὰρ μᾶλλον αἱ τοῦ Ἡρακλέους στρατεῖαι)

Τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος. Iliad. β. 659.

[4] Πρὸς ἐκείνας τε, οὐδεὶς ποταμὸς Σελλήεις· * καὶ ὁ τοῦ [5] Μέγητος, * Manuſſ. καὶ περὶ Μ.

-- Τόν ποτε Φυλεὺς, Iliad. ο. 530.
Ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.

B Καὶ [6] ἐξ ἧς τὰ φάρμακα τὰ ἀνδροφόνα. εἰς Ἔφυραν γὰρ ἀφῖχθαι φησὶ τὸν Ὀδυσσέα,

Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενον -- Odyſſ. α. 261.

Καὶ τὸν Τηλέμαχον οἱ μνηστῆρες·

Ἠὲ καὶ εἰς Ἐφύρην ἐθέλει πίειραν ἄρουραν
Ἐλθεῖν (φασιν) ὄφρ' ἔνθεν θυμοφθόρα φάρμακ' ἐνείκῃ. Odyſſ. β. 328.

Καὶ γὰρ * τὴν Αὐγέου θυγατέρα τοῦ τῶν Ἐπειῶν βασιλέως, ὁ Νέστωρ ἐν τῇ διηγήσει τοῦ πρὸς αὐτοὺς πολέμου φαρμακίδα εἰσάγει, * Vulgò αὐτὴν

Πρῶτος ἐγὼν ἕλον ἄνδρα, --

Φήσας ἄνδρα Iliad. λ. 737.

C Μούλιον αἰχμητήν. γαμβρὸς δ' ἦν Αὐγείαο,
Πρεσβυτάτην δὲ θύγατρ' εἶχεν·
Ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

Ἔστι δὲ καὶ περὶ Σικυῶνα Σελλήεις ποταμὸς, καὶ Ἔφυρα πλησίον κώμη· καὶ ἐν τῇ Ἀγραίᾳ τῆς Αἰτωλίας, Ἔφυρα κώμη· οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς, Ἔφυροι· καὶ ἄλλοι οἱ Περραιβῶν πρὸς * Μακεδονίᾳ· καὶ οἱ Κραννώνιοι, καὶ οἱ Θεσπρωτικοὶ, οἱ ἐκ Κιχύρου τῆς πρότερον Ἐφύρης. Ἀπολλόδωρος δὲ διδάσκων ὃν τρόπον ὁ ποιητὴς εἴωθε διαστέλλεσθαι τὰς * ὁμωνυμίας, οἷον ἐπὶ * Scripti Μακεδονίαν.

D τοῦ Ὀρχομενοῦ, τὸν μὲν Ἀρκαδικὸν πολύμηλον καλῶν, τὸν δὲ * Βοιωτικὸν Μινύειον, καὶ Σάμον Θρηικίην συνθεὶς * Manuſſ. τὰς ὁμονύμους. & τὰς ἐπωνυμίας. * Manuſſ. Βοιωτιάκον

1. *Ad mare itur*) Pro θαλασσίωνα legi θαλάσσαν. & ἐφ' ᾧ ſcripſi pro ἐφ' ὧν. Vide Euſtathium in Iliad. β. 603. *Xyland.*

2. ἐπὶ θαλασσίωνα) Legendum fortaſſe, τῇ ἐπὶ θάλασσαν ἰούσῃ. *Caſaub.*

3. ἡ Τληπολέμου) Diſſentit Apollodorus, qui Ephyram Theſproticam vult fuiſſe quam Hercules expugnarit. Eum vide libro ſecundo. De eadem intelligit poëtæ verba Euſtathius, qui tamen Strabonem ſequi videtur. *Idem.*

4. πρὸς ἐκείνας) Hoc Euſtathius, neſcio quem ſecutus, negat: qui tot fere Selleentes fluvios eſſe ſcribit, quot dicantur eſſe Ephyræ. περὶ πάσας δὲ ἢ τὰς γοῦν πλείους Ἐφύρας ἱστορεῖται Σελλήεις ῥέειν ποταμὸν συναμφιβαλλομένος καὶ αὐτὸς, ὅτε που Ἐφύρα ἀμφιβάλλεται. Idem Euſtathius annotat, Ephyras à Strabone novem enumerari. *Idem.*

5. Μέγητος) videtur vox θώραξ excidiſſe. *Xyland.*

6. ἐξ ἧς) lego ἐξ αὐτῆς apud Euſtathium ἐξ ἧς τὰ &c. Locus autem de Neſtore fœdè erat corruptus, & interpretem fefellerat: ex ipſo Homero reſtitui, de Agræa dixi in Stephano. πρότερον pro προτέρας ſenſus requirit, & ſic eſt apud Euſtathium. *Xyland.*

p. 339. Μεσσηγὺς δὲ Σάμου καὶ Ἴμβρου -- A

Iliad. ω. 78. ἵνα χωρίσῃ ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς· οὕτω φησὶ καὶ τὴν

Iliad. ν. 33. Θεσπρωτικὴν Ἔφυραν διαστέλλεσθαι τῷ τε Τηλόθεν καὶ τῷ,

Iliad. β. 659. -- ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.

ταῦτα δ' οὐχ ὁμολογεῖ τοῖς ὑπὸ τοῦ Σκηψίου Δημητρίου λεγομένοις, παρ' οὗ μεταφέρει τὰ πλεῖστα. Ἐκεῖνος γὰρ οὔ φησιν εἶναι Σελλήεντα ἐν Θεσπρωτοῖς ποταμόν· ἀλλ' ἐν τῇ Ἠλείᾳ παρὰ τὴν ἐκεῖ Ἔφυραν, ὡς προείπομεν. Τοῦτό τε οὖν εἴρηκε σκέψεως δεόμενον, καὶ περὶ τῆς Οἰχαλίας, ὅτι φησὶν 1 οὐ μιᾶς οὔσης, μίαν εἶναι πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος· δῆλον οὖν, ὅτι τὴν Θετταλικήν, ἐφ' ἧς φησιν· B

Iliad. β. 730. Οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

Τίς οὖν ἐστιν, ἐξ ἧς ὁρμηθέντα αἱ Μοῦσαι

Iliad. β. 595. * Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς;

* Manuſſ. κατὰ Δώριον ἀντ.

Φησὶ γάρ,

Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

Εἰ μὲν γὰρ ἦν Θετταλική, οὐκ εὖ πάλιν ὁ Σκήψιος Ἀρκαδικήν τινα λέγων, 3 ἣν νῦν * Ἀνδανίαν καλοῦσιν· εἰ δ' οὗτος εὖ, καὶ ἡ Ἀρκαδικὴ πόλις Εὐρύτου εἴρηται, C 4 ὥστ' οὐ μία μόνον· ἐκεῖνος δὲ μίαν φησί. Μεταξὺ δὲ τῆς τοῦ Πηνειοῦ καὶ τοῦ Σελλήεντος ἐκβολῆς Πύλος ᾠκεῖτο, κατὰ τὸν Σκόλλιν, 6 οὐχ ἡ τοῦ Νέστορος πόλις, ἀλλ' ἑτέρα τις ἡ πρὸς τὸν Ἀλφειόν· ἧς οὐδέν ἐστι κοινώνημα, οὐδὲ τῇ πρὸς τὸν Παμισόν, εἴτε Ἄμαθον χρὴ καλεῖν· βιάζονται δ' ἔνιοι μνηστευόμενοι τὴν Νέστορος δόξαν καὶ τὴν εὐγένειαν.

* Vett. lib. & Ἀνδωνίαν & Ἀρδανίαν.

*---Samum inter & Imbrum*, ut ab Ionica inſula diſtinguat: ſic ait etiam Theſproticam Ephyram diſtingui ab aliis, voce *Procul* & *---- à flumine Selleente.* Atqui hæc non conveniunt cum his, quæ Demetrius Scepſius dicit, à quo iſte pleraque transfert. Hic enim non in Theſprotis, ſed in Elea apud Ephyram tradit flumen eſſe Selleentem, ut ipſi quoque docuimus. ¶ Neque hoc tantùm animadvertendum eſt ab Apollodoro: ſed & id, quòd cùm ſit non unica Oechalia, ipſe unicam facit, eam ſcilicet, quæ Euryto Oechalienſi paruerit. Ergo liquet Theſſalicam ab eo intelligi:

*Et queis jura dabat rex Eurytus Oechalienſis.*

Quæ ergo eſt Oechalia, unde profecto

*Vim Thamyræ Thraci Muſæ eripuere canendi?*

Addit enim:

*Ibat ab Oechalia quando Euryto ab Oechalienſi.*

Nam ſive ea Theſſalica fuit, male Scepſius Arcadicam quandam protulit Oechaliam, quæ nunc 2 Andania dicitur: ſive rectè Scepſius, utique Arcadica etiam urbs Euryti dicta fuit, ut non una fuerit duntaxat Oechalia, ſicut viſum Apollodoro. ¶ Inter Penei & Selleentis oſtia Pylus habitabatur 5 juxta Scollim: non ea Neſtoris urbs: alia enim eſt, Pylus ad Alpheum, cui nihil commune eſt neque cum Alpheo, neque cum Pamiſo flumine: ſive is eſt Amathus. Nonnulli tamen, ut Neſtori gloriam atque nobilitatem tanto majorem arrogent, violenter iſta torquent.

1. *οὐ μιᾶς οὔσης*) Oechaliam fatebatur Apollodorus eſſe multiplicem; ſed ex omnibus unam, quæ Euryti urbs appellaretur. Oechalias autem quinque eſſe è Strabone ſic annotat Euſtathius. *ἐν ἑτέροις δέ φησιν ὁ αὐτὸς, ὅτι Οἰχαλία κώμη τῆς Ἐρετρικῆς ὁμώνυμος τῇ Τραχινίᾳ, καὶ τῇ περὶ Τρίκκην, καὶ τῇ Ἀρκαδικῇ, καὶ τῇ ἐν Αἰτωλίᾳ ἐξ οὗ πέντε ἀναφαίνονται Οἰχαλίαι.* Locus Strabonis eſt lib. x. ubi de Oechalia Euboica. *Caſaub.*

2. *Andaniam*) *Ἀνδανίαν* legebatur, *Ἀκαδίαν*. Sed ego non tam Stephanum ſecutus ſum (nam Meſſenios Arcadibus finitimos eſſe jam ante Strabo docuit) quàm Euſtathium, qui diſertè hoc habet in Iliad. π. 150. *Xyland.*

3. *ἣν νῦν Ἀνδανίαν*) Sic rectè Xylander emendavit. Mirum verò in omnibus locis ubi hæc vox occurrit, ſemper in veteribus libris legi *Ἀρδανίαν*. *Caſaub.* edd. Ald. & Henr. Petrin. *Ἀρκαδίαν*.

4. *ὥστ' οὐ μία*) Itaque non una tantùm Oechalia fuit quæ urbs Euryti appellaretur. Hoc colligit Strabo. *Idem.*

5. *Juxta Scollim*) *Σκολιὸν* certum carminis genus ſignificat, ſed nihil hoc ad rem. Montem arbitror dici, quem Eleorum & Dymæorum communem eſſe apud Euſtathium legitur in Iliad β. 617. voce paululum diverſa *Σκόλλις*. & ſic noſter paulo pòſt. & ad libri hujus finem ferè. Reliqua ita verti ut ſententiam confuſam illuſtrarem, & paulo aliter quædam D legit Euſtathius. *Xyland.*

6. *Οὐχ' ἡ τοῦ Νέστορος πόλις, ἀλλ' ἑτέρα τὶς ἡ πρὸς τὸν Ἀλφειὸν, ἧς οὐδέν ἐστι κοινώνημα, οὐδὲ τῇ πρὸς τὸν Παμισὸν εἴτε Ἄμαθον χρὴ καλεῖν. Non ea Neſtoris urbs, alia enim eſt Pylus ad Alpheum, cui nihil commune eſt neque cum Alpheo, neque cum Pamiſo flumine, ſive is eſt Amathus*) Hæc ſic vertit Xylander. Difficile eſt divinare, quomodo Xylander legerit, videtur tamen ſic legiſſe: *ἀλλ' ἑτέρα τὶς, ἧς πρὸς τὸν Ἀλφειὸν οὐδέν ἐστι κοινώνημα οὐδὲ πρὸς τὸν Παμισόν.* Sed putemus ſic legiſſe, quid de his verbis faciemus? *Pylus ad Alpheum, cui nihil commune eſt neque cum Alpheo.* Certe hæc ſunt *ἀσύστατα*, & malo ſuſpicari exſcriptores male hunc locum excepiſſe & corrupiſſe, quam tale verſionis monſtrum Xylandro tribuere: miror doctiſſimum commentatorem id diſſimulaſſe. *Palmer.*

1. Οἱ

Cùm enim in Peloponneſo tres Pyli commemorentur, unde & verſus iſte factus,

*Eſt Pylus ante Pylum, tamen uſque alius Pylus exſtat:*

nimirum hic Pylus de quo loquimur, Lepreaticus alius in Triphylia, tertius Meſſeniacus apud Coryphaſium: ſingulos horum Emathoëntem demonſtrare conantur eſſe, & patriam Neſtori adſignant. Ac pleríque ſane ſcriptorum ac poëtarum, eum qui ad ipſorum uſque ætatem perduravit Pylum amplectentes, Meſſenium faciunt Neſtorem. Qui verò Homero ſunt addictiores, ii verſus ejus ſecuti eum Neſtoris pronunciant eſſe Pylum, cujus regionem Alpheus percurrit. perlabitur autem Piſatidem & Triphyliam. Qui cavæ Elidi Neſtorem vindicant, ſtudioſè ſuum ii ornant Pylum, indicia etiam quædam demonſtrantes: ut Geranum locum, & Gerontem fluvium, aliumque Gerenium, ut fidem faciant Neſtorem ab his Gerenium fuiſſe cognominatum. Fecerunt idem Meſſenii, & quidem probabiliora videntur dicere: magis enim conſtat de eorum Gerenis, qui locus quondam benè fuit habitatus. & talia ſunt hodie cavæ Elidis Gerena.

Cæterum poëta cum iſtam regionem in quatuor tribuiſſet partes, & principes enumeraſſet quatuor, obſcurè hoc dixit.

*Tum qui Buprafium coluere, atque Elida claram,*

& quæ deinceps ſequuntur uſque ad hæc,

*---multi queis vectabantur Epeji.*

Quod enim & Bupraſienſes & Eleos Epiorum afficit nomine, Eleos autem non vocat qui erant Bupraſienſes: non Eleam videri poteſt in quatuor diviſiſſe partes, ſed Epeorum ditione quàm priùs bipartitam fecerat: neque pars fuerit Elidis Bupraſium, ſed Epeorum potiùs: nam quòd Bupraſienſes inter Epeos numeret, hinc liquet:

*Quando ad Bupraſium triſtes Amaryncea Epei*
*Mandabant terra.---*

Bupraſium autem eſſe Eleæ regionis locum cum ejuſdem nominis vico: qui nunc videtur urbis Elidis eſſe portio. Rurſus dum connumerat Bupraſium atque Elidem,

A Τριῶν γὰρ Πύλων ἱστορουμένων ἐν Πελοποννήσῳ (καθότι καὶ τὸ ἔπος εἴρηται τοῦτο,

Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο· Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλος) τούτου τε, καὶ τοῦ Λεπρεατικοῦ τοῦ ἐν * Τριφυλίῃ· τρίτου δὲ τοῦ Μεσσηνιακοῦ κατὰ Κορυφάσιον, * ἕκαστοι τὸν παρὰ σφίσιν Ἠμαθόεντα πειρῶνται δεικνύναι, καὶ τὴν τοῦ Νέστορος πατρίδα τοῦτον ἀποφαίνουσιν. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν ἑτέρων συγγραφέων καὶ ποιητῶν Μεσσήνιον φασὶ τὸν Νέστορα, τῷ σωζομένῳ μέχρι εἰς αὐτοὺς προστιθέμενοι· οἱ δ' Ὁμηρικώτεροι τοῖς ἔπεσιν ἀκολουθοῦντες, τοῦτον εἶναί φασι τὸν Νέστορος Πύλον, οὗ τὴν χώραν διέξεισιν ὁ Ἀλφειός· διέξεισι δὲ τὴν

B Πισάτιν καὶ Τριφυλίαν. Οἱ δ' οὖν ἐκ τῆς κοίλης Ἤλιδος, καὶ τοιαύτην φιλοτιμίαν προσετίθεσαν τῷ παρ' αὐτοῖς Πύλῳ, καὶ γνωρίσματα δεικνύντες, Γέρανον τόπον, καὶ Γέροντα ποταμὸν, καὶ ἄλλον Γερήνιον· εἶτ' ἀπὸ τούτων ἐπιθέτως Γερήνιον εἰρῆσθαι πιστούμενοι τὸν Νέστορα. * τοῦτο δὲ ταὐτὸν καὶ οἱ Μεσσήνιοι πεποιήκασι, καὶ πιθανώτερά γε φαίνονται· μᾶλλον γὰρ * γνώριμα φασὶν εἶναι τὰ παρ' ἐκείνοις Γέρηνα, συνοικούμενα ποτέ. τοιαῦτα μὲν τὰ περὶ τὴν κοίλην Ἦλιν * ὑπάρχουσι νυνί.

Ὁ δὲ ποιητὴς εἰς τέσσαρα μέρη διελὼν τήνδε τὴν χώραν, τέτταρας δὲ καὶ τοὺς ἡγεμόνας εἰ-

C πὼν, οὐ σαφῶς εἴρηκεν.

1 * Οἱ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἤλιδα δῖαν ἔναιον,
Ὅσσον ἐφ' Ὑρμίνη καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα,
Πέτρη τ' Ὠλενίη, καὶ Ἀλείσιον ἐντὸς ἐέργει.
Τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν· δέκα δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ.
Νῆες ἕποντο θοαί· πολέες δ' ἔμβαινον Ἐπειοί.

2 Τὸ μὲν γὰρ Ἐπειοὺς ἀμφοτέρους προσαγορεύειν τούς τε Βουπρασιεῖς, [καὶ τοὺς Ἠλείους, Ἠλείους δὲ μηκέτι καλεῖν τοὺς Βουπρασιεῖς] οὐ τὴν Ἠλείαν δόξειεν ἂν εἰς τέσσαρα μέρη διαιρεῖν· ἀλλὰ τὴν τῶν Ἐπειῶν, ἣν εἰς δύο μέρη διεῖχε πρότερον· οὐδ' ἂν μέρος εἴη τῆς Ἤλι-

D δος τὸ Βουπράσιον, ἀλλὰ τῶν Ἐπειῶν μᾶλλον· ὅτι γὰρ Ἐπειοὺς καλεῖ τοὺς Βουπρασιεῖς, δῆλον·

Ὡς ὁπότε κρείοντ' Ἀμαρυγκέα θάπτον Ἐπειοὶ
Βουπρασίῳ.--

Τὸ δὲ Βουπράσιον εἶναί τινα χώραν τῆς Ἠλείας κατοικίαν ἔχουσαν ὁμώνυμον· νυνὶ δὲ φαίνεται τῆς Ἤλιδος ὂν μέρος καὶ τοῦτο· πάλιν δὲ τῷ συγκαταριθμεῖσθαι Βουπράσιον καὶ Ἤλιδα δῖαν λέγοντα,

* Manuſſ. Τριφυλίᾳ καὶ τῇ Πισατιδι. alii, Τριφύλῳ.

* Vulgò, ἕκαστον τὴν

In ſcr. eſt περὶ pro παρά.

p. 340.

* Scripti, τοῦτο δ' αὐτὸ & τοῦτο δὲ τ' αὐτό,

* Scripti, γνώρισμα

* Manuſſ. ὑπάρχοντα

Iliad. ε. 615.

Iliad. ψ. 630.

1. οἱ δ' ἄρα Βουπρ.) Appoſuimus totum poëtæ locum, ſecuti veteres libros, ubi erat totus perſcriptus. Ignavus librarius initio appoſito, ut labori parceret ſcripſerat illa καὶ ἑξῆς ἕως τοῦ. *Caſaub.*

2. τὸ μὲν γάρ) Scribe τῷ μὲν γάρ. Vult docere, poëtam non tribuere Elidis nomen toti illi regioni, quam bifariam diviſit, in Bupraſium & Elidem: Utriuſque enim partis incolas, vocat ille quidem Epios communi nomine, non autem Eleos. unde colligit Geographus, videri Epiorum nomen latius patere quàm Eleorum. *Idem.*

εἶτ' εἰς τέσσαρας διαιρεῖν μερίδας, [1] ὡς ἂν κοινῇ δοκεῖ τῷ τε Βουπρασίῳ, καὶ τῇ Ἤλιδι αὐτὰς τέσσαρας μερίδας ὑποτάττειν· ἦν δ' ὡς ἔοικε, κατοικία τῆς Ἠλείας τὸ Βουπράσιον ἀξιόλογος, ἣ νῦν οὐκέτ' ἐστίν· ἡ δὲ χώρα καλεῖται μόνον οὕτως ἡ ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, τῆς ἐπὶ Δύμην ἐξ Ἤλιδος τῆς νῦν πόλεως. Ὑπολάβοι δ' ἄν τις καὶ ὑπεροχήν τινα ἔχειν τότε τὸ Βουπράσιον παρὰ τὴν Ἦλιν ὡς καὶ οἱ Ἐπειοὶ παρὰ τούτους· ὕστερον δ' αὖτ' Ἐπειῶν Ἠλεῖοι ἐκλήθησαν· καὶ τὸ Βουπράσιον μὲν δὴ μέρος ἦν τῆς Ἤλιδος· ποιητικῷ δὲ [2] τινι σχήματι συγκαταλέγειν τὸ μέρος τῷ ὅλῳ φασὶ τὸν Ὅμηρον· ὡς τό, A

B

Odyſſ. α. 344. -- ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος. καί,

Odyſſ. λ. 496. -- ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε. καί,

Iliad. ι. 525. Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοί. καί,

Iliad. β. 625. Οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο, Ἐχινάων θ' ἱεράων.

Καὶ γὰρ τὸ Δουλίχιον, τῶν Ἐχινάδων· χρῶνται δὲ καὶ οἱ νεώτεροι. Ἱππῶναξ.

Κυπρίων βέκος φαγοῦσι καὶ Ἀμαθουσίων πυρόν.

p. 341. Κύπριοι γὰρ καὶ οἱ Ἀμαθούσιοι· καὶ Ἀλκμὰν δέ,

Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περιρρύταν.

Καὶ Αἰσχύλος. C

Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα πάντα κλῆρον.

Εἰ δ' οὐκ εἴρηκεν [3] Ἐπειοὺς τοὺς Βουπρασίους, οὐδ' ἄλλα πολλὰ τῶν ὄντων φήσομεν· ἀλλὰ τοῦτ' οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις τοῦ μὴ εἶναι, ἀλλὰ τοῦ μὴ εἰπεῖν μόνον. Ἑκαταῖος δ' ὁ Μιλήσιος ἑτέρους * λέγει τῶν Ἠλείων τοὺς Ἐπειούς· τῷ γοῦν Ἡρακλεῖ συστρατεῦσαι τοὺς Ἐπειοὺς ἐπὶ Αὐγέαν καὶ συναναιρεῖν αὐτῷ τόν τε Αὐγέαν καὶ τὴν Ἦλιν· φησὶ δὲ καὶ τὴν Δύμην, Ἐπειίδα καὶ Ἀχαΐδα. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ μὴ ὄντα λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι συγγραφεῖς, συντεθραμμένοι τῷ ψεύδει διὰ τῆς μυθογραφίας· D διὰ δὲ τοῦτο καὶ οὐχ ὁμολογοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν αὐτῶν· οὐ μήν τοι ἄπιστον, οὐδ' εἴ ποτε τοῖς Ἠλείοις διάφοροι ὄντες οἱ Ἐπειοὶ καὶ ἑτεροεθνεῖς, εἰς ταὐτὸ συνῆλθον κατ' ἐπικράτειαν, καὶ κοινῇ ἐνέμοντο πολιτείαν· ἐπεκράτουν δὲ καὶ μέχρι Δύμης· ὁ μὲν γὰρ ποιητὴς οὐκ ὠνόμακε τὴν Δύμην· οὐκ ἀπεικὸς δ' ἐστί, τότε μὲν αὐτὴν ὑπὸ τοῖς

* Manuſſ. λέγων

deinde in quatuor dividit partes, videtur communiter has ipſas Bupraſio Elidique ſubjicere. Et fuit ut apparet, Bupraſium Eleæ regionis pagus memorabilis, qui nunc non extat, locus duntaxat nomen retinet, qui in via eſt ab Elide urbe noſtra ætate Dymen verſus. Ac ſuſpicari licet priſcis temporibus Bupraſium fuiſſe Elide præſtantius, ut & Epeos Eleis: poſtmodo pro Epeis fuiſſe Eleos dictos. Et Bupraſium quidem Elidis pars erat: poëtica autem quadam figura ajunt Homerum cum toto partem ponere, ut in his:

*...per Helladaque & medium Argos.*
&,
*...per Helladaque Phthiamque.* item
*Cureteſque pugnabant, Ætolique, ...*
&,
*Quique ab Echinadibus venerunt, Dulichioque?*

nam una ex Echinadibus eſt Dulichium. Utuntur hac figura etiam recentiores. ut Hipponax.

*Panem Cyprium edunt, Amathuſiumque triticum.*

Nam in Cypro ſunt & Amathuſii. Sic & Alcman:

*Amœnam Cyprum linquens, & Paphum circumfluam.*

& Aeſchylus:

*Cyprum Paphumque ſorte quæ totam obtines.*

Cur autem Bupraſienſibus Epeorum nomen non tribuitur, alia quoque multa eorum quæ ſunt, eum non dixiſſe reſpondebimus: neque hoc pacto demonſtrari non eſſe rem, ſed tantùm id eum non expreſſiſſe verbis. Porrò Hecatæus Mileſius Eleos ab Epeis diverſos facit: ſcribitque Epeos Herculi in expeditione contra Augeam adfuiſſe, inque perdendo Augea & Elide operam navaſſe: Dymen quoque tam ad Epeos quàm ad Achæos pertinuiſſe. Sanè multa vetuſti ſcriptores perhibent commentitia, ob fabularum ſcriptionem adſueti mendacio. quæ cauſa etiam eſt, cur de iiſdem rebus inter ſe parum eis conveniat. Hoc autem incredibile non eſt, Epeos cùm aliquando diverſa ab Eleis gens, & inimica eſſent, poſteà rerum potitos in unam cum his coiviſſe civitatem, & obtinuiſſe Dymen uſque. Nam Dymen quidem Homerus non nominavit: non interim abſimile verò eſt, tunc eam

1. ὡς ἂν κοινῇ) Veteres libri, ὡς ἂν κοινὸν δοκεῖν. *Caſaub.*

2. τινι σχήματι) Figuram hanc dicendi ſæpius notat Strabo, ut de ea nihil ſit nobis dicendum: eſt & Latinis poëtis in uſu. *Idem.*

3. Ἐπειοὺς τοὺς Β.) Negat appellari Bupraſienſes à poëta Epios: Atqui contrarium paulò antè docebat, ubi locum protulit è rhapſodia ψ. qui hanc lectionem falſi arguit. Lego, Ἠλείους, quod ex ſuperioribus facile eſt intelligere. *Idem.*

1. ἡ μὲν

Epeis ſubditam fuiſſe, poſtea temporis Ionibus, aut ne his quidem, ſed eorum agro potitis Achæis ceſſiſſe. Proinde de quatuor iſtis partibus in quibus & Bupraſium continetur, Hyrmine & Myrſinus Eleæ ſunt regionis: reliqua, ut fert quorundam ſententia, jam ad Piſatidis fines ſunt. ¶ Fuit oppidum Hyrmine: ſed hodie non extat, niſi montana non procul Cyllena extremitas, Horminæ vel Hyrminæ nomine. ¶ Myrſinus noſtro tempore Myrtuntium dicitur pagus ad mare pertinens, in via quæ Elide Dymam ducit, LXX. diſtans ab Elide urbe ſtadia. ¶ Oleniam petram conjiciunt eſſe, quæ nunc Scollis dicitur. neceſſe autem eſt conjecturas in hoc genere ſequi, locis pariter atque nominibus mutatis: cùm quidem poëta rem non multis verbis declaraverit. Eſt autem Scollis ſaxoſus mons communis Dymæorum, Tritæenſium & Eleorum, continuus monti Arcadiæ, cui Lampeia nomen, [6] diſſitus ab Elide ſtadiis CXXX, à Tritæa & Dyma Achaicis urbibus C. ¶ Aleiſium autem, quod nunc Aleſiæum, locus eſt juxta Amphilochidem, ubi ſingulis menſibus in forum conveniunt vicini: ſitum eſt in via montana quæ ab Elide Olympiam ducit. Antiquitus urbs fuit Piſatidis, ob mutationes imperiorum finibus quoque regionum ſubinde variantibus. Aleiſium Homerus etiam Aleiſii colonam (*id eſt tumulum, collem*) appellat.

*Donec equos in Bupraſii nos fertilis arvum*
*Ad ſaxum Oleniumque adduximus, atque colonam*
*Vicinam fecit cui nomen Aleſius.* ---

trajectis enim vocabulis intelligendum eſt carmen Homeri. Sunt qui fluvium quoque Aleiſium indicent. ¶ Cum autem in Triphylia ad Meſſeniam quidem perhibeantur Caucones, & Dymen nonnulli Cauconida appellent, ſitque etiam fluvius in agro Dymæo inter Dymen & Tritæam, qui fœminino genere

A Ἐπειοῖς ὑπάρξαι, ὕστερον δὲ τοῖς Ἴωσιν, ἢ μηδ᾽ ἐκείνοις, ἀλλὰ τοῖς τὴν ἐκείνων χώραν κατασχοῦσιν Ἀχαιοῖς. Τῶν δὲ τετάρων μερίδων, ὧν ἐντός ἐστι καὶ τὸ Βουπράσιον, [1] ἡ μὲν Ὑρμίνη, καὶ ἡ Μύρσινος, τῆς Ἠλείας ἐστίν· αἱ δὲ λοιπαὶ ἐπὶ τῶν ὅρων ἤδη τῆς Πισάτιδος, ὡς οἴονταί τινες. Ὑρμίνη μὲν οὖν πολίχνιον ἦν· νῦν δ᾽ οὐκ ἔστιν· ἀλλ᾽ ἀκρωτήριον πλησίον Κυλλήνης ὀρεινὸν, καλούμενον [2] Ὅρμινα, ἢ Ὕρμινα. Μύρσινος δὲ τὸ νῦν [3] Μυρτούντιον, ἐπὶ θάλατταν καθήκουσα, κατὰ τὴν ἐκ Δύμης εἰς Ἦλιν ὁδὸν κατοικία, σταδία τῆς Ἠλείων πόλεως διέχουσα ἑβδομήκοντα. [4] Πέτραν δ᾽ Ὠλενίην εἰκάζουσι, τὴν νῦν Σκόλλιν· ἀνάγκη γὰρ εἰκότα λέγειν καὶ τῶν τόπων, B καὶ τῶν ὀνομάτων μεταβεβλημένων, ἐκείνου τε μὴ σφόδρα ἐπὶ πολλῶν σαφηνίζοντος· ἔστι δ᾽ ὄρος πετρῶδες κοινὸν Δυμαίων τε καὶ Τριταιέων, καὶ Ἠλείων, ἐχόμενον ἑτέρου τινὸς Ἀρκαδικοῦ ὄρους [5] Λαμπείας, ὃ τῆς Ἤλιδος μὲν διέστηκεν ἑκατὸν πρὸς τοῖς τριάκοντα σταδίους, Τριταίας δὲ ἑκατὸν, τοὺς ἴσους Ἀχαϊκῶν πόλεων. [7] Τὸ δ᾽ Ἀλείσιον ἐστὶ τὸ νῦν Ἀλεσιαῖον, χώρα περὶ τὴν Ἀμφιλοχίδα· ἔνθα κατὰ μῆνα ἀγορὰν συνάγουσιν οἱ περίοικοι· κεῖται δὲ ἐπὶ τῆς ὀρεινῆς ὁδοῦ, τῆς ἐξ Ἤλιδος C εἰς Ὀλυμπίαν· πρότερον δ᾽ ἦν πόλις τῆς Πισάτιδος, ἄλλοτε ἄλλως τῶν ὅρων ἐπαλλαττόντων, διὰ τὰς τῶν ἡγεμόνων μεταβολάς· τὸ δ᾽ Ἀλείσιον καὶ Ἀλεισίου κολώνην ὁ ποιητὴς καλεῖ, ὅταν φῇ·

Ὄφρ᾽ ἐπὶ Βουπρασίου πολυπύρου βήσαμεν ἵππους, p. 342. Iliad. λ. 755.
Πέτρης τ᾽ Ὠλενίης, καὶ Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη
Κέκληται --

Ὑπερβατῶς γὰρ δεῖ δέξασθαι, ἴσον τῷ, καὶ ἔνθα Ἀλεισίου κολώνη κέκληται· ἔνιοι δὲ καὶ ποταμὸν δεικνύουσιν Ἀλείσιον. Λεγομένων δέ τινων ἐν τῇ Τριφυλίᾳ Καυκώνων πρὸς τῇ Μεσσηνίᾳ, D λεγομένης δὲ καὶ τῆς Δύμης [8] Καυκωνίδος ὑπό τινων, ὄντος δὲ καὶ ποταμοῦ ἐν τῇ Δυμαίᾳ μεταξὺ Δύμης καὶ Τριταίας, ὃς καλεῖται

1. ἡ μὲν Ὑρμίνη) Hyrmines meminit etiam Pauſanias Ἠλιακ. primo (Lib. V. c. 1.) *Caſaub.*

2. Ὅρμινα) Sic legit etiam Euſtathius: Stephanus tamen ſcribit, τὰς Ὀρμίνας. *Idem.*

3. Μυρτούντιον) Hoc etiam Stephanus annotat. *Idem.*

4. Πέτρην δ᾽ Ω.) Vide Stephanum & Pauſaniam Lib. VI. c. 20. *Idem.*

5. Λαμπείας) Legerem Λαμείας. Stephanus enim Λάμεια, ὄρος Ἀρκαδίας. ſed Stephanum potius arbitror corrigendum, legendumque apud eum, Λάμπεια, & Λαμπεάτης. quod ex Pauſania Lib. VIII. c. 24. certò conſtat. *Idem.* Stat. Thebaid. IV. ℣. 290.

*—— candenſque jugis Lampea nivoſis*

Plin. VI. c. 6. montem *Lampeum* vocat.

6. *Diſſitus*) ὃ ambiguum ad Scollimne an ad Lampeiam pertineat, illud prætuli. Τριταία ſcribendum vel ex Stephano liquet. ante τοὺς ἴσους deeſt καὶ Δύμης, ut apparet. *Xyland.*

7. τὸ δ᾽ Ἀλείσιον) Stephanus ut Euſtathius quoque annotavit, ſcribit per η, Ἀλήσιον. Aleſium montem commemorat Pauſanias in Arcadicis Lib. VIII. c. 10. ἀπὸ τῆς ἄλης τῆς Ῥέας dictum. verùm id nihil huc pertinet. *Caſaub.*

8. Καυκωνίδος ὑπό τινων) Antimachus Dymen appellavit Cauconidem. vide ſub hujus libri finem. *Idem.*

¹ καὶ Καύκων θηλυκῶς, ζητοῦσι καὶ περὶ τῶν Καυκώνων, ὡς μὴ διττοὶ λέγωνται, οἱ μὲν περὶ τὴν Τριφυλίαν, οἱ δὲ περὶ Δύμην καὶ Ἦλιν, καὶ τὸν Καύκωνα· ἐμβάλλει δ' οὗτος εἰς ἕτερον ὃς * Τεύθεας ἀρσενικῶς καλεῖται, ὁμώνυμος πολίχνῃ τινὶ τῶν εἰς τὴν Δύμην συνῳκισμένων· πλὴν ὅτι χωρὶς τοῦ σ ² Τεύθεα λέγεται θηλυκῶς αὕτη, ἐκτεινόντων τὴν ἐσχάτην συλλαβήν, ὅπου τὸ τῆς ³ Νεμιδίας Ἀρτέμιδος ἱερόν. Ὁ δὲ Τεύθεας εἰς τὸν Ἀχελῷον ἐμβάλλει τὸν κατὰ Δύμην ῥέοντα, ⁴ ὁμώνυμον τῷ κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν ⁶ καὶ Πεῖρον· τοῦ δ' Ἡσιόδου εἰπόντος, A

* Manuſſ. ſemper Τευθέας

ᾤκεε δ' Ὠλενίην πέτρην ποταμοῖο παρ' ὄχθας
Εὐρυρέος Πείροιο· -- B

μεταγράφουσί τινες πόροιο, οὐκ εὖ. Περὶ δὲ τῶν Καυκώνων ζητοῦσι * τισίν, ὅτι τῆς Ἀθηνᾶς τῆς τῷ * Μέντῃ ὡμοιωμένης, εἰπούσης πρὸς Νέστορα,

* Manuſſ. φησίν, * Manuſſ. Μέντορι

Odyſſ. γ. 366.

Νῦν, ἀτὰρ ἠῶθεν μετὰ Καύκωνας μεγαθύμους
Εἶμ', ἔνθα χρεῖός μοι ⁷ ὀφείλεται· --

δοκεῖ σημαίνεσθαι χώρα τις ἐν τῇ τῶν Ἐπειῶν, ἣν οἱ Καύκωνες εἶχον, ἕτεροι ὄντες τῶν ἐν τῇ * Τριφυλίῃ, ἐπεκτείνοντες καὶ μέχρι Δυμαίας τυχόν· οὐκ ἔστι δὲ τὴν Δύμην ὁπόθεν Καυκωνίδα εἰρῆσθαι συμβέβηκε, παραλιπεῖν ἄξιον, οὔτε τὸν ποταμὸν ὁπόθεν Καύκων εἴρηται, διὰ τὸ τοὺς Καύκωνας παρέχειν ζήτησιν, οἵ τινές ποτέ εἰσιν, ὅπου φησὶν ἡ Ἀθηνᾶ βαδίζειν, κατὰ τὴν τοῦ χρέους κομιδήν. Εἰ γὰρ μὴ δεχοίμεθα τοὺς ἐν τῇ Τριφυλίᾳ λέγεσθαι τοὺς περὶ Λέπρεον· οὐκ οἶδ' ὅπως πιθανὸς ἔσται ὁ λόγος· διὸ καὶ τοῦτο γράφουσί τινες. C

* Manuſſ. Τριφύλῳ & Τριφυλίᾳ,

* Manuſſ. Σαφεστέραν δ' ἕξει τὴν ἐπίσκεψιν τοῦτο ἐπειδὰν τὴν ἑξῆς χώραν περιοδεύσωμεν. τήν τε Πισᾶτιν, καὶ τὴν Τριφυλίαν μέχρι.

-- ἔνθα χρεῖός μοι ὀφείλεται Ἤλιδι δίῃ,
Οὐκ ὀλίγον.

* δῆλον δὲ μᾶλλον τοῦτ' ἔσται ἐπειδὰν τὴν Πισᾶτιν καὶ τὴν ἑξῆς Τριφυλίαν διεξίωμεν μέχρι τῆς τῶν Μεσσηνίων μεθορίας. Μετὰ δὲ τὸν Χελωνάταν ὁ τῶν D

Caucon vocatur. de Cauconibus quærunt, an non bifariam dicantur, aliique ſint in Triphylia, alii circa Dymam, Elidem, & Cauconem. Is fluvius in alium effluit, qui Teutheas maſculino genere appellatur, nomine conveniens cum oppido quodam in urbem Dymem, aſſumpto, fœminino genere Teuthea dicitur, ultima ſyllaba producta, ubi Nemidiæ Dianæ eſt ſacellum. Teutheas autem in Acheloum exit, qui cognominis Acarnaniæ fluvio Acheloo. Præter Dymam fluit, 5 alioque nomine Peirus dicitur. Nam cum dixerit Heſiodus,

*Olenium incoluit ſaxum, fluvii prope ripam*
*Undoſi Peiri.---*

quidam Peiri in πόρȣ. *id eſt*, *meatus*, perperam mutaverunt. Præterea cùm Minerva ſub Mentoris forma Neſtori dicat,

*Sub lucem cras magnanimos Cauconas adibo,*
*Namque ibi debetur mihi magna pecunia pridem:*

videtur nonnullis regio quædam Epeorum ſignificari, quam Caucones tenuerint, diverſi ab iis qui in Triphylia ſunt, & fortaſſis uſque ad agrum etiam Dymæum porrecti. Sed neque id omitti par eſt, unde nomen Cauconidis Dymæ obtigerit, & unde fluvio Cauconi: quando quæſtio movetur quinam fuerint Caucones, ad quos ſe debiti exigendi gratia proficiſci Mentor dicit. Si enim non intelligamus eos, qui in Triphylia apud Lepreum ſunt, non video qua ratione fidem conciliare verbis poſſimus. Ideoque nonnulli ſcribunt,

*Namque ibi debetur mihi in Elide.--*

Hoc autem fiet manifeſtius, quando Piſæam regionem atque deinceps Triphyliam uſque ad fines Meſſeniæ exponemus. ¶ Chelonatam ſequitur ora

1. καὶ Καύκων θηλυκῶς) Atqui mox τὸν Καύκωνα ἀρσενικῶς dicit. Deinde cur dicit καὶ Κα. non enim voluit eſſe τὴν καὶ otioſam. Putabam legendum καὶ Καύκων καὶ Καυκωνίς, vel Καυκώνη: Sed Euſtathius duobus locis editam lectionem confirmat. *Caſaub.*

2. Τεύθεα) Stephano videtur Τευθὶς dici. *Idem.*

3. Νεμιδίας) Sic dicta ut ſi quis latinè dicat, Nemorenſem Dianam. Dianam autem in nemoribus plerumque coli ſolitam ſatis conſtat. Sic Jovi ſacra ſunt omnium montium cacumina: omnia prata Junoni, inquit Scholiaſtes Euripidis. *Idem.*

4. Ὁμώνυμον τῷ κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν καὶ Πεῖρον. *Alioque nomine Pyrus dicitur*) Falſus eſt Xylander, dum ſic vertit, tamquam ſi legiſſet, τὸν καὶ Πεῖρον. Sed non recipit eam lectionem Caſaubonus, & jure. Pirus enim ad Olenum fluebat, Achelous ad Dymen. Certe mutilus eſt locus Strabonis, quem ſine manuſcriptorum auxilio ſupplere non aggrediar. *Palmer.*

5. *Alioque nomine*) Ante καὶ πεῖρον ex Heſiodi teſtimonio deſideratur καλοῦσι δὲ aut ſimile quippiam. Cæterùm Mentæ nomen hic neſcio quomodo pro Mentore obrepſit. *Xyland.*

6. καὶ Πεῖρον) Quod putat Xylander deeſſe ante hæc verba, καλοῦσι δὲ, aſſentirer ei, ſi ullius auctoris teſtimonio hanc ſententiam niti viderem. Nunc ἐπέχω. Pirum autem fluvium ait Pauſanias Lib. VII. c. 18. abeſſe Dyma ſtadia XL. idem Pauſanias παρὰ τῷ Πείρῳ fuiſſe ait Olenum urbem, quam Heſiodus in ſequenti carmine Oleniam petram vocat. Strabo infra Pirum videtur appellare Melanem. *Caſaub.*

7. ὀφείλεται) Præfero alteram lectionem ὀφέλλεται. *Idem.*

Piſatidis longo tractu: inde Pheia promontorium 1 cum oppido,

*Pheiæ mœnia ponè, tuas & Jardane ripas.*

Eſt enim in propinquo exiguus amnis. Quidam Piſatidis initium Pheiam conſtituunt. Parva ante eam ſita eſt inſula, & portus. unde Olympiam mari breviſſima navigatio ſtadiorum CXX. Aliud deinde eſt promontorium verſus occaſum inſtar Chelonatæ, longè procurrens, unde ad Cephalleniam itidem CXX ſtadia. Pòſt Alphei oſtia, CCXXC ſtadiis à Chelonata, ab Araxo IↃ XLV. Fluit Alpheus ex iiſdem locis è quibus Eurotas: nimirum ab Aſea Megalopolitidis vico, ubi duorum horum fluviorum fontes vicini ſunt. qui cum per compluria ſtadia infra terram ſubeant, rurſus erumpunt, atque Laconicam hic, Piſæam ille petunt. Et Eurotas quidem initio 5 Bembinatidis regionis ſuum exerens meatum, præter ipſam Spartam labitur, & exigua apud Helos (cujus poeta etiam meminit) convalle peragrata, inter Gythium Spartæ navale

A Πισατῶν αἰγιαλὸς πολύς· εἶτ' 2 ἄκρα Φειά· ἦν δὲ καὶ πολίχνη,

Φειᾶς πὰρ τείχεσιν, * Ιαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα· * Manuſſ. Ιαρδάνη ἀμφὶ ῥέεθρον.

Εστι γὰρ καὶ ποτάμιον πλησίον· ἔνιοι δ' ἀρχὴν τῆς Πισάτιδος, τὴν Φειάν φασι· πρόκειται δὲ καὶ P. 343. ταύτης νησίον καὶ λιμήν, ἔνθεν εἰς Ολυμπίαν τὸ * ἐγγύτατον ἐκ θαλάττης ἐστί, στάδιοι ἑκατὸν εἴκοσι· εἶτ' 3 ἄλλη ἄκρα * ἐπιπολὺ προέχουσα ἐπὶ τὴν δύσιν, [καθάπερ ὁ Χελωνάτας] ἀφ' ἧς [πάλιν] ἐπὶ τὴν Κεφαλληνίαν στάδιοι ἑκατὸν εἴκοσι· εἶθ' ὁ Αλφειὸς ἐκδίδωσι, διέχων τοῦ

* Manuſſ. τῷ ἐγγυτάτῳ.

* Manuſſ. εὐθὺς ἐπιπολύ.

B Χελωνάτου στάδια διακόσια ὀγδοήκοντα, Αράξου δὲ πεντακόσια τετταράκοντα πέντε· ῥεῖ δ' ἐκ τῶν αὐτῶν τόπων, ἐξ ὧν καὶ ὁ Εὐρώτας· καλεῖται δ' 4 Ασέα κώμη τῆς Μεγαλοπολίτιδος, πλησίον ἀλλήλων ἔχουσα δύο πηγάς, ἐξ ὧν ῥέουσιν οἱ λεχθέντες ποταμοί· δύντες δ' ὑπὸ * γῆν ἐπὶ συχνοὺς σταδίους, ἀνατέλλουσι πάλιν, εἶθ' ὁ μὲν εἰς τὴν Λακωνικήν, ὁ δ' εἰς τὴν Πισάτιν κατάγεται. Ο μὲν οὖν Εὐρώτας 6 κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς * Βλεμινάτιδος ἀναδείξας τὸ ῥεῖθρον, παρ' αὐτὴν τὴν Σπάρτην ῥυείς, καὶ διεξιὼν αὐλῶνα τινὰ * μικρὸν κατὰ τὸ Ἕλος, οὗ μέμνηται ὁ ποιητής, C ἐκδίδωσι μεταξὺ Γυθίου τοῦ τῆς Σπάρτης ἐπινείου,

* Scripti γῆς

* Malim Βελβινάτιδος.

* Vett. lib. μακρὸν & μαντικόν.

1. *Cum Oppido*) Ἦν δὲ καὶ πολίχνη ſcripſi. nam in hunc ſenſum citat Euſtathius hæc in verſum hunc Homeri. *Xyland.*

2. ἄκρα Φειά) Promontorii hujus mentionem pauci è veteribus fecêre. urbis meminere, præter Homerum, Thucydides Lib. VII. c. 31. & Steph. *Caſaub.*

3. ἄλλη ἄκρα) Hoc promontorium nuſquam à Strabone ſuo nomine appellatur: Ptolemæo autem dicitur *Ichthys*, itemque Plinio H. Nat. IV. c. 5. & Mela II. c. 3. *Idem.*

3. Εἶτ' ἄλλη ἄκρα ἐπὶ πολὺ προέχουσα. *Aliud deinde eſt promontorium longe procurrens*) Putat doctiſſimus commentator nomen hujus promontorii non expreſſum fuiſſe à Strabone, ſed quando in margine textus apponit ex manuſcripto εὐθὺς ἐπιπολύ, non eſt dubium, quin nomen appoſuerit Strabo; Ἰχθύς, quod mala manu mutatum eſt in εὐθύς, & eo quod vox εὐθὺς ſuperflua videbatur, ab exſcriptoribus expuncta eſt, & nihil certius eſt Ἰχθὺς debere legi. Nam & cum Ptolemæo & Plinio & Mela, quos citat Caſaubonus, Thucydides lib. II. cap. 25. & Xenophon lib. VI. pag. 588. ed. 1594. Hellenicorum id omnino firmant. *Palmer.*

4. Ασέα κώμη) Sic rectè: non Αβία, ut libro V. Pauſanias Arcadicis VIII. c. 44. Σταδίους δὲ ὅσον πέντε ἀπὸ Ασέας τοῦ Αλφειοῦ μὲν ὀλίγον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, τοῦ δὲ Εὐρώτα παρ' αὐτὴν ἐστι πηγὴ τὴν ὁδόν. i. e. *ab Aſea, ſtadia non amplus V. non longe à via Alphei, deinde juxta ipſam viam Eurotæ fons abeſt.* Mox τοῦ δὲ Εὐρώτα τὸ ὕδωρ ἀνακεράννυταί τε πρὸς τὸν Αλφειόν, καὶ ὅσον ἐπὶ εἴκοσι σταδίους κοινῷ προΐασι τῷ ῥεύματι. κατελθόντες δὲ ἐς χάσμα, ὁ μὲν αὐτῶν ἄνεισιν αὖθις ἐν τῇ γῇ τῇ Λακεδαιμονίων ὁ Εὐρώτας, ὁ δὲ Αλφειὸς ἐν πηγαῖς τῆς Μεγαλοπολιτιδος. i. e. *Admiſcetur Alpheo Eurotæ aqua, fluuntque ambo amnes communi alveo ad ſtadia prope XX. exceptique exinde eodem cuniculo, erumpit Eurotas in Laconica terra, Alpheus in Megalopolitanorum finibus è novis emergit fontibus.* Idem quod Strabo, tradit Pauſanias: niſi quod Alpheum ait è terra emergentem, in Megalopolitide emergere. Nam aliter Strabo videtur ſentire. Ptolemæus verò quem plerique ſequuntur, magno intervallo vult diſtare inter ſe horum duorum fluminum fontes. Dionyſius periegetes, Straboni & Pauſaniæ aſſentitur ℣. 410.

*ἔνθ' ἐρατεινότατος ποταμῶν Αλφειὸς ὁδεύει*
*σχιζόμενος προχοῇσι Μεσσηνίου Εὐρώταο*
*οἵτ' ἄμφω ἀσέηθεν ἀναβλύζουσι ῥέεθρα,*
*καὶ ὁ μὲν Ηλείων, ὁ δ' Αμυκλαίων χθόνα τέμνει.* i. e.
*Ubi amœniſſimus fluviorum Alpheus iter facit*
*Diviſus fluentis a Meſenio Eurota*
*Qui ambo ab Aſea emittunt fluenta*
*Atque hic quidem Eleorum, ille vero Amyclæorum terram ſecat.*

D Notandum hoc quoque quod dixit Pauſanias, de fontibus Alphei ad Aſeam, id quomodo ſit intelligendum alio loco ejuſdem libri ipſe docet. Neque enim veros eſſe vult illos Alphei fontes. *Caſaub.*

5. *Bembinatidis*) In Græco eſt Βλεμινάτιδος, quod nuſquam invenio. Sed Bembinam invenio; quæ huc quadrat non malè. Acrias poſui ex Pauſania & Ptolomæo. *Xyland.*

6. κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Βλεμινάτιδος) Lego Βελμινάτιδος, hoc eſt, Βελβινάτιδος. Nam Belbina vocabatur hic locus. Stephanus. Βέλβινα, πόλις Λακωνική. Livius lib. XXXVIII. c. 34. *Et ager Belbinatis, quem injuria tyranni Lacedæmoniorum poſſederant, reſtitutus eidem civitati ex decreto vetere Achæorum; quod factum erat Philippo Amyntæ filio regnante.* Apud Pauſan. verò ſcriptum Βελεμίνα in Arcadicis VIII. c. 35. & Laconicis III. c. 21. Ptolemæus Blemminam vocat. *Caſaub.*

1. καὶ

[1] καὶ [2] Ακρείων. [3] Ο δ' Αλφειὸς παραλαβὼν τόν τε Κελάδοντα, καὶ τὸν Ερύμανθον, καὶ ἄλλους ἀσημοτέρους, διὰ τῆς [Φρίξης, καὶ τ]ῆς Πισάτιδος, καὶ Τριφυλίας ἐνεχθεὶς, παρ' αὐτὴν τὴν Ολυμπίαν, ἐπὶ θάλατταν τὴν
* Scripti ἐκπίπτων, Σικελικὴν * ἐκπίπτει, μεταξὺ Φειᾶς τε καὶ Πιτάνης. πρὸς δὲ τῇ ἐκβολῇ τὸ τῆς Αλφειονίας Αρτέμιδος ἢ Αλφειούσης, ἄλσος ἐστὶ, (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως,) ἀπέχον τῆς Ολυμπίας εἰς ὀγδοήκοντα σταδίους. ταύτῃ δὲ τῇ θεῷ καὶ ἐν Ολυμπίᾳ κατ' ἔτος συντελεῖται πανήγυρις, καθάπερ καὶ τῇ Ελαφίᾳ, καὶ τῇ Δαφνίᾳ· μεστὴ δ' ἐστὶν ἡ γῆ πᾶσα Αρτεμισίων, καὶ Αφροδι- B σίων, καὶ [4] Νυμφαίων ἐν ἄλσεσιν [5] ἀνθέων, ὡς τὸ πολὺ διὰ τὴν εὐυδρίαν· συχνὰ δὲ καὶ Ερμεῖα ἐν ταῖς ὁδοῖς, Ποσείδεα δ' ἐπὶ ταῖς ἀκταῖς. Εν δὲ τῷ τῆς Αλφειονίας ἱερῷ, γραφαὶ Κλεάνθους τε καὶ Αρήγοντος, ἀνδρῶν Κορινθίων, τοῦ μὲν Τροίας ἅλωσις, καὶ Αθηνᾶς γοναὶ, τοῦ δ' Αρτεμις ἀναφερομένη ἐπὶ γρυπὸς σφόδρα
* Manuſſ. εὐδόκιμοι. & εὐδοκιμεῖ. * εὐδοκίμου. [6] Εἶτα τὸ διεῖργον ὄρος τῆς Τριφυλίας τὴν Μακιστίαν ἀπὸ τῆς Πισάτιδος. εἶτ' ἄλλος ποταμὸς Χαλκὶς, καὶ κρήνη Κρουνοὶ, καὶ κατοικία Χαλκὶς, καὶ τὸ Σαμικὸν μετὰ ταῦτα·

A & Acrias in mare effluit. Alpheus autem receptis Celadonte, & Erymantho, aliiſque obſcurioribus fluminibus, per Phrixam, Piſatidem, Triphiliamque delapſus, inter Pheiam & Pitanen in mare juxta ipſam Olympiam evolvitur. ad oſtia ejus, lucus eſt Dianæ ſive Alpheioniæ ſive Alphiuſæ (utroque enim modo dicitur) ab Olympia diſſitus ſtadiis ad xxc. Hujus deæ in honorem quotannis Olympiæ feſtus conventus agitur, ut & Elaphiæ, & Daphniæ. Refertum eſt ſolum iſtud totum in lucis donariûm Dianæ, Veneri, ac Nymphis conſecratorum, maximè propter aquarum copiam. Crebra ſunt etiam Mercurii in viis, Neptuni in ripis donaria. In Alphæoniæ autem templo picturæ ſunt Cleanthis & Aregontis, Corinthiorum, quorum alter Trojæ excidium pinxit, & Minervæ nativitatem, alter Dianam gryphe præclarè efficto ſubvectam ſurſum. ¶ Sequitur mons, qui Maciſtiæ Triphyliam à Piſatide diſtinguit. Tum amnis Chalcis, & fons Cruni, & pagus Chalcis, ac Samicum deinde,

1. *καὶ Ακταίων*) Sic etiam infra legitur, & in omnibus codicibus. Alii Acrias vocant. *Caſaub.*

2. *ἀκρειῶν*) lego pro *ἀκραίων*. *Xyland.*

3. *Ὁ δὲ Ἀλφειὸς παραλαβὼν τόν τε Κελάδοντα καὶ τὸν Ἐρύμανθον καὶ ἄλλους ἀσημοτέρους. Alpheus autem receptis Celadonte & Erymantho aliiſque obſcurioribus fluminibus*) Plura ſunt, quæ mihi ſuadent hunc locum non eſſe ſanum, ſed partim mutilum, partim corruptum. Primum enim Strabo enumeratis fluviis, quos nominavit, addens *καὶ ἄλλους ἀσημοτέρους* palam innuit, ſe majores & inſigniores fluvios enumeraſſe: at Ladonis nullam fecit mentionem in vulgata lectione omnium, qui in Alpheum influunt, majoris & celebrioris: Celadontem vero nominat, de quo non conſtat, eum in Alpheum ſuas aquas depoſuiſſe; nam Κέλαδος quidem fluvius fuit è Lycæo monte in Alpheum defluens, de quo Pauſanias in Arcadicis, ſed is fuit parvi nominis. Nam fluvius, quem Homerus Κελάδοντα vocat, fuit prope Phiam & Jardanum, & forte ipſe Jardanus intelligitur, quem ob ſtrepitum aquarum Homerus & poſt eum alii Celadonta vocarunt, (nam & Theocritus Idyll. VII. ea voce utitur pro epitheto, *καὶ ποταμοὶ κελάδοντες.*) Ille autem fuit alius à Celado Pauſaniæ, qui longe à Phia. Poſtea quare Strabo turbato & perverſo ordine eos ita enumeraſſet, ut Celadontem ultimum omnium, qui in Alpheum influunt, (ſi tamen in eum influit) quando Phiam ad mare ſitam alluebat, ante Erymanthum locaſſet, recurrens altius contra Alphei decurſum, mutato ordine, quem tenuerat. Profecto non ita ſcripſerat Strabo, ſed ſequutus erat ordinem, quo in Alpheum influebant fluvii, quos enumeravit. Itaque in voce Κελάδοντα, puto latere Ladonis nomen, & Κελάδοντα factum eſſe ex *καὶ Λάδωνα*: excidiſſe autem nomen unius vel plurium fluviorum ante vocem Κελάδοντα, & ſi quid meræ conjecturæ valent, putarem Strabonem ſic ſcripſiſſe: *παραλαβὼν* C *τόν τε Ἐλίσσοντα, καὶ Λάδωνα, καὶ Ἐρύμανθον.* i. e. *Recipiens Eliſſontem & Ladonem & Erymanthum.* Nam Eliſſon fluvius erat magnus & inſignis, de quo ſic Pauſanias in Arcadicis: *ποταμὸς δὲ Ἀμίνιος ῥέων παρὰ τὸν λόφον, ἐς τὸν Ἐλισσοῦντα ἐκδίδωσι, καὶ οὐ πολὺ ἄπωθεν ἐς τὸν Ἀλφειὸν ὁ Ἐλισσῶν — ἀρχόμενος ἐκ κώμης ὁμωνύμου —— τήν τε Διπαιέων καὶ τὴν Λυκαιάτιν χώραν, τρίτα δὲ αὐτὴν διεξελθὼν Μεγάλην πόλιν τριάκοντα σταδίοις ἀποτέρω Μεγαλοπολιτῶν τοῦ ἄστεος κάτεισιν ἐς τὸν Ἀλφειόν*, id eſt, *fluvius Aminius ſecundum collem fluens, in Eliſſontem influit, & non longe poſt in Alpheum ipſe Eliſſon — ortus in pago cognomine, —— Dipæorum regionem & Lycæatin, tertio vero ipſam Megalopolim pertranſiens, triginta ſtadiis ab oppido Megalopolitarum in Alpheum deſcendit.* Idem porro Pauſanias in primo Eliacorum & in Arcadicis, multos fluvios recenſet, qui in Alpheum cadunt, at nullam de Celadonte facit mentionem. Ideo non dubito, quin ſcripſerit Stra- D bo *καὶ Λάδωνα*, & notandum, Strabonem infra hoc libro dicere, multos eſſe, qui contendebant apud Homerum Iliad. η debere legi non Κελάδοντα ſed Ἀκίδοντι. Quod ad cæteram meam conjecturam de Eliſſonte, ut veriſimilem tantum propono. *Palmer.*

4. *Νυμφαίων ἐν ἄλσεσιν ἀνθέων*) Vox *ἀνθέων* corrupta eſt. Quod autem reſtituit Xylander *ἀναθεμάτων*, ferri nequit. Fortaſſe, *ἀνατεθέντων.* Nam id verbum etiam ita uſurpari ſciunt literarum Græcorum periti. *Caſaub.*

5. *ἀνθέων*) vide ne quid aliud ſit legendum, fortè *ἀναθεμάτων*, donariis. *Xyland.*

6. *Εἶτα τὸ διεῖργον ὄρος τῆς Τριφυλίας τὴν Μακιστίαν ἀπὸ τῆς Πισάτιδος. Sequitur mons, qui Maciſtiæ Triphyliam à Piſatide diſtinguit*) Dominicus Niger videtur legiſſe ſuo tempore, *εἶτα Πιτάνης τὸ διεῖργον.* *Palmer.*

1. *Ferius*)

ubi Samii Neptuni eſt templum ſumma cultum veneratione: lucus eſt oleaſtrorum plenus. Ejus procuratio erat penes Maciſtios, qui & [1] ferias indicebant, quas vocant Samias. contribuebant ad hoc templum omnes Triphylii. ¶ Secundum hæc ferè ſacella xxx. aut paulo pluribus à mari ſtadiis ſitus fuit Pylus Triphyliacus & Lepreaticus, quem Homerus (ut ex ejus verſibus conjectura colligere licet) Emathoëntem vocat: ſive id vocabuli ab Amatho ductum ſit flumine, qui eam quà ſeptentriones ſpectat allueret, quem nunc Mamaum vocant & Arcadiacum: ſive fluvius is Pamiſus dictus fuit, quo nomine & alii in Meſſenia ſunt duo, & epitheti ratio in obſcuro manet. Nam vel fluvium, vel agrum ibi ſabuloſum (*amathos Græcè ſabulum notat*) eſſe, falsò perhiberi ajunt. Sed & Scilluntiæ Minervæ unum ex inſignibus apud Scilluntem eſt juxta Phellonem, propè Olympiam. Orientem porrò verſus Minthe mons eſt Pylo vicinus, nomine Mintham referens, quam ajunt pellicem fuiſſe Ditis, deceptamque à Proſerpina, in mentham hortenſem abiiſſe, quam herbam nonnulli ab odoris ſuavitate Hedyoſmon vocant. Sane & templum eſt Plutonis ad montem, quod venerantur Maciſtii: & lucus Cereris Pylio campo ſubjectus. Campus iſte ſolum habet fertile, & quà mare attingit, quod eſt inter Samicum & Nedam flumen intervalli explet. Litus autem marinum fabuloſum eſt & ſtrictum, ut ab eo Pylum nominatam eſſe Emathoënta, id eſt arenoſam, non injuria quis opinari poſſe videatur.

A ὅπου τὸ μάλιστα τιμώμενον τοῦ Σαμίου Ποσειδῶνος ἱερόν· ἔστι δ᾽ ἄλσος ἀγριελαίων * πλῆρες· ἐπεμελοῦντο δ᾽ αὐτοῦ Μακίστιοι· [2] οὗτοι δὲ καὶ τὴν ἐκεχειρίαν ἐπήγγελλον, ἣν καλοῦσι [3] Σάμιοι· συντελοῦσι δ᾽ εἰς τὸ ἱερὸν πάντες Τριφύλιοι. Κατὰ ταῦτα δέ πως τὰ ἱερὰ ὑπέρκειται τῆς θαλάττης ἐν τριάκοντα, ἢ μικρῷ πλείοσι σταδίοις, ὁ Τριφυλιακὸς Πύλος καὶ Λεπρεατικὸς, ὃν καλεῖ ὁ ποιητὴς Ημαθόεντα, καὶ παραδίδωσι τοῦ Νέστορος πατρίδα, [4] ὡς ἄν τις ἐκ τῶν ἐπῶν τοῦ Ομήρου τεκμαίροιτο· εἴτε τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ πρὸς ἄρκτον, Αμάθου καλουμένου πρότερον, ὃς νῦν Μάμαος καὶ * Αρκαδικὸς καλεῖται, ὥστ᾽ ἐντεῦθεν Ημαθόεντα κεκλῆσθαι· εἴτε τούτου μὲν Παμισοῦ καλουμένου ὁμωνύμως τοῖς ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ δυσὶ, τῆς δὲ πόλεως ἄδηλον ἐχούσης τὴν ἐτυμολογίαν τοῦ ἐπιθέτου· καὶ γὰρ τὸ ἀμαθώδη τὸν ποταμὸν, ἢ τὴν χώραν, εἶναι ψεῦδος φασί. Καὶ τὸ τῆς Σκιλλουντίας δὲ Αθηνᾶς ἱερὸν τὸ [5] περὶ Σκιλλοῦντα τῶν ἐπιφανῶν ἐστιν, Ολυμπίας πλησίον κατὰ τὸν Φέλλωνα. Πρὸς ἕω δ᾽ ἐστὶν ὄρος τοῦ Πύλου πλησίον ἐπώνυμον Μίνθης, [6] ἣν μυθεύουσι παλλακὴν τοῦ Αδου γενομένην, ἀπατηθεῖσαν ὑπὸ τῆς Κόρης, εἰς τὴν κηπαίαν μίνθην μεταβαλεῖν, ἣν τινες [7] ἡδύοσμον καλοῦσι· καὶ δὴ καὶ τέμενός ἐστιν Αδου πρὸς τῷ ὄρει τιμώμενον ὑπὸ Μακιστίων· καὶ Δήμητρος ἄλσος * ὑπερκείμενον τοῦ Πυλιακοῦ πεδίου. Τὸ δὲ πεδίον εὔγεων ἐστὶ τοῦτο, τῇ θαλάττῃ δὲ συνάψαν, παρατείνει παρά τε τὸ μεταξὺ τοῦ τε Σαμικοῦ καὶ ποταμοῦ Νέδας διάστημα· [8] θινώδης δὲ καὶ στενός ἐστιν ὁ τῆς θαλάσσης αἰγιαλός· ὥστ᾽ οὐκ ἂν ἀπογνοίη τις ἐντεῦθεν ἠμαθόεντα ὠνομάσθαι τὸν Πύλον.

Margin notes: * Manuſ. πλέων. — p. 344. — B — * Scripti, Αρκαδικὸς — C — * Vulgò, ὑποκείμενον

1. *Ferias*) Ἐκεχειρίαν. pro Samii autem malim Samium vel Samicum. *Xyland.*

2. οὗτοι δὲ καὶ τὴν ἐκεχειρίαν ἐπήγγελλον) Significat hæc vox ceſſationem ab opere, hoc eſt, feſtum diem. Sic Polybius ἐκεχειρίαν τῶν Ολυμπίων dicit [ἐκεχειρίαν autem ἐπαγγέλλειν eſt feſtum indicere. Pauſanias ὁ Ιφίτου δίσκος, τὴν ἐκεχειρίαν τὴν ἐπὶ τοῖς Ολυμπίοις ἐπαγγέλλουσιν οἱ Ηλεῖοι. i. e. *Iphiti vero diſco ad Olympiorum inducias indicendas uſi ſunt Elei.* Eliacorum lib. I. (Lib. v. cap. 20.) fiebat id per præconem. Pollux lib. quarto cap. 12. quod eſt de præcone & ejus officio, καὶ σπονδὰς προήγγελε, καὶ ἐκεχειρίαν ἐπήγγελε.] *Caſaub.*

3. Σάμιοι) an ſcribendum Σάμια? Sic enim omnium ἑορτῶν nomina apud Græcos terminabantur: Auctor Herodotus Κλειῖ. Cujus tamen Κανόνα certum eſt exceptionem admittere. *Idem.*

4. ὡς ἄν τις ἐκ τῶν ἐπῶν) Hic ſuam ſententiam aperit de quæſtione, quæ olim Grammaticos miris modis torſit: de qua quid Pauſanias IV. c. ult. & poëtæ interpres ſenſerint, in promptu eſt omnibus. Diodorus Meſſeniacum Pylum non obſcure indicat patriam Neſtoris fuiſſe. Νηλεὺς, inquit, μετὰ τῶν συνακολουθησάντων παραγενόμενος εἰς Μεσσήνην πόλιν ἔκτισε Πύλον. Idem.

D

5. περὶ Σκιλλοῦντα) Σκιλλοῦς, ait Stephanus, πόλις Τριφυλιακή. *Idem.*

6. ἣν μυθεύουσι) Ovid. Metam. lib. x. ℣. 728. fabulam leviter perſtringit ---*an tibi quondam*
*Fœmineos artus in olentes vertere menthas*
*Perſephone licuit?*
Meminit & Polybius lib. VI. (Fabulam pulchris verſibus refert Oppianus, Αλιευτικῶν. Lib III. v. 485. & ſeq. ad quem locum vide Conſultiſſimum Con. Rittershuſium. *Idem.*

7. ἡδύοσμον καλ.) Plin. lib. XXIX. cap. 7. Menthæ nomen ſuavitas odoris apud Græcos mutavit, cum alioquin mintha vocaretur, unde veteres noſtri nomen declinaverunt. Vid. Dioſcor. III. c. 41. *Idem.*

8. θινώδης δὲ) Grammatici obſervant θῖνας propriè dici τοὺς ἀμμώδεις αἰγιαλοὺς, non πετρώδεις, (qui proprie dicuntur ἀκταί) quod hoc loco valde eſt obſervandum. *Idem.*

1 Πρὸς ἄρκτον δ᾽ ὅμορα ἦν τῷ Πύλῳ δύο πολίδια Τριφυλιακά, 2 Ὕπανα καὶ 3 Κτύπανσα, ὧν τὸ μὲν εἰς Ἦλιν συνῳκίσθη, τόδε δ᾽ ἔμεινε· καὶ ποταμοὶ δὲ δύο ἐγγὺς ῥέουσιν, ὅ, τε Δαλίων καὶ ὁ Ἀχέρων, ἐμβάλλοντες εἰς τὸν Ἀλφειόν. ὁ δὲ Ἀχέρων κατὰ τὴν πρὸς τὸν Ἅδην οἰκειότητα ὠνόμασται· ἐκτετίμηται γὰρ δὴ σφόδρα, τά τε τῆς Δήμητρος καὶ τῆς Κόρης ἱερὰ ἐνταῦθα, καὶ τὰ τοῦ Ἅδου· τάχα διὰ τὰς ὑπεναντιότητας, ὥς φησιν ὁ Σκήψιος Δημήτριος· καὶ γὰρ εὔκαρπός ἐστι, καὶ ἐρυσίβην γεννᾷ καὶ θρύον ἡ Τριφυλία· διόπερ ἀντὶ μεγάλης φορᾶς, πυκνὰς ἀφορίας * γενέσθαι συμβαίνει κατὰ τοὺς τόπους. Τοῦ δὲ Πύλου πρὸς νότον ἐστὶ 5 τὸ Λέπρεον. ἦν δὲ καὶ αὕτη πόλις ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐν τετταράκοντα σταδίοις· 6 μεταξὺ δὲ τοῦ Λεπρέου καὶ τοῦ 8 Ἀννίου τὸ ἱερὸν τοῦ Σαμίου Ποσειδῶνός ἐστιν, 9 ἑκατὸν σταδίους ἑκάτερον διέχον. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἱερὸν ἐν ᾧ καταληφθῆναί φησιν ὁ ποιητὴς ὑπὸ Τηλεμάχου τὴν θυσίαν συντελοῦντας τοὺς Πυλίους.

* Manuſſ. γίνεσθαι.

Ὀδ. Γ. ϒ. 4. Οἱ δὲ Πύλον, Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Ἷξον· τοὶ δ᾽ ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον,
Ταύρους παμμέλανας Ἐνοσίχθονι κυανοχαίτῃ.

P. 345. Πάρεστι μὲν γὰρ τῷ ποιητῇ καὶ πλάττειν τὰ μὴ ὄντα· ὅταν οὖν δυνατὸν ἐφαρμόττειν τοῖς οὖσι τὰ ἔπη, καὶ σώζειν τὴν διήγησιν .... 10 τὸ δ᾽ ἀπέχεσθαι προσήκει μᾶλλον .... 11 χώραν δ᾽ εἶχον εὐδαίμονα οἱ 12 Τεγεᾶται·

A ¶ Verſus ſeptentrionem duo erant Pylo contermina Triphyliæ oppida, Hypana & Ctypanſa, quorum alterum 4 in Elidem, cùm hæc conderetur, fuit aſſumptum, alterum reſtat. Meant etiam in propinquo amnes duo, Dalion & Acheron, qui in Alpheum influunt. Acheron autem nomen habet à neceſſitudine, quæ ei eſt cum Plutone. In ſumma enim ibi ſunt veneratione Cereris, Proſerpinæ, Ditiſque fana: fortaſſis ob viciſſitudines, quarum Demetrius Scepſius meminit. Cum enim ager Tryphyliæ ſit bonæ frugis ferax, tamen & rubigini obnoxius eſt, & ulvam gignit: ut ſæpe loco magnæ fertilitatis ſterilitas eveniat. B A Pylo verſus meridiem eſt Lepreum, quæ urbs fuit à mari ad XL. ſtadia. Inter Lepreum & 7 Annium eſt Samii Neptuni templum: Stadia centum utrinque diſtans. Hoc eſt illud, in quo Pylios ſacris operantes Telemachus apud Poëtam offendiſſe ſcribitur.

*Pervenere Pylum, Nelei quæ regia pulcrè*
*Condita erat. Pylii ſacris tum forte peractis*
*Mactabant nigros Neptuno in litore tauros.*

Licuit ſanè Homero etiam fingere quæ nuſquàm eſſent. quando autem licet iis, quæ ſunt, applicare ejus verſus, ac narrationem tueri ...... C tunc potiùs abſtinendum eſt. Lepreatarum ager felix fuit.

1. Πρὸς ἄρκτον δ᾽ ὅμορα ἦν τῷ Πύλῳ δύο πολίδια Τριφυλιακὰ, Ὕπανα καὶ Κτύπανσα. i. e. *Verſus ſeptentrionem contermina erant Pylo duo oppidula Triphyliaca, Hypana, & Ctypanſa*) Rectè Caſaubonus ex Stephano περὶ πολ. pro Κτύπανσα legit Τυπανέα, quæ lectio confirmatur etiam ex Polybio, apud quem poſt *Hypana* ſequitur *Typanæa*. *Pinedo in Stephan. de Urb. p. 671. n. 84.*

2. Ὕπανα) Stephanus. Ὕπανα, πόλις Τριφυλίας, ὡς Πολύβιος τετάρτῳ. Locus Polybii, quem citat Steph. hodie admodum corruptè legitur (lib. IV. p. 473. ed. Amſt.) Nam pro Ὕπανα, ſcribitur Ὑγιάνα. *Caſaub.*

3. Κτύπανσα) Stephanus docet nos legendum eſſe Τυπανέα. ſic enim ſcribit Τυπανέαι, πόλις Τριφυλίας. Apud Polybium Lib. IV. Hiſtor. ſcribitur hodie Τυμπαναία. Apud Ptolem. Τυμπάνεια. *Idem.*

4. *In Elidem*) Ἦλιν repoſui, cùm ὕλην legeretur malè, quod & interpres ſenſit. *Xyland.*

5. τὸ Λέπρεον) Sic apud Ptol. neutro genere: apud Pauſ. Lib. V c. 5. verò ὁ Λέπρεος. Vide Suidam. *Caſaub.*

6. Μεταξὺ δὲ τοῦ Λεπρέου καὶ τοῦ Ἀννίου. *Inter Lepreum & Annium*) Caſaubonus pro Ἀννίου legit Σαμικοῦ, & quidem certo certius eſt vocem Ἀννίου eſſe corruptam, ſed non poſſum aſſentiri doctiſſimo viro in voce Σαμικοῦ. Nam non poterat Poſidonium ſive Neptuni templum diſtare à Samico centum ſtadiis, quando ipſe Strabo infra pag. 347. ait Samicum illi templo inſtare: τούτῳ δὲ κορυφὴ ὑψηλὴ ἐπιπροσθεῖ τὸ Σαμικὸν, quod non poteſt dici de loco tam remoto. Itaque non dubito legendum eſſe pro Ἀννίου, Ἀνίγρου. Nam Anigrus erat fluvius per ea loca fluens, de quo poſtea plura Strabo. *Palmer.*

7. *Annium*) Nihil ſum auſus mutare. Sed profectò ex Pauſaniæ Eliacôn priore pro Ἀννίου hoc aut Samicum Pagum, aut Anigrum fluvium ſuſpicor ſubjiciendum: hoc eſt, Σαμικοῦ vel Ἀνίγρου legendum. paulo pòſt Nymphæ Anigriades nominantur, & ipſe Anigrus amnis. Ex eodem & aliis locis Λέπρεον ſine diphthongo ſcripſi. Poſt locum mutilum ſignificavi aſteriſco etſi non multa deſint, & fortaſſis nihil, ſi ἐπέχεσθαι legas ut hoc dixerit, cum attentione animi conſiderandam rem, [redacted] fabuloſum pronunciandum id quod dixit poëta. *Xyland.*

8. Ἀννίου) Lego Σαμικοῦ. *Caſaub.*

9. ἑκατὸν σταδίους ἑκάτερον διέχον) Ex libris ſcriptis hæc ſupplevimus. Lege autem ἑκατέρου. Vetus interpres agnoſcit, & vertit, *Stadia centum utrinque* D *Idem.*

10. τὸ δ᾽ ἀπέχεσθαι) Deſunt ante hæc verba, pauca quædam. Nec tamen obſcurum eſt quid ſibi voluerit. Deſunt etiam quædam ante illa, χώραν δ᾽. *Idem.*

11. Χώραν δὲ εἶχον εὐδαίμονα οἱ Τεγεᾶται. *Lepreatarum ager felix fuit*) Ad hunc locum nihil Caſaubonus, niſi *ſic legit Euſtathius*, quod indicat jam tempore Euſtathii corruptum fuiſſe hunc locum: nam ſanus eſſe non poteſt, qui ponit Tegeatas Cyparenſibus vicinos, toto fere Peloponneſi ſpatio intercedente. At Xylander legit Λεπρεᾶται, non Τεγεᾶται, quæ lectio ſine dubio melior, ut credo, genuina, ut ex inferioribus patebit, quicunque ſe attentum præbebit. *Palmer.*

12. Τεγεᾶται) niſi legas Λεπρεᾶται, quod ego feci, neceſſe fuerit valdè multa periiſſe de hoc loco. *Xyland.*

12. οἱ Τεγεᾶται) Sic legit Euſtathius. *Caſaub.*

confines his Cypariſſenſes. Utrumque Caucones tenuerunt, atque etiam Maciſtum, qui ab aliis Plataniſtus dicitur. oppidum habet idem cum regione nomen. In agro Lepreatarum monumentum quoque ajunt eſſe Cauconis, ſive is princeps illius gentis fuit, ſive alioqui cognominis. ¶ Varia de Cauconibus feruntur. Nam Arcadicam fuiſſe gentem perhibent, ut & Pelaſgos, & ſimiliter vagam. Homerus eos auxilio veniſſe Trojanis ſcribit, non autem addit unde: ibi enim nominantur Cauconiatæ quidam Mariandynorum finitimi, qui & ipſi ſunt Paphlagones. Videntur autem profecti è Paphlagonia: atque horum copioſiorem faciam mentionem, cum ad ejus loci deſcriptionem pervenero: nunc de Cauconibus in Triphylia aliqua adjiciam. Quidam totam, quæ nunc Elea dicitur, regionem à Meſſenia Dymam uſque, Cauconiam appellatam fuiſſe affirmant. itaque Antimachus incolas univerſos Epeos & Caucones nominat. Alii negant totam eos occupaſſe regionem: in duas autem partes diviſos Caucones habitaſſe, alteros in Triphylia apud Meſſeniam, alteros apud Dymen in agro Buprafio & cava Elide. Et Ariſtoteles quoque hîc potiſſimum eos ſedes habuiſſe fatetur. atque poſterior hæc ſententia magis cum verbis Homeri congruit, & prius adductam quæſtionem ſolvit. Ponitur enim, Neſtorem Pylum Triphyliæ inhabitaſſe, & quæ verſus meridiem atque orientem ſpectant: nimirum jam ad Meſſeniam tendentia & Laconicam ſubſequuntur, quæ Caucones incolerent. itaque iter Pylo Spartam facturus neceſſe fuit ut per Caucones iret. jam fanum Neptuni Samii, & navium ibi ſtatio, in quam Telemachus ſubiit, verſus occaſum & ſeptentrionem ſpectant. Quod ſi ibi tantùm Caucones habitaſſent, narratio poëtæ non conſtaret. Præcipit enim Minerva Neſtori 6 (ſecundum Sotadem) ut Telemachum cum vehiculo & filio ſuo Spartam mittat, verſus orientem:

A τούτοις δ' ὅμοροι 1 Κυπαρισσεῖς· ἄμφω δὲ τὰ χωρία ταῦτα Καύκωνες κατεῖχον· καὶ τὸ 2 Μάκιστον δὲ, ὃν τινες Πλατανιστοῦντα καλοῦσιν. Ὁμώνυμον τῇ χώρᾳ δ' ἐστὶ τὸ πόλισμα. 3 Φασὶ δ' ἐν τῇ Λεπρεάτιδι καὶ Καύκωνος εἶναι μνῆμα, εἴτ' ἀρχηγέτου τινὸς, εἴτ' ἄλλως ὁμωνύμου τῷ ἔθνει. Πλείους δ' εἰσὶ λόγοι περὶ τῶν Καυκώνων. καὶ γὰρ Ἀρκαδικὸν ἔθνος φασὶ καθάπερ τὸ Πελασγικὸν, καὶ πλανητικὸν ἄλλως, ὥσπερ ἐκεῖνο. Ἱστορεῖ γοῦν ὁ ποιητὴς καὶ τοῖς Τρωσὶν ἀφιγμένους συμμάχους· πόθεν δ' οὐ λέγει· δοκοῦσι δ' ἐκ Παφλαγονίας. ἐκεῖ γὰρ ὀνομάζουσι 4 Καυκωνιάτας τινὰς Μαριανδυνοῖς ὁμόρους, οἳ καὶ αὐτοὶ B Παφλαγόνες εἰσί· μνησθησόμεθα δ' αὐτῶν ἐπιπλέον, ὅταν εἰς ἐκεῖνον περιστῇ τὸν τόπον ἡ γραφή· νυνὶ δὲ περὶ τῶν ἐν Τριφυλίᾳ Καυκώνων ἔτι καὶ ταῦτα προσιστορητέον. Οἱ μὲν γὰρ καὶ ὅλην τὴν νῦν Ἠλείαν, ἀπὸ Μεσσηνίας μέχρι Δύμης, Καυκωνίαν λεχθῆναι φασίν· Ἀντίμαχος οὖν Ἐπειοὺς καὶ Καύκωνας ἅπαντας προσαγορεύει· τινὲς δὲ, ὅλην μὲν μὴ κατασχεῖν αὐτοὺς, δίχα δὲ μεμερισμένους οἰκεῖν, τοὺς μὲν πρὸς τῇ Μεσσηνίᾳ κατὰ τὴν Τριφυλίαν, τοὺς δὲ πρὸς τῇ Δύμῃ κατὰ τὴν Βουπρασίδα, καὶ τὴν κοίλην Ἦλιν. Ἀριστοτέλης δ' ἐνταῦθα μάλιστα οἶδεν ἱδρυμένους αὐτούς· καὶ δὴ τοῖς ὑφ' Ὁμήρου λεγομένοις C ὁμολογεῖ μᾶλλον ἡ ὑστέρα ἀπόφασις· τό, τε ζητούμενον πρότερον, λαμβάνει λύσιν. Ὁ μὲν γὰρ Νέστωρ ὑπόκειται τὸν Τριφυλιακὸν οἰκῶν Πύλον, τά τε πρὸς νότον καὶ τὰ ἑωθινά· ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ συγκυροῦντα πρὸς τὴν Μεσσηνίαν καὶ τὴν Λακωνικὴν, 5 ἃ ὑπ' ἐκείνῳ τε ἐστίν. ἔχουσι δ' οἱ Καύκωνες, ὥστε τοῖς ἀπὸ Πύλου βαδίζουσιν εἰς * Λακεδαιμονίαν, ἀνάγκη διὰ τῶν Καυκώνων εἶναι ὁδόν· τὸ δ' ἱερὸν τοῦ Σαμίου Ποσειδῶνος, καὶ ὁ κατ' αὐτὸ ὅρμος, εἰς ὃν κατήχθη Τηλέμαχος, πρὸς δύσιν καὶ πρὸς ἄρκτον * ἀπονεύει. Εἰ μὲν τοίνυν οἱ Καύκωνες ἐνταῦθα μόνον οἰκοῦσιν, οὐ σώζεται τῷ ποιητῇ ὁ λόγος. κελεύει D γὰρ ἡ μὲν Ἀθηνᾶς 7 κατὰ τὸν Σωτάδην τῷ Νέστορι, τὸν μὲν Τηλέμαχον εἰς τὴν Λακεδαίμονα πέμψαι σὺν δίφρῳ τε καὶ υἱῷ, εἰς τὰ πρὸς ἕω μέρη.

Iliad. ν. 328.

* Scripti Λακεδαίμονα,

* Manuſſ. αὐτῷ νεύει.

1. Κυπαρισσεῖς) quorum urbs Κυπαρισσαία videtur appellata. Sic enim Stephanus, Κυπαρισσαία, πόλις τῆς Τριφυλίας, ἥτις Ἐραννα ἐκαλεῖτο. τὸ ἐθνικὸν Κυπαρισσεύς. *Caſaub.*

2. Μάκιστον) Vide Steph. *Idem.*

3. Φασὶ δ' ἐν) Pauſanias quoque hoc teſtatur Ἠλιακ. prim. (v. c. 5.) *Idem.*

4. Καυκωνιάτας) Libro XII. ubi ex profeſſo de his agit, Cauconas vocat: ſed ita hîc Euſtathius quoque legit. *Idem.*

5. ἃ ὑπ' ἐκ.) Hæc verba omiſit Xylander. Eſt autem ſententia hujus loci, Pylum Triphyliacum cum adjacente tractu & πρὸς νότον & πρὸς ἕω, à Neſtore fuiſſe poſſeſſum, & ei paruiſſe: habitaſſe autem in hoc tractu Cauconas, per quorum agrum neceſſe fuerit tranſire ei, qui Pylo Spartam ire velit. Pro τὲ malim μέν. *Idem.*

6. *ſecundum Sotadem*) Κατὰ τὸν Σωτάδην. verba mihi valdè ſuſpecta, & ab interprete omnino prætenta, non video qui hîc Sotades citetur? *Xyland.*

7. κατὰ τὸν Σωτάδην) Sequor veterem interpretem & hæc verba prorſus cenſeo inducenda. Cur enim Sotadem auctorem laudaret, cum ex Homero iſta referantur? Viderit tamen acutus lector, an ita hæc verba poſſint accipi, ut intelligamus Sotadem priùs hanc tractaſſe quæſtionem. *Caſaub.*

αὐτὴ δ' ἐπὶ ναῦν βαδιεῖσθαι, νυκτερεύσουσα φη- A
σὶν ἐπὶ τὴν δύσιν, καὶ εἰς τοὐπίσω·

— αὐτὰρ ἠῶθεν μετὰ Καύκωνας μεγαθύμους

* Scripti εἰς τοὔπισθεν. πορεύεσθαι ἐπὶ τὸ χρέος πάλιν * εἰς τοὔμπρο-
σθεν. Τίς οὖν ὁ τρόπος; παρῆν γὰρ τῷ Νέ-
p. 346. στορι λέγειν· ἀλλ' οἵ γε Καύκωνες * ὑπ' ἐμοὶ
* Scripti παρ' ἐμοὶ εἰσὶ, καὶ περὶ ὁδοῦ τοῖς εἰς Λακεδαίμονα βαδί-
ζουσιν. ὥστε τί οὐ συνοδεύεις τοῖς περὶ Τηλέμα-
χον, ἀλλ' ἀναχωρεῖς εἰς τοὐπίσω; ἅμα δ' οἰ-
* Vulgò κομιδῇ, κεῖον ἦν τῷ βαδίζοντι ἐπὶ χρέους * κομιδὴν,
οὐκ ὀλίγου, ὥς φησὶ, πρὸς ἀνθρώπους ὑπὸ
τῷ Νέστορι ὄντας, αἰτήσασθαί τινα παρ' αὐτοῦ
βοήθειαν, εἴ τι ἀγνωμονοῖτο, (ὥσπερ εἴωθε)
περὶ τὸ συμβόλαιον· οὐ γέγονε δὲ τοῦτο. Εἰ μὲν B
τοίνυν ἐνταῦθα μόνον οἰκοῖεν οἱ Καύκωνες, ταῦτ'
ἂν συμβαίνοι τὰ ἄτοπα· μεμερισμένων δέ τινων
* Scripti Δύμη καὶ εἰς τοὺς πρὸς * Δύμην τόπους τῆς Ἠλείας,
* Scripti ἔφοδον ἐκεῖσε ἂν εἴη λέγουσα τὴν * ἄφοδον ἡ Ἀθηνᾶ·
καὶ οὐκ ἂν ἔτι οὔθ' ἡ εἰς τὴν ναῦν κατάβασις
ἔχοι τι [1] ἀπεμφαῖνον, οὔθ' ὁ τῆς συνοδίας ἀπο-
σπασμὸς, εἰς τἀναντία τῆς ὁδοῦ οὔσης. Παρα-
πλησίως δ' ἂν καὶ τὰ περὶ τοῦ Πύλου δια-
πορούμενα τύχοι τῆς προσηκούσης διαίτης,
* Scripti ἐπελθοῦσι * ἐπελθούσης μικρὸν ἔτι [2] τῆς χωρογραφίας μέ-
χρι τοῦ Πύλου τοῦ Μεσσηνιακοῦ. Καὶ * [3] Πα-
* Lego, Παρωρεᾶται ρονάται δέ τινες ἐλέγοντο εἶναι * ἐν τῇ ὀρφνῇ τῆς
Τριφυλίας κατέχοντες ὄρη, περὶ τὸ Λέπρεον C
* ſcripti, τῶν ἐν τῇ Τριφυλίᾳ. καὶ τὸ Μάκιστον καθήκοντα ἐπὶ θάλασσαν *
πλησίον τοῦ Σαμιακοῦ Ποσειδίου. Ὑπὸ τούτοις
* Manuſſ. μέχρι πλησίον. ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ δύο ἄντρα, τὸ μὲν νυμ-
φῶν Ἀνιγριάδων, τὸ δὲ ἐν ᾧ τὰ περὶ τὰς Ἀτ-
* ſcripti ὑφ' οἷς λαντίδας, καὶ τὴν [4] Δαρδάνου γένεσιν· ἐνταῦ-
* Xyland. legit, Διωναῖον, καὶ τὸ Ευρυδίκειον. θα δὲ καὶ [6] τὰ ἄλση, τό, τε * Ἰωναῖον καὶ τὸ
Εὐρυκίδειον. Τὸ μὲν οὖν Σαμικόν ἐστιν ἔρυμα·
πρότερον δὲ καὶ πόλις Σάμος προσαγορευο-
μένη διὰ τὸ ὕψος ἴσως, ἐπειδὴ [7] σάμους ἐκά-
λουν τὰ ὕψη· τάχα δὲ καὶ τῆς Ἀρήνης ἀκρό-
πολις ἦν τοῦτο, ἧς ἐν τῷ καταλόγῳ μέμνηται
ὁ ποιητής·

Iliad. β. 591. Οἱ δὲ Πύλον ἐνέμοντο καὶ Ἀρήνην ἐρατει- D
νήν.

ipſa autem verſus occaſum ait ſe retrò ad navim redire velle in præſentia: prima autem luce ad Caucones profecturam ante ſe ſitos. Quo autem hæc pacto congruunt? poterat enim Neſtor dicere: mihi ſubſunt Caucones & in via ſunt Spartam eunti. Cur ita non comitaris Telemachum, ſed retrorſum abis? quin & hoc conveniebat, ut debiti non exigui, ut ajebat, cauſa exigendi ad eos proficiſcens, qui parebant Neſtori, ab hoc auxilium aliquod poſceret, ſi fortaſſe (uti adſolet fieri) pactis contractus illi non ſtarent, atqui id non fecit. Ergo ſi tantùm ibi degebant Caucones, hæc abſurda eveniunt. Si verò diviſi fuerunt, itaque eorum nonnulli in Elea ditione verſus Dymen incoluerunt, eò profecturam ſe dixerit Minerva: jamque neque reditus ad navim abſonum quicquam habebit, neque à comitatu Telemachi avulſio, itinere in diverſam inſtituto partem. Eodem modo & quæ de Pylo dubia oboriebantur, commodè diſcutientur, ubi deſcriptione locorum ad Pylum uſque Meſſeniacum pervenerimus.

¶ Porrò Paronatæ quoque in Triphylia fuiſſe feruntur, montium incolæ qui circa Lepreum ſunt & Maciſtum, atque ad mare pertingunt prope fanum Samiacum Neptuni. ¶ Infra hos in ora maritima ſpecus ſunt duo ſive antra, unum nympharum Anigriadum, alterum in quo Atlantidum res, & Dardani genituram eveniſſe fabulantur. [5] Luci quoque ibi ſunt Diones unus, alter Eurydices. Samicum verò caſtellum fuit, & antè urbs quoque: ſic fortaſſis ob altitudinem dicta. Sublimia enim *σάμοι* Græcè appellantur. ac fortaſſis fuit Arenes arx, cujus urbis in recenſione navium meminit Homerus:

*Quique Pylum tenuerunt, Arenam vel amœnam.*

1. *ἀπεμφαῖνον*) Straboni *τὸ ἀπεμφαῖνον* eſt, quod abſurditatis ſpeciem habet: Sic libro x. *ἔχει μὲν οὖν ἀπεμφάσεις τοιαύτας ἡ φράσις.* *Caſaub.*

2. *τῆς χωρογραφίας*) Etiam hîc chorographiam accipit *ἀντὶ περιηγήσεως* & *γεωγραφίας*, contra Ptolemæi ſententiam, ut diximus lib. pr. *Idem.*

3. *Παρονάται*) Lego *Παρωρεᾶται*. Paroreatas enim in iſto tractu reperio, nullos Paronatas. Herodotus, Melpomene (IV. c. 148.) *εἰ γὰρ πλεῦνες αὐτῶν ἐτράποντο ἐς τοὺς Παρωρεάτας καὶ Καύκωνας.* *plerique enim ex ipſis ad Paroreatas Cauconeſque diverterent.* Pauſanias VIII. cap. 27. & Stephanus hanc urbem Arcadiæ aſcribunt, quod in multis aliis obſervabis. *Idem.*

4. *Δαρδάνου γέν.*) Atqui Dardanum in Samothracia natum volunt alii, unde Samothrace ipſa dicta eſt Dardania. *Idem.*

5. *Luci quoque*) *Ἄλπη* legitur. quod alpes vertit Guarinus. Ego autem ſic lego *ἄλση τό, τε Διωναῖον, καὶ τὸ Εὐρυδίκειον.* Dione ſatis nota eſt, ut conjectura non poſſit videri nimis audax. Euridice autem filia fuit Endymionis. Unde initium *α.* *ἠλιακῶν* Pauſaniæ. Cæterùm *ει* ante *ἐν τῷ καταλόγῳ* abundabat. Paulò poſt *ἔργου αὐτῶν* pro *ἀργοναυτῶν* malè fuit ſcriptum, quod & interpres ſenſit. *Xyland.* Exſtat Pauſaniæ locus Lib. v. c. 1. pag. 375. ed. Kuhnii verum illic non *Euridice*, ſed *Eurycyde* legitur.

6. *τὰ ἄλση*) Fœliciſſimè hunc locum emendavit Xylander: ei igitur aſſentior, ac lego, *τὰ ἄλση, τό, τε Διωναῖον, καὶ τὸ Ευρυκύδειον.* *Caſaub.*

7. *σάμους ἐκάλουν τὰ ὕψη*) iterum hoc docet libro x. p. 457. *Idem.*

I. οὐδα-

A Cùm enim Arenam nuſquàm inveniant, ibi maximè fuiſſe eam conjiciunt, ubi etiam allabens Anigrus fluvius, olim Minyjus vocatus, in mare exit: ſignum rei non leve. Sic enim ait Homerus,

*Et quidam fluvius Minyejus in mare currens,*
*Arenen propter.* --

Nam ad antrum Anigriadum Nympharum fons eſt, qui ſubjectum locum paluſtrem facit ac typhis abundantem. aquæ maximam partem excipit Anigrus fluvius profundus atque ſupinus, ita ut etiam ſtagnet. Et locus cum ſit arenoſus, profundam ripam xx. ſtadiorum longitudine porrigit, piſceſque eſui incommodos facit. B Fabulantur quidam id fieri ideò, quòd nonnulli Centaurorum ab Hercule vulneratorum ibi hydræ venenum abluerint: alii, quòd Melampus ad luſtrandas Prœtides ea fuerit aqua uſus. Lavacrum ejus aquæ alphos, vitiligines albas, & impetigines ſanat. quin & Alpheum à ſanatione alphorum ſic nominatum ſunt qui aſſerant. Quoniam verò antri ſupinitas, ac à mari reliſio aquam ſtabilem potiùs quàm fluidam reddunt, fluvium primò Minyejum dictum autumant, quæ vox deinde in Minteium degeneraverit. Sed vocis ratio etiam aliunde peti poteſt, ut nimirum nomen hoc acceperit à Minyis, qui C ab Orchomeno Minyejo cum Chloride

[1] Οὐδαμοῦ γὰρ σαφῶς δεικνύντες, ἐνταῦθα μάλιστα εἰκάζουσι τὴν Ἀρήνην, ὅπου καὶ ὁ παρακείμενος Ἀνιγρὸς ποταμὸς, καλούμενος πρότερον Μινυήϊος, ἐκδίδωσιν, οὐ μικρὸν σημεῖον· λέγει γὰρ ὁ ποιητής·

Ἔστι δέ τις ποταμὸς Μινυήϊος εἰς ἅλα βάλλων, Iliad. λ. 721.
Ἐγγύθεν Ἀρήνης. --

Πρὸς γὰρ δὴ τῷ ἄντρῳ τῶν [2] Ἀνιγριάδων νυμφῶν, ἐστὶ πηγὴ, ὑφ' ἧς ἕλειον καὶ [3] τυφῶδες τὸ ὑποπίπτον γίνεται χωρίον· ὑποδέχεται δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ ὕδατος ὁ Ἀνιγρὸς βαθὺς, καὶ ὕπτιος ὢν, ὥστε λιμνάζειν· θινώδης δ' ὢν ὁ τόπος, ἐξ εἴκοσι σταδίων [4] βαθεῖαν ὄχθην παρέχει, καὶ τοὺς ἰχθύας ἀβρώτους ποιεῖ· μυθεύουσι δ', οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ τῶν τετρωμένων Κενταύρων τινὰς ἐνταῦθ' ἀπονίψασθαι τὸν ἐκ τῆς ὕδρας ἰόν· οἱ δ' ἀπὸ τοῦ Μελάμποδα τοῖς ὕδασι τούτοις * χρήσασθαι πρὸς τὸν τῶν Προιτίδων καθαρμόν· ἀλφοὺς δὲ καὶ λεύκας καὶ λειχῆνας ἰᾶται τὸ ἐντεῦθεν λουτρόν· φασὶ δὲ καὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἀλφῶν θεραπείας οὕτω παρωνομάσθαι. Ἐπεὶ οὖν ἥτε ὑπτιότης τοῦ ἄντρου καὶ αἱ ἀνακοπαὶ τῆς θαλάσσης μονὴν μᾶλλον, ἢ * ῥεῦσιν παρέχουσι τοῖς ὕδασι, [5] Μινυήϊον φασὶν εἰρῆσθαι πρότερον· παραστρέψαι δέ τινας τοὔνομα, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ποιῆσαι Μιντήϊον· ἔχει δ' ἡ ἐτυμότης καὶ ἄλλας ἀφορμάς· [6] εἴτ' [7] ἀπὸ τῶν μετὰ Χλωρίδος

* Manuſſ. καθαρσίοις χρήσασθαι p. 347.

* Scripti ῥύσιν

1. οὐδαμοῦ γὰρ) Aliter alii veteres Critici judicavere. Nam ex Piſandro refert interpres Apollonii, *Arnen* cujus poëta meminit, eam eſſe quæ poſtea appellata eſt *Erana*; non procul Pylo Neſtoris patria: quod tamen Straboni non placet. Rectè meo judicio Stephanus duas fuiſſe iſto nomine ſcribit: alteram in Meſſenia, alteram in Triphylia. *Caſaub.*

2. Νυμφῶν Ἀνιγριάδων) Pauſanias, Ἠλιακ. primo (Lib. v. cap. 5.) ἔστι δὲ ἐν τῷ Σαμικῷ σπήλαιον οὐκ ἄποθεν τοῦ ποταμοῦ, καλούμενον Ἀνιγρίδων Νυμφῶν. i. e. *In Samico non longe a flumine antrum eſt, Anigridum Nympharum incolæ appellant.* Deinde (l. c.) ſubjicit, de ejus vi mirabili ſanandi omnes, qui ingrediantur, habentes ἀλφὸν, ἢ λευκὴν, ſeu vitiliginem. *Idem.*

3. τυφῶδες) Scribe τιφῶδες. Nam τῖφος eſt τόπος καθυγρὸς, & ἕλος. *Idem.*

4. βαθεῖαν ὄχθην) Obſcurus locus mihi quidem, opinor & aliis. Nam quid eſt præbere ripam altam viginti ſtadia? Deinde quid hoc ad ea quæ ſequuntur? An ideo piſces erunt ἄβρωτοι? Profectò quoquo te vertas, vix eſt ut commodam huic loco interpretationem adhibere poſſis. Ego verò puto legendum βαρεῖαν ὀσμὴν παρέχει: quæ, niſi vehementiſſimè fallor, vera lectio eſt. Ait igitur Strabo, Anigrum fluvium latius fundentem ſe, & ſtagnantem, cœnoſum eſſe, & gravem emittere odorem, qui etiam à xx. ſtadiis percipi queat, unde fit ut piſces, qui ibi naſcuntur, ſint ἄβρωτοι. Judicent viri eruditi, quanto præſtet hæc ſententia ei, quæ è vulgari lectione elicitur. Confirmantur autem hæc Pauſaniæ (Lib. v. c. 5. pag. 386.) verbis, de eodem Anigro, παρέχεται δὲ εὐθὺς ἀπὸ τῶν πηγῶν ὕδωρ οὐκ εὐῶδες, ἀλλὰ καὶ δυσοσμὸν δεινῶς· πρὶν δὲ ἢ καταδέξασθαι τὸν Ἀκίδαντα καλούμενον δῆλός ἐστιν οὐδὲ ἀρχὴν τρέφων ἰχθῦς· μετὰ δὲ τοῦτον ἐσβαλόντα τῶν ἰχθύων ὁμοῦ τῷ ὕδατι αὐτοῦ κατίασιν ἐς τὸν Ἀνίγρον, οὐ σφᾶς ἔτι ἐδωδίμους ἔχουσιν ἄνθρωποι. i. e. *ac ſtatim à fonte graviter olentem aquam mittit; quæ priuſquam flumen aliud, Acidantem nomine, accipiat, manifeſtum eſt ne piſces quidem in ea ali. Quin & quos ipſe Acidas influens importat, eſculentos eſſe negant, quum tamen antequam in Anigrum ipſum innatent, ad cibum expetantur.* Cauſas fœtoris eaſdem habes apud Pauſaniam. *Idem.* Ad hunc Pauſaniæ locum doctiſſimus Kuhnius tuetur receptam Strabonis lectionem, & notam marginalem fruſtra eam in βαρεῖαν ὀσμὴν mutare Pauſaniæ verbis affirmat.

5. Μινυήϊον) Hîc profectò nimis eſt Stoicus Strabo, dum vult ἀπὸ τῆς μονῆς Μινήϊον eſſe appellatum. D Quid enim ματαιολογεῖν eſt, ſi hoc non eſt? *Idem.*

6. εἴτ' ἀπὸ τῶν) Aliam affert nominis rationem: ut dictus ſit fluvius Minyejus, à Minyis. Deinde quomodo id fieri potuerit, duobus modis explicat: vel enim ſic eſt nominatus ab iis Minyis, qui Chloridem Nelei uxorem ſunt comitati: vel ab iis qui è Lemno, cum pulſi fuiſſent, Lacedæmonem venere, unde mox coacti fugere, Triphyliæ agrum occuparunt, ubi hic amnis. Prior hiſtoria eſt apud Pauſaniam in Bœoticis (Lib. ix. c. 36.) poſterior eleganter deſcribitur ab Herodoto Melpomene (Lib. iv. c. 146.) Strabo videtur duas hiſtorias confuſè ſatis narrare. *Idem.*

7. Ἀπὸ τῶν μετὰ Χλωρίδος τῆς Νέστορος μητρὸς ἐλθόντων ἐξ Ὀρχομένου τοῦ Μινυείου ἐλθόντων Μινυῶν, οἳ τῶν Ἀργοναυτῶν ἀπόγονοι ὄντες, ἐκ Λήμνου μὲν εἰς Λακεδαίμονα ἐξέπεσον, ἐντεῦθεν δὲ εἰς Τριφυλίαν, καὶ ᾤκησαν περὶ τὴν Ἀρήνην ἐν τῇ χώρᾳ τῇ νῦν Ὑπαισίᾳ καλουμένῃ. *A Minyis, qui ab Orchomeno Minyeio*

τῆς Νέστορος * μητρὸς ἐλθόντων ἐξ Ὀρχομενοῦ τοῦ A Μινυείου ἐλθόντων Μινυῶν, οἱ τῶν Ἀργοναυτῶν ἀπόγονοι ὄντες, ἐκ Λήμνου μὲν εἰς Λακεδαίμονα ἐξέπεσον· ἐντεῦθεν δ' εἰς Τριφυλίαν, καὶ ᾤκησαν περὶ τὴν Ἀρήνην ἐν τῇ χώρᾳ τῇ νῦν 2 Ὑπαισίᾳ καλουμένῃ, οὐκ ἐχούσῃ οὐκέτι τὰ τῶν Μινυῶν κτίσματα· ὧν τινὲς μετὰ Θήρα τοῦ Αὐτεσίωνος (ἦν δ' οὗτος τοῦ Πολυνείκους ἀπόγονος) πλεύσαντες εἰς τὴν μεταξὺ Κυρηναίας, καὶ τῆς Κρήτης νῆσον,

Καλλίστην τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρην

ὥς φησι Καλλίμαχος, ἔκτισαν τὴν μητρόπολιν τῆς Κυρήνης Θήραν, ὁμώνυμον δ' ἀπέδειξαν τῇ πόλει καὶ τὴν νῆσον. B Μεταξὺ δ' Ἀνίγρου καὶ τοῦ ὄρους * ἀφ' οὗ 4 ὁ Ιαρδάνης ῥεῖ, λειμὼν δείκνυται καὶ τάφος ἐπιφανής, καὶ Ἀχαιαὶ πέτραι ἀπότομοι τοῦ αὐτοῦ ὄρους, ὑπὲρ ὧν ἡ Σάμος, ὡς ἔφαμεν, γέγονε πόλις. ἡ δὴ οὐ πάνυ ὑπὸ τῶν τοὺς περίπλους γραψάντων μνημονεύεται· τάχα μὲν διὰ τὸ πάλαι κατεσπάσθαι, τάχα δὲ καὶ διὰ τὴν θέσιν, ὅτι ἐν ἀφανεῖ κεῖται· τὸ δὲ Ποσείδιον ἄλσος ἐστὶν ὡς εἴρηται, πρὸς τῇ θαλάττῃ. * τούτῳ δὲ κορυφὴ ὑψηλὴ ἐπίκειται τὸ Σαμικόν· οὕτω γὰρ νῦν καλεῖται, ὅπου ἡ Σάμος ἦν, ὥστε ἐκ θαλάττης μὴ ὁρᾶσθαι· ἐνταῦθα δὲ πεδίον ἐστὶ Σαμικὸν ὀνομαζόμενον· ἐξ οὗ δὴ καὶ μάλιστα ἄν τις C τεκμαίροιτο πόλιν ὑπάρξαι ποτὲ Σάμον· 5 ἔστι δὲ καὶ Ῥαδινή, εἰς ἣν Στησίχορος τὸ ποίημα γεγραφέναι δοκεῖ, οὗ ἡ ἀρχή·

Ἄγε Μοῦσα λιγεῖα ἄρξον ἀοιδᾶς ἐρατῶν
Ὕμνους Σαμίων περὶ παίδων
Ἐρατᾷ φθεγγομένα λύρᾳ,

* Restituimus hunc locum è vet. lib.

* Manuſſ. ἐξ οὗ ῥεῖ ὁ τοῦ Ιαρδάνου λειμὼν δείκνυται καὶ ἠρίον καὶ Ἀχαιαί· εἰσὶ δὲ πέτραι.

* In vett. lib. mira eſt hoc loco γραφῆς varietas.

A 1 Neſtoris matre venerunt. Hi enim cum eſſent Argonautarum poſteri, Lemno expulſi Lacedæmonem, indeque in Triphyliam venerunt, habitaverunt circa Arenam in ea regione, quæ nunc Hypæſia dicitur, neque à Minyeis condita etiamnum retinet. Horum Minyarum nonnulli cum Thera 3 Auteſionis F. (qui fuit ex poſteritate Polynicis) navigaverunt ad inſulam, quæ inter Cyrenaicam & Cretam jacet:

*Calliſte quondam, ſed poſtmodo nomine Thera,*

ut ait Callimachus, condiderunt Theram Cyrenes urbem primariam, idemque etiam inſulæ nomen indiderunt. B ¶ Inter Anigrum porrò & montem, ex quo Iardanus effluit, pratum oſtenditur, & ſepulchrum inſigne, & Achæa ſaxa montis ejus prærupta, ſuper quæ fuit, uti diximus, Samus urbs, cujus nullam ferè mentionem faciunt qui circumnavigationes deſcripſerunt, ſive quòd jampridem excisa fuit, ſive quod obſcuro in loco ſita eſt. Poſideum porrò, *id eſt Neptunium*, lucus ad mare eſt, cui Samicum occurrit, montis vertex celſus, ut quidem hodie vocatur, ubi Samus fuit, ita ut è mari cerni non potuerit. ibidemque campus eſt Samicus. C unde maximè conjecerit quiſpiam urbem olim fuiſſe Samum. Eſt & Rhadina, in quam carmen videtur condidiſſe Steſichorus, quod ſic incipit:

*Age Muſa arguta, præcine carmen*
*In laudem Samiorum puerorum*
*Dulciſona reſonans lyra.*

*nyeio cum Chloride Neſtoris matre venerunt: hi enim cum eſſent Argonautarum poſteri, Lemno expulſi Lacedæmonem, indeque in Triphyliam venerunt, habitaverunt circa Arenam in ea regione, quæ nunc Hypæſia dicitur* ) Hunc locum olim aliter ſcriptum ait ſe reſtituiſſe doctus Caſaubonus, ſed in integram ſanitatem eum non reſtituit, adhuc enim male ſe habet: nam τὸ ἐλθόντων male repetitum eſt, & impoſſile eſt comites Chloridis fuiſſe Argonautarum poſteros. Error credo non eſt Caſauboni, ſed typographicus. Legerem: τῆς Νέστορος μητρὸς ἢ ἐξ Ὀρχομένου, ſic ſenſus aliquantum lucidior. Cæterum Herodotus lib. IV. Minyas ait migraſſe Lacedæmone εἰς Παρωρεάτας καὶ Καύκωνας, & de Cauconibus quidem nulla eſt dubitandi ratio, nam in ea regione habitabant, quæ poſtea dicta eſt Triphylia, ſed de Paroreatis illis nulla mentio fit apud alios Geographos. Ipſe Strabo infra pag. 346. Παρονάτας nominat, quam vocem corrigunt, & mutant in Παρωρεάτας, melius: forte id fuit nomen commune omnibus, qui montium viciniam accolebant, ideo id nomen conveniebat Cauconibus iis, qui Lycæi montis πρόποδας habitabant. Quod autem ad vocem Ὑπαισία, vel hic legendum Αἰπασία, vel infra pag. ſequenti legendum erit πεδίον τὸ Ὑπαίσιον. *Palmer.*

1. *Neſtoris matre* ) Μητρὸς in Græco videtur excidiſſe. Eſt quidem apud Euſtathium hæc adducentem in Iliad. λ. 721. *Xyland.*

2. Ὑπαισία ) An eſt alia ab Hypana Triphyliaca, jam antè nominata? An hîc quoque ſic eſt ſcribendum? *Caſaub.*

3. *Auteſionis* ) Αὐτεσίωνος ſcripſi, pro Ἀντ. nam & alibi ſic legere me hoc nomen videor meminiſſe, & Apollodorum ſi legas libro bibliothecæ ſecundo c. 8. facilè meam emendationem laudabis. Porrò Callimachi de Thera inſula ſive Calliſta verſum uno expuncto reſtitui: & junioris Callimachi fuiſſe puto, de quo meminit Suidas. *Xyland.*

4. ὁ Ιαρδάνης ) Aliis Ιάρδανος. *Caſaub.*

4. Ἰαρδάνης ) fortè, Ἰάρδανος legendum. de Achæis ſaxis dubito. *Xyland.*

5. ἔστι δὲ καὶ Ῥαδινή ) Torſit me diu hic locus. Nam neque Rhadinam urbem uſquam reperio: neque video quomodo hymnus, quem profitetur ipſe poëta eſſe Σαμίων περὶ παίδων dici queat in Rhadinam urbem confectus. Adde quod hymnus ille Steſichori, ut ex ſequentibus liquet, nihil aliud fuit quam epithalamium Rhadinæ, Corinthi tyranno nubentis. Hæc cum ita ſint, exiſtimo legendum eſſe ἐνθένδε ἦν καὶ Ῥαδινὴ εἰς ἣν Στησίχορος. ἐνθένδε, hoc eſt, Samo: ideo ait Steſich. Σαμίων περὶ παίδων. Sic erunt omnia planiſſima, quæ nunc Oedipo opus habent. *Caſaub.*

1. ζεφύ-

hinc nimirum fuiſſe ait eos pueros. Radinam enim Corinthi tyranno nuptum traditam à Samo navigaſſe ait flante Favonio, quod accipi de Ioniæ Samo non poteſt: eodemque vento fratrem ejus, qui legationis princeps erat, Delphos navigaſſe: & ſobrinum Radinæ, quam deperibat, curru ad eum Corinthum iviſſe, fuiſſeque unà cum ea à tyranno interfectum, & cadavera eorum currui impoſita exportari juſſa, pòſt ab eo factum mutante revocata atque humata. ¶ Ab hac Pylo & Lepreo cccc. circiter ſtadiis diſtat Pylus Meſſeniæ, & Coryphaſium ad mare ſita caſtella, & Sphagia adjacens inſula ab Alpheo IϽ CCL. à Chelonata CIϽ XXX. Eo in intervallo Maciſti Herculis templum eſt, & Acidon fluvius præterfluit Jardani ſepulchrum & Chaam, quæ urbs quondam vicina fuit Lepreo, ubi & campus Æpaſitus eſt. De hac Chaa ſunt qui inter Arcades & Pylios fuiſſe bellum dicant, quod Homerus recenſet, putantque ibi neque Celadontem amnem neque Phiam urbem, ſed pro hac Chaam eſſe legendum. Eum enim locum Jardani ſepulchro, & Arcadibus eſſe quàm illum propinquiorem. ¶ Porrò in ora Triphyliæ maritima ſunt Cypariſſina, & Pyrgi, & Acidon ac Neda fluvii. 6 Atque nunc quidem Triphyliam à Meſſenia diſtinguit amnis Neda copioſus è Lycæo Arcadiæ monte defluens,

A Ἐντεῦθεν λέγει τοὺς παῖδας· ἐκδοθεῖσαν γὰρ τὴν Ῥαδίνην εἰς Κόρινθον τυράννῳ φησὶν ἐκ τῆς Σάμου πλεῦσαι, πνέοντος [1] ζεφύρου, οὐδήπουθεν τῆς Ἰωνικῆς Σάμου. τῷ δ᾽ αὐτῷ ἀνέμῳ καὶ ἀρχιθέωρον εἰς Δελφοὺς ὄντα ἀδελφὸν αὐτῆς ἐλθεῖν· καὶ τὸν ἀνεψιὸν ἐρῶντα αὐτῆς ἅρματι εἰς Κόρινθον ἐξορμῆσαι παρ᾽ αὐτήν· ὅ, τε τύραννος κτείνας ἀμφοτέρους, ἅρματι ἀποπέμπει τὰ σώματα, μεταγνοὺς δ᾽ ἀνακαλεῖ καὶ θάπτει. Ἀπὸ δὲ τοῦ Πύλου τούτου, καὶ τοῦ Λεπρέου, τετρακοσίων που σταδίων ἐστὶ διάστημα, ἐπὶ τὸν Μεσσηνιακὴν Πύλον καὶ τὸ Κορυφάσιον, ἐπὶ θαλάττῃ κείμενα φρούρια, [2] καὶ τὴν παρακειμένην Σφαγίαν νῆσον. ἀπὸ δὲ Ἀλφειοῦ ἑπτακοσίων πεντήκοντα· ἀπὸ δὲ τοῦ Χελωνάτα χιλίων τριάκοντα. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τό, τε τοῦ Μακίστου Ἡρακλέους ἱερόν ἐστι, καὶ [3] ὁ Ἀκίδων ποταμὸς ῥεῖ παρὰ τάφον Ἰαρδάνου καὶ Χάαν πόλιν ποτὲ ὑπάρξασαν πλησίον Λεπρέου, ὅπου καὶ τὸ πεδίον τὸ Αἰπάσιον· περὶ ταύτης δὲ τῆς Χάας γενέσθαι φασὶν ἔνιοι τὸν πόλεμον τοῖς Ἀρκάσι πρὸς τοὺς Πυλίους, ὃν ἔφρασεν Ὅμηρος, καὶ δεῖν οἴονται γράφειν·

Ἡβῷμ᾽ ὡς ὅτ᾽ ἐπ᾽ ὠκυρόῳ * κελάδοντι μάχοντο — Iliad. η. 133. * Vett. quidam, Ἀκίδοντι

Ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι

[4] * Χάας παρ᾽ τείχεσσιν. --

C Οὐ Κελάδοντι, * οὐδὲ Φειᾶς. τῷ γὰρ τάφῳ τοῦ Ἰαρδάνου τοῦτον πλησιάζειν καὶ τοῖς Ἀρκάσι τὸν τόπον μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνον. [5] Κυπαρισσίνα τε ἐστὶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τῇ Τριφυλιακῇ καὶ Πύργοι, καὶ ὁ Ἀκίδων ποταμὸς καὶ Νέδα. [7] νυνὶ μὲν οὖν τῇ Τριφυλίᾳ πρὸς τὴν Μεσσηνίαν ὅριον ἐστὶ τὸ τῆς Νέδας ῥεῦμα λάβρον ἐκ τοῦ Λυκαίου κατιὸν Ἀρκαδικοῦ ὄρους, — * Vulgò, Φειᾶς * Vulgò, οὐδὲ Φειᾶς, ἀντὶ τοῦ Φειᾶς Χαᾶς παρ᾽ τείχεσι. Iliad. τ. 153.

B — p. 348.

1. ζεφύρου) Memineris qui hæc legis, ejus quod ſupra poſuit Strabo: Peloponneſi iſthmum eſſe ad orientem. *Caſaub.*

2. Καὶ τὴν παρακειμένην Σφαγίαν νῆσον. *Et Sphagia adjacens inſula*) Cum Thucydides eam inſulam toties Σφακτηρίαν nominaverit, mirum eſt jam Platonis tempore abolitum fuiſſe id antiquum nomen: nam eam in epitaphio Plato Σφαγίαν vocat & Plinius & multi alii. Si conjecturæ locus eſt, mutavit nomen ab eo tempore, quo Lacones in ea inſula intercepti ab Athenienſibus cæſi ſunt, ἀπὸ τῆς σφαγῆς τῶν Λακώνων, *A Laconum cæde.* & quadam παρονομασίᾳ pro Sphacteria Sphagia dicta eſt. *Palmer.*

3. ὁ Ἀκίδων) An eſt *Acydas* Pauſaniæ? Sed ait Pauſanias Lib. v. c. 5. eum *Anigrum* ingredi. *Caſaub.*

4. ἀντὶ τοῦ Φειᾶς Χαᾶς πὰρ τείχεσι) Quæ ſuſtulimus, aberant à pleriſque ſcriptis rectè. Duo autem ſunt quæ vult corrigi Strabo in ſuperioribus Homeri verſibus: Primum, ut pro Κελάδοντι, quod vulgo putatur eſſe fluvii, ſcribatur κελάδοντι; ut Jardani intelligatur eſſe epithetum: quod Euſtathio non placet, qui diſertè ſcribit ποταμοῦ κλῆσιν εἶναι, deinde affert rationem cur ſic ſentiat, quia, inquit, non poſſunt duo ſubſtantiva nomina, ſine aliquo adjectivo eſſe poſita. At vetus ſcholiaſtes locum poëtæ ut placet Straboni interpretatur: notat enim, διὰ τὸν ἦχον τοῦ ῥεύματος, ſic eſſe Jardanum appellatum. Deinde Χάας legi vult Geographus, non Φειᾶς. *Idem.*

5. Κυπαρισσίνα) Opinor eſſe Cypariſſæam Stephani, de qua jam diximus: aut Cypariſſeenta, quam eſſe ait urbem Meſſeniæ. Nam & Pyrgos ait D idem eſſe Meſſeniæ. *Idem.*

6. *Atque nunc*) Ὅτι νυνὶ μέν. ὅτι ejeci, quia turbabat, neque habebat quicum cohæreret. Νέδαν autem ſcripſi, ut & ſuprà & poſt, & ſic Pauſanias ſine Μεσσηνικῶν. Platamodes proprium videtur eſſe vocabulum, à planicie. *Xyland.*

7. Νυνὶ μὲν οὖν) Pauſanias, Meſſenicis (Lib. IV. c. 20.) εἰσὶ δὲ αἱ πηγαὶ τῆς Νέδας ἐν ὄρει τῷ Λυκαίῳ· προελθὼν δὲ ὁ ποταμὸς διὰ τῆς Ἀρκάδων, καὶ ἐπιστρέψας αὖθις ἐς τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζει τὰ ἐπὶ θαλάττῃ Μεσσηνίοις καὶ Ἠλείοις τὴν γῆν. *Sunt autem Nedæ fontes in monte Lycæo, fluvius ipſe per Arcades lapſus, verſo in Meſſeniam alveo, Meſſeniorum & Eleorum fines maritimos dividit.* Idem Pauſan. fabulam de Jovis educatione à Neda, unde fluvio nomen fuerit impoſitum, refert Lib. IV. c. 33. & VIII. c. 38. Vide Callimachum hymno Jovis. ψ. 33. & ſeqq. *Caſaub.*

A ἐκ πηγῆς, ἣν ἀναῤῥῆξαι τεκοῦσαν τὸν Δία μυθεύεται Ῥέαν νίπτρων χάριν· ῥεῖ δὲ παρὰ Φιγαλίαν, καθ' ὃ γειτνιῶσι Πυργῖται Τριφυλίων ἔσχατοι [1] Κυπαρισσεῦσι πρώτοις Μεσσηνίων. Τὸ δὲ παλαιὸν ἄλλως διώριστο, ὥς καὶ τινας τῶν πέραν τῆς Νέδας ὑπὸ τῷ Νέστορι εἶναι, τόν τε Κυπαρισσήεντα, καὶ ἄλλα τινὰ ἐπέκεινα, καθάπερ καὶ τὴν θάλατταν τὴν Πυλίαν ὁ ποιητὴς ἐπεκτείνει μέχρι τῶν ἑπτὰ πόλεων, ἃς ὑπέσχετο Ἀγαμέμνων τῷ Ἀχιλλεῖ·

Ιλ. Ι. ψ. 153. Πᾶσαι δ' ἐγγὺς ἁλὸς νέαται Πύλου ἠμαθόεντος.

Τοῦτο γὰρ ἴσον τῷ, ἐγγὺς ἁλὸς τῆς Πυλίας. B Ἐφεξῆς δ' ἐστὶ τῷ Κυπαρισσήεντι ἐπὶ * τὸν Μεσσηνιακὸν Πύλον παραπλέοντι τὸ Κορυφάσιον, ἥ τε Ἐρανά ἐστιν, [2] ἣν τινες Ἀρήνην νομίζουσιν οὐκ εὖ κεκλῆσθαι πρότερον, ὁμωνύμως τῇ Πυλιακῇ. Ἔστι δὲ καὶ Πλαταμώδης, ἀφ' ἧς ἐπὶ τὸ Κορυφάσιον [3] καὶ τὴν νῦν καλουμένην * Πύλην στάδιοι ἑκατὸν εἴκοσι· ἔστι δὲ καὶ κενήριον καὶ ἐπ' αὐτῷ πολίχνιόν τι ὁμωνύμως καλούμενον. Οὐκ ἂν δ' ἐξητάζομεν ἴσως ἐπὶ τοσοῦτον τὰ παλαιά· ἀλλ' ἤρκει λέγειν ὡς ἔχει νῦν ἕκαστα, εἰ μή τις ἦν ἐκ παίδων ἡμῖν φήμη παραδεδομένη περὶ τούτων· ἄλλων δ' ἄλλο εἰπόντων, ἀνάγκη διαιτᾶν. πιστεύονται δ' ὡς C ἐπιτοπολὺ οἱ ἐνδοξότατοι, καὶ πρεσβύτατοι καὶ κατ' ἐμπειρίαν πρῶτοι. Ὁμήρου δ' εἰς
p. 549. ταῦτα ὑπερβεβλημένου πάντας, ἀνάγκη συνεπισκοπεῖν, καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου λεχθέντα, καὶ συγκρίνειν πρὸς τὰ νῦν, καθάπερ καὶ * μικρῷ πρόσθεν ἔφαμεν. Περὶ μὲν οὖν τῆς Κοίλης Ἤλιδος καὶ τοῦ Βουπρασίου τὰ ὑφ' Ὁμήρου λεχθέντα προεπέσκεπται ἡμῖν. Περὶ δὲ τῆς ὑπὸ τῷ Νέστορι οὕτω φησίν·

* Scripti τὴν Μεσσηνιακὴν

* Vett. quidam, Πύλον ἑκατὸν εἴκοσι εἰσὶ στάδιοι.

* Scripti, μικρὸν ἔμπροσθεν.

Iliad. β. 591.

Οἱ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο, καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν,
Καὶ Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ εὔκτιτον Αἰπὺ D
Καὶ Κυπαρισσήεντα, καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον,
Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον. ἔνθα τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι ---

* καὶ ἑξῆς.

A cujus fontem Rea Jovem pariens lavacrorum cauſa dicitur aperuiſſe. Præterit Phigaleam: atque ad eum Pyrgitæ ultimi Triphyliorum Cypariſſenſes primos Meſſeniorum attingunt. Antiquitus verò alii fuerunt limites, ita ut Neſtori paruerint etiam trans Nedam quædam, ut Cypariſſeus, & alia nonnulla in iſto tractu: ſicut & mare Pylium Homerus extendit uſque ad ſeptem urbes, quas Agamemnon Achilli promittit:

*Omnes vicinæ Pylio ſunt denique ponto.*

B ¶ Deinceps à Cypariſſeente naviganti ad Pylum Meſſeniacum occurrit Coryphaſium, & Erana, quam quidam falsò opinantur quondam Pyliacæ Arenæ fuiſſe cognominem. Eſt & Platamodes, à qua ad Coryphaſium, & quæ nunc Pylus dicitur, ſtadia ſunt cxx. Eſt & monimentum ibi cadaveris expers, (*ſeu tumulum honorarium dicere mavis, Græce,* κενήριον *dicitur*,) hocque ibidem eſt oppidulum eodem nomine. Enimverò non eramus fortaſſis tanto ſtudio antiqua examinaturi, ſed contenti fuiſſemus ſingulis, ut nunc habent, recenſendis: niſi de his à pueritia famam quandam traditam meminiſſemus. C cum itaque alii alia dicant, diſceptandum nobis eſt. Plerunque autem fidei plurimum habetur iis, qui gloria, ætate, atque experientia aliis præſtant. Quibus omnibus cum reliquos omnes ſuperaverit Homerus, neceſſe eſt dicta ejus conſiderare, ac cum præſenti ſtatu comparare, ſicut paulò ante diximus. Ac de cava quidem Elide & Buprasio verba Homeri jam antè perpendimus. ¶ De Neſtoris autem ditione ſic loquitur idem.

*Quique Pylum tenuere, & Arenæ mœnia amœnæ,*
*Trajectum Alpheique Thryum: quique, Aepy ſuperbum,* D
*Et Cypariſſeenta, & muros Amphigeneiæ.*
*Qui Pteleumque, & Helos, qui Dorion, hic ubi Muſa,*
& quæ ſequuntur.

1. Κυπαρισσεῦσι) Videtur eos intelligere, qui Κυπαρισσήεντα, quam ipſe Meſſeniæ aſcribit, habitabant: Stephanus verò hujus τὸ ἐθνικὸν vult eſſe, Κυπαρισσηέντιος. *Caſaub.*

2. ἣν τινες) Piſandri hæc fuit ſententia, ut ſupra diximus. *Idem.*

3. Τῇ νῦν καλουμένῃ Πύλῃ) Legerem τὴν νῦν καλουμένην Πύλον: niſi forte ſcriptum fuit πρὸς τῇ ν. κ. Πύλῳ. Nam Coryphaſium Pylo eſſe vicinum, etiam ex Thucydide conſtat lib. v. mox pro συγκρούειν repoſui συγκρίνειν. & Ἔρανα legi, pro ἔρενα, vide annotat. pag. 361. *Xyland.*

τῇ νῦν καλ.) Legendum, τὴν νῦν καλουμένην Πύλην: vel Πύλον potius. Nam Pylam neſcio an ſit à quoquam veterum nominata. Pylum autem etiam fœminino genere dici notum eſt vel pueris. *Caſaub.*

1. Ἐπι-

Pylus eſt de qua controverſia eſt, quam mox tractabimus. De Arena dictum eſt. Quam autem hic Thryum vocat, alibi Thryoëſſam nominavit:

*Urbs quædam Thryoëſſa leves adſurgit in auras*
*Impoſita Alpheo.......*

Alphei autem trajectum vocat, quod ibi locorum fluvius iſte pedibus poteſt tranſiri: nunc Epitalium nuncupatur, Maciſtiæ oppidulum. Quod ad ἔυκτιϛον (*id bene conditum ſignificat*) Aepy attinet, quærunt nonnulli utrum vocabulorum proprium, utrum adjectivum alterius ſit, (*Aepy enim ſublime notat*) & aiunt, quæ nunc in Amphipoli appellantur Margalæ: ſed hæ non ſunt natura munita: naturalis alia munitio monſtratur in Maciſtia: qui hoc probat, is Aepy nomen urbis intelligit, impoſitum à loci natura: ſicut Helos & Aegialus propria ſunt urbium vocabula, quorum alterum paludem, alterum litus communiter notat: ſuntque complura hujuſmodi alia. Thryon autem ſeu Thryoëſſam appellavit Epitalium, quod tota iſta regio, maximè amnes, alga abundant (*quæ Thryon eſt Græcis*) præſertim ubi vada ſunt. Fortaſſis etiam, ajunt, Thryon vocaverit vadum, Epitalium ipſum nomine benè exſtructi Aepyos affecerit, quod loci natura ſit munitum: ſicut alibi Tryoëſſam dixit ſublimem collem. ¶ Cæterùm Cypariſſeis eſt in priſca Maciſtia, quæ etiam trans Nedam porrigebatur: ſed non habitatur, ut uſque Maciſtum. Alia eſt Meſſeniæ Cypariſſia. Sed nunc communi nomine Cypariſſia dicitur fœminino genere, numero ſingulari: fluvius autem Cypariſſeis. Amphigeneja etiam Maciſtiæ eſt apud Hypſuntem, ubi fanum Latonæ.

A Πύλος μὲν οὖν ἐστὶ, περὶ ἧς ἡ ζήτησις· αὐτίκα δ' ἐπισκεψόμεθα περὶ αὐτῆς· περὶ δὲ Ἀρήνης εἴρηται· ἣν δὲ νῦν λέγει Θρύον, ἐν ἄλλοις καλεῖ Θρυόεσσαν·

Ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις αἰπεῖα κολώνη, Iliad. λ. 710.
Τηλοῦ ἐπ' Ἀλφειῷ.

Ἀλφειοῦ δὲ πόρον φησὶν, ὅτι πεζῇ περατὸς εἶναι δοκεῖ κατὰ τοῦτον τὸν τόπον· καλεῖται δὲ νῦν [1] Ἐπιτάλιον τῆς Μακιστίας χωρίον· τὸ ἐΰκτιτον δ' Αἶπυ ἔνιοι μὲν ζητοῦσι * [2] πότερον ποτέρου ἐπίθετον, καὶ τίς ἡ πόλις, καὶ εἰ αἱ νῦν [3] Μαργάλαι τῆς * Ἀμφιπόλεως· αὕτη μὲν οὖν οὐ φυσικὸν ἔρυμα· ἕτερον δὲ δείκνυται φυσικὸν ἐν τῇ Μακιστίᾳ. B [4] Ὁ μὲν οὖν τοῦθ' ὑπονοῶν φράζεσθαι, ὄνομά φησι τῆς πόλεως τὸ Αἶπυ, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος φυσικῶς, ὡς Ἕλος καὶ Αἰγιαλὸν, καὶ ἄλλα πλείω· * ὁ δὲ τὴν Μαργάλαν, τοὔμπαλιν ἴσως. Θρύον δὲ καὶ Θρυόεσσαν τὸ Ἐπιτάλιον φασὶν, ὅτι πᾶσα μὲν ἡ αὐτὴ χώρα θρυώδης, μάλιστα δ' οἱ ποταμοί· ἐπὶ πλέον δὲ διαφαίνεται τοῦτο καὶ τοὺς περατοὺς τοῦ ῥείθρου τόπους· τάχα δὲ φασὶ Θρύον μὲν εἰρῆσθαι τὸν πόρον, ἐΰκτιτον δ' Αἶπυ, τὸ Ἐπιτάλιον· ἔστι γὰρ ἔρυμνον φύσει· καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις αἰπεῖαν κολώνην λέγει·

Θρυόεσσα πόλις αἰπεῖα κολώνη. Iliad. λ. 710.

C Ὁ δὲ Κυπαρισσήεις ἐστὶ μὲν περὶ τὴν πρότερον Μακιστίαν, ἡνίκα καὶ [5] πέραν τῆς Νέδας ἔτι ἦν Μακιστία· ἀλλ' οὐκ οἰκεῖται· ὡς οὐδὲ τὸ Μάκιστον· ἄλλη δ' ἐστὶν ἡ Μεσσηνιακὴ Κυπαρισσία· ὁμωνύμως μὲν οὖν, ὁμοίως δὲ νῦν κἀκείνη λέγεται Κυπαρισσία, ἑνικῶς τε καὶ θηλυκῶς· ὁ δὲ ποταμὸς Κυπαρισσήεις· καὶ Ἀμφιγένεια δὲ [6] τῆς Μακιστίας ἐστὶ περὶ τὸν Ὑψόεντα, ὅπου τὸ τῆς [7] Λητοῦς ἱερόν.

* Vulgò πότερον ἐπίθετον.
* Scripti Ἀμφιπολίας.
* Xylander hæc omittit.

1\. Ἐπιτάλιον) Epitalium, ait Stephanus, urbs eſt Triphyliæ. Hujus meminit ſæpe Polybius libro quarto. Miror autem quo loco Triphyliæ urbes recenſet idem Polybius, hanc eſſe omiſſam: quod puto librariorum negligentiæ eſſe adſcribendum. *Caſaub.*

2\. πότερον ἐπιθ.) Euſtathius legiſſe videtur, πότερον ποτέρου. Idem ex Stephano annotat ſi ſit Αἶπυ nomen urbis, ſcribendum eſſe, Αἶπυ, ut differat ab epitheto αἰπύ. Lectionem autem Euſtathii ex veteribus libris reſtituimus. *Idem.*

3\. Μαργάλαι) Videtur ſcribendum, Μαργαῖαι. Stephanus enim ita ſcribit, Μαργαῖαι πόλις Ἠλείας, ὡς Ἡραῖα. Sed librarius imperitus, de accentu & ἰῶτα, fecit λ. *Idem.*

4\. ὁ μὲν οὖν) Sententiam hujus loci interpretes non vidêre. Quæritur cum dicit Homerus εὔκτιστον αἰπὺ, utrum ſit proprium urbis nomen. Alii, inquit, putarunt eſſe Margalas, qui locus non eſt natura munitus: alii alium oſtendunt in Maciſtia locum natura munitum, & eum intelligi volunt. Qui igitur, inquit Strabo, hunc locum putant intelligi, quem natura munitum eſſe diximus, illi volunt apud poëtam, Αἰπὺ eſſe proprium nomen loci, qui ita appellatus ſit, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος φυσικῶς. D Qui verò Margalas volunt intelligi, quem locum diximus minus eſſe φυσικῶς ἔρυμνον, ii ait Strabo, contrarium de Homeri loco ſentire videntur. Priorum ſententiam confirmat Statius libro quarto. ℣. 180.

——*& ſummis ingeſtum montibus Æpy.* Idem.

5\. πέραν τῆς Νέδας) Maciſtia Thriphyliæ pars eſt, hæc autem pars Eleæ: cujus fines fuit quando latius porrigerentur: poſtea quicquid erat trans Nedam Meſſeniæ eſt adſcriptum. *Idem.*

6\. τῆς Μακιστίας) Sequitur Apollodorum. Nam alii Meſſeniæ attribuunt: vide Stephan. De Hypſunte, vide Pauſaniam Lib. VIII. c. 3. *Idem.*

7\. Λητοῦς ἱερὸν) Quia, ait Euſtathius hæc referens p. 225. Edit. Baſil. Latona ἐκεῖ παραγενομένη ἔτεκεν Ἀπόλλωνα. Idem annotat dici & neutro genere, Ἀμφιγένιον. Apud Stephanum autem, unde hæc ſumpta ſunt, hodie ineptè legitur. Μενέλαος δὲ φησι, καὶ Ἀμφιγένειαν εἰρῆσθαι. cum ſit legendum Ἀμφιγένιον. *Idem.*

Τὸ δὲ Πτελεὸν κτίσμα μέν γέγονε τῶν ἐκ Α Πτελεοῦ τοῦ Θετταλικοῦ * ἐποικησάντων· λέγεται γὰρ κἀκεῖ

* Interpretes ἐποικισάντων.

p. 350. Iliad. β. 697.

Αγχίαλόν τ' Αντρῶνα, ἠδὲ Πτελεὸν λεχεποίην.

1 Ἔστι δὲ καὶ δρυμῶδες χωρίον ἀοίκητον, Πτελεάσιμον καλούμενον. Ἕλος δ' οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀλφειὸν, χώραν τινὰ φασὶν, οἱ δὲ καὶ πόλιν ὡς τὴν Λακωνικήν.

Iliad. β. 564.

Ἕλος τ' ἔφαλον πτολίεθρον ---

2 Οἱ δὲ περὶ τὸ Ἀλώριον Ἕλος, οὗ τὸ τῆς Ἡλείας Ἀρτέμιδος ἱερὸν, τῆς ὑπὸ τοῖς Ἀρκάσιν· ἐκεῖνοι γὰρ ἔσχον τὴν ἱερωσύνην. Δώριον δὲ οἱ μὲν ὄρος, οἱ δὲ πεδίον φασίν· 3 οὐδὲν δὲ νῦν δείκνυται· ὅμως δὲ ἔνιοι τὴν νῦν Ὀλουρὶν, ἢ 4 Ὄλουρον, ἐν τῷ καλουμένῳ 5 Αὐλῶνι τῆς Μεσσηνίας κειμένην, Δώριον λέγουσιν. Αὐτοῦ δέ που καὶ ἡ Οἰχαλία ἐστὶν ἡ τοῦ Εὐρύτου, ἡ νῦν * Ἀνδανία πολίχνιον Ἀρκαδικὸν, ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ καὶ τῷ Εὐβοϊκῷ· ὅθεν φησὶν ὁ ποιητὴς, ἐς τὸ Δώριον ἀφικόμενον Θάμυριν τὸν Θρᾷκα, ὑπὸ Μουσῶν ἀφαιρεθῆναι τὴν μουσικήν. Ἐκ δὲ τούτων δῆλον, ὡς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ Ἀλφειοῦ ἡ ὑπὸ Νέστορα χώρα ἐστὶν, ἣν πᾶσαν ὀνομάζει Πυλίων γῆν. οὐδαμοῦ δὲ ὁ Ἀλφειὸς οὔτε τῆς Μεσσηνίας ἐφάπτεται, οὔτε τῆς κοίλης Ἤλιδος· ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ χώρᾳ ἐστὶν ἡ πατρὶς τοῦ Νέστορος, ἣν φαμὲν Τριφυλιακὸν Πύλον, καὶ Ἀρκαδικὸν, καὶ Λεπρεατικόν. Καὶ γὰρ δὴ οἱ μὲν ἄλλοι Πύλοι ἐπὶ θαλάττῃ δείκνυνται· οὗτος δὲ, πλείους ἢ τριάκοντα σταδίους ὑπὲρ αὐτῆς, ὅπερ καὶ ἐκ τῶν ἐπῶν δῆλον. ἐπί τε γὰρ τοὺς Τηλεμάχου ἑταίρους ἄγγελος πέμπεται πρὸς τὸ πλοῖον, καλῶν ἐπὶ ξενίαν· ὅ, τε Τηλέμαχος κατὰ τὴν ἐκ Σπάρτης ἐπάνοδον τὸν Πεισίστρατον οὐκ ἐᾷ πρὸς τὴν πόλιν ἐλαύνειν, ἀλλὰ 6 παρατρέψαντα ἐπὶ τὴν ναῦν σπεύδειν, 7 ὡς οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν, ἐπὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν ὅρμον· ὅ, τε ἀπόπλους τοῦ Τηλεμάχου οὕτως ἂν οἰκείως λέγοιτο.

* Manuſſ. Ἀρδανία.

Iliad. β. 594.

Odyſſ. γ. 423. Odyſſ. ο. 205.

¶ Pteleon conditum eſt ab his, qui eò à Theſſaliæ Pteleo coloniam deduxerunt, nam in Theſſalia Ptelei eſt mentio:

*Herboſam Pteleum, pontoque Antrona propinquam.*

Eſt & locus ſylveſtris atque inhabitabilis, nomine Pteleaſimum. ¶ Helos alii locum quendam circa Alpheum accipiunt, alii urbem itidem, ut & Laconica alia fuit.

*—Heloſque ſalo vicinum.*

Alii Helos intelligunt juxta Halorium, ubi fanum eſt Eleæ Dianæ, cujus ſacerdotium fuit penes Arcades. ¶ Dorium ſunt qui montem, ſunt qui campum interpretantur, neutrum hodie monſtratur: B nonnulli tamen Oluridem ſive Oluram ſitam in Aulone, quem vocant, Meſſeniæ, Dorium appellant: circa id loci etiam Oechalia fuit Euryti, quæ nunc Andania eſt, Arcadicum oppidum, ejuſdem cum Theſſalico & Euboico nominis: inde Homerus ait Thamyrin Thracem perveniſſe Dorium, & à Muſis ibi arte canendi fuiſſe ſpoliatam. ¶ Ex his conſtat, Neſtoris ditionem ab utraque Alphei parte fuiſſe, quam univerſam terræ Pyliorum nomine poëta exprimit: nuſpiam autem Alpheus Meſſeniam aut cavam Elidem attingit. Eſt C enim patria Neſtoris ea in regione, quam Triphylium dicimus Pylum, & Arcadicum, & Lepreaticum. Etenim reliqui Pyli ad mare ſiti monſtrantur: hic xxx. ampliùs ſuprà mare ſtadiis, quod & verſus Homeri declarant. Nam & nuncius ad navim Telemachi mittitur ad hoſpitium invitans ejus ſocios: & à Sparta revertens Telemachus Piſiſtratum non ſinit ad urbem ire, ſed averſo itinere jubet ad navim properare, quod non eadem ad urbem eſſet & navim via. Denique huc facit reditus Telemachi, ſic deſcriptus.

1. ἔστι δὲ καὶ) Fecit τὸ καὶ ut putaret Xylander eſſe ἄλλην ἀρχὴν, & Pteleaſimum aliud eſſe à Pteleo: in quo falli eum docet Euſt. & rectius prior interpres. *Caſaub.*

2. οἱ δὲ περὶ Αλ.) Lego, οἱ δὲ τὸ περὶ τὸ Αλώριον ἕλος. Alii inquit dicunt eſſe χώραν, alii πόλιν, alii verò ἕλος. *Idem.*

3. οὐδὲν δὲ νῦν) Dorii ſua ætate ſupereſſe τὰ ἐρείπια ait Pauſanias Meſſen. hujus meminit Plinius. *Idem.*

4 ὄλουρον) Aliam hoc nomine habet Stephanus quam in Achaja collocat. *Idem.*

4. Ὄλουρον ἐν τῷ καλουμένῳ Αὐλῶνι τῆς Μεσσηνίας κειμένην Δώριον λέγουσιν. Αὐτοῦ δέ που καὶ &c. *Oluram ſitam in Aulone, quem vocant, Meſſeniæ, Dorium appellant. Circa id loci &c.*) Videtur Ortelius aliter diſtinxiſſe hunc locum; ſic ſcilicet: τῆς Μεσσηνίας κειμένην. Δώριον λέγουσιν, αὐτοῦ δέ που (καὶ ἡ Οἰχαλία. ε. τ. Ε. η. ν. Α. π. Ἀρκαδικὸν) D ὁμώνυμον τῷ τε Θρακικῷ καὶ τῷ Εὐβοϊκῷ, & ex ea diſtinctione fluxit ejus opinio, dum ait in voce Δώριον, *tria hujus nomina ſunt apud Strabonem in octavo, in Peloponneſo, Eubœa & Thracia.* Refert quippe τὸ ὁμώνυμον ad Δώριον, & non ad πολίχνιον Ἀρκαδικὸν, & ea, quæ de Oechalia dicuntur, per parentheſin legit. *Palmer.*

5. Αὐλῶνι) Aulones vocantur convalles intra montes porrectæ. Sic Aulon Tarentinus, de quo libro VI. Aulon autem Meſſeniæ fuit, ut Pauſanias docet Lib. IV. cap. ultimo non procul Neda flumine. *Caſaub.*

6. παρατρέψαντα) Verba poëtæ, de Piſiſtrato loquentis, Οδ. ο. ψ. 205.

Στρέψ' ἵππους ἐπὶ νῆα θοὴν, καὶ θῖνα θαλάσσης. i.e. *Vertit equos in navem velocem & littus maris.* Idem.

7. ὡς οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν) ὁδὸν ſcilicet, quæ vox, vel deeſt, vel ſupplenda eſt. Præterea notabis ἀττικισμὸν, ὡς οὐκ οὔσαν pro οὔσης. *Idem.*

1. Præ-

*1 Præterеunt Crunos, & amœnam Chalcida lymphis.*
*Sol cadit, & tenebris tegit omnia compita nigris.*
*Illa Pheras vento ſubit à Jove pulſa ſecundo,*
*Ellida præter, ubi fortes dominantur Epei.*

Eo enim uſque verſus ſeptentrionem navigabat. Hinc verſus ortum avertitur curſus, omiſſa recta & initio inſtituta navigatione Ithacam verſus, quia ibi inſidias tetenderant proci,

*Qua Samon atque Ithacam mare fluxu dividit arcto.*

Porro autem

*Hinc [illegible] navim properans admiſit [illegible]*
*Qua mare cinguntur*

Acutæ autem iſtæ inſulæ (θοὰς *ipſe vocat*) ex Echinadibus ſunt, initio Corinthiaci ſinus & Achelois oſtiis propinquæ. Ergo præterita Ithaca, ut eam jam verſus meridiem haberet, rurſum ad inſtitutum curſum reflectit, interque Acarnaniam & Ithacam vectus, ab altera inſulæ parte navim applicat: non qua fretum eſt Cephallenium, quod proci inſidiis occuparant. Quod ſi quis Eleæ Pylum Neſtori vellet attribuere, non jam convenienter dictum fuiſſet, navim inde avectam uſque ad occaſum ſolis præter Crunos & Chalcidem, noctu Pheras appuliſſe, atque deinde Eleam præternavigaſſe. Hæc enim loca ab Elea verſus meridiem ſunt ſita, primum Pheræ, tum Chalcis, poſt Cruni, denique Pylus Triphyliæ & Samicum: atque ſic navigaret, qui ab Elea Pylo verſus meridiem tenderet. At qui iret verſus ſeptentrionem, in quam partem Ithaca eſt ſita, ei omnia hæc ſunt à tergo, præter quam ipſam fuit Eleam navigandum, ante occaſum quidem hoc Solis: quod Homerus poſt eum ait factum eſſe. Rurſum ſi quis initium navigationis à Neſtore ponat Pylum Meſſeniacum ac Coryphaſium, majus fiet intervallum, ac plus requiret temporis. Nam inde ad Triphyliacum Pylum, & Samicum ac fanum Neptuni ſtadia ſunt CCCC.

2 Βὰν δὲ * παρὰ Κρουνὲς καὶ Χαλκίδα καλλιρέεθρον.
* Δύσετό τ' ἠέλιος, σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.
Ἡ δὲ * Φεὰς ἐπέβαλλεν * ἀγαλλομένη Διὸς οὔρῳ.
A Infra Taygetum in mediterraneis Sparta jacet, & Amyclæ, ubi delubrum eſt Apollinis, ac Pharis. Solum urbis eſt in loco concaviore aliquantulum, tametſi montes etiam includat: nulla nunc ejus pars ſtagno proluitur, quamquam olim ſuburbium admiſerit lacus, fueritque inde appellatum Limnæ: & Limnæi Bacchi templum quod olim erat loco aquis perfuſo, nunc ſtat in ſicco. Verùm in oræ maritimæ ſinu Tænarum eſt, acta in mare porrecta, quæ continet Neptuni fanum in luco ſitum: ponè eſt antrum, per quod Cerberum ex inferis ab Hercule extractum fabulantur. B Inde ad Phycuntem Cyrenaicæ regionis promontorium trajectus eſt verſus meridiem ſtad. III CIƆ: ad Pachynum Siciliæ promontorium & verſus occaſum, ſtadior. IV. CIƆ IƆC. quidam IƆC. ſummæ adimunt: ad Maleas & in orientem, ſi ſinus quis non intret, IƆC. LXX. ad Onugnathon (*id eſt maxillam aſini*) peninſulam humilem intra Maleas ſitam IƆXX. ¶ Ante Tænarum ſita eſt inſula Cythara, intervallo XL. ſtadiorum, bono portu inſtructa, & urbe ejuſdem nominis: quam privatim poſſedit Eurycles noſtra ætate Lacedæmoniorum princeps: C ſed & plures exiguæ inſulæ circumjacent, aliæ viciniores, aliæ paulo remotiores: ad Corycum Cretæ promontorium breviſſimus eſt curſus ſtadiorum CCL. poſt Tænarum navigans Onugnathon verſus

1. *Σπάρτη*) Sparta nomen urbis tantum: Lacedæmon, & urbis aliquando, & totius provinciæ. Spartani itaque & Lacedæmonii differunt plerumque ut pars & totum. Diodor lib. XI. *τῶν μὲν οὖν Λακεδαιμονίων ἦσαν χίλιοι, καὶ σὺν αὐτοῖς Σπαρτιᾶται τριακόσιοι.*

2. *Ἀμύκλαι οὗ*) In promptu ſunt, quæ de Amyclis paſſim à Pauſania ſunt annotata. Mihi verò placet elegantiſſimam earum deſcriptionem è Polyb. afferre. *Αἱ δὲ Ἀμύκλαι καλούμεναι, τόπος ἐπὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας καλλιδενδρότατος καὶ καλλικαρπότατος· ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. ὑπάρχει δὲ καὶ τέμενος Ἀπόλλωνος ἐν αὐτῷ σχεδὸν ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν· κεῖται δὲ τῆς πόλεως, ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν κεκλιμένοις μέρεσι.* i.e. *Quas vocant Amyclas locus eſt, ſtadia circiter viginti diſtans ab urbe Sparta: qua præſtantium arborum numero, qua fructuum optimorum copia ante omnes alios excellens. Habet & Apollinis ædem, ferme cuncta totius Laconicæ templa celebritate vincentem. Sitæ autem ſunt Amyclæ ad eam partem urbis quæ vergit ad mare.* Locus eſt lib. V. p. 511. ed. Amſtel. *Caſaub.*

3. *Φάρις*) Meminit Pauſan. III. c. 20. quem conſule. *Idem.*

3. *ἔστι μὲν οὖν ἐν κοιλοτέρῳ χωρίῳ*) Manuſcripti habent *ἐν κοιλότερον χωρίον*, unde videtur faciendum, *ἐγκοιλότερον χωρίον*. Sed vulgatam lectionem confirmat ſimilis locus infra de Argis, *αὐτὴν δὲ τὴν πόλιν ἐν ἀνύδρῳ χωρίῳ κεῖσθαι.* *Idem.*

4. *ἀκτή ἐστιν*) Vocat Tænarum *ἀκτὴν*, quum alii *ἄκραν* eſſe dicant. vide Pauſ. III. c. 14. & Statium Thebaidos lib. II. *Idem.*

5. *ἄντρον*) hoc appellat Apollodorus, *τῆς ᾅδου καταβάσεως τὸ στόμιον*, Euripides *στόμα ᾅδου*, initio Herculis furentis. De Cerbero res nota eſt. Vide Thebaidem Statii lib. II. *Idem.*

6. *εἰς μὲν Φυκοῦντα*) Locus tranſpoſitione perturbatus: lego cum Epitome, *ἐς Φυκοῦντα ἄκραν τῆς Κυρηναίας πρὸς νότον, δίαρμά ἐστι σταδίων τρισχιλίων.* D *Idem.*

7. *ἑξακοσίων ἑβδομήκοντα*) Epitome habet *χιλίων ἑβδομήκοντα*. Plinius hac de re IV. c. 5. *A Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis: & ſinus circuitu CCVI. M. trajectu vero XXXIX. M.* Si Plinium ſequimur, conjungi debet utraque lectio, ut legatur *χιλίων ἑξακοσίων σταδίων ἑβδομήκοντα.* nam CCVI. M. paſſuum efficiunt ſtad. CIƆ. IƆ. CXLVIII. ſic rectè deerit negatio. *Idem.*

8. *χερρόνησον*) hoc eſt *ἄκραν χερρονησίζουσαν*, ut alibi loquitur. *Idem.*

9. *πεντακοσίων*) Si legendum eſt paulò ante *χιλίων ἑξακοσίων* quod non affirmamus, hîc ſubaudiri debebit vox *χιλίων* ex loco proximo: quod novum non eſt. *Idem.*

10. *ἐν τετταράκοντα σταδ.*) Pauſ. III. c. 23. ait à Plataniſtunte Cytherorum promontorio, ad Onugnathon ſtadia eſſe XL. De inſula & urbe vide eundem, & Thucyd. lib. IV. cap. 53. p. 244. *Idem.*

1. Αμα-

Meſſenia

& Maleas, ad urbem venit, quæ Amathus dicitur, *id eſt fabuloſa:* inde Aſine, & Spartæ navale Gythium, intra CCXL. ſtadia ſitum: ejus ſtationem navium fodiendo paratam ajunt. Deinceps Eurotæ Oſtium eſt inter Gythium & Acrian. Atque huc quidem uſque præter litus navigatur ſpacio CCIV. ferè ſtadiorum. Poſtea ſuperjacet locus paluſtris, & Helos, nunc pagus, urbs quondam, ſicut & Homerus expreſſit

*Amyclas*
*Qui tenuere, & Helos maris ad litus poſitam urbem.*

Conditam ajunt ab Helio Perſei F. Eſt & campus qui Leuce dicitur. Deinde urbs in peninſula ſita, nomine Cypariſſia, portum habens. Sequitur Onu gnathos, portu & ipſa prædita: inde urbs Bœa: tum Maleæ, ab Onu gnatho ſtadiis, diſſita CL. Eſt & Aſopus urbs in Laconica. ¶ Quas autem Homerus Laconicæ urbes recenſet, ex his negant Meſſam ullibi poſſe monſtrari: 12 Meſſoam, ut & Limnæum, portiones regionis non eſſe aiunt. Quibuſdam Meſſe amputato fine poſita videtur pro Meſſene:

A καὶ Μαλέας, 1 Ἀμαθοῦς ἐστι πόλις· 2 Εἶτα Ἀσίνη, καὶ 3 Γύθιον τὸ τῆς Σπάρτης ἐπίνειον, ἐν διακοσίοις καὶ τετταράκοντα σταδίοις ἱδρυμένον· ἔχει δ᾽ ὥς φασι, τὸ ναύσταθμον ὀρυκτόν· εἶτ᾽ ὁ Εὐρώτας ἐκδίδωσι 4 μεταξὺ Γυθίου, καὶ 5 Ἀκραίων· τέως μὲν οὖν ὁ πλοῦς ἐστὶ παρ᾽ αἰγιαλὸν, ὅσον διακοσίων καὶ τεττάρων σταδίων· εἶθ᾽ ἑλῶδες ὑπέρκειται χωρίον, καὶ κώμη 6 Ἕλος. πρότερον δ᾽ ἦν πόλις, καθάπερ καὶ Ὅμηρος φησίν.

Οἵ τ᾽ ἄρ᾽ Ἀμύκλας εἶχον, Ἕλος τ᾽ ἔφαλον πτολίεθρον· Iliad. β. 585.

Κτίσμα δ᾽ 7 Ἑλίου φασὶ τοῦ Περσέως. Ἔστι δὲ B 8 καὶ πεδίον καλούμενον Λεύκη· εἶτα πόλις ἐπὶ χερρονήσου ἱδρυμένη Κυπαρισσία, λιμένα ἔχουσα· εἶτα 9 ἡ Ὄνου γνάθος, λιμένα ἔχουσα. εἶτα p. 364. 10 Βοία πόλις, εἶτα 11 Μαλεαί· στάδιοι δ᾽ εἰς αὐτὰς ἀπὸ τῆς Ὄνου γνάθου πεντήκοντα, καὶ ἑκατόν. ἔστι δὲ καὶ Ἀσωπὸς πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ. Τῶν δ᾽ ὑφ᾽ Ὁμήρου καταλεγομένων, τὴν μὲν Μέσσην οὐδαμοῦ δείκνυσθαι φασί. 13 Μεσσόαν δ᾽ οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος 14 τῆς Σπάρτης· καθάπερ καὶ τὸ * Λιμναῖον. Ἔνιοι δὲ 15 κατ᾽ ἀποκοπὴν δέχονται τὴν Μεσσήνην·

* Manuſſ. καὶ τὸ Λιμναῖον κατὰ τὸν . . . . . κἀκεῖ ἔνιοι δέ.

1. Ἀμαθοῦς) Plinio IV. c. 5. appellatur *Pſamathus*. Caſaub.

2. εἶτα Ἀσίνη) Sic ſcribitur apud Thucyd. Steph. & alios. Apud Polybium Ἀσίνη. *Idem.*

3. Γύθιον) Alii Γύθειον. Vide Pauſan. III. c. 21. *Idem*

4. Μεταξὺ, Γυθίου καὶ Ἀκραίων. *Inter Gythium & Acriam)* Aliter Ἀκρίων: ſic eam urbem ſemper nominat Pauſanias, & in Mercatoris tabulis *Acria* notatur. *Palmer.*

5. Ἀκτραίων) Lego Ἀκραίων. Reliqui Ἀκριὰς vocant ut ſupra diximus. *Caſaub.*

6. Ἕλος) Meminit Thucydides lib. IV. c. 54. ἔπλευσαν ἔς τε Ἀσίνην καὶ Ἕλος καὶ τὰ πλεῖστα τῶν περὶ θάλασσαν. i. e. *navigarunt ad Aſinen, & Helos, & ad plurima loca maritima.* Polybius ſcribit Lib. V. p. 511. ed. Amſt. τὴν Ἑλίαν ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένην πλείστην καὶ καλλίστην eſſe χώραν τῆς Λακωνικῆς. *Idem.*

7. Ἑλίου) Pauſ. Τοῦτο ᾤκισε μὲν Ἕλιος νεώτατος τῶν Περσέως παίδων. *Idem.*

8. Λεύκη) Polybius in plurali extulit Lib. V. Hiſtor. p. 512. ed. Amſt. ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς πρὸς Ἀκρίας καὶ Λεύκας. *Caſaub.*

8. Καὶ πεδίον καλούμενον Λεύκη. *Et campus, qui Leuce dicitur)* Notavit Caſaubonus Polybium hujus loci nomen pluraliter expreſſiſſe; addam & T. Livium lib. XXXV. c. 27. *imminet is locus & Leucis & Acris.* Palmer.

9. ἡ Ὀνουγνάθος) Videtur Ptol. urbem facere: alii promontorium. *Idem.*

10. Βοία) Βοιαὶ Pauſ. Ptol. Βοαί. Βοίων χώρα. Polyb. lib. V. p. 512. ed. Amſtel. *Idem.*

11. Μαλεαί) Sic ſolet Strabo appellare: alii numero ſingulari Μαλέαν. *Idem.* Plura vide apud clariſſimum Cellarium Geogr. Antiq. Lib. II. c. 13. p. 1196.

12. *Meſſoam*) Fortè μεσόλαν legendum hîc, Meſolam, ut paulo antè: aut etiam ibi Μεσόαν. quæ vox etiam apud Pauſaniam Laconicis extat. Apocopes porro exempla ex Homero & metri ratione correxi: quæ hic explicare, non eſt mei inſtituti. Vide Euſtathium in Iliad. β. 585. pro ὕων eſt Ἴων, ubi etiam Δημητρός τοι ἐλευσινίης legitur rectius in Epitoma. Locis de Augeiis in Ægæas eſt ſuſpectus. Locridis Augeias refert Homerus Catalogo 532. Mox ubi aſteriſcum ſignavi, in Græco eſt, καὶ πολῆσαι τὴν χώραν, quod non intelligo. Interpres reddidit inductis inquilinis per civitates ordinaſſe: neſcio quid ſecutus. Memini autem Proclem Euryſthenis fratrem non Patroclem me legere apud Pauſaniam: Procleſque diſertè legitur in ipſo hujus libri fine, etiam in Epitomis. mutare non habui neceſſe. Et ſequitur monſtroſè corrupta narratio, quam omittere ſatius duxi, quam ineptè aut ſaltem incertò conjectari, ac mea pro alienis ingerere. Vide Laconica Pauſaniæ. *Xyland.*

13. Μεσσόαν δ᾽ οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος τῆς Σπάρτης καθάπερ καὶ τὸ Λιμναῖον) Majorem lucem & D ſenſum hæc verba ſuppeditabunt, ſi hoc modo legantur: Μεσσόα δ᾽ οὐ τῆς χώρας ὄνομα, μέρος δὲ τῆς Σπάρτης. Sic enim ibi ſcribendum, quippe Μεσσόα pars fuit urbis Spartæ. *Salmaſ. Exercitat. Plinianar. Ed. Ult. p.* 580.

14. τῆς Σπάρτης) Affirmo legendum. τῆς Σπάρτης δέ. Meſſoa inquit quam poſſet videri intelligere poëta per Μέσσην, non eſt χώρας, ſed ipſius urbis Spartæ pars. Interpres qui Meſolam & Meſoam putat idem eſſe, errat vehementer. Vide Stephan. *Caſaub.*

15. κατὰ ἀποκοπὴν) Plutarchus fieri hoc ait κατὰ συνήθη Δωριέων βραχυλογίαν: ſicut & Grammatici annotarunt Dorienſes eſſe ὀλιγοφραδεῖς καὶ βραχυλόγους. Poſſent autem & aliæ afferri ſimiliter affectæ voces. Sic enim παῦ apud alios pro παῦσαι: & apud Æſchylum ſæpe ἄνα κακὰ pro ἀνιαρά. apud Homerum τρόφι pro τρόφιμον. Sed & apud Latinos voces iſtiuſmodi reperiuntur. vide Feſtum *Pa.* *Idem.*

1. τῷ

εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ αὐτὴ μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς· A παραδείγμασι δὲ χρῶνται τοῦ μὲν ποιητοῦ, [1] τῷ Κρῖ, καὶ Δῶ, καὶ Μάψ. καὶ ἔπι

Iliad. τ. 392. Ἵππους δ' Αὐτομέδων τε, [2] καὶ Ἄλκιμος, --

ἀντὶ τοῦ Ἀλκιμέδων, Ἡσιόδου δὲ, ὅτι τὸ βριθὺ καὶ τὸ βριαρὸν Βρῖ λέγει. Σοφοκλῆς δὲ, καὶ Ἴων τὸ ῥᾴδιον, Ῥά. Ἐπίχαρμος δὲ τὸ λίαν, Λί· Συρακὼ δὲ τὰς Συρακούσας· παρ' Ἐμπεδοκλεῖ δὲ,

[3] -- μία γίνεται ἀμφοτέρων Ὄψ, ἡ ὄψις· καὶ παρ' Ἀντιμάχῳ,

* Vulgo, Δημήτριοις τοι Ἐλευσινίη.

* Δημήτρος τοι Ἐλευσινίης ἱερὴ ὄψ.

καὶ τὸ ἄλφιτον Ἄλφι. [4] Εὐφορίων δὲ, καὶ τὸν ἥλιον, λέγει Ἧλ· παρὰ Φιλήτᾳ δὲ

* Manuſſ· δμῶτες & δμωίδες.

* Δμῶες δ' εἰς ταλάρους λευκὸν ἄγουσιν Ἔρι. B

εἰς ἄνεμον δὲ τὰ Πηδὰ,

τὰ πηδάλια [5] Ἄρατος φησί. Δώδω δὲ τὴν Δωδώνην, Σιμμίας. Τῶν δ' ἄλλων τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κατωνομασμένων, τὰ μὲν ἀνῄρηται, τῶν δ' ἴχνη λείπεται, τὰ δὲ μετωνόμασται, καθάπερ αἱ Αὔγειαι, Αἰγαῖαι· [6] οὐ γὰρ ἐν τῇ Λοκρίδι οὐδ' ὅλως περίεστι. [7] Τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροι ποτὲ ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ Λαπέρσαι προσηγορεύθησαν· καὶ Σοφοκλῆς λέγει που,

Νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τὸν Εὐρώταν τρίτον,
Νὴ τοὺς ἐν Ἄργει καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς.

Φησὶ δ' Ἔφορος καὶ τοὺς κατασχόντας τὴν Λακωνικὴν Ἡρακλείδας, Εὐρυσθένη τε [8] καὶ Πατροκλῆ, διελεῖν εἰς ἓξ μέρη, [9] καὶ πολίσαι τὴν χώραν μίαν μὲν οὖν τῶν μερίδων τὰς Ἀμύκλας ἐξαίρετον δοῦναι τῷ προδόντι αὐτοῖς τὴν Λακωνικὴν, καὶ πείσαντι τὸν κατέχοντα αὐτὴν, ὑπόσπονδον ἀπελθεῖν μετὰ τῶν Ἀχαιῶν εἰς τὴν Ἰωνίαν. τὴν δὲ Σπάρτην βασίλειον ἀποφῆναι σφίσιν αὐτοῖς· εἰς δὲ τὰς ἄλλας πέμψαι βασιλέας,

quam ipſam quoque fuiſſe partem Laconicæ docuimus. Adducunt autem exemplorum loco Homerica illa decurtata κρῖ δῶ, & μάψ: & illud

*Automedon jungebat equos, atque Alcimus.--*

pro Alcimedon: & ex Heſiodo, βρῖ pro βρίαρον vel βριθὺ poſitum: ſicut & apud Sophoclem & Ionem ῥᾶ pro ῥᾴδιον, apud Epicharmum λὶ pro λίαν, & Syracò pro Syracuſis: apud Empedoclem & Antimachum ὄψ pro ὄψις: & pro ἄλφιτον ἄλφι, apud Euphorionem ἦλ pro ἧλος apud Philetam ἔρι pro ἔριον: apud Aratum πηδὰ pro πηδάλια: Dodo pro Dodona apud Simmiam. Reliquarum urbium quas poëta nominavit, quædam extinctæ ſunt, aliarum veſtigia ſuperſunt, nonnullarum nomina ſunt mutata, ut Augejarum in Aegæas: nam in Locride Augeiæ prorſus perierunt. Lân autem Caſtores expugnaſſe aliquando dicuntur, unde & Laperſæ (*id eſt qui Lân exciderint*) dicti ſunt: & alicubi Sophocles ſic loquitur.

*Per & Laperſas Eurotamque tertium,*
*Et qui coluntur Argis, & Sparta deos.*

C Ephorus tradit Heraclidas Laconica potitos Euryſthenem & Proclem, regionem in ſex partes diviſiſſe........ atque harum partium unam, ſcilicet Amyclas, eximiam dediſſe ei, qui Laconicam ipſis prodiderat perſuaſeratque eam tunc obtinenti, ut certis pactis firmatis cum Achæis in Ioniam diſcederet: Spartam ſibi pro regia deſtinaſſe: in reliquas urbes dimiſiſſe reges,

1. τῷ Κρῖ) pro κριθὴ ut Heſych. vel κρίμνον, ut Euſtath. Ιλ. ε. δῶ, pro δῶμα, & μὰψ pro μαψίδιον: atque hæc paſſim in Homero. *Caſaub.*

2. καὶ Ἄλκιμος, ἀντὶ τοῦ Ἀλκιμέδων) Similia ſunt D quæ annotant Grammatici, Ἴλλυρες pro Ἰλλύριοι· θέραπες pro θεράποντες etiam apud Ælianum πώλυπες pro πολύποδες. *Idem.*

3. μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ) Citatur ab Ariſtotele in lib. de poëtica &, Grammaticis in explicatione ejuſdem vocis. *Idem.*

4. Εὐφορίων δὲ τὸν ἥλιον λέγει ἧλ.) In Epitome legitur τὸν ἥλιον λέγει ἧλι. quam lectionem refutat Euſtathius multis locis proferens hunc Geographi locum, ita ut noſtri codices eum habent: quodam loco etiam hoc hemiſtichium profert,

——δαιμόνιος ἧλ. *Idem.*

5. Ἄρατος φησὶ) Ante Aratum dixerat Homerus ὀδυ. η. ψ. 328.

--ἀναῤῥιπτεῖν ἅλα πηδῷ. Sic & Apoll. lib. IV.

--πηδοῖσιν ἐρέσσετε, ubi annotat ſcholiaſtes,

Theophraſto eſſe εἶδος ξύλου τὸ πηδόν. *Idem.*

6. οὐ γὰρ ἐν τῇ Λοκρίδι) Locus mutilus. Vide Euſtathium. *Idem.*

7. τὴν δὲ Λᾶν) De La plura Pauſan. III. c. 21. & 24. Vide etiam Lycoph. ſcholia ad illud carmen ψ. 511.

τοῖς ἡμιθνήτοις διπτύχοις Λαπερσίοις. i. e. *Semideis geminis Laſerpinis.* Idem.

8. καὶ Πατροκλῆ) Non ſemel in hoc ſcriptore vox Προκλῆς in Πατροκλῆς mutata eſt: Hîc quidem Προκλῆ legendum eſſe teſtes ſunt infiniti: Et tamen ſic infra quoque legitur: itemque apud Plutarchum. *Idem.*

9. καὶ πολίσαι) Adeon fuit difficile viro docto veram lectionem invenire? Ego ſanè etiam pænè puer legebam πολίσαι τὴν χώραν: hoc eſt *urbibus muniviſſe, & ornaſſe*: πολίζειν, *urbem condere.* Herodotus Melpom. πόλις δ' ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη: utitur Strabo frequenter. Quis verò veterum eſt, qui ea voce ita non utatur? [At vocis πολίζεσθαι minus uſitata eſt ſignificatio, quam apud Dionyſ. Halicarnaſſ. obſervavimus libro ſec. ubi de Pelaſgis ita loquitur, οἳ πολίζονται πρὸς ἑνὶ τῶν ἑπτὰ λόφων. Nam πολίζεσθαι accepit pro ſedem & domicilium alicubi figere.] *Idem.*

1. χρῆ-

qui civibus permitterent ut quoſvis A peregrinos inquilinorum loco reci-perent motos penuria hominum incolentium: uſos autem fuiſſe . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ut tuta eſſet ab iis qui intus erant: atque ita obtemperaſſe Spartanis omnes, qui cùm accolebant vicinos, & in ſocietatem æqualitatemque legum, reipub. & curiæ ab iis admiſſos fuiſſe, Heilotaſque appellatos. Verùm ab Agide Euryſthenis filio id juris eis ademtum: juſſoſque fuiſſe Lacedæmoniis tributum pendere. Heleios qui urbem Helos tenebant, reliquis parentibus mandato ſolos rebellaſſe, debellatoſque ſervituti addictos fuiſſe certis quibuſdam conditionibus ut talem ſervum neque libertate donare liceret domino neque extra fines vendere. Ei bello nomen fuit, bellum contra Heilotas. Sed profectò totum fere Heilotum ſtatum qui deinceps perduravit uſque ad id tempus quo rerum potiti ſunt Romani, Agis inſtituit: quos Lacedæmonii publicos quodammodo ſervos habuerunt, domicilia iis deſignantes peculiaria, & operas injungentes certas. ¶ Enimverò de Laconum repub. & quæ eis obtigerunt mutationes, pleraque utpote nota, omitti poſſunt, quorundam tamen videtur facienda mentio. Memoriæ traditum eſt, Achæos Phthiotas cum Pelope in Peloponneſum profectos, Laconicam habitaſſe: hos virtute ita excelluiſſe, ut Peloponneſus, quæ ab antiquo jam tempore Argos appellabatur, ab iis Argos Achaicum denominaretur; neque Peloponneſus modo, ſed & peculiariter Laconica id nominis gereret: itaque illud poëtæ,

*An non tunc Argis aderat Menelaus*
*Achivis?*

ſic interpretantur, an non erat in Laconica? Sub reditum verò Heraclidarum, cùm Philonomus Dorienſibus Laconicam prodidiſſet, inde in Ionum ditionem migraverunt, quæ hodieque Achaia dicitur, de quibus in Achaicarum rerum expoſitione dicemus.

ἐπιτρέψαντας δέχεσθαι συνοίκους τοὺς βουλομένους τῶν ξένων, διὰ τὴν λειπανδρίαν· [1] χρῆσθαι δὲ λαιμένῳ . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ἀλίμενον αὐτοῦ δὲ πρὸς τοὺς πολέμους . . . .
γὰρ ὁμορεῖν τοῖς κύκλῳ Φεραία δὲ . . . . . . . .
ἀπὸ τῶν ἐντὸς ἀσφάλειαν ἐχούσῃ. ὑπακούοντας δ᾽ ἅπαντας τοὺς περιοίκους Σπαρτιατῶν, ὅμως ἰσονόμους εἶναι, μετέχοντας, καὶ πολιτείας, p. 365.
καὶ ἀρχείων· καλεῖσθαι δὲ Εἵλωτας· Αγιν δὲ τὸν Εὐρυσθένους, ἀφελέσθαι τὴν ἰσοτιμίαν, καὶ συντελεῖν προστάξαι τῇ Σπάρτῃ. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὑπακοῦσαι, τοὺς δ᾽ Ελείους τοὺς ἔχοντας τὸ Ελος, B ποιησαμένους ἀπόστασιν κατακράτος ἁλῶναι πολέμῳ, [2] καὶ κριθῆναι δούλους ἐπὶ τακτοῖς τισιν, ὥστε τὸν ἔχοντα, μήτ᾽ ἐλευθεροῦν ἐξεῖναι, μήτε πωλεῖν ἔξω τῶν ὅρων τούτους· τοῦτον δὲ λεχθῆναι τὸν περὶ τοὺς Εἵλωτας πόλεμον· σχεδὸν δέ τι, καὶ τὴν εἱλωτείαν τὴν ὕστερον συμμείνασαν μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας, οἱ περὶ Αγιν εἰσὶν οἱ καταδείξαντες· τρόπον γάρ τινα [3] δημοσίους δούλους εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι τούτους, κατοικίας τινὰς αὐτοῖς ἀποδείξαντες καὶ λειτουργίας ἰδίας. Περὶ δὲ τῆς Λακώνων πολιτείας, καὶ τῶν γενομένων παρ᾽ αὐτοῖς μεταβολῶν, τὰ μὲν πολλὰ παρείη τις ἂν C διὰ τὸ γνώριμον· τινῶν δ᾽ ἄξιον ἴσως μνησθῆναι. Ἀχαιοὺς γὰρ τοὺς Φθιώτας φασὶ συγκατελθόντας Πέλοπι εἰς τὴν Πελοπόννησον, [4] οἰκῆσαι τὴν Λακωνικήν. τοσοῦτον δ᾽ ἀρετῇ διενεγκεῖν, ὥστε τὴν Πελοπόννησον ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων Αργος λεγομένην, τότε Ἀχαϊκὸν Αργος λεχθῆναι· καὶ οὐ μόνον γε τὴν Πελοπόννησον, ἀλλὰ [5] καὶ ἰδίως τὴν Λακωνικὴν οὕτω προσαγορευθῆναι· τὸ γοῦν τοῦ ποιητοῦ, Ποῦ Μενέλαος ἔην; ---

Η οὐκ Αργεος ἦεν Ἀχαϊκοῦ; --- Odyſſ. γ. 251.

δέχονταί τινες οὕτως, Η οὐκ ἦν ἐν τῇ Λακωνικῇ; Κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, D Φιλονόμου προδόντος τὴν χώραν τοῖς Δωριεῦσι, μετανέστησαν ἐκ τῆς Λακωνικῆς εἰς τὴν τῶν Ἰώνων, τὴν καὶ νῦν Ἀχαΐαν καλουμένην. ἐροῦμεν δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Ἀχαϊκοῖς.

1. χρῆσθαι δὲ λαιμένῳ) Miſere lacer eſt hic locus. Lego autem ἀλιμένῳ, quod docet contrarium mox ἐ[illegible]ν. Caſaub.

2. καὶ κριθῆναι) Hi primi Εἵλωτες ſunt appellati. Pauſanias de hac urbe III. c. 20. *Δωριεῖς δὲ παρεστήσαντο ὕστερον πολιορκίᾳ· καὶ πρῶτοί γε ἐγένοντο οὗτοι Λακεδαιμονίων δοῦλοι τοῦ κοινοῦ, καὶ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι, καθάπερ γε καὶ ἦσαν· τὸ δὲ οἰκετικὸν τὸ ἐπικτηθὲν ὕστερον Δωριεῦσι, Μεσσηνίους ὄντας ὀνομασθῆναι καὶ τούτους ἐξενίκησεν Εἵλωτας.* i. e. *Poſtea Dorienſes per obſidionem ſunt oppido potiti: ex quo primum publici extitere Lacedæmoniorum ſervi, qui ſunt a loco Heliotæ nuncupati: obtinuit deinde uſus, ut ceteri etiam qui ad ſervitiorum numerum acceſſiſſent, quamvis Meſſenii (uti priores illi) non eſſent, Heliotæ tamen & ipſi appellarentur.* Idem.

3. δημοσίους δούλους εἶχον οἱ Λακεδαιμ.) Hæc eſt ratio, ni fallor, cur dicat Thucydides Lacedæmonem ὡς μίαν πόλιν habere πλείστους οἰκέτας. *Idem.*

4. οἰκῆσαι τὴν Λακωνικήν.) Vide Pauſaniam initio Ἀχαϊκῶν. (Lib. VII. c. 1.) *Idem.*

5. καὶ ἰδίως) Pauſanias ſcribit ſolos ex omnibus Peloponneſiis eos qui Lacedæmonem & Argos incolebant, ante reditum Heraclidarum Achæos fuiſſe nuncupatos. *Idem.*

Οἱ δὲ κατασχόντες τὴν Λακωνικὴν, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐσωφρόνουν· ἐπεὶ δὲ Λυκούργῳ τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν, τοσοῦτον ὑπερέβαλλον τοὺς ἄλλους, ὥστε μόνοι τῶν Ἑλλήνων καὶ γῆς καὶ θαλάττης ὑπῆρξαν, διετέλεσάν τε ἄρχοντες τῶν Ἑλλήνων, [1] ἕως ἀφείλοντο αὐτοὺς τὴν ἡγεμονίαν Θηβαῖοι, καὶ μετ' ἐκείνους εὐθὺς Μακεδόνες. Οὐ μὴν τελέως γε οὐδὲ τούτοις εἶξαν, ἀλλὰ φυλάττοντες τὴν αὐτονομίαν, ἔριν εἶχον περὶ πρωτείων ἀεὶ, πρός τε τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, καὶ πρὸς τοὺς τῶν Μακεδόνων βασιλέας· καταλυθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Ῥωμαίων, μικρὰ μέν τινα προσέκρουσαν τοῖς πεμπομένοις ὑπὸ Ῥωμαίων στρατηγοῖς, * [2] τυραννούμενοι τότε, καὶ πολιτευόμενοι μοχθηρῶς. ἀναλαβόντες δὲ σφᾶς, ἐτιμήθησαν διαφερόντως, καὶ ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν. Νεωστὶ δ' Εὐρυκλῆς αὐτοὺς ἐτάραξε, δόξας ἀποχρήσασθαι τῇ Καίσαρος φιλίᾳ πέρα τοῦ μετρίου, πρὸς τὴν ἐπιστασίαν αὐτῶν· ἐπαύσατο δ' ἡ ἀρχὴ ταχέως, ἐκείνου μὲν παραχωρήσαντος εἰς τὸ * χρεών. τοῦ δ' υἱοῦ τὴν φιλίαν ἀπεστραμμένου τὴν τοιαύτην πᾶσαν. Συνέβη δὲ καὶ τοὺς [3] Ἐλευθερολάκωνας λαβεῖν τινα τάξιν πολιτείας, ἐπειδὴ Ῥωμαίοις προσέθεντο πρῶτοι οἱ περίοικοι τυραννουμένης τῆς Σπάρτης, οἵ τε ἄλλοι, καὶ οἱ Εἵλωτες. Ἑλλάνικος μὲν οὖν Εὐρυσθένη, καὶ * Προκλέα φησὶ διατάξαι τὴν πολιτείαν. Ἔφορος δ' ἐπιτιμᾷ, φήσας, Λυκούργου μὲν αὐτὸν μηδαμοῦ μεμνῆσθαι, τὰ δ' ἐκείνου ἔργα, τοῖς μὴ προσήκουσιν ἀναθεῖναι· μόνῳ γοῦν Λυκούργῳ ἱερὸν ἱδρῦσθαι, καὶ θύεσθαι κατ' ἔτος, ἐκείνοις δὲ, καίπερ οἰκισταῖς γενομένοις, μηδὲ τοῦτο δεδόσθαι, ὥστε τοὺς ἀπ' αὐτῶν, τοὺς μὲν Εὐρυσθενίδας, τοὺς δὲ * Προκλείδας καλεῖσθαι· [4] οὐδ' ἀρχηγέτας νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοται τοῖς οἰκισταῖς. . . . Καὶ αἰτίαν τούτου λέγει,

Margin notes: * Manuſſ. τυραννουμένοις & πολιτευομένοις. — p. 366. — * Scripti χρέος. — * Vulgo Πατροκλέα. — * Vulgo Πατροκλείδας.

A Atqui Laconicam occupaverant, jam inde ab initio vitam honeſtam degebant, ſed ubi Lycurgo rempub. conſtituendam permiſerunt, tanto exinde poſt ſe alios reliquerunt intervallo, ut ſoli Græcorum terra marique imperium obtinuerint, principatumque Græcorum continenter geſſerunt, donec à Thebanis eſt is eis, ac ſtatim his à Macedonibus ereptus. Neque tamen his uſquequaque ſummiſerunt ſeſe; ſed ſuarum legum uſum ſibi ſervantes, de principatu & cum reliquis Græcis, & cum Macedonum regibus ſemper contenderunt. Hos cum Romani ſubegiſſent, offenderunt quidem parvis quibuſdam in rebus Spartani miſſos à B Romanis præfectos: quique ſub tyrannis & ſtatu reipub. pravo degentes: verum ubi priſtinam reip. formam inſtauravere, in eximio habiti ſunt honore libertatemque retinuerunt præter ſocias operas nihil quicquam Romanis pendentes. Nuper aliquid turbæ apud eos excitavit Eurycles, cum in iis gubernandis videretur amicitia Cæſaris ultra modum abuti: ſed is tumultus mox conſedit Eurycle vita defuncto, & filio ejus omnem id genus amicitiam averſante. Sed & Eleutherolacones (*id eſt, liberi Lacones*) quandam reip. conſtitutionem adepti ſunt, quo tempore Sparta tyrannis ſerviente vicini cum alii tum Hei- C lotes Romanis ſe applicuerunt. Proinde Hellanicus Euryſthenem & Proclem auctores facit reipub. Spartanæ. Quem Ephorus increpans, ait eum præterita Lycurgi mentione, facta ipſius alienis adſcripſiſſe: nam ſoli Lycurgo templum eſſe dicatum, & quotannis ſacrificari: illis, quamvis Spartam condiderint, ne hoc quidem conceſſum eſſe, ut qui ab iis propagati ſunt Euryſthenidæ ac Proclydæ nuncuparentur, neque eos principes auctoreſve civitatis dici, quod omnibus tamen urbium conditoribus defer- D tur. . . . . [5] cauſamque hujus reddit,

1. ἕως ἀφείλοντο ) Amiſerunt Lacedæmonii τὴν ἡγεμονίαν τῶν Ἑλλήνων eo bello quo cladem Leuctricam à Thebanis duce Epaminonda acceperunt. Duravit eorum ἡγεμονία annos fere quingentos, ait Diodor. Sicul. in anno 1. Olymp. CII. Sciendum tamen eſt hunc Lacedæmoniorum principatum fuiſſe aliquando interruptum, Athenienſibus eum poſt bellum Medicum obtinentibus. Vide Thucyd. *Caſaub.*

2. τυραννούμενοι ) Nabidem tyrannum intelligit, adverſus quem Romani pugnarunt. Vide Livium. lib. XXXIV. c. 28. 39. *Idem.*

3. Ἐλευθερολάκωνες.) Hos liberavit Auguſtus, ait Pauſanias III. c. 21. jugo ſervitutis quam ſerviebant iis qui Spartæ dominabantur. Sunt autem Eleutherolaconum oppida XVIII. quæ idem auctor enumerat. *Idem.*

4. οὐδ' ἀρχηγέτας νομισθῆναι) In manuſſ. quibuſdam ita legitur, οὐδ' ἀρχηγέτας, Ἀγίδας δὲ ἀπὸ Ἀγίδος τοῦ Εὐρυσθένους νομισθῆναι, quam lectionem & codices quoque veteris interpretis agnoſcunt. *Idem.*

5. *Cauſamque* ) Locus eſt mutilus, quod vel ex ſubito à duali in ſingularem numerum tranſitu ſentiri poteſt: niſi δεξάμενοι legas, & ἐδυνάστευσαν. Interpres, neſcio quid ſecutus, habet præter ea quæ in Græco extant Agidas reges non habere nomen ab Agide Euryſthenis F. quod neſcio quam ſit verum, aut huc ut faciat. Certè Agidas & Eurypontidas reges Spartæ dictos ab Agide iſto & Euryponte Proclis N. Pauſanias ſcribit. Si pluralia iſta loco ſingularium recipias, nil videbitur deeſſe. In Euripideis verſibus φύλου χθόνος neſcio quid ſit: legi φαύλου Atticè. *Xyland.*

quòd allectis advenis hominibus, eorum ope imperium obtinuerit. ¶ De natura porrò locorum cùm Laconicæ tum Meſſeniæ, Euripidi credi par eſt. Is ait Laconicæ ſoli multum eſſe ad arandum, ſed difficile elaboratu: eſſe enim regionem cavam, montibus cinctam, & aditu in bellis difficilem. Meſſeniacam contrà bonæ frugis feracem, irriguam, multis curruum, boumque millibus & paſcuis aptam,

> *Et nec ſub hybernos flatus nimis algidam,*
> *Nec æſtibus quam Titan nimiis urgeat.*

Ac paulò inferiùs de ſorte loquens qua uſi ſunt in ditionis diviſione Heraclidæ, priorem ait extitiſſe.

> *Terræ Lacanæ dominum non boni ſoli:*

poſteriorem de Meſſena,

> *Aequare verbis cujus bonitatem haud queas.*

Qualem etiam Tyrtæus affirmat. Cæterùm Euripidi dandum non eſt, quod Laconicam à Meſſeniaca diſtingui ait Pamiſi amnis in mare effluxu: cum is per mediam labatur Meſſeniam, ac nullibi eam quæ nunc eſt Laconicam attingat. Ne id quidem rectè, quòd Meſſeniam nautis inacceſſam dicit: quæ non minus quam Laconica ad mare pertinet. Ne Elidem quidem bene diſtinguit:

> *Progreſſus ultra flumen ad Elidem Iovis*
> *Vicinam venies —*

Atque adeò nobis non neceſſe id eſt refellere, cum ipſe id poſuerit, quo ſententia ipſius improbatur. Sive enim de ea loquitur Elea, quæ hodie ſic dicitur, Meſſeniæ confinis: non magis illam tangit

A ὅτι ἐπήλυδας ἀνθρώπους * δεξάμενος δι' ἐκείνων ἐδυνάστευσε. Περὶ δὲ τῆς φύσεως τῶν τόπων καὶ τούτων, καὶ τῶν Μεσσηνιακῶν, ταῦτα μὲν ἀποδεκτέον λέγοντος Εὐριπίδου· τὴν γὰρ Λακωνικὴν φησὶν ἔχειν, Πολλὴν μὲν ἄροτον, ἐκπονεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον· Κοίλη γὰρ ὄρεσι περίδρομος τραχεῖά τε [1] δύσβολός τε πολέμοις· τὴν δὲ Μεσσηνιακὴν καλλίκαρπον,

* Manuſſ. δεξάμενοι & δυναστεῦσαι.

> [2] Κατάρρυτόν τε μυρίοισιν ἄρμασι
> Καὶ βουσὶ καὶ ποιμέσιν εὐβοτωτάτην,
> Οὔτ' ἐν πνοαῖσι χείματος δυσχείμερον,

B

> Οὔτ' αὖ τεθρίπποις ἡλίου θερμὴν ἄγαν.

καὶ ὑποβάς, τὸν πάλον φησὶν ὃν οἱ Ἡρακλεῖδαι περὶ τῆς χώρας ἐποιήσαντο· τὸν μὲν πρότερον γενέσθαι

> Γαίης Λακαίνης κύριον, * φαύλου χθονός.

* Manuſſ. φῦλον. Vulgo φύλου.

τὸν δὲ δεύτερον Μεσσήνης,

> Ἀρετὴν ἐχούσης μείζον', ἢ λόγῳ φράσαι.

οἵαν καὶ ὁ Τυρταῖος φράζει. [3] Τὴν δὲ Λακωνικὴν, καὶ τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζειν αὐτοῦ φήσαντος Πάμισον εἰς θάλασσαν ἐξορμώμενον, οὐ συγχωρητέον· ὃς διὰ μέσης ῥεῖ τῆς

C Μεσσηνίας, οὐδαμοῦ τῆς νῦν Λακωνικῆς ἁπτόμενος· οὐκ εὖ δὲ, οὐδ' ὅτι τῆς Μεσσηνίας ὁμοίως ἐπιθαλαττίας οὔσης τῇ Λακωνικῇ, φησὶν αὐτὴν πρόσω ναυτίλοισιν εἶναι. ἀλλ' οὐδὲ τὴν Ἦλιν εὖ διορίζει,

> Πρόσω δὲ βάντι ποταμὸν, Ἦλις, ἡ Διὸς
> Γείτων κάθηται.

[4] καὶ ἐπάγει καὶ τὸν ἔλεγχον ἡμῖν οὐκ ἀναγκαῖον ὄντα. εἴτε γὰρ τὴν νῦν Ἠλείαν βούλεται λέγειν ἣ ὁμορεῖ τῇ Μεσσηνίᾳ ταύτης οὐ προσάπτεται p. 367.

1. *δύσβολός τε πολέμοις*) Legendum cenſeo, *δυσεισβολός τε πολεμίοις*. Sic libro ſequenti, *ποιεῖ δὲ δυσείσβολα τὰ χωρία ταῦτα ἥτε τραχύτης.* Totum carmen ſic lego,

> *Τραχεῖα τ' οὖσα δυσείσβολός τε πολεμίοις.* Caſaub.

2. *κατάρρυτόν τε*) Lego ita hos verſus.

> *Κατάρρυτόν τε μυρίοισιν ἄρμασι,*
> *Καὶ βουσὶ καὶ ποιμέσσιν εὐβοτωτάτην.*

Pro *ἄρμασι* legerem libentius *ῥεύμασι* vel *νάμασιν*· *εὐβοτάτην* autem quod omnes editiones habent, quis ferat? *Idem.*

3. *Τὴν δὲ Λακωνικὴν, καὶ τὴν Μεσσηνίαν ὁρίζειν αὐτοῦ φήσαντος Πάμισον εἰς θάλασσαν ἐξορμώμενον οὐ συγχωρητέον. Dandum non eſt, quod Laconicam à Meſſeniaca diſtingui ait Pamiſi amnis in mare effluxu.*) Et rurſus hoc loco fefellit ſua memoria Strabonem, & fatum ſuum erat, ut in hoc Pamiſi nomine à vero aberraret. Nam paulo ſupra pag. 361. notavimus ejus errorem in hoc nomine: hîc vero non memi-

D nit ſe dixiſſe hoc eodem libro ſupra pag. 344. duos fluvios fuiſſe hoc nomine in Meſſenia: pag. vero 361. expreſſe: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Πάμισος χαραδρώδης μικρὸς περὶ Λεῦκτρον ῥέων τὸ Λακωνικὸν, περὶ οὗ κρίσιν ἔσχον Μεσσήνιοι πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπὶ Φιλίππου. Eſt & alius Pamiſus torrentis inſtar parvus circa Leuctrum Laconicum fluens.* At debebat concludere, quando Meſſenii & Lacones de hoc fluvio litigaverant coram Philippo, eum fuiſſe in utrorumque confinio, & ideo bene Euripidem dixiſſe eum fluvium eſſe limitem Meſſeniæ & Laconiæ, & non debuit intelligere de altero Pamiſo, qui per mediam Meſſeniam fluit abundans. *Palmer.*

4. *καὶ ἐπάγει καὶ τὸν ἔλεγχον ἡμῖν*) Hæc pertinent ad illa Euripidis verba *ἡ Διὸς*, aut alia potius quæ ſequebantur: quibus docebat poëta ecquam Elidem intelligeret: quod inquit Strabo, non erat neceſſarium. Nam utramutram intelligat, fallitur: hæc eſt iſtius loci ſententia, quam non vidit Xylander. *Caſaub.*

A ὁ Παμισός· ὥσπερ γε οὐδὲ τῆς Λακωνικῆς. Εἴρηται γὰρ, ὅτι διὰ μέσης ῥεῖ τῆς Μεσσηνίας· εἴτε τὴν παλαιὰν τὴν κοίλην καλουμένην, πολὺ μᾶλλον ἐκπίπτει τῆς ἀληθείας· διαβᾶσι γὰρ τὸν Παμισὸν, ἔστι πολλὴ τῆς Μεσσηνίας, εἶθ' ἡ τῶν Φηρῶν ἐπαρχία ἅπασα, [1] καὶ Μεσσαίων ἣν Τριφυλίαν ἐκάλουν, εἶθ' ἡ Πισάτις, καὶ ἡ Ὀλυμπία· εἶτα μετὰ τριακοσίους σταδίους ἡ Ἦλις. [2] Γραφέντων δὲ τῶν μὲν Λακεδαίμονα κητώεσσαν, τῶν δὲ καιετάεσσαν, ζητοῦσι τὴν κητώεσσαν τίνα δέχεσθαι χρή, εἴτε [3] ἀπὸ τῶν κητῶν, [4] εἴτε μεγάλην, ὅπερ δοκεῖ πιθανώτερον εἶναι· τήν τε καιετάεσσαν· οἱ μὲν καλαμινθώδη δέχονται, οἱ δὲ ὅτι οἱ ἀπὸ τῶν σεισμῶν ῥωχμοὶ καιετοὶ λέγονται. [5] καὶ καιάδας τὸ δεσμωτήριον ἐντεῦθεν, τὸ παρὰ Λακεδαιμονίοις σπήλαιόν τι. ἔνιοι δὲ κώους μᾶλλον τὰ τοιαῦτα κοιλώματα λέγεσθαι φασὶν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ Φηρσὶν ὀρεσκῴοισιν. -- [6] Εὔσειστος δ' ἡ Λακωνική· καὶ δὴ [7] τοῦ Ταϋγέτου * κορυφήν τινα ἀποῤῥαγῆναί τινες μνημονεύουσιν· εἰσὶ δὲ λατομίαι λίθου πολυτελοῦς, [8] τοῦ μὲν Ταιναρίου ἐν Ταινάρῳ παλαιαί· νεωστὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Ταϋγέτῳ μέταλλον ἀνέῳξαί τινες εὐμεγέθες, χορηγὸν ἔχοντες τὴν τῶν Ῥωμαίων πολυτέλειαν· [9] ὅτι δὲ Λακεδαίμων ὁμωνύμως λέγεται, καὶ ἡ χώρα, καὶ ἡ πόλις, δηλοῖ καὶ Ὅμηρος. * λέγω δὲ χώραν σὺν τῇ Μεσσηνίᾳ· περὶ μὲν δὴ τῶν τόξων ὅταν λέγῃ·

Iliad. β. 581.

Iliad. κ. 268.

* Manuſſ. κορυφάς τινας.

* Scripti λέγων.

Pamiſus, quam Laconicam, labens (ut diximus) per mediam Meſſeniam: ſive Elidem antiquam intelligit, quæ cava cognominatur, adhuc longiùs à vero aberrat: nam Pamiſo tranſmiſſo, ſequitur magna pars Meſſeniæ tum Pherarum omnis ditio, & Meſſæorum, quam Triphyliam vocabant, mox Piſatis, inde Olympia, hinc poſt CCC. demum ſtadia Elis. Iam cum apud Homerum Lacedæmonis epitheton alii Cetoëſſan, alii Cætaeſſan legant: quæritur illud B unde dicatur, à cetiſne, an verò, quod eſt probabilius, à magnitudine: hoc alii calaminthoſam interpretantur, alii cavernoſam, quòd rupturæ quas terræ motus efficiunt, cæteri dicantur: unde & apud Lacedæmonios Cæadas antrum quoddam, quo pro carcere utebantur: quanquam has cavernas alii malunt Coos dici Græcè, unde illud Homeri.

Φηρσὶν ὀρεσκῴοις----- id eſt *belluis, qua montanos inhabitarent ſpecus.* Eſt autem Laconica terræ motibus obnoxia: & memorant quidam, Taygeti C verticem hoc modo abruptum. Lapicidinas habet lapidis precioſi, Tænarii in Tænaro antiquitus, & recens ſectura metalli eſt aperta juſtæ magnitudinis à quibuſdam, Romanorum magnificentia ſumtus ſuppeditante. Lacedæmonis porrò voce & urbem notari, & regionem (nimirum Laconicam adjuncta Meſſenia) etiam Homerus oſtendit, ut cum de arcu dicit,

1\. *καὶ Μεσσαίων*) Meſſæorum nulla alibi fit mentio, prior interpres legit *Μεσσηνίων*. Pheras autem Meſſeniæ fuiſſe ſæpe repetit Strabo. *Caſaub.*

2\. *γραφόντων δὲ*) Diſputat de Homeri loco, aut locis potius: Nam ſæpe ita appellatur à poëta Lacedæmon. Affert duplicem ſcripturam vocis qua de agitur: & quid pro defenſione utriuſque lectionis dici ſoleat refert. *Idem.*

3\. *ἀπὸ τῶν κητῶν*) Heſychius poſt alias interpretationes hujus vocis, *οἱ δὲ*, inquit, *ὅτι ἐκεῖ ἡ θάλασσα συνεχῶς κήτη ἐκβάλλει. Idem.*

4\. *εἴτε μεγάλην*) Reliquas interpretationes complectitur Heſychius his verbis. *Κητώεσσα, ὑγρὰ, κοίλη, μεγάλη, εὔυδρος, καλαμινθώδης*: quo loco obſervandum eſt tribui ab Heſychio explicationem hanc *καλαμινθώδης* voci *κητώεσσα*: quum Strabo ſic explicet alteram lectionem *Καιετάεσσα*: cujus ſententiam confirmat quod alibi idem Heſychius annotat: *καιέται* vocari *τὴν καλαμίνθην. Idem.*

5\. *καὶ καιάδας τὸ δεσμωτήριον ἐντεῦθεν*) Thucyd. lib. I c. 134. docet Lacedæmonios ſolitos *εἰς τὸν καιάδαν ἐμβάλλειν τοὺς κακούργους.* Euſtath. verò hîc legit, non *καιάδας*, ſed *ὁ καιέτας*: quod propius accedit ad vocem Homericam, & ita habent D manuſcripti. Heſychius ſic, *καίατα ὀρύγματα ἢ τὰ ὑπὸ σεισμῶν καταῤῥαγέντα χωρία. Idem.*

6\. *εὔσειστος δ' ἡ Λακωνική*) Tanto terræ motu aliquando laboravit Sparta, ut ſolæ quinque ædes integræ remanſerint, auctor Ælianus V. H. lib. VI. c. 7. & Polyænus noſter Lib. I. c. 41. § 3.

7\. *τοῦ Ταυγέτου κορυφήν τινα ἀποῤῥαγῆναι*) Plin. lib. II. cap. 79 de hoc terræ motu, *cum & urbs tota eorum corruit, & Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta cladem inſuper eam ruina preſſit.* ex Cicer. habet Plinius lib pr. de Divinatione cap. 50. Meminit Plut. in Cimone. *Idem.*

8\. *τοῦ μὲν Ταιναρίου*) Plin. lib. XXXVI. c. 18. *Sunt & nigri lapides, quorum auctoritas venit in marmora, ſicut Tænarius.* Idem cap. 22. lapidis Tænarii duo videtur facere genera: quorum alter fortaſſe eſt, quem Croceaten appellat Pauſanias III. cap. 21. *Idem.*

9\. *ὅτι δὲ Λακεδ.*) Idem etiam Pauſan. notat: diximus hac de re ſupra. *Idem.*

1\. Φη

*Hoſpes ei quondam occurrens Lace- A*
*dæmone donum*
*Iphitus Eurytides dederat —*

& ſubjicit:

*Illi in Meſſena ſibi in ædibus occur-*
*rerunt*
*Orſilochi.* ——

loquitur autem de Pherarum regione, cujus pars erat etiam Meſſenia. nullo igitur diſcrimine dixit & Lacedæmone eos ſibi invicem obvios dediſſe, & in Meſſena hoc eſſe factum. Pheras enim fuiſſe Orſilochi domum, hinc liquet:

*Pheras cum venere Dioclis prorſus ad* B
*ædes*
*Orſilocho nati* ——— nimirum

Telemachus & Piſiſtratus: ſunt autem Pheræ in Meſſenia. Rurſus ubi Telemachum à Pheris profectum toto die jugales incitaſſe ait, ac ſub occaſum ſolis vehiſſe Lacedæmonem, domumque petiviſſe Menelai: urbs Lacedæmon intelligi debet. Alias enim videbitur narrare Homerus, quomodo Lacedæmone Lacedæmonem venerit. ſed & alioqui probabile non eſt Menelaum non habitaviſſe Spartæ: neque ſic diceret Telemachus:

*Namque peto Spartam, atque Pylum* C
*proficiſcor:* ----

2 Quod non videretur congruere locorum epithetis, niſi quis referre ad poëticam vellet licentiam: non enim congruit, Meſſenam cum Laconica & Pylo Neſtoris neque pro ſe poni in catalogo, neque ut ſociam expeditionis.

Poſt Maleas Argolicus ſequitur ſinus, & Hermionicus: quorum ille uſque ad Scyllæum verſus ortum & Cycladas porrigitur: hic magis adhuc in orientem vergit uſque ad Aeginam & Epidauriam. Primas Argolici ſinus partes Lacones, reliqua Argivi tenent. Inter ea eſt Delium Laconum, Apollinis templum ejuſdem cum Bœotico nominis: & Minoa caſtellum, cui cum Megarica itidem Minoa nomen eſt commune: D

A Δῶρα τά οἱ ξεῖνος Λακεδαίμονι δῶκε τυ-
χήσας
Ἴφιτος Εὐρυτίδης.

Εἶτ' ἐπήνεγκε,

Τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοισιν, Odyſſ. φ. initio.
Οἴκῳ ἐν * Ὀρσιλόχοιο, * Manuſſ. Ορτιλόχοιο ſemper.

Τῆς Φηρῆς τὴν χώραν λέγει, * ἧς μέρος ἦν καὶ ἡ Μεσσηνία· οὐ διήνεγκεν οὖν αὐτῷ καὶ οὕτως εἰπεῖν. * Manuſſ. ἡ μέρος ἦν τῆς Μεσσηνίας.

--ξεῖνος Λακεδαίμονι δῶκε τυχήσας. καὶ
Τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην.

ὅτι γὰρ αἱ Φηραί εἰσιν τοῦ Ὀρσιλόχου ὁ οἶκος, δῆλον·

B Ἐς Φηρὰς δ' ἵκοντο Διοκλῆος ποτὶ δῶμα,
υἱέος Ὀρσιλόχοιο.

Ὅ, τε Τηλέμαχος, καὶ ὁ Πεισίστρατος· αἱ δὲ Φηραὶ τῆς Μεσσηνίας εἰσίν. Ὅταν δ' ἐκ τῶν Φηρῶν ὁρμηθέντας τοὺς περὶ Τηλέμαχον πανημερίους [1] φῇ σείειν ζυγὸν, εἶτ' εἴπῃ, Odyſſ. γ. fine.

Δύσετό τ' ἠέλιος ---
Οἱ δ' ἷξαν κοίλην Λακεδαίμονα ---
Πρὸς δ' ἄρα δώματ' ἔλων Μενελάου, --- Odyſſ. δ. initio.

τὴν πόλιν δεῖ δέχεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Λακεδαίμονα φανεῖται λέγων τὴν ἄφιξιν· ἄλλως τε οὐ πιθανὸν μὴ ἐν Σπάρτῃ τὴν οἴκησιν εἶναι τοῦ Μενελάου, * μήδ' οὕτως ἐκεῖ τὸν C Τηλέμαχον λέγειν. p. 368. * Manuſſ. μηνυούσης & οὔσης.

Εἶμι γὰρ εἰς Σπάρτην τε, καὶ εἰς Πύλον. --- Odyſſ. β 359.

[3] Δοκεῖ γὰρ συμπίπτειν τοῦτο τὸ τοῖς τῆς χώρας ἐπιθέτοις * αὖ . . . . . . εἰ μὴ νὴ Δία ποιητικὴ τις τοῦτο συγχωρήσει ἐξουσία . . . . . * ἐναντίον γὰρ τὴν Μεσσήνην μετὰ τῆς Λακωνικῆς καὶ Πύλου τῆς ὑπὸ τῷ Νέστορι, μηδὲ δὴ καθ' αὑτὴν τάττεσθαι ἐν τῷ καταλόγῳ, μηδὲ κοινωνοῦσαν τῆς στρατείας. * Secuti ſumus libros veteres. * Scripti, τίον.

Μετὰ δὲ Μαλέας ὁ Ἀργολικὸς ἐκδέχεται κόλπος, καὶ ὁ Ἑρμειονικός· [4] ὁ μὲν μέχρι τε Σκυλλαίου πλέοντι ὡς πρὸς ἕω * βλέπων, καὶ πρὸς τὰς Κυκλάδας ὁ δὲ ἑωθινώτερος D τούτου, μέχρι πρὸς Αἴγιναν, καὶ τὴν Ἐπιδαυρίαν. Τὰ μὲν δὴ πρῶτα τοῦ Ἀργολικοῦ, Λάκωνες ἔχουσι, τὰ δὲ λοιπὰ Ἀργεῖοι· ἐν οἷς ἐστι τῶν μὲν Λακώνων [5] τὸ Δήλιον, ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ὁμώνυμον τῷ Βοιωτικῷ· [6] καὶ Μινώα φρούριον, ὁμώνυμος καὶ αὕτη τῇ Μεγαρικῇ· * Scripti βλέποντι.

1. Φῇ σείειν ζυγὸν) Verba ſunt poëtæ. Οδ. Γ. ψ. 486.
*Οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγὸν ἀμφὶς ἔχοντες.* i.e. *Illi vero tota die quatiebant jugum utrimque tenentes.* Caſaub.

2. *Quod non videretur.*) Senſum ſectatus ſum. nam verba *συμπίπτων τοῦτο τὸ τοῖς.* ſunt vitiata. Aldus *συνεπίπτειν*, male. *Xyland.*

3. *δοκεῖ γὰρ*) Ante hæc verba deſunt quædam, ex quibus ſenſus hujus loci pendebat. *Caſaub.*

4. *ὁ μὲν*) *ὁ Αργολικός.* *Idem.*

5. *τὸ Δήλιον*) Pauſanias III. cap. 23. *Επιδήλιον* appellat, & ſimul appellationis rationem explicat. *Idem.*

6. *καὶ Μινώα φρούριον*) Minoam promontorium *κατὰ τὴν Επίδαυρον* in mare prominens agnoſcit Pauſanias III. cap. 23. Ptolemæus. *Εν τῷ Αργολικῷ κόλπῳ ἔτι Λακωνικῆς Μινώα λιμήν.* *Idem.*

A 1 καὶ ἡ Λιμηρὰ Ἐπίδαυρος, ὥς Ἀρτεμίδωρος φησίν. Ἀπολλόδωρος δὲ Κυθήρων πλησίον ἱστορεῖ ταύτην· ἀλίμενον δὲ οὖσαν, βραχέως καὶ ἐπιτετμημένως Λιμηρὰν 2 εἰρῆσθαι, ὡς ἂν Λιμενηρὰν, μεταβεβληκέναι δὲ τοὔνομα. Ἔστι δὲ τραχὺς ὁ παράπλους εὐθὺς ἀπὸ Μαλεῶν ἀρξάμενος μέχρι πολλοῦ ὁ Λακωνικός· ἔχει δ' ὅμως ὑφόρμους, καὶ λιμένας. Ἡ λοιπὴ δ' ἐστὶ παραλία ἀλίμενος· νησίδιά τε πολλὰ πρόκειται αὐτῆς οὐκ ἄξια μνήμης. 3 Τῶν δ' Ἀργείων αἵ τε Πρασιαὶ, καὶ 4 τὸ Τημένιον, ἐν ᾧ τέθαπται Τήμενος· καὶ ἔτι πρότερον τὸ χωρίον, δι' οὗ ῥεῖ ποταμὸς ἡ Λέρνη καλουμένη, ὁμώνυμος τῇ λίμνῃ, ἐν ᾗ * μεμύθευται τὰ περὶ τὴν Ὕδραν. B Τὸ δὲ Τημένιον ἀπέχει τοῦ Ἄργους ἓξ καὶ εἴκοσι σταδίους ὑπὲρ τῆς θαλάσσης, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἄργου εἰς τὸ Ἡραῖον τεσσαράκοντα, ἔνθεν δὲ 5 εἰς Μυκήνας, δέκα. 6 Μετὰ δὲ τὸ Τημένιον 7 ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον· τὸ δ' ἔτυμον ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ * προσπλεῖσθαι. Ἀπὸ τούτου δὲ πεπλάσθαι φασὶ τὸν Ναύπλιον, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ παρὰ τοῖς νεωτέροις· 9 οὐ γὰρ Ὅμηρον ἀμνημονῆσαι ἂν τούτων· τοῦ μὲν Παλαμήδους τοσαύτην σοφίαν, καὶ σύνεσιν ἐπιδεικνυμένου, δολοφονηθέντος δὲ ἀδίκως· τοῦ δὲ Ναυπλίου τοσοῦτον * ἀπεργασαμένου φθόρον ἀνθρώπων περὶ τὸν Καφηρέα. C

* Scripti μυθεύεται.

* Sic vet. lib. Vulgo προσπλῆσθαι. Xyl. πεπλῆσθαι.

* Scripti ἐργασαμένου.

A item Epidaurus cognomento Limera, si Artemidorum ſequimur: nam Apollodorus Cytheris vicinam facit, aitque ob portus (*Limen is Græcè dicitur*) commoditatem Limeneram, ac poſteà conciſo vocabulo Limeram fuiſſe cognominatam. Litus Laconiæ ſtatim à Maleis aliquatenus aſperum eſt: navium tamen receptus habet ac portus, reliqua ora bonos habet portus, & ante eam ſitæ ſunt multæ exiguæ inſulæ, memoratu indignæ. ¶ Argivorum ſunt Praſiæ, & Temenium, ubi ſepultus eſt Temenus, & prior eo locus B per quem fluit Lerna fluvius, paludi cognominis, Hydræ fabula celebri. A Temenio Argos uſque ſupra mare ſunt ſtadia XXVI. ab Argis Heræum ſtadia ſunt XL. atque hinc Mycenas X. poſt Temenium ſequitur Nauplia Argivorum navale, ſic dictum, quod navibus 8 impleatur. Hujus Naupliæ occaſione confictum putant à recentioribus Nauplium & ejus filios: neque enim eos Homerum fuiſſe ſilentio præteriturum, ſi & Palamedes tanta ſapientia prudentiaque floruiſſet, ac injuſto judicio fuiſſet necatus, & Nauplius apud Caphareum tantam hominum edidiſſet ſtragem: C

1. Καὶ ἡ Λιμηρὰ Ἐπίδαυρος) Epidauri in hoc tractu duæ ſunt: hæc quidem in ea parte ſinus Argolici quæ cenſetur eſſe τῆς Λακωνικῆς Strab. & Ptol. Altera eſt ubi deſinere dixit ſinum Hermionicum, qui excipit Argolicum. *Caſaub.*

1. Καὶ ἡ Λιμηρὰ Ἐπίδαυρος, ὡς Ἀρτεμίδωρος φησίν. Ἀπολλόδωρος δὲ πλησίον Κυθήρων ἱστορεῖ ταύτην. *Item Epidaurum cognomento Limera, ſi Artemidorum ſequimur: nam Apollodorus Cytheris vicinam facit.*) Et ex hoc loco colligitur Strabonem non fuiſſe αὐτόπτην, ſed ex Artemidori, Apollodori & aliorum ſcriptis ſuam Græciæ vel ſaltem Peloponneſi χωρογραφίαν compoſuiſſe: nihil enim decernit, ſed in dubium linquit lectorem, utrum Artemidoro, vel Apollodoro fides adhibenda ſit, quod non feciſſet, ſi ipſe locos adiiſſet, & oculis ſuis veritatem inquiſiſſet. *Palmer.*

2. εἰρῆσθαι ὡς ἂν Λιμενηρὰν) Supple, ait Apollod. Steph. refert his verbis, τινὲς δὲ Λιμηρὰν τὴν Λακωνικὴν λέγουσι μίαν τῶν ἑκατὸν, διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας. Alii propriam & magis uſitatam vocis ἐτυμότητα ſervantes ἀπὸ τοῦ λίμου, explicabant πενιχρὰν, ut Suidas & quodam loco Thucydid. ſcholiaſtes: qui hoc tamen alibi (Lib. III. c. 56. p. 245.) reprehendit: fuêre etiam qui λειμηρὰν, vocarent, deducta voce ἀπὸ τοῦ λειμῶνος, quia pratis abundaret. Sed Steph. alteri Epid. hoc epithetum tribuit. *Caſaub.*

3. τῶν δ' Ἀργείων αἵ τε Πρασιαὶ) Ptolomæo eſt τῆς Λακωνικῆς ἡ πρασία. Sic enim vocat, non Πρασίας. Pauſan. III. cap. 21. & 24. Βρασίας. mutato π in β hîc quoque: Sic Ἀμβρακία pro Ἀμπρακία. Stephan. utramque lectionem agnoſcit. *Idem.*

4. τὸ Τημένιον) Vide Pauſ. in fine Corinth. (II. c. 38.) *Idem.*

5. εἰς Μυκήνας δέκα) Pauſanias ait XV. (II. c. 17.) *Id.*

6. Μετὰ δὲ τὸ Τημένιον) Abeſt à Temenio Nauplia ſtadia L. teſte Pauſania. II. c. 38. quem vide de cauſa appellationis. *Idem.*

7. ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον) Meminit Euripides in Oreſte, ỳ. 53.

*Ἥκει γὰρ εἰς γᾶν Μενέλεως Τροίας ἄπο.*
*Λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτῃ,*
*Ἀκταῖσιν ὁρμεῖ.*
*Venit enim in patriam Menelaus ex Troja*
*Implenſque remo portum Nauplicum,*
*Applicat ad littus.* Idem.

8. *Impleatur*) Προσπλῆσθαι, legi πεπλῆσθαι. πλῆθω etiam accedo ſignificat poëtis, ut alibi notavi. ſed πρὸς omnino huc non facit, & augmentum præteriti deeſt. *Xyland.* D

9. οὐ γὰρ Ὅμηρον ἀμνημονῆσαι ἂν τούτων.) Silentii Hom. cauſam affert Philoſtratus in vita Apollon. Tyanei Lib. IV. pag. 173. ut Ulyſſis honori conſuleretur, cujus fraude Palamedes dicebatur periiſſe: Πέμπτον ἠρόμην, τί παθὼν Ὅμηρος, τὸν Παλαμήδην οὐκ οἶδεν, ἢ οἶδε μὲν, ἐξαίρει δὲ τοῦ περὶ ὑμῶν λόγου. Εἰ Παλαμήδης εἶπεν ἐς Τροίαν οὐκ ἦλθεν, οὐ δὲ Τροία ἐγένετο· ἐπεὶ δὲ ἀνὴρ σοφώτατός τε καὶ πολεμικώτατος ἀπέθανεν ὡς Ὀδυσσεῖ ἔδοξεν, οὐκ εἰσάγεται αὐτὸν ἐς τὰ ποιήματα Ὅμηρος, ὡς μὴ τὰ ὀνείδη τοῦ Ὀδυσσέως ᾄδοι. i. e. *Quinto loco interrogavi: quamobrem Homerus Palamedem aut ignoravit, aut cognitum in ſermone ſeparavit. Adhæc Achilles: Si Palamedes, inquit, ad Trojam non venit, nec Troia umquam fuit. Quoniam vir ſapientiſſimus, bellicoſiſſimuſque, ut Ulyſſi placuit, interfectus eſt: non inducit ipſum in poëmate Homerus, ne Ulyſſis opprobria narrare cogatur.* Caſaub.

ſed & generis origo præterquàm quod fabuloſa eſt, in rationem temporum offendit: ut enim detur fuiſſe Neptuni filium, Amymones quî potuit, vivens adhuc belli Trojani tempore? Deinceps à Nauplia ſpecus ſunt, & in iis ædificati labyrinthi, quæ Cyclopeja dicuntur. Sequuntur alia hinc loca, & ſinus Hermionicus: qui locus cum ſub Argia ſit, diviſio circuitus ejus videbatur nobis non negligenda. Initium ſinus eſt ab oppido Aſina: inde Hermione ſequitur, tum Troezen: in ora legenda venitur ad inſulam Calauriam, cujus circulus ambit xxx. ſtadia: ipſa à continente dividitur freto IV. ſtadiorum. Hinc Saronicus ſequitur ſinus quem alii pontum, alii trajectum vocant, unde & mare dicitur Saronicum. Sic autem dicitur trajectus qui à mari Hermionico & eo quod circa iſthmum eſt, contingit Myrtoum ac Creticum mare. Ad ſinum Saronicum Epidaurus eſt, & ante eam ſita in alto Aegina inſula: inde Cenchreæ, Corinthiorum verſus orientem navale: hinc Schœnûs portus, ſpacio XLV. ſtadiorum. Idem à Malea diſtat circiter CIↃ IↃCCC. Apud Schœnuntem anguſtiſſima eſt iſthmi pars, quà naves per terram ex uno mari in alterum traducuntur: atque ibi eſt Neptuni Iſthmii fanum: verùm id, quia extra Argiam eſt, in præſentia omittamus: & repetita Argiæ deſcriptione ſingula peragremus. ¶ Primo autem id diſpiciamus, quàm varia Homero ſignificet

A 1 Ἡ δὲ γενεαλογία πρὸς τῷ μυθώδει, καὶ τοῖς χρόνοις διημάρτηται· δεδόσθω γὰρ Ποσειδῶνος εἶναι, 2 Ἀμυμώνης δὲ πῶς, 3 τὸν κατὰ τὰ Τρωϊκὰ ἔτι ζῶντα; Ἐφεξῆς δὲ τῇ Ναυπλίᾳ, τὰ σπήλαια, p. 369. καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς οἰκοδομητοὶ λαβύρινθοι, 4 Κυκλώπεια δ' ὀνομάζουσιν. εἶτ' ἄλλα χωρία· καὶ ἐφεξῆς ὁ Ἑρμιονικὸς κόλπος, καὶ * τοῦτο τοῦ τόπου τάξαντος ὑπὸ τῇ Ἀργείᾳ καὶ ἡμῖν οὐ παροπτέος ἐνέφηνεν ὁ μερισμὸς τῆς περιοδείας οὗτος. Ἄρχεται δ' ἀπὸ Ἀσίνης πολίχνης· εἶθ' Ἑρμιόνη καὶ Τροιζήν. ἐν παράπλῳ δὲ πρόκειται Καλαυρία νῆσος, κύκλον ἔχουσα τριάκοντα σταδίων, πορθμῷ δὲ 5 τετρασταδίῳ διεστῶσα τῆς ἠπείρου. B Εἶθ' 6 ὁ Σαρωνικὸς κόλπος· οἱ δὲ πόντον λέγουσιν, οἱ δὲ πόρον, καθ' ὃ καὶ πέλαγος λέγεται Σαρωνικόν· καλεῖται δὲ * πᾶς ὁ συνάπτων πόρος ἀπὸ τῆς Ἑρμιονικῆς καὶ τῆς περὶ τὸν ἰσθμὸν θαλάττης, τῷ τε Μυρτῴῳ πελάγει καὶ τῷ Κρητικῷ. Τοῦ δὲ Σαρωνικοῦ 7 Ἐπίδαυρός τε ἐστι, καὶ ἡ προκειμένη νῆσος Αἴγινα· εἶτα Κεγχρεαὶ τὸ τῶν Κορινθίων ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη ναύσταθμον. εἶτα λιμὴν Σχοινοῦς, πλεύσαντι πέντε καὶ τετταράκοντα σταδίους. ἀπὸ δὲ Μαλεῶν τοὺς πάντας περὶ χιλίους καὶ ὀκτακοσίους· κατὰ δὲ τὴν Σχοινοῦντα, ὁ δίολκος τὸ στενώτατον C τοῦ ἰσθμοῦ, περὶ ὃν τὸ τοῦ ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερόν. ἀλλὰ νῦν τὰ μὲν ὑπερκείσθω, ἔξω γάρ ἐστι τῆς Ἀργείας. Ἀναλαβόντες δ' ἐφοδεύσωμεν πάλιν τὰ κατὰ τὴν Ἀργείαν. 8 Καὶ πρῶτον ποσαχῶς λέγεται παρὰ τῷ ποιητῇ

* Scripti τοῦτον.

* Vulgo πῶς

1. Ἡ δὲ γενεαλογία πρός τῷ μυθώδει καὶ τοῖς χρόνοις διημάρτηται, δεδόσθω γὰρ Ποσειδῶνος εἶναι, Ἀμυμώνης δὲ πῶς· τὸν κατὰ τὰ Τρωϊκὰ ἔπι ζῶντα. *Sed & generis origo, præterquam quod fabuloſa eſt, in rationem temporum offendit: ut enim detur Neptuni fuiſſe filium, Amymones qui potuit, vivens adhuc belli Trojani tempore.* ) Sed dubium illud ſolvit Apollonius Argonaut. 1. ubi Nauplius Argonauta Palamedis pater, dicitur ſextus à Nauplio Neptuni & Amymones filio, & ſic procedit ea genealogia ſecundum Apollonium,

Ποσειδὼν —— Ἀμυμώνη
|
Ναύπλιος
|
Προῖτος
|
Λέρνος
|
Ναύβολος
|
Κλυτονεὺς
|
Ναύπλιος, ὁ κατὰ Τρωϊκὰ
Παλαμήδης Οἴαξ.

Mirum eſt Strabonem non vidiſſe hunc Apollonii locum, aut de eo non meminiſſe: Apollonius enim ſcripſerat ſub Ptolemæo Euergeta multo ante Strabonem. *Palmer.*

2. Ἀμυμώνης δὲ ) quæ fuit filia Danai: vixit autem Danaus multis ſeculis ante bellum Trojanum. *Caſaub.*

3. τὸν κατὰ τὰ Τρωϊκὰ ) Vident τὸ ἄτοπον qui genealogias ſcribunt, & admonent Nauplium hunc fuiſſe admodum μακρόβιον ut Apollodorus. Lib. II. c. 1. §. 5. *Idem.*

4. Κυκλώπεια δ', ὀνομάζουσιν ) Cyclopes habitaſſe quondam in Argiva teſtatur Apollod. & multa eorum opera memorat Pauſanias. Cyclopea autem dicta hæc videntur, ob magnitudinem: *Nam*, inquit vetus Papinii interpres, ( ad Theb. 1. ℣. 251. ) *quicquid magnitudine ſua nobile eſt, Cyclopum manu dicitur* D *fabricatum.* Idem.

5. τετρασταδίῳ ) Optimè hîc quidem cum Plinio IV. c. 12. conſentit, qui ſcribit *Calauriam* à continente quingentos paſſus diſtare. *Idem.*

6. ὁ Σαρωνικὸς ) Sic dictus teſte Plinio IV. cap. 5. *quod olim eſſet nemore querno redimitus*: quod Heſychius (v. Σαρωνίδες) & Callimachi ſcholiaſtes Hym. in Jovem ℣. 22. confirmant, qui σαρωνίδας interpretantur τὰς διὰ παλαιότητα κεχηνυίας δρῦς. Pauſanias Lib. II. c. 30. verò aliter: & aliter multis modis Euſtat. in Dionyſium ad ℣. 422. *Idem.*

7. Ἐπίδαυρος ) Hanc Plinius IV. c. 5. neutro genere Epidaurum extulit. *Idem.*

8. Καὶ πρῶτον ποσαχῶς λέγεται παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ Ἄργος ) Lege ſuper hac quæſtione Euſtathii παρεκβολὰς in hoc Dionyſii Afri carmen, ℣. 418.

Ἀγχοῦ δ' Ἀργείων ἄροσις καὶ γαῖα Λακώνων. i. e.
*Prope vero Argivorum aratio (arva) & terra Laconum.* Idem.

τὸ Ἄργος, καὶ καθ' αὑτὸ, καὶ μετὰ τοῦ ἐπιθέτου, Ἀχαϊκὸν Ἄργος καλοῦντος, ἢ Ἴασον, ἢ Ἵππιον, ἢ Ἱππόβοτον, ἢ Πελασγικόν. Καὶ γὰρ ἡ πόλις Ἄργος λέγεται. A

Iliad δ. 52. Ἄργος τε Σπάρτη τε.

Iliad. β. 559. Οἳ δ' Ἄργος τ' εἶχον Τίρυνθά τε.

Καὶ ἡ Πελοπόννησος,

Iliad. α. 30. Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ.

οὐ γὰρ ἡ πόλις γε ἦν οἶκος αὐτῆς. Καὶ ὅλη ἡ Ἑλλάς· Ἀργείους γοῦν πάντας καλεῖ καθάπερ καὶ Δαναοὺς, καὶ Ἀχαιούς· Τὴν γοῦν ὁμωνυμίαν τοῖς ἐπιθέτοις διαστέλλεται, τὴν μὲν Θετταλίαν, Πελασγικὸν Ἄργος καλῶν, B

Iliad. β. 681. Νῦν δ' αὖ τοὺς, ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον.

Iliad. ι. 141. Τὴν δὲ Πελοπόννησον,

Odyss. γ. 251. Εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαϊκόν.---

Ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαϊκοῦ.

σημαίνων ἐνταῦθα, ὅτι καὶ Ἀχαιοὶ ἰδίως ὠνομάζοντο οἱ Πελοποννήσιοι κατ' ἄλλην σημασίαν. Ἴασον τε Ἄργος τὴν Πελοπόννησον λέγει.

Odyss. σ. 245. Εἰ πάντες σε ἴδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοὶ

οἱ δ᾽ ἄλλοι θρυλλοῦσι· [1] περὶ ὧν Ἀργείοις καὶ Λακεδαιμονίοις συνέστη ἀγὼν, τριακοσίοις πρὸς τριακοσίους· ἐνίκων δὲ Λακεδαιμόνιοι, στρατηγοῦντος Ὀθρυάδα· [2] εἶναι δέ φησι τὸ χωρίον τοῦτο Θουκυδίδης ἐν τῇ Κυνουρίᾳ κατὰ τὴν μεθορίαν τῆς Ἀργείας, καὶ τῆς Λακωνικῆς. Εἰσὶ δὲ καὶ [3] Ὑσιαὶ, τόπος γνώριμος τῆς Ἀργολικῆς· [4] καὶ Κεγχρεαὶ, αἳ κεῖνται ἐπὶ τῇ ὁδῷ τῇ ἐκ Τεγέας εἰς Ἄργος, διὰ τοῦ Παρθενίου ὄρους, καὶ τοῦ Κρεοπώλου. Ὅμηρος δ᾽ αὐτὰς οὐκ οἶδεν, [5] οὐδὲ τὸ Λυκούργιον, οὐδ᾽ Ὀρνεάς· κῶμαι δ᾽ εἰσὶ τῆς Ἀργείας, ἡ μὲν ὁμώνυμος * τῷ ὄρει, αἱ δὲ ταῖς Ὀρνεαῖς, ταῖς μεταξὺ Κορίνθου, καὶ Σικυῶνος ἱδρυμέναις. B * Τῶν δὲ κατὰ Πελοπόννησον πόλεων ἐνδοξόταται γεγόνασι, καὶ μέχρι νῦν εἰσιν Ἄργος τε Σπάρτη τε· διὰ δὲ τὸ πολυθρύλλητον, ἥκιστα δεῖ μακρολογεῖν περὶ αὐτῶν· τὰ γὰρ ὑπὸ πάντων εἰρημένα λέγειν δόξομεν. Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν ηὐδοκίμει τὸ Ἄργος μᾶλλον· ὕστερον δὲ καὶ μέχρι παντὸς ὑπερέβαλλον Λακεδαιμόνιοι, καὶ διετέλεσαν τὴν αὐτονομίαν φυλάττοντες· πλὴν εἴ τι που μικρὸν προσπταίειν αὐτοὺς συνέβαινεν. Ἀργεῖοι δὲ [6] Πύῤῥον μὲν οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ πρὸ τοῦ τείχους ἔπεσε, γραϊδίου τινὸς ὡς ἔοικε κεραμίδα ἀφέντος ἄνωθεν ἐπὶ τὴν κεφαλήν· p. 377. ὑπ᾽ ἄλλοις δ᾽ ἐγένοντο βασιλεῦσι· μετασχόντες δὲ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν συστήματος, σὺν ἐκείνοις εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἦλθον καὶ νῦν συνέστηκεν ἡ πόλις, δευτερεύουσα τῇ τάξει μετὰ τὴν Σπάρτην. C Ἑξῆς δὲ λέγωμεν περὶ τῶν ὑπὸ Μυκήναις καὶ τῷ Ἀγαμέμνονι τεταγμένων τόπων ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν νεῶν· ἔχει δ᾽ οὕτως τὰ ἔπη·

Iliad. β. 569.

Οἳ δὲ Μυκήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Ἀφνειόν τε Κόρινθον, ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς,
Ὀρνειάς τ᾽ ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ᾽ ἐρατεινὴν,
Καὶ Σικυῶν᾽ ὅθ᾽ ἄρ Ἄδρηστος πρῶτ᾽ ἐμβασίλευεν.

* Manuſſ. ὄρει τῷ . . . . . . αἱ.

* Scripti τῶν γοῦν.

A de qua apud alios trito ſermone traditur trecentos Argivos cum totidem Lacedæmoniis pugna decreviſſe, ac victoriam Spartanis aſtu Othryadæ fuiſſe partam. Sitam eſſe ait Thucidides in Cynuria, ubi fines Argiæ & Laconicæ coëunt. Sunt & Hyſiæ locus Argolicæ nobilis: & Cenchreæ ſitæ in via, quæ Tegea Argos ducit per montem Parthenium & Creopolum. Homerus iſta loca non novit, ſicut neque Lycurgium, neque Orneas, pagos Argiæ: quorum ille idem cum monte gerit nomen, hic cum Orneis inter Corinthum & Sicyonem ſitus. ¶ Sed omnium, quæ in Peloponneſo ſunt, urbium illuſtriſſimæ fuerunt ſuntque etiamnum Argos ac Sparta: ut propter earum celebritatem vulgatam non ſit nobis prolixior de iis ſermo inſtituendus, ne ab omnibus dicta repetere videamur. Antiquitus quidem fama Argos ſuperabat: ſed inferioribus temporibus Spartani omnibus modis ſuperiores fuerunt, libertatem ſuam perpetuò ſervantes: niſi quod exiguis quibuſdam in rebus offenderunt. Argivi ſanè Pyrrhum non admiſerunt, ſed is ante muros cecidit, conjecta in caput ejus à vetula (ut ajunt) quadam tegula: ſub aliis tamen regibus fuerunt: cumque in Achaicum ſe corpus inſeruiſſent, unà cum eo in Romanorum venerunt poteſtatem: atque etiamnum conſtat urbs, ſecunda à Lacedæmone dignitate. ¶ Deinceps jam dicamus de iis locis quæ Mycenis & Agamemnoni ſubdita in recenſione navium his verſibus memorantur:

*Tum qui turrigeris ſedes tenuere Mycenis,*
*Quique amplam coluere Corinthum, altaſque Cleonas.*
*Orneiaſque, & Arethyreæ qui mœnia amœna.*
*Et Sicyonem, erat Adraſti quæ regia primùm.*

1. περὶ ὧν) Hiſtoria Othryadis eſt apud Herodotum lib. 1. c. 82. & alios. *Xyland.*

περὶ ὧν) Hiſtoria eſt apud Herodotum Κλειοῖ. Pauſaniam, Laconicis, Valerium Maximum lib. II. cap. 3. *Caſaub.*

2. εἶναι) Locus Thucydidis eſt libro IV. c. 56. Ex quo & Stephano Κυνουρίᾳ repoſui. *Xyland.*

εἶναι δὲ φ.) Locus Thucydidis eſt lib. V. cap. 41. ubi quum ageretur de pace inter Lacedæmonios & Argivos, petunt Argivi, *δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γένεσθαι, ἢ εἰς πόλιν τινὰ ἢ ἰδιώτην, περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης. ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέαν καὶ Ἀνθήνην πόλιν· νέμονται δ᾽ αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι.* i. e. *ut vel civitatis vel privati alicujus arbitrio permitteretur controverſia de agro Cynurio, de quo in confiniis poſito ſemper (utrique inter ſe) contendebant. (hic autem ager continet Thyream, & Anthenam urbem, eumque Lacedæmonii poſſident.)* Idem.

3. Ὑσιαὶ) Thucyd. lib. V. c. 83. Hyſias χωρίον τῆς D Ἀργείας vocat. vide Pauſ. II. 24. & Steph. *Idem.*

4. καὶ Κεγχρεαὶ) Pauſan. II. c. 24. quoque Cenchreas in via Tegeatica ſitas eſſe ſcribit. *Idem.*

5. οὐδὲ τὸ Λυκούργιον) De hoc nihil reperio: ſed Lyrciam oppidum medium inter Argos & Orneas, ſexaginta ſtadia utrimque diſtans. De hoc & Orneis vide Pauſ. II. 25. *Idem.*

Οὐδὲ τὸ Λυκούργιον. *Neque Lycurgium.*) Optime Caſaubonus mutavit, & legit Λυρκείαν, & addit ad marginem paulo poſt legi ὁμωνύμως τῷ ὄρει τῷ . . . . . αἱ δὲ &c. debuit confidenter ſupplere τῷ Λυρκίῳ, ut ſit, ὁμωνύμως τῷ ὄρει τῷ Λυρκίῳ, quando ipſe Strabo id docet ſatis expreſſe ſupra pag. 370. ubi de Argis urbe: ῥεῖ δὲ αὐτῆς πλησίον ὁ Ἴναχος χαραδρώδης ποταμὸς ἔχων τὰς πηγὰς ἐκ Λυρκίου τοῦ κατὰ τὴν Κυνουρίαν ὄρους τῆς Ἀρκαδίας. *Palmer.*

6. Πύῤῥον μὲν) Vide apud Pauſaniam Atticis, (L. 1. c. 13.) & Juſtinum lib. XXV. & Plutarch. *Caſaub.*

A *Quique Hyperesiam, qui ſublimem Gonoeſſam*
*Et qui Pellenen, quique Aegion incoluerunt,*
*Littus & Aegiali totum, ſpacioſam Helicenque.*

Mycenæ quidem hodie non ſuperſunt. Condidit autem eam urbem Perſeus: ei Sthenelus, huic Euryſtheus ſucceſſit: iidem Argis quoque imperabant. Euryſtheus ad Marathonem facta adverſus Herculis filios & Jolaum expeditione, quibus auxilio Athenienſes venerunt, in pugna fertur cecidiſſe: corpuſque ejus in Gargetto eſſe ſepultum, caput ab Jolao præciſum ſeorſim humatum Corinthi juxta fontem B [5] Acariam, propter viam quà currus incedunt: locoque nomen eſt Euryſthei caput. Cæterùm Mycenæ tranſierunt in poteſtatem Pelopidarum, ex Piſatide profectorum: deinde Heraclidarum, & eorum qui Argos obtinebant. Poſt navalem autem pugnam Salaminiam Argivi cumque his Cleonei & Tegeatæ illato bello Mycenas funditus deleverunt, agrumque inter ſe partiti ſunt. Cæterùm Argos & Mycenas ob vicinitatem poëtæ tragici veluti unam promiſcuè appellant, & Euripides in una eademque fabula eandem jam Argos, mox Mycenas appellat: ut in C Iphigenia & Oreſta. Cleonæ urbs eſt ſita in via, quæ Argis Corinthum petit, in tumulo domicilio undiquaque cincto, & pulchrè muris ornato: ut videatur Homerus appoſitè eas bene conditas appellaſſe. Ibi & Nemea eſt inter Cleonas ac Phliuntem:

Οἵ θ' Ὑπερησίην τε, καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν.
Πελλήνην τ' εἶχον, ἠδ' Αἴγιον ἀμφενέμοντο,
Αἰγιαλόν τ' ἀνὰ πάντα, καὶ ἀμφ' Ἑλίκην εὐρεῖαν.

Αἱ μὲν οὖν Μυκῆναι νῦν οὐκέτι εἰσίν· * [1] ἔκτισε δ' αὐτὰς Περσεύς· διεδέξατο δὲ Σθένελος· εἶτ' Εὐρυσθεύς· οἱ δ' αὐτοὶ, καὶ τοῦ Ἄργους ἦρξαν. Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας, καὶ Ἰόλαον, [2] βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ· καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα, [3] Γαργηττοῖ ταφῆναι· τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν τῇ Κορίνθῳ, [4] ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ τὴν κρήνην τὴν Ἀκαρίαν, ὑπὸ ἁμαξιτόν· καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσθέως κεφαλή. Αἱ δὲ Μυκῆναι μετέπεσον εἰς τοὺς Πελοπίδας, ὁρμηθέντας ἀπὸ τῆς Πισάτιδος· εἶτ' εἰς τοὺς Ἡρακλείδας, καὶ τοὺς τὸ Ἄργος ἔχοντας. Μετὰ δὲ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, Ἀργεῖοι μετὰ Κλεωναίων, καὶ Τεγεατῶν ἐπελθόντες ἄρδην τὰς Μυκήνας ἀνεῖλον, καὶ τὴν χώραν διενείμαντο. Διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα τὰς δύο πόλεις [6] ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύουσιν· Εὐριπίδης δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δράματι, τοτὲ μὲν Μυκήνας καλῶν, τοτὲ δ' Ἄργος τὴν αὐτὴν πόλιν, [7] καθάπερ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ Ὀρέστῃ. Κλεωναὶ δ' εἰσὶ πόλισμα [8] ἐπὶ τῇ ὁδῷ κείμενον τῇ ἐξ Ἄργους εἰς Κόρινθον ἐπὶ λόφου περιοικουμένου πανταχόθεν, καὶ τετειχισμένου καλῶς· ὥστ' οἰκείως εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ ἐϋκτιμένας Κλεωνάς. Ἐνταῦθα δὲ [9] καὶ ἡ Νεμέα μεταξὺ Κλεωνῶν, καὶ Φλιοῦντος,

* Scripti ἔκτισε δὲ ταύτας.

1. ἔκτισε δ') Eurypides de Mycenis, Καλεῖς πόλισμα Περσέως Κυκλωπίων ἔργον χερῶν. *Caſaub.* Locus exſtat in Iphigen. in Aul. v. 1500. ubi pro ἔργον legitur πόνον. Quod autem Mycenas Perſeus condiderit docet etiam Pauſanias L. II. c. 16. p. 146.

2. βοηθησάντων Ἀθην.) Vide Tragœdiam Euripidis Heraclidas, & Apollodori L. II. c. 4. & Pauſaniam. *Id.*

3. Γαργηττοῖ ταφῆναι) Stephanus, Γαργηττός. *Idem.*

D

4. ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου) Imò Hyllus eſt qui Euryſtheum occidit. Apollodorus libro ſecundo. c. 8. §. 1. Αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα φεύγοντα ἐφ' ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη περιιππεύοντα Σκειρωνίδας κτείνει διώξας Ὕλλος. καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν Ἀλκμήνῃ δίδωσι. i. e. *Ipſum inſuper Euriſthum fugientem è curru, atque ad petras Scironidas adequitantem Hyllus inſecutus obtruncat.* Sed Straboni aſſentiuntur Pindarus Pyth. Od. 9. p. 304. 305. ed. P. Steph. Euripides Heracl. v. 936. Pauſanias VIII. c. 5. & 45. alii. In hoc autem omnes conſentiunt, contigiſſe cladem Euryſthei circa petras Scironidas. *Idem.*

5. *Acariam.*) Qui Macariæ fontis hiſtoriam legit apud Pauſaniam Atticis, is ſuſpicari poſſet Macariam hîc legendum: abſque hoc eſſet, quod Corinthi hîc fuiſſe fontem dicitur, Macaria in Marathone fuit. Nolui ego mutare, contentus indicare. *Xyland.*

6. Ὡς μίαν.) Erat εἰς μίαν. *Idem.*

7. καθάπερ) Fabulæ ſunt in promptu, nec difficile eſt eos locos reperire quos Strabo notare voluit. Mihi ſatis erit locum unum proferre ubi id apparet manifeſtiſſimè. Is eſt in Oreſte, ubi petente Helena ab Electra ut ſuo nomine libamina & κόμης ἀπαρχὰς ad Clytemneſtræ tumulum afferret, reſpondet Electra. ℣. 97.

σοὶ δ' οὐχὶ θεμιτὸν πρὸς φίλον στείχειν τάφον, i. e.
*An tibi non eſt fas ire ad cognatæ ſepulcrum?*

cui Helena δεῖξαι γὰρ, ait, Ἀργείοισι σῶμ' αἰσχύνομαι. quos autem Argivos vocat Helena, ſtatim Mycenæos appellat Electra, quæ ſic ait. αἰδὼς δὲ δή τις ἐς Μυκηναίους ἔχει. Vide prologum verſ. 101. Sophocleæ Electræ, & ibi ſcholia. *Caſaub.*

8. ἐπὶ τῇ ὁδῷ κείμενον) Sic Pauſanias Corinthiacis i. e. II. c. 15. ἐκ Κορίνθου δὲ εἰς Ἄργος ἐρχομένῳ Κλεωναὶ πόλις ἐστὶν οὐ μεγάλη. vide reliqua. *Idem.* Vide celeberrimum virum Chr. Cellarium in erudito opere de Geogr. Antiq. II. c. 13.

9. καὶ ἡ Νεμέα) Pauſanias II. c. 15. ἐν τούτοις τοῖς ὄρεσι τὸ σπήλαιον ἔτι δεικνύται τοῦ Λέοντος, καὶ ἡ Νεμέα τὸ χωρίον ἀπέχει σταδίους πέντε που καὶ δέκα. ἐν δὲ αὐτῇ Νεμείου τοῦ Διὸς ναός ἐστι. i. e. *In illis ipſis montibus leonis Nemei ſpecus adhuc oſtenditur: à quo vicus Nemea non longius quam ſtadia abeſt quindecim ibi Nemei Jovis templum.* Idem.

A ϛ τὸ ἄλσος, ἐν ᾧ καὶ τὰ Νέμεα συντελεῖν ἔθος τοῖς Αργείοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Νεμεαῖον λέοντα μυθευόμενα, [2] καὶ ἡ Βέμβινα κώμη. διέχουσι δ' αἱ Κλεωναὶ τοῦ μὲν Αργους σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, * Κορίνθου δὲ ὀγδοήκοντα. Καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ Ακροκορίνθου κατωπτεύσαμεν τὸ κτίσμα.

p. 378. Ο δὲ ΚΟΡΙΝΘΟΣ [3] ἀφνειὸς μὲν λέγεται διὰ τὸ ἐμπόριον ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ * κείμενον, καὶ δυοῖν λιμένων κύριος, ὧν ὁ μὲν τῆς Ασίας, ὁ δὲ τῆς Ιταλίας ἐγγύς ἐστι· καὶ ῥᾳδίας ποιεῖ τὰς ἑκατέρωθεν * ἀμοιβὰς * τῶν φόρτων πρὸς ἀλλήλοις τοῖς τοσοῦτον ἀφεστῶσιν. Ην δ' ὥσπερ ὁ πορθμὸς οὐκ εὔπλους ὁ κατὰ τὴν Σικελίαν τοπαλαιὸν, οὕτω καὶ τὰ B πελάγη, καὶ μάλιστα τὸ ὑπὲρ τῶν Μαλεῶν, διὰ τὰς ἀντιπνοίας· ἀφ' οὗ καὶ παροιμιάζονται,

*Μαλέαν δὲ κάμψας, ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.

Αγαπητὸν οὖν ἑκατέροις ἦν τοῖς τε * ἐκ τῆς Ασίας, καὶ τοῖς ἐκ τῆς Ιταλίας ἐμπόροις ἀφεῖσι τὸν ἐπὶ Μαλέας πλοῦν εἰς Κόρινθον κατάγεσθαι τὸν φόρτον αὐτόθι· [4] καὶ πεζῇ δὲ τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Πελοποννήσου, καὶ τῶν εἰσαγομένων ἔπιπτε τὰ τέλη τοῖς τὰ κλεῖθρα ἔχουσι. Διέμεινε δὲ τοῦτο καὶ εἰς ὕστερον μέχρι παντός· τοῖς δ' ὕστερον καὶ πλείω προσεγίνετο πλεονεκτήματα· καὶ γὰρ ὁ [5] ἰσθμιακὸς ἀγὼν ἐκεῖ συντελούμενος, ὄχλους ἐπήγετο. καὶ C [6] οἱ Βακχιάδαι τυραννήσαντες, πλούσιοι καὶ πολλοὶ, καὶ γένος λαμπροὶ, διακόσια ἔτη σχεδόν τι κατέσχον τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸ ἐμπόριον ἀδεῶς ἐκαρπώσαντο· τούτους τε Κύψελος καταλύσας αὐτὸς ἐτυράννησε καὶ [7] μέχρι τριγονίας ὁ οἶκος αὐτοῦ συνέμεινε· τοῦ δὲ περὶ τὸν οἶκον * τοῦτον πλούτου μαρτύριον, τὸ Ολυμπίασιν ἀνάθημα Κυψέλου, σφυρήλατος χρυσοῦς

* Manuſſ. Κορινθίων

* Manuſſ. κείμενος,

* Vett. q. μοιβῇ

* Vett. quidam φορτίων. alii, τῷ φόρτῳ

* Vett. q. Μαλέας

* Manuſſ. ἐκ τῆς Ιταλίας καὶ τῆς Ασίας.

* Scripti τούτου

A & lucus in quo Nemea Argivi pro more celebrant: & ibi fabulantur fuiſſe Nemeæum illum leonem: eſtque ibi [1] Bembina vicus. Cleonæ ab Argis abſunt ſtadia cxx. à Corintho xxc. & nos de Acrocorintho urbem proſpeximus. ¶ CORINTHUS autem locuples dicitur ob emporium in iſthmo [illegible], quod portus duos habet, unum Italiæ, alterum Aſiæ obverſum: quo fit ut tantillo à ſe intervallo diſſiti, facilè inter ſe invicem commutare merces poſſint. Porrò ſicut antiquitus navigatu difficile fuit fretum Siculum, ita & maria, præſertim quod ſuper Maleas eſt, propter adverB ſos ventorum flatus: unde & proverbio dicebatur,

*Flectens Maleam oblivifcere res domeſticas.*

Itaque & Aſianis & Italis mercatoribus per fuit gratum omiſſa circum Maleam navigatione merces Corinthum deportare. Quin & eorum, quæ terra in Peloponneſum importabantur aut inde exportabantur, vectigalia accipiebant qui clauſtra obtinebant. Permanſitque hoc integrum etiam ad poſteritatem: imò inferioribus temporibus plura acceſſerunt commoda, quod Iſthmicum certamen ibi ſolitum frequentari magnam hominum turbam adducebat. C Itaque & Bacchiadæ Corinthum tyrannide poſſidentes multi ac locupletes ac genere ſplendidi, cc. ferè annos tyrannidem obtinuerunt, fructuſque emporii tuto perceperunt. Hos Cypſelus dejecit, tyrannidemque occupatam ad tertium hæredem propagavit. Cujus familiæ quantæ fuerint divitiæ, intelligi poteſt ex eo, quòd Cypſelus Olympiæ donarium dedicavit, auream maleo

1. *Bembina.*) 'Legebatur Belbina, quæ inſula huc nil facit, ſed Nemeæum Leonem memini apud Græcos βεμβινήτην dici poëtas. Vide Stephanum. *Xyland.*

2. καὶ ἡ Βέμβινα) Quæ ita Nemeæ propinqua eſt, ut qui Nemæus leo vocatur, à poëtis Bembinata interdum vocetur. Paniaſis Δέρμα τε θήρειον Βεμβινήταο λέοντος. Vide Steph. & Plin. H. N. IV. 6. quoque regionem Nemeam *Bembinadiam* fuiſſe vocitatam annotat. Cave autem confundas Bleminam, quod ſupra diximus eſſe oppidum in confiniis Lacedæmoniorum & Arcadum, aut Belbinam inſulam Æginæ vicinam, de qua paullò antè, cùm hac Bembina κώμη τῆς Νεμέας, quo in errore video verſari viros doctos. *Caſaub.*

3. ἀφνειὸς μὲν λέγεται) Ab Homero Ιλ. Β. ℣. 570. ἀφνειόν τε Κόρινθον. ad quem poëtæ locum reſpiciebat Thucydides L. I. c. 13. cum ſcriberet de Corinthiis, χρημασί τε δυνατοὶ ἦσαν, ὡς καὶ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς δεδήλωται ἀφνειὸν γὰρ ἐπωνόμασαν τὸ χωρίον. Thucydidis autem locum reſpiciebat Ariſtides hæc ſcribens, καὶ τοῦτ' εἶναι ὑφ' οὗ καὶ ἐκ παλαιοτάτου ἀφνειόν τε ὕμνηται χωρίον ὑπὸ τῶν ποιητῶν. Ισθμ. εἰς Ποσ. *Idem.*

4. Καὶ πεζῇ τε τῶν ἐκκομιζο.) Paullò aliter libri veteres: καὶ τῶν εἰσαγομένων καὶ ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Πελοποννήσου ἔπιπτε τὰ τέλη ἐκεῖσε. *Idem.*

5. ὁ ἰσθμιακὸς ἀγὼν) De cujus inſtitutione lege Apollodorum, Pindari interpretes & alios. *Idem.*

D 6. οἱ Βακχιάδαι) De Bacchiadis & Cypſelo, lege Herodotum Terpſychore. (V. c. 93.) Bacchiadas perdidit luxus, ut annotat Ælianus Var. Hiſt. libro primo, capite 19. *Idem.*

7. μέχρι τριγονίας) Duravit tyrannis Cypſelidarum annos LXXIII. menſes VI. auctore Ariſtotele, cujus verba adſcribam è libro De Repub. quinto, c. 12. ubi tyrannides recenſet, quæ longiſſimum tempus duravêre, δευτέρα δὲ, inquit, περὶ Κόρινθον ἡ τῶν Κυψελιδῶν. καὶ γὰρ αὕτη διετέλεσεν ἔτη τρία, καὶ ἑβδομήκοντα δὲ ἓξ μῆνας. Κύψελος μὲν γὰρ ἐτυράννησεν ἔτη τριάκοντα, Περίανδρος δὲ τετταράκοντα καὶ τέτταρα, Ψαμμήτιχος δὲ ὁ Γορδίου τρία ἔτη. i. e. *Secunda vero apud Corinthum Cypſelidarum Tyrannis. Nam ea duravit annis tribus & ſeptuaginta & menſibus ſex. Cypſelus enim ipſe Tyrannidem exercuit annis triginta. Periandrus vero quadraginta quatuor, Pſammeticus autem Gordii annis tribus.* Idem.

ductam ſtatuam juſtæ magnitudinis. Et Demaratus unus ex iis, qui Corinthi ſunt dominati, fugiens ſeditiones ibi ortas, tantum ſecum in Etruriam intulit divitiarum, ut & ipſe dominus urbis, quæ eum receperat, factus ſit, & filius ejus Romæ rex creatus. Et fanum Veneris Corinthi ita fuit locuples, ut plures quam CIↃ habuerit ſacrorum famulas meretrices, quas Deæ viri mulieresque dedicarunt. Ob hæc igitur & magna hominum multitudo ea in urbe, & divitiæ fuerunt. Naucleri enim facilè ſua prodigebant: unde adagio locus:

*Non eſt Corinthum adire cuivis integrum.*

Et quidem memoratur cujuſdam meretricis dictum, quæ mulieri exprobranti ei ignaviam, quòd opus non faceret, neque lanam tractaret, reſponderit: Tamen tres brevis temporis ſpacio ſe hiſtos evacuaſſe: *eſt autem hiſtos Græcis & lignum cui tela circumdatur, & malus navis.* Situs urbis, quòd cum ex Hieronymi, Eudoxi, aliorumque ſcriptis collegimus, tum ipſi urbe nuper à Romanis inſtaurata vidimus, talis eſt. Mons celſus, cujus perpendiculum III. S. ſtadiorum, adſcenſus XXX. eſt ſtadiorum, in verticem deſinit acutum; monti nomen Acrocorinthus: maximè præceps eſt ea pars, quæ ſeptentrionem ſpectat: ſub ea ad ipſam radicem Acrocorinthi urbs jacet, in planicie ejus figuræ, quam menſam vocant. Circulus urbis vel XL. ſtadia æquabat, muroque fuit munita urbs, quantum ejus mons denudaverat: mœnibus ipſe etiam includebatur Acrocorinthus, qua muro muniri poterat. Et nobis adſcendentibus rudera apparebant [6] antiquæ urbis: ita ut univerſus ambitus fuerit ad XXCV. ſtadia. Reliquis in partibus minus præceps eſt mons, aſſurgit tamen in juſtam altitudinem,

A ἀνδριὰς εὐμεγέθης. [1] Δημάρατός τε εἷς τῶν ἐν Κορίνθῳ δυναστευσάντων, φεύγων τὰς ἐκεῖ στάσεις, τοσοῦτον ἠνέγκατο πλοῦτον οἴκοθεν εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν, ὥστε αὐτὸς μὲν ἦρξε τῆς δεξαμένης αὐτὸν πόλεως· ὁ δ᾽ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ Ῥωμαίων κατέστη βασιλεύς. Τό, τε τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν οὕτω πλούσιον ὑπῆρξεν, ὥστε πλείους ἢ χιλίας ἱεροδούλους ἐκέκτητο ἑταίρας, [2] ἃς ἀνετίθεσαν τῇ θεῷ, καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες. Καὶ διὰ * ταῦτα οὖν [3] πολυωχλεῖτο ἡ πόλις, καὶ ἐπλουτίζετο· οἱ γὰρ ναύκληροι ῥᾳδίως ἐξανηλίσκοντο· καὶ διὰ τοῦτο ἡ παροιμία φησίν· * Malim cum vett. lib. ταύτας

B Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ᾽ ὁ πλοῦς.

καὶ δὴ καὶ μνημονεύεταί τις ἑταίρα πρὸς τὴν ὀνειδίζουσαν ὅτι οὐ φίλεργος εἴη, οὐδ᾽ ἐρίων ἅπτοιτο, εἰπεῖν, ἐγὼ μέν τοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη [4] καθεῖλον ἱστοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ. Τὴν δὲ τοποθεσίαν τῆς πόλεως ἐξ ὧν Ἱερώνυμός τε εἴρηκε καὶ Εὔδοξος, καὶ ἄλλοι, καὶ αὐτοὶ δὲ εἴδομεν νεωστὶ ἀναληφθείσης ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, τοιάνδε εἶναι * συμβαίνει. [5] Ὄρος ὑψηλὸν ὅσον τριῶν ἥμισυ σταδίων ἔχον τὴν κάθετον, τὴν δ᾽ ἀνάβασιν καὶ τριάκοντα σταδίων, εἰς ὀξεῖαν τελευτᾷ κορυφήν· καλεῖται δὲ Ἀκροκόρινθος· p. 379. * Scripti συμμένει

C οὗ τὸ μὲν πρὸς ἄρκτον μέρος ἐστὶ τὸ μάλιστα ὄρθιον· ὑφ᾽ ᾧ κεῖται ἡ πόλις ἐπὶ τραπεζώδους ἐπιπέδου * χωρίου, πρὸς αὐτῇ τῇ ῥίζῃ τοῦ Ἀκροκορίνθου· αὐτῆς μὲν οὖν τῆς πόλεως ὁ κύκλος, καὶ τεσσαράκοντα σταδίων ὑπῆρχεν ἐτετείχιστο * δ᾽ ὅσον τῆς πόλεως γυμνὸν ἦν τοῦ ὄρους· συμπεριείληπτο δὲ τῷ περιβόλῳ τούτῳ, καὶ τὸ ὄρος αὐτὸ ὁ Ἀκροκόρινθος, * ᾗ δυνατὸν ἦν τειχισμὸν δέξασθαι, καὶ ἡμῖν ἀναβαίνουσιν, ἦν δῆλα τὰ ἐρείπια [7] τῆς σχοινίας· ὥστ᾽ ἡ πᾶσα περίμετρος ἐγένετο περὶ πέντε καὶ ὀγδοήκοντα σταδίους· ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων μερῶν ἧττον ὄρθιον * Scripti χώρας, * Manuſſ. δ᾽ οὗ * Scripti δυνατὸς

D ἐστὶ τὸ ὄρος· [8] ἀνατέταται μὲν τὸ ἐνθένδε ἱκανῶς,

1. Δημάρατος) Vide ad librum quintum. p. 219. *Caſaub.*

2. ἃς ἀνετίθεσαν τῇ Θεῷ) Ex veterum more, quem multis locis Strabo notat. Vide lib. VI. In XII. p. 559. ubi de Comanis, has mulieres Veneri ſacras ἐργάζεσθαι ait ἀπὸ τοῦ σώματος. *Idem.*

3. πολυωχλεῖτο ἡ π.) Simillimè libro duodecimo p. 559. πολὺς ἦν ὁ ἐπιδημῶν, καὶ ἐνεορτάζων τῷ τόπῳ· οἱ δ᾽ ἐμπορικοὶ καὶ στρατιωτικοὶ τελέως ἐξανηλίσκοντο. *Idem.*

4. καθεῖλον ἱστοὺς) Jocus in ambiguitate vocis ἱστὸς, quæ & navis malum notat, & textorium inſtrumentum, ac telam ipſam. (Quid ſit καθαιρεῖν ἱστὸν in re textoria alibi explicamus, & hunc locum explicat Euſtath. lib. 544. *Idem.*

5. ὄρος ὑψηλὸν, ὅσον τριῶν) Magna ſanè altitudo. Ideo Livius de Corintho XLV. c. 28. *Urbs erat tum præclara ante exſcidium, arx quoque & iſthmus, præbuère ſpectaculum: Arx inter omnia in immanem altitudinem edita.* Papinius Thebaidos libro VII. ℣. 105.

*Jam pronis Gradivus equis Ephyræa premebat*
*Litora, quà ſummus caput Acrocorinthus in auras*
*Tollit, & alterna geminum mare protegit umbra.*

Idem.

6. *Antiquæ urbis.*) Τῆς σχοινίας ἐρείπια quid ſint neſcio, neque enim Schœnus huc facit, portus ſupra Cenchreas, cujus infrà fit mentio. *Xyland.*

7. τῆς σχοινίας) σχοινία idem fere hîc ſignificat ac περίμετρος, & circulus urbem ambiens. Nam fune dimetiuntur architecti ſolum urbis ædificandæ, quem σχοῖνον vocant Græci: unde σχοινία locus totus, per quem funis ille fuerit ductus. *Caſaub.*

8. ἀνατέταται.) Erat ἀνατέτακται. Sed & alia ſunt mendoſa, ut ἀναπαλούντα, πεπεισμένου. *Xyland.*

καὶ περιόπτόν ἐστιν. Η μὲν οὖν κορυφὴ [1] ναΐδιον ἔχει Αφροδίτης· [2] ὑπὸ δὲ τῇ κορυφῇ τὴν τε Πειρήνην εἶναι * συμβαίνειν κρήνην, [3] ἔκρυσιν μὲν οὐκ ἔχουσαν, μεστὴν δ' ἀεὶ διαυγοῦς καὶ ποτίμου ὕδατος· φασὶ δὲ καὶ ἐνθένδε, καὶ ἐξ ἄλλων ὑπονόμων τινῶν φλεβίων, συνθλίβεσθαι τὴν πρὸς τῇ ῥίζῃ τοῦ ὄρους κρήνην ἐκρέουσαν εἰς τὴν πόλιν· ὥσθ' ἱκανῶς ἀπ' αὐτῆς ὑδρεύεσθαι· ἔστι δὲ καὶ τῶν φρεάτων εὐπορία κατὰ τὴν πόλιν· λέγουσι δὲ καὶ κατὰ τὸν Ακροκόρινθον· οὐ μὴν ἡμεῖς γε εἴδομεν. Τοῦ δ' οὖν Εὐριπίδου φήσαντος οὕτως,

* Manuſſ. συνέβη. & ita legendum vel συμβαίνει

A

Ηκω περίκλυστον προλιποῦσ'
Ακρον Κόρινθον
Ιερὸν ὄχθον πόλιν Αφροδίτας·

B

τὸ περίκλυστον ἤτοι κατὰ βάθους * λεκτέον, ἐπεὶ καὶ φρέατα καὶ ὑπόνομοι λιβάδες διήκουσι * δι' αὐτῆς· ἢ τὸ παλαιὸν ὑποληπτέον τὴν Πειρήνην ἐπιπολάζειν, καὶ κατάρρυτον ποιεῖν τὸ ὄρος. [4] Ενταῦθα δέ φασι πίνοντα τὸν Πήγασον ἁλῶναι ὑπὸ Βελλεροφόντου, πτηνὸν ἵππον ἐκ τοῦ τραχήλου τῆς Μεδούσης ἀναπαλέντα κατὰ τὴν Γοργοτομίαν· τὸν δ' αὐτόν φασι καὶ τὴν Ιππου κρήνην * ἀναβάλλειν ἐν τῷ Ελικῶνι, πλήξαντα τῷ ὄνυχι τὴν ὑποπεσοῦσαν πέτραν. Υπὸ δὲ τῇ Πειρήνῃ τὸ Σισύφειον ἐστιν, [5] ἱεροῦ τινος ἢ βασιλείου λευκῷ λίθῳ πεπεισμένου, διασῶζον ἐρείπια οὐκ ὀλίγα. Απὸ δὲ τῆς κορυφῆς πρὸς ἄρκτον μὲν ἀφορᾶται ὅ, τε Παρνασσὸς καὶ ὁ Ελικὼν, ὄρη ὑψηλὰ καὶ νιφόβολα· καὶ ὁ Κρισαῖος κόλπος ὑποπεπτωκὼς ἀμφοτέροις, περιεχόμενος ὑπό τε τῆς Φωκίδος, καὶ τῆς Βοιωτίδος, καὶ τῆς Μεγαρίδος, καὶ τῆς ἀντιπέραν τῆς Κορινθίας τῇ Φωκίδι, καὶ Σικυωνίας· [6] πρὸς ἑσπέραν δὲ ὑπέρκειται τούτων ἁπάντων τὰ καλούμενα Ονεῖα ὄρη, διατείνοντα μέχρι Βοιωτίας, καὶ Κιθαιρῶνος ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν, ἀπὸ τῆς παρὰ ταύτας ὁδοῦ πρὸς τὴν Αττικήν. Αρχὴ δὲ τῆς παραλίας ἑκατέρας, [7] τῆς μὲν τὸ Λέχαιον, τῆς δὲ

* Malim δεκτέον,
* Scripti δι' αὐτοῦ.
* Vulgò ἀναλαβεῖν

C

p. 380.

& longè conſpicuus eſt. In ſummo vertice fanum habet Veneris. Sub ipſo autem vertice fons eſt Pirene, effluxu carens, ſemperque plenus aquæ pellucidæ ac potabilis; inde, & ex aliis quibuſdam per cuniculos ſparſis venulis ferunt elici fontem, qui ad radicem montis in urbem effluit, aquationique oppidanorum ſufficit. Eſt & puteorum copia in urbe: ajunt etiam in Acrocorintho, quod nos quidem ignoramus. Jam quod Euripides dixit,

*Venio irriguam linquens*
*Altam Corinthum, collem ſacrum,*
*Urbem Veneris:*

vel irriguum intelligendum eſt in profundo, cùm & puteos habeat, & per cuniculos ejus penetret liquor: aut antiquitus exundaſſe Pirenam, & montem irrigaſſe. Ibi Pegaſum, cum biberet, captum ajunt eſſe à Bellerophonte, volucrem equum, qui ex collo Meduſæ, cum Gorgo amputaretur, extiterit: qui etiam Hippocrenen (*hoc equi fontem ſignificat*) in Helicone elicuerit, icto ungula quod ſuberat pedibus ſaxo. Sub Pirena Siſyphejum eſt, templi alicujus aut regiæ ex albo lapide exſtructæ retinens haud pauca rudera. E vertice Acrocorinthi verſus ſeptentrionem cernuntur Parnaſſus & Helicon, montes alti ac nivales, tum ſinus Criſſæus ambobus ſubjectus, incluſus Phocide, Bœotia, ac Megaride, & oppoſita Phocis trans ſinum Corinthia ac Sicyonia. Super hæc omnia occaſum verſus ſiti ſunt montes Oneji (*quaſi Aſininos diceres*) qui à ſaxis Scironiis & itinere, quod ab his ad Atticam eſt, protenduntur uſque ad Bœotiam & Cithæronem. Porrò autem oræ maritimæ à Corintho utriuſque initia ſunt, alterius Lechæum, alterius

D

1. *ναΐδιον ἔχει*) Pauſ. II. c. 4. ἀνελθοῦσι δὲ ἐς τὸν Ακροκόρινθον ναός ἐστιν Αφροδίτης ἀγάλματα δὲ αὐτή τε ὡπλισμένη, καὶ Ηλίος καὶ Ερὼς ἔχων τόξον. i. e. *Jam in ipſo ad Acrocorinthum aditu delubrum eſt Veneris: ſigna* in eo, *ipſa* Dea *armata*, *Sol & amor arcum tenens*. Caſaub.

2. *ὑπὸ δὲ τῇ κορυφῇ*) Pauſanias II. cap. 5. fontem ait eſſe ὄπισθεν τοῦ ναοῦ. Deinde ſubjicit l. d. Ηκουσα δὲ ἤδη τὴν Πειρήνην φαμένων εἶναι ταύτην, καὶ τὸ ὕδωρ αὐτόθεν ὑποῤῥεῖν ἐν τῇ πόλει. De Pyrenæo lege Euripidis ſcholia Medea. *Idem.*

3. *ἔκρυσιν*) φανερὰν, ſcilicet & quæ appareat. *Idem.*

4. *ἐνταῦθα φασι*) Pindarus Olymp. Od. XIII. pag. 118. ed. Pauli Stephani de Bellerophonte,

ὃς τᾶς ὀφιώδεος υἱ--
όν ποτε Γοργόνος, ἦ πολλ' ἀμφὶ κρουνοῖς
Πάγασον ζεῦξαι ποθέων ἔπαθε. i. e.
*Qui ſerpentoſæ filium olim Meduſæ*
*Pegaſum jungere cupiens multa certa circa rivos*
Pirenes *pertulit.*

ad quem locum vide ſcholia: ubi reperies & τὰ περὶ Πηγάσου. *Idem.*

5. *ἱεροῦ τινος ἢ βασιλείου λευκοῦ λίθῳ πεπεισμένου*) Locus corruptiſſimus. Legendum ut habent manuſcripti, ἱερόν τινος ἢ βασίλειον λευκῷ λίθῳ πεποιημενόν. *Idem.*

6. *πρὸς ἑσπέραν*) Imo πρὸς ἕω, ſi quid in me eſt ſani judicii: nec adduci me ſinam unquam, ut lineam ductam à Scironidibus petris ad Bœotiam & Cithæronem credam eſſe πρὸς ἑσπέραν Megaridi & Phocidi. Porrò quum hæc ſcripſiſſem animadverti in manuſſ. locum longè aliter eſſe conceptum. Scribitur enim, καὶ Σικυωνίας πρὸς ἑσπέραν· ὑπέρκειται δὲ τούτων. *Idem.*

7. *τῆς μὲν τὸ λέχαιον, τῆς δὲ Κεγχρεαὶ*) Diodorus auctor eſt intervallum, quod erat inter Lechæum & Cenchreas, fuiſſe ſtad. XL. lib. XI. *Idem.*

Cenchreæ vicus & portus, ab urbe diſtans ad LXX. ſtadia: quo portu utuntur ad negociationes Aſianas, Lechæo ad Italicas. Lechæum ſub urbe jacet, non admodum frequens domiciliis: ab utraque parte viæ, quæ à Corintho Lechæum pertingit, deducti ſunt crurum inſtar muri ad ſtadia circiter XII. Hinc porrectum litus uſque ad Pagas Megaridis, alluitur ſinu Corinthiaco: ſed introrſum flectitur, ita ut ad oppoſitum litus, quod eſt ad Schœnuntem, Cenchreis vicinum per terram traduci naves poſſint. Inter Lechæum & Pagas antiquitus oraculum fuit Junonis Acrææ. Sunt & Olmiæ promontorium, quod ſinum conficit, in quo Oenoa eſt Corinthiorum, & Pagæ Megarenſium oppidum. à Cenchreis Schœnûs ſequitur, ubi iſthmus navibus terra traducendis eſt arctiſſimus, inde Cromyonia. Ante hoc litus ſiti ſunt ſinus Saronicus & Eleuſinius, qui idem eſt quodammodo, contiguus Hermionico. In iſthmo etiam templum Neptuni eſt, luco pinuum opacum, ubi Corinthii certamen Iſthmium ſolebant celebrare. Cromyon pagus eſt agri Corinthii, olim Megarici: ubi fabulantur ſuem fuiſſe Cromyoniam matrem apri Calydonii, cujus ſuis cædes inter ærumnas Theſei numeratur. Eſt & Tenea Corinthii agri pagus, ibique Apollinis Teneatæ templum. Ferunt Archiam, qui Syracuſas coloniam deduxit, pleroſque inde ſecutos comites: iſtumque pagum poſtea temporis præ aliis floruiſſe, & ad extremum peculiarem conſtituiſſe ſibi rempublicam, ac à Corinthiis ad Romanos defeciſſe, Corinthoque exciſæ ſuperfuiſſe: & cuidam ex Aſia profecto, cum ſciſcitaretur oraculum an migrare Corinthum expediret, reſponſum fuiſſe:

A Κεγχρεαὶ κώμη καὶ λιμὴν, ἀπέχων τῆς πόλεως ὅσον ἑβδομήκοντα σάδια· τούτῳ μὲν οὖν χρῶνται πρὸς τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας· πρὸς δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἰταλίας τῷ Λεχαίῳ· τὸ δὲ Λέχαιον ὑποπέπτωκε τῇ πόλει κατοικίαν ἔχον οὐ πολλήν· σκέλη δὲ καθείλκυσαι σαδίων περὶ δώδεκα, ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ τῆς * περὶ τὸ Λέχαιον. Ἐντεῦθεν δὲ παρεκτείνουσα ἡ ἠϊὼν μέχρι Παγῶν τῆς Μεγαρίδος, κλύζεται μὲν ὑπὸ τοῦ Κορινθιακοῦ κόλπου· [1] κοίλη δ' ἐστὶ, καὶ ποιεῖ [2] τὸν δίολκον πρὸς τὴν ἑτέραν ἠϊόνα τὴν κατὰ Σχοινοῦντα, πλησίον ὄντα τῶν Κεγχρεῶν. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ Λεχαίου καὶ Παγῶν τὸ [4] τῆς Ἀκραίας μαντεῖον Ἥρας ὑπῆρχε τὸ παλαιόν· καὶ αἱ Ὀλμιαὶ τὸ ποιοῦν ἀκρωτήριον τὸν κόλπον, ἐν ᾧ ἥτε Οἰνόη, καὶ Παγαί· τὸ μὲν τῶν Μεγαρέων φρούριον, ἡ δὲ Οἰνόη τῶν Κορινθίων. Ἀπὸ δὲ τῶν Κεγχρεῶν ὁ Σχοινοῦς καθ' ὃν τὸ στενὸν τοῦ διολκοῦ· ἔπειθ' ἡ Κρομμυωνία. Πρόκειται δὲ τῆς ἠϊόνος ταύτης ὅ, τε Σαρωνικὸς κόλπος, καὶ ὁ Ἐλευσινιακὸς, τρόπον τινὰ ὁ αὐτὸς ὢν, συνεχὴς τῷ Ἑρμιονικῷ. Ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ, καὶ τὸ τοῦ ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερὸν, ἄλσει πιτυώδει συνηρεφὲς, ὅπου τὸν ἀγῶνα τῶν ἰσθμίων Κορίνθιοι συνετέλουν. [5] Ἡ δὲ Κρομμυὼν ἐστι κώμη τῆς Κορινθίας, πρότερον δὲ τῆς Μεγαρίδος· ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρομμυωνίαν ὗν, ἣν μητέρα τοῦ Καλυδωνίου κάπρου φασὶ, καὶ τῶν Θησέως ἄθλων ἕνα τοῦτον παραδιδόασι τὴν τῆς ὑὸς ταύτης ἐξαίρεσιν. Καὶ [6] ἡ Τενέα δ' ἐστὶ κώμη τῆς Κορινθίας, ἐν ᾗ τοῦ Τενεάτου Ἀπόλλωνος ἱερόν. λέγεται δὲ καὶ Ἀρχίᾳ τῷ στείλαντι τὴν εἰς Συρακούσας ἀποικίαν, τοὺς πλείστους τῶν ἐποίκων ἐντεῦθεν συνεπακολουθῆσαι καὶ μετὰ ταῦτα εὐθηνεῖν μάλιστα τῶν ἄλλων τὴν κατοικίαν ταύτην· τὰ δ' ὕστατα καὶ καθ' αὑτοὺς πολιτεύεσθαι· προσθέσθαι τε τοῖς Ῥωμαίοις ἀποστάντας Κορινθίων, καὶ κατασκαφείσης τῆς πόλεως * συμμεῖναι· φέρεται δὲ καὶ χρησμὸς ὁ δοθείς τινι τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐρωτῶντι εἰ λώϊον εἴη μετοικεῖν εἰς Κόρινθον·

* Scripti παρὰ

* Manuſſ. συμβῆναι confuſis literis μ. & β.

1\. *Κοίλη δὲ ἐστὶ, καὶ ποιεῖ τὸν δίολκον* &c. *Sed introrſum flectitur, ita ut traduci poſſint.*) Ita vertit Xylander, forte non male; eſt tamen dubitandi locus, ne vertendum fuiſſet *deprimitur autem.* Nam niſi fiat ibi Montium Onæorum magna depreſſio, difficilis admodum fuiſſet imo impoſſibilis *ὁ δίολκος*. *Palmer.*

2\. *τὸν δίολκον*) Δίολκος hîc eſt locus per quem navis ab altero mari ad alterum trahitur & machinis deducitur, hoc eſt, *δι' οὗ ἕλκεται ἡ ναῦς.* Horatius I. Od. IV. ℣. 2. *Trahúntque ſiccas machinæ carinas.* Trahebantur autem naves, ſubjectis ſcutulis, & palangis, quod eleganter ab Apollo. lib. I. deſcribitur. Hoc Polybius ſolet appellare *ὑπερισθμεῖν*, & *διϊσθμεῖν*, alii *διϊσθμονίσαι*, Strabo *ὑπερνεολκεῖν*. Porro & ſi *δίολκος* nomen eſt ut loquuntur, appellativum: tamen iſti loco, quem nunc deſcribit Geographus, factum eſt proprium. Heſychius, *Δίολκος, ὁ ἀπὸ Λεσχαίου ἕως Κεγχρεῶν τόπος.* *Caſaub.*

3\. *Junonis Acrææ.*) *Ἀκραίας* repoſui pro *ἄκρας*.

D Sic & Pauſanias vocat Corinthiacis, & Euripidis ſcholiaſtes in Medeam, & Livius libro XXXII. c 23. „Promontorium eſt (inquit) adverſus Sicyonem Ju„nonis quam vocant Acræam, in altum excurrens: „trajectus inde Corinthum VII. CIↃ. ferè paſſuum. De Cromyonis ſcriptura dixi ad Theſeum Plutarchi. Teneates (qua de menda Strabo queritur) etiam in epitoma in Tegeatem fuit mutatus. *Xyland.*

4\. *τῆς Ἀκραίας*) Sic habent omnes vett. codices: De Acræa Junone, conſule eruditum virum Lilium Gyraldum. Ptolem. *Ναὸν Ἥρας* contentus fuit annotare. *Caſaub.*

5\. *ἡ δὲ Κρομυὼν*) Abeſt Cromyon Corintho, ſtadia centum & viginti, inquit Thucydid. libr. IV. c. 45. De ſue Crommyonia Plutarchus in Theſeo pag. 4. ed. FFurt. & poëtæ. *Idem.*

6\. *ἡ Τενέα*) Diſtat Tenea Corintho ſtadia LX. in via ſita qua Mycænas itur. De hac Cicero in eleganti epiſtola ad Atticum lib. VI. ſecunda. *Idem.*

1\. συγ-

Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης·

ὅπερ κατ' ἄγνοιαν τινὲς παραγράφουσιν, ἐγὼ δ' εἴην Τεγεάτης. Λέγεται δ' ἐνταῦθα ἐκθρέψαι Πόλυβος τὸν Οἰδίπουν. Δοκεῖ δὲ [1] συγγένειά τις εἶναι Τενεδίοις πρὸς τούτους ἀπὸ * Τένου τοῦ Κύκνου, καθάπερ εἴρηκεν Ἀριστοτέλης· καὶ ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος δὲ τιμὴ παρ' ἀμφοτέροις ὁμοία οὖσα, δίδωσιν οὐ μικρὰ σημεῖα. Κορίνθιοι δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ ὄντες ἐκείνῳ τε συνεφιλονείκησαν, [2] καὶ ἰδίᾳ πρὸς Ῥωμαίους ὑπεροπτικῶς εἶχον, ὥστε τινὲς καὶ τῶν πρέσβεων παριόντων τὴν οἰκίαν αὐτῶν, ἐθάρρησαν καταντλῆσαι βόρβορον· ἀντὶ τούτων μὲν οὖν καὶ ἄλλων ὧν ἐξήμαρτον, ἔτισαν δίκας αὐτίκα· πεμφθείσης γὰρ ἀξιολόγου στρατιᾶς, αὐτή τε κατεσκάφη ὑπὸ Λευκίου Μομμίου, καὶ τ' ἄλλα μέχρι Μακεδονίας ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο· ἐν ἄλλοις ἄλλων πεμπομένων στρατηγῶν. Τὴν δὲ χώραν ἔσχον Σικυώνιοι τὴν πλείστην τῆς Κορινθίας. Πολύβιος δὲ τὰ συμβάντα περὶ τὴν ἅλωσιν ἐν οἴκτου μέρει λέγων, προστίθησι καὶ τὴν στρατιωτικὴν ὀλιγωρίαν τὴν περὶ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα, καὶ τὰ ἀναθήματα. Φησὶ γὰρ ἰδεῖν παρὼν ἐρριμμένους πίνακας ἐπ' ἐδάφους, πεττεύοντας δὲ τοὺς στρατιώτας ἐπὶ τούτων. Ὀνομάζει δ' * αὐτὰς, Ἀριστείδου γραφὴν τοῦ Διονύσου ἐφ' οὗ τινες εἰρῆσθαί φασι τὸ, [3] Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον· [4] καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν καταπονούμενον τῷ τῆς Δηϊανείρας χιτῶνι. Τοῦτον μὲν οὖν οὐχ ἑωράκαμεν ἡμεῖς, τὸν δὲ Διόνυσον ἀνακείμενον [5] ἐν τῷ Δημητρείῳ τῷ ἐν Ῥώμῃ κάλλιστον ἔργον * ἑωρῶμεν. Ἐμπρησθέντος δὲ τοῦ νεὼ, συνηφανίσθη καὶ ἡ γραφὴ νεωστί. Σχεδὸν δέ τι καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων τῶν ἐν Ῥώμῃ, τὰ πλεῖστα, καὶ * ἄριστα ἐντεῦθεν ἀφῖχθαι· τινὰ δὲ καὶ αἱ κύκλῳ τῆς Ῥώμης πόλεις ἔσχον. Μεγαλόφρων γὰρ ὢν μᾶλλον ἢ φιλότεχνος ὁ Μόμμιος, ὥς φασι, μετεδίδου ῥᾳδίως τοῖς δεηθεῖσι.

* Scripti Τέννου

p. 381.

* Scripti αὐτόν. Malim αὐτούς. videlicet τοὺς πίνακας.

* Manuſſ. ἑωράκαμεν.

* Manuſſ. ἤδιστα

*Fortunata Corinthus: ego autem ſim Teneates.*

Ultimam vocem quidam per inſcitiam in Tegeates murarunt. Ibi narrant fuiſſe à Polybo educatum Oedipum. Videtur etiam cognatio quædam cum Teneatis eſſe Tenediorum à Tene Cycni filio, ut Ariſtoteles tradidit: magnumque ejus rei argumentum Apollinis cultus apud utroſque ſimilis præbet. Corinthii porrò cum Philippo parerent, non illius modò contendendi ſtudio ac conatus adjuverunt, ſed & pro ſe privatim ita Romanos deſpexerunt, ut quidam in legatos eorum domum ſuam B prætereuntes auſi ſint cœnum defundere: pro quo peccato, aliiſque flagitiis mox pœnas dederunt: miſſo enim à Romanis juſto exercitu, Corinthus à L. Mummio eſt everſa, & reliqua uſque ad Macedoniam omnia in poteſtatem Romanorum venerunt, aliis in alias partes miſſis ducibus: agri autem Corinthii maximam partem obtinuerunt Sicyonii. Polybius quæ in excidio Corinthi evenerunt narrando deplorans, militarem contemtum artificiorum ac donariorum inter alia commemorat. Ait enim ſe præſentem vidiſſe tabulas in ſolum projectas, ac mi- C lites ſuper iis talis ludentes: nominatque eas, Bacchum ab Ariſtida pictum: de quo nonnulli dictum illud putant, Nihil ad Bacchum & Herculem Dejaniræ tunica excruciatum. Hanc quidem ego non vidi, Bacchum autem illum Romæ in Cereris dedicatum inſpexi, opus pulcherrimum: quæ pictura nuper unà cum templo conflagravit incendio. Sed & ferè pleraque & præſtantiſſima donariorum, quæ Romæ ſunt, Corintho allata fuerunt: quædam etiam circùm vicinæ urbes adeptæ ſunt. Nam Mummius homo (ut traditur) ma- D gnanimitatis quam artificiorum ſtudioſior facilè petentibus ea largiebatur.

1. *συγγένειά τις*) Hanc cognationem inter Teneatas & Tenedios ſic explicat Pauſanias II. c. 5. *Οἱ δὲ ἄνθρωποί φασιν οἱ ταύτῃ, Τρῶες εἶναι, αἰχμάλωτοι δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκ Τενέδου γενόμενοι, ἐνταῦθα Ἀγαμέμνονος δόντος οἰκῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο θεῶν μάλιστα Ἀπόλλωνα τιμῶσιν.* i. e. *Oppidani ſe Trojanos fuiſſe affirmant, qui captivi è Tenedo à Græcis abducti, eum locum ab Agamemnone acceptum teneant: & illi quidem Apollinem inprimis venerentur.* Vide Stephanum. *Caſaub.*

2. *καὶ ἰδίᾳ πρὸς Ῥωμαίους*) Bellum iſtud Rom. adverſus Corinthios Pauſanias Corinth. Florus Epit. LI. & LII. Juſtinus lib. XXXIV. aliique rerum Rom. hiſtorici commemorant. Meminit & Cicero multis locis, itemque alii. Plinius lib. XXXIII. cap. 2. tempus notat, quo capta eſt Corinthus, Olympiadis CLVI. anno III. V. C. DCVIII. *Idem.*

3. *οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον*) Poſt hæc verba diſtinguendum eſt; nam quæ ſequuntur, continent alterius tabulæ argumentum. Videtur autem vir magnus Eraſmus legiſſe *ἀφ' οὗ*, malè. Nam hoc ſibi vult Strabo, tantam fuiſſe illius Ariſtidis picturæ præſtantiam, ut de reliquis Bacchi picturis cum hac Ariſtidea collatis, dici ſoleret, *οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον*, Ariſtidis ſcilicet. *Idem.* De hoc proverbio agit doctiſſimus Andreas Schottus Adagior. Græcorum p. 130. 240. 319. 502. 598. & Eraſmus Adagior. pag. 34. 173. edit. 1656.

4. *καὶ τὸν Ἡρακλέα*) Vide Sophoclis Trachinias. *Idem.*

5. *ἐν τῷ Δημητρείῳ*) Plinius lib. XXXV. cap. 4. teſtatur L. Mummium Achaicum hanc Ariſtidis tabulam in Cereris delubro poſuiſſe: eamque primam arbitratur externam picturam Romæ dedicatam. *Idem.*

1. τὸ

Et Lucullus cum Bonæ Fortunæ templum, porticumque adornaret quandam, Mummium rogavit ut tabulas, quas haberet, ſibi utendas daret ad ornatum templi, donec illud dedicaret, pollicitus ſe à dedicatione redditurum: quod promiſſum poſtea non implevit: ſed templo dedicato Mummium auferre inde, ſi liberet, ſuas tabulas juſſit. Quod cum Mummius æquo animo ferret, neque jacturam tabularum factam quicquam curaret, majorem dedicatore laudem tulit. Sed Corinthus, cum diu deſerta jacuiſſet, inſtaurata eſt a Divo Cæſare propter loci oportunitatem, miſſis eò in coloniam libertinis plurimis. Hi cum rudera cœpiſſent moliri, ſimulque ſepulchra effodiſſent, teſtacea opera plurima,

A Λούκουλλος δὲ κατασκευάσας [1] τὸ τῆς Εὐτυχίας ἱερὸν, καὶ στοάν τινα, χρῆσιν ᾐτήσατο ὧν εἶχεν ἀνδριάντων ὁ Μόμμιος, ὡς κοσμήσων τὸ ἱερὸν μέχρι ἀναδείξεως, εἶτ' ἀποδώσων· οὐκ ἀπέδωκε δὲ, ἀλλ' ἀνέθηκε, κελεύσας αἴρειν εἰ βούλεται· πρᾴως δ' ἤνεγκεν ἐκεῖνος, οὐ φροντίσας οὐδέν· ὥστ' ηὐδοκίμει τοῦ ἀναθέντος μᾶλλον. Πολὺν δὲ χρόνον ἐρήμη μείνασα ἡ Κόρινθος, [2] ἀνελήφθη πάλιν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἐποίκους πέμψαντος τοῦ ἀ-
B πελευθερικοῦ γένους πλείστους· οἱ δὲ τὰ ἐρείπια κινοῦντες, [3] καὶ τοὺς τάφους, συνανασκάπτοντες, εὕρισκον ὀστρακίνων * τορευμάτων πλήθη,

* Vulgo τορεύματα

1. τὸ τῆς εὐτυχίας ἱερὸν) hoc eſt Felicitatis. Nam ita nuncupavit Lucullus, ut ex Plinio conſtat: qui hujus ædis meminit Lib. XXXIV. c. 8. ut & D. Auguſtinus de C. D. IV. 23. *Caſaub.*

2. ἀνελήφθη πάλιν) Vide Dionem lib. XLIII. & Pauſaniam L. II. c. 1 Κορινθιακ. *Idem.*

3. Καὶ τοὺς τάφους, συνανασκάπτοντες, εὕρισκον ὀστρακίνων τορευμάτων πλήθη, πολλὰ δὲ καὶ χαλκώματα) Expone, τορεύματα ὀστράκινα, *cælata fictilia.* Urcei fictiles & alia vaſa cum figuris extantibus & expreſſis fiebant, quæ τορεύματα etiam appellata ſunt, ut & vitrea cœlatis imaginibus aſpera. At levia & pura nullo modo τορεύματα dici poſſunt: ut argentum cælatum dicitur τόρευμα. Leve & purum, quod non cælatum, eſt ἀτόρευτον. Juvenalis:

—— *Leve argentum, venæque ſecundæ.*

Optimum verò ac præſtantiſſimum argentum ad cælaturas eligebatur: unde *puſtulatum* de primæ notæ argento dicebatur. Nam opus τορευτικὸν vulgi etiam dicimus *en boſſe*, id eſt, *in puſtula*; ſive *puſtulatum.* Longius autem à proprietate hujus vocis abiere latinitatis infimæ ſcriptores, qui *toreuma* pro toro, vel torali, ut Sidonius Apollinaris, aliique illius ævi. Salvianus lib. IV. ad Eccleſiam catholicam: *natant tricliniorum redundantium pavimenta: Vino Falerno nobili lutum faciunt: menſæ eorum ac toreumata mero jugiter madent.* Largius etiam, aut æque largiter errant, cum veteres, tum recentiores plerique omnes, qui τόρευμα & τόρνευμα propter dictionum vicinitatem confuderunt, artemque τορευτικὴν cum τορνευτικῇ eandem fecerunt. In quibus & Turnebum eſſe miror. Idem error & priſcorum. Veteres gloſſæ: *toreumata, quæ in torno raſa ſunt.* Immo τορνεύματα illa dicuntur, non τορεύματα. Ciacconius de Triclinio *toreumata* interpretatur torno elaborata vaſa. Prorſus male. Hodie paſſim docti homines in Veterum ſcriptis τὰ τετορευμένα vaſa *tornata*, aut *torno facta* reddunt, magno errore. Athenæus lib. V. Ἔιδομεν δ' αὐτὸ καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν Δελφοῖς ὡς ἀληθῶς θέας ἄξιον διὰ τὰ ἐν αὐτῷ ἐντετορευμένα ζωδάρια, καὶ ἄλλα τινὰ ζωΰφια. Vertunt: *propter animalcula quædam & plantas torno cœlatas.* Inepte: quaſi tornum cœlare poſſit, aut quaſi τορεύειν ac τορνεύειν idem ſit. Verte: *propter ſigilla quæ in eo cœlata ſunt, & animalcula quædam.* Τορνεῖν eſt cædere, τέμνειν. Ita exponit Heſychius. Inde τορεὺς cælum. Et τορεύειν cælare. Nam & *cælum* quoque à cædo. Ut *telum* à tego, τὸ ἀμυντήριον: *prelum*, à premendo, & ſimilia. Ab inſtrumento *torno*, quia circumagendo in eo teruntur ligna, *tornare* fecit infima latinitas pro gyrare ac vertere: & *tornum* pro gyro: & *contornum* pro circulo. Heſychius: τορνῶσαι, περιγράψαι, κυκλῶσαι. Idem τόρνον exponit ἐργαλεῖον τεκτονικὸν, ᾧ τὰ στρογγύλα σχήματα περιγράφεται, *quo ligna in teretem formam raduntur.* Nihil verius. Hinc cognoſcis, quàm latè diſtent τόρεια & τόρνεια, cælatura, & tornatura. Abuſive etiam verbo *tornandi* uſus eſt Feſtus Avienus in Paraphraſi Dionyſii.

—— *his glauca dehinc tornatur Iaſpis.*

In Græco eſt:

—— ἢ χλωρὰ διαγάζουσαν Ἴασπιν.

Quod à præcedentibus pendet. At videtur legiſſe
C Avienus:

Ἡ χλωρὰ διαυγάζουσιν Ἴασπιν.

Et διαυγάζειν ἴασπιν interpretatus eſt *tornare*, pro terere ſcilicet, & polire. Teruntur enim lapides, ut niteant. Στιλβωτὰς lapidum Græci vocant, & στιλβῶσαι λίθους polire & atterere. Quod tornare improprie dixit, quia quæ torno fiunt, etiam teruntur & levigantur. Unde *torno terere* Plinio. Virgilius:

*Et radios trivere rotis,*

id eſt, tornavere. At torno gemmæ non poliuntur. Vidi in Germania rotis quibuſdam aquariis verſatilibus poliri ac teri achates & chalchedonios, ſed hoc tornus non eſt. *Toreuticen* oſtendiſſe Phidiam tradit Plinius. Idem vero torneutices inventorem facit Theodorum Samium lib. VII. *Normam autem, & libellam, & tornum, & clavem Theodorus Samius.* Theophraſtus ex lapidibus alios cœlo ſculpi dicit, alios torno teri, alios ſerra ſecari:
D γλυπτοὶ γὰρ ἔνιοι, καὶ τορνευτοὶ, καὶ πριστοὶ, *ſculptiles, tornatiles*, & *ſerratiles.* Ergò aliud γλυπτὸν, aliud τορνευτὸν, cælatura & tornatura. Idem paulo poſt: ἄλλοι πριστοὶ γὰρ, οἱ δὲ γλυπτοὶ καθάπερ ἐλέχθη, καὶ τορνευτοὶ τυγχάνουσι. Et ſtatim: πλείους δ' εἰσὶν οἱ δεχόμεναι πάσας τὰς ἐργασίας, id eſt, qui ſculpi, ſerra ſecari, & tornari poſſunt. Et deinde de lapide Siphnio: καὶ γλύφεται, καὶ τορνεύεται διὰ τὸ μαλακόν. Aliud igitur γλύφεσθαι, aliud τορνεύεσθαι. Cum hæc ita ſint, vix mihi poſſum perſuadere in tanta luce literarum & artium, ſeculo tam erudito, poëtam ſummum tornum & cælum potuiſſe confundere. Quare aliter exponenda ejus verba hæc ac vulgò ſolent. Ec. III. v. 37.

*Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis.*

Non dicit torno, vel torni arte ſuperadditam vitem illis poculis, ut tornus vitem illam & corymbos hæderæ in poculo effigiarit, ſed præter tornum, quo facta erant illa pocula, inſuper additam artificio cælaturæ vitem. Pocula ipſa torno facta: addita dein-

A πολλὰ δὲ καὶ χαλκώματα· θαυμάζοντες δὲ τὴν κατασκευὴν οὐδένα τάφον ἀσκευώρητον εἴασαν, ὥστε εὐπορήσαντες τῶν τοιούτων· καὶ διατιθέμενοι πολλοῦ, Νεκροκορινθίων ἐπλήρωσαν τὴν
p. 382. Ῥώμην· οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὰ ἐκ τῶν τάφων ληφθέντα, καὶ μάλιστα τὰ ὀστράκινα. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἐτιμήθη σφόδρα ὁμοίως τοῖς χαλκώμασι τοῖς Κορινθιουργέσιν, εἶτ' ἐπαύσαντο τῆς σπουδῆς, ἐκλιπόντων τῶν ὀστράκων, καὶ οὐδὲ κατορθουμένων τῶν πλείστων. Ἡ μὲν
* Scripti δὴ * οὖν πόλις τῶν Κορινθίων μεγάλη τε, καὶ [1] πλουσία διαπαντὸς ὑπῆρξεν, ἀνδρῶν τε ηὐπόρηκεν ἀγαθῶν εἴς τε τὰ πολιτικά, [2] καὶ εἰς τὰς τέχνας τὰς δημιουργικάς· μάλιστα γὰρ, καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν Σικυῶνι ηὐξήθη γραφική τε, καὶ πλαστική, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δημιουργία. B Χώραν δὲ
* Manuſſ. ἔσχεν. * ἔσχον οὐκ εὔγεων * σφόδρα, ἀλλὰ [3] σκολιάν
* Manuſſ. λίαν, τε, καὶ τραχεῖαν· ἀφ' οὗ πάντες [4] ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι· καὶ παροιμιάζονται,

Κόρινθος ὀφρυᾶ τε, καὶ κοιλαίνεται.

[6] Ὀρνεαὶ δ' εἰσὶν ἐπώνυμοι τῷ παραῤῥέοντι ποταμῷ· νῦν μὲν ἔρημοι, πρότερον δὲ οἰκούμεναι καλῶς, ἱερὸν ἔχουσαι Πριάπου τιμώμενον· ἀφ' ὧν καὶ ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος, Ὀρνεάτην καλεῖ τὸν θεόν· κεῖνται δὲ ὑπὲρ τοῦ πεδίου τοῦ Σικυωνίων· τὴν δὲ χώραν ἔσχον Ἀργεῖοι. [7] Ἀραιθυρέα δ' ἐστὶν, ἡ νῦν καλου- C μένη Φλιασία· πόλιν δ' εἶχεν ὁμώνυμον τῇ χώρᾳ πρὸς ὄρει [8] Κοιλώσσῃ· οἱ δ' ὕστερον ἀναστάντες ἐκεῖθεν, πρὸς τριάκοντα σταδίων ἔκτισαν πόλιν, ἣν ἐκάλεσαν Φλιοῦντα· τῆς δὲ Κοιλώσσης μέρος ὁ Καρνεάτης, ὅθεν λαμβάνει τὴν ἀρχὴν Ἀσωπὸς ὁ παραῤῥέων τὴν Σικυωνίαν, καὶ ποιῶν τὴν Ἀσωπίαν χώραν, [9] μέρος

atque etiam æra multa invenerunt: quorum admirati artificium, nullum ſepulchrum non effoderunt, magnaque id genus rerum copia potiti, iiſque magno divenditis, Romam impleverunt Necrocorinthiis: ſic enim appellabant quæ è ſepulchris erant ablata opera, maximè teſtacea: quæ cum initiò in magno pretio, neque æreis Corinthiis operibus haberentur viliora, tandem ſtudium iis impendi deſitum eſt, cum deficerent teſtæ, & pleraque figlina non probarentur. Fuit Corinthus urbs magna, ſemperque dives, copiamque tulit virorum & ad res civiles tractandas idoneorum, & B ad artificia exercenda: maximè enim Corinthi ac Sicyone pingendi ac fingendi aliæque id genus artes auctæ ſunt. Solum habuerunt non admodum gleba terræ felix, ſed obliquum & aſperum: unde vulgò ſupercilioſa Corinthus dicta fuit: ac proverbium,

5 *Colles Corinthus, atque cavitates habet.*

¶ Orneæ nomen habent idem cum fluvio prætereunte, hodie deſertæ, olim frequentatæ ſatis: ibi erat templum Priapi cultum: hinc Euphronius Priapejorum ſcriptor deum iſtum appellat Orneatam. Sitæ fuerunt ſupra campum Sicyoniorum, ſed agrum Ar- C givi poſſederunt. ¶ Aræthyrea eſt, quæ nunc dicitur Phliaſia: urbs fuit regioni cognominis ad montem Cœloſſam: poſtea migratum inde eſt, & xxx. ultrá ſtadiis urbs condita, quam appellaverunt Phliuntem. Pars porrò Cœloſſæ eſt Carneates, unde naſcitur Aſopus, qui præter Sicyoniam labens, Aſopiam regionem Sicyoniæ

de ars cælaturæ. Sic in poculis argenteis ex puro argento factis emblemata cælata addebantur & incruſtabantur. Vitis itaque heîc addita per cælaturam vel ex ipſo ligno exſculpta, vel glutine adplicata & adnexa. Ait *torno facili*, nihil enim facilius tornatura. Parum itaque commendaſſet pocula ſua, ſi torno tantum facta promiſiſſet. Sed ad torni facilitatem cæli labor additus. Proprie enim de cœlatura *labor*. Martialis:

*Quis labor in Phiala?*

Hinc *laborioſi* cælatores vulgò dicti. Niſi ita interpreteris, vix culpa liberabis Principem poëtarum, quin diverſa artificia cæli ac torni confuderit. *Salmaſ. Exercit. Plin. Edit. Ultr. p. 738.*

1. πλουσία διαπαντὸς) apparet ex Homero, qui ἀφνειὸν Κόρινθον vocat. *Caſaub.*

2. καὶ εἰς τὰς τέχνας) Vide Pindari ſcholia ad illum locum (Olymp. Od. XIII. p. 112. ed. Pauli Stephani.)

—— πολλὰ δ' ἐν καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον
ὧραι πολυάνθεμοι ἀρχαῖα σοφίσματα.
*Multa vero cordibus hominum immiſerunt*
*Horæ floribus copioſæ antiquitus ſolertia inventa.*

loquitur poëta de Corinthiis, quibus ait datum fuiſſe, ut multa invenirent. *Idem.*

3. σκολιάν τε) Malim σκληράν. quanquam non me fugit, etiam apud Euſtathium legi σκολιάν: itemque in Epitom. *Idem.*

4. ὀφρυόεντα) In oraculo Bacchiadis quondam dato,

D —— οἳ περὶ καλὴν
Πειρήνην οἰκεῖτε καὶ ὀφρυόεντα Κόρινθον. *Idem.*

5. *Colles Corinthus.*) Ὀφρυᾶ τε ſcripſi, epitomas & rationem trimetri ſecutus pro ὀφρύεται. Supercilia autem colliculi ſunt, etiam apud Maronem: I. Geor. v. 108.

—— *Ecce ſupercilio clivoſi tramitis undam*
*Elicit.* ---- inæqualem ergo & aſperum ſitum Corinthi, collibus elatum & cavis convallibus depreſſum, proverbium notat. Mox pro πρασωπίυς legi παρασωπίυς, vel etymo hoc monente. *Xyland.*

6. Ὀρνεαὶ) Perſequitur Homeri catalogum. De Orneis, vide Pauſaniam II. 25. quem valdè miror Orneatæ Priapi non meminiſſe. *Caſaub.*

7. Ἀραιθυρέα) Vide Pauſ. II. cap. 12. & Steph. *Idem.*

8. Κοιλώσσῃ) Apud Euſtath. ſcribitur Κηλώσσῃ. *Idem.*

9. μέρος οὖσαν) Pauſan. Corinth. (II. cap. 1.) refert, eam, quæ prius Aſopia dicebatur, à Sicyone poſtea fuiſſe Sicyonem appellatam. *Idem.*

1. τὴν

portionem diſtinguit. Alius eſt Aſopus qui Thebas, Platæas, ac Tanagram præterfluit: alius item Heracleæ Tracinię præter pagum fluens, cujus incolæ Paraſopii dicuntur: quartus in Paro eſt Aſopus. ¶ Phlius jacet in medio Sicyoniæ Argiæ, Cleonarum, ac Stymphali, circulo incluſa. Colitur Phliunte ac Sicyone templum Diæ: ſic enim Heben ſeu Juventutem nominant. ¶ Sicyon prius Mecone fuit dicta & antè Ægiali: ædificata xx. aut ut aliis placet XII. ferè ſtadiis à mari, in colle munito natura, Cereri ſacro: vetus ſtructura navale eſt cum portu. Sicyoniam & Corinthiam Nemea fluvius diſcernit. Plurimum temporis ſub tyrannis fuit Sicyon; ſed ſemper tyrannis uſa eſt viris moderatis: quorum illuſtriſſimus Aratus urbem libertate donavit, idemque Achaji corporis imperator fuit, ultrò inperium deferentis, idque auxit adjecta ſua patria, & aliis vicinis urbibus. ¶ Hypereſiam, aliaſque deinceps urbes quas recenſet Homerus, & Ægialon, id eſt litus, Achæorum nunc contingit eſſe uſque ad Dymen & Eleæ fines.

Regionem iſtam quondam Iones poſſederunt, genere Athenienſes, & nominabatur priſcis temporibus Ægialeja, incolæ Ægialenſes: poſtea ab iis Ionia dicta eſt, ſicut & Attica, ab Ione Xuthi F. Traditum eſt Hellenem fuiſſe Deucalionis filium: eum regioni circa Phthiam imperaſſe, quæ inter Peneum eſt & Aſopum, ac imperium filiorum natu maximo reliquiſſe, reliquos emiſiſſe extra patriam, ut ſibi quiſque ſedes quærerent. Ex his Dorus iis, qui circa Parnaſum habitabant, in civitatem compoſitis:

qui & ipſe in curiis cenſetur. Inde Munychia tumulus peninſulæ forma: cavus & magna ex parte cuniculis ſubrutus, partim natura, partim induſtria, ita ut habitationibus ſit aptus. Intratur in eam anguſtas per fauces, & infrà ſunt tres portus. Antiquitus muro cincta atque habitata fuit Munychia, ferè quomodo Rhodiorum urbs, complexa mœnibus Peiræeum & portus navalium plenos, in quibus & Philonis opus fuit armamentarium, fuitque navale cccc. navibus recipiendis ſufficiens: neque paucioribus conſtabat Athenienſium claſſis. Hunc murum attingebant longi muri, nunc diruti, qui crurum inſtar ab urbe quadraginta ſtadiorum longitudine producti, aſtu cum Piræeo connectebant. Sed multa iſta bella murum dejecerunt, ac Munychiæ propugnaculum, Peiræeumque redegerunt in exiguum vicum, qui habitatur apud portus & ædem Jovis Servatoris. Ejus ædis porticus parvi, tabulas continent mirabiles, illuſtrium opera artificum: pars, quæ ſub dio aperta eſt, ſtatuas. Longi muri dejecti ſunt primùm à Spartanis, deinde à Romanis, quo tempore Sylla & Peiræeum & Aſtu ipſum expugnavit. Aſtu ſaxum eſt in planicie, circumquaque domiciliis circumdatum: in eo ſaxo eſt templum Minervæ, & vetuſta Poliadis ædes, in qua ſemper ardens lucerna, & Parthenôn Ictini opus, in quo Minerva eburnea Pheidiæ opus. Enimverò in multitudinem incidens eorum, quæ de hac urbe cantantur, inque hominum ore verſantur, vereor ne ſi copioſior ſim,

1. *ἐν τοῖς δήμοις*) Pauſanias L. I. c. 1. Ὁ δὲ Περαιεὺς δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ· πρότερον δὲ πρὶν ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίοις ἦρξεν, ἐπίνειον οὐκ ἦν Φάληρον δέ. i. e. *Piræus vero, antequam Themiſtocles ad rem accederet, non navale ſed curia fuit, nam Phalerum* Caſaub. Vide ad d. l. notas Schefferi.

2 *καὶ τοὺς λιμένας*) Pyræeus enim tres habebat portus *αὐτοφυεῖς*, inquit Thucydides, Lib. I. c. 93 & *κλειστοὺς* ait Heſychius *Ζέα*. (Vocabantur autem illi portus Κανθάρου λιμὴν, Ἀφροδίσιον, & Ζέα, quod colligitur ex Heſychio & Ariſtophanis ſchol. Equit.) *Idem.*

3. (*καθ. ἐκ τοῦ ἄστεος σκέλη*) Sic fere Græci hos muros ſeu parietes quibus via à Piræeo ad urbem ducens hinc inde muniebatur, appellant. At Propertius brachia non σκέλη. i. crura appellat. III. El. 20. ℣. 23.

*Inde ubi Piræi capient mea lintea portus,*
*Scandam ego Theſeæ brachia longa viæ.*

Vide relata ad Flor. lib. III. c. 5.)

4. *τετταράκοντα σταδ.*) Plinius ait v. mill. paſſ. quæ efficiunt ſtadia quadraginta Thucydides libro II. c. 13. Τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο· καὶ τοῦ Πειραιέος ξὺν Μουνυχίᾳ ἑξήκοντα μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος *i. e. longi vero muri ad Piræum uſque quadraginta ſtadiorum longitudinem habebant quorum* (*murorum*) *externæ partes cuſtodiebantur. Et ipſius quidem Piræi una cum Munychia univerſus ambitus erat ſexaginta ſtadiorum.* Altitudinem horum σκελῶν ait Appianus fuiſſe XL. cubitorum. Quoties autem fuerint dejecta, & poſtea D reſtituta, iterumque deiecta, annotare non eſt hujus loci *Idem.*

5. *ὁ ἄσβεστος λύχνος*) Pauſ. 1. c. 26. *λύχνον δὲ τῇ θεῷ χρυσοῦν Καλλίμαχος ἐποίησεν. ἐμπλήσαντες δὲ ἐλαίου τὸν λύχνον, τὴν αὐτὴν μέλλοντος ἔτους ἀναμένουσιν ἡμέραν. i. e. Lucernam ex auro Deæ Callimachus fecit in quam oleum infuſum non conſumitur, niſi exacto demum anno;* (ad quem locum vide Kuhnium) Fuere verò etiam alibi in Prytaneis λύχνοι ἄσβεστοι. Athen. lib. XV. c. 18. pag. 700. refert ex Euphorione, Dionyſium Dionyſij filium, Siciliæ tyrannum, Ταραντίνοις ἐς τὸ πρυτανεῖον ἀναθεῖναι λυχνεῖον. Theocrit. quoque εἰδ. XXI.

*—— τὸ δὲ λύχνιον ἐν Πρυτανείῳ*
*Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγρυπν τόδ' ἔχειν.* *Idem.* Conſule Caſaubon. Animadv. in Athen. *Deipn. XV. cap. 19.* pag. 992.

6. *ὁ Παρθενὼν*) Vide paullò antè. *Idem.*

1. Πολέ-

ab inſtituto meo ſcriptio aberret. Venit enim mihi in mentem ejus quod Hegeſias dixit : Video arcem : ſignum ibi eſt tridentis : video Eleuſinem, myſteria ſacrorum ibi ſcrutor. Ibi eſt Leocorium, hîc Theſeum, non poſſunt ſingula exponi. Eſt enim Attica deorum opus, & priſcorum heroum. Verùm hic quidem unici tantùm in arce ſimulacri mentionem fecit. Polemo periegetes ab accurata ſingulorum deſcriptione dictus quatuor libros conſcripſit de donariis in arce dedicatis : quam proportionem requirunt etiam reliquæ urbis & agri partes. cumque Eleuſinem dixerit unam ex CLXX. curiis (quidam IV. addunt) reliquarum nullam nominavit. Habent autem ſi non ſingulæ, at certè multæ fabulas complures & hiſtorias. Verbi gratia, Aphydna Helenam à Theſeo raptam, & expugnata Aphydna à fratribus ſuis Caſtoribus receptam. Marathon certamen Perſicum, Rhamnûs Nemeſis ſimulacrum, quod alii Diodoti, alii Agoracriti Parii opus affirmant, & mole & elegantia præſtantiſſimum, neque Pheidiæ operibus cedens. Ita & Deceleja arx belli fuit Peloponneſiis bello Decelico : & à Phyla populum in Peiræeum, indeque in urbem reduxit Thraſybulus : ac de multis aliis multa narrari poſſunt, ut de Leocorio, Theſejo, Lycejo, Olympio, quod qui dedicavit rex morte interceptus ſemiperfectum reliquit. De Academia

A μὴ συμβῇ τῆς προθέσεως ἐκπεσεῖν τὴν γραφήν. Ἔπεισι γὰρ ὃ φησὶν Ἡγησίας, ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἐκεῖ τι σημεῖον· ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης· ἐκεῖνο Λεωκόριον· τοῦτο Θησεῖον· οὐ * δύναμαι δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον· ἡ γὰρ Ἀττικὴ * θεῶν ἐστι κτίσμα καὶ προγόνων ἡρώων. Ἀλλ' οὗτός γε ἑνὸς μόνου ξοάνου τῶν ἐν τῇ Ἀκροπόλει μέμνηται. 1 Πολέμων δὲ ὁ περιηγητὴς, τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει· τὸ δ' ἀνάλογον συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας. Ἐλευσῖνα τε εἰπὼν ἕνα τῶν ἑκατὸν καὶ ἑβδομή-
B κοντα δήμων, πρὸς δὲ καὶ τεττάρων, ὥς φασιν οὐδένα τῶν ἄλλων ὠνόμακεν. Ἔχουσι δὲ κἂν εἰ μὴ πάντες, οἵ γε πολλοὶ μυθοποιΐας συχνὰς καὶ ἱστορίας· καθάπερ 2 Ἄφιδνα μὲν τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν ὑπὸ Θησέως, καὶ τὴν Διοσκούρων ἐκπόρθησιν αὐτῆς, καὶ ἀνακομιδὴν τῆς ἀδελφῆς. 3 Μαραθὼν δὲ τὸν Περσικὸν ἀγῶνα. 4 Ῥαμνοῦς δὲ τὸ τῆς Νεμέσεως ξόανον, ὅ τινες μὲν Διοδότου φασὶν ἔργον, τινὲς δὲ Ἀγορακρίτου τοῦ Παρίου, καὶ μεγέθει καὶ κάλλει σφόδρα κατωρθωμένον, καὶ ἐνάμιλλον τοῖς Φειδίου ἔργοις· οὕτω δὲ καὶ Δεκέλεια μὲν ὁρμητήριον τῶν Πελοποννησίων κατὰ 5 τὸν Δεκελικὸν
C πόλεμον. 6 Φυλὴ δὲ, ὅθεν ἐπήγαγε τὸν δῆμον Θρασύβουλος εἰς Πειραιᾶ, κἀκεῖθεν εἰς Ἄστυ * οὕτω καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων ἐστὶν * ἱστορεῖν πολλὰ, καὶ εἰς 7 τὸ Λεωκόριον, καὶ 8 τὸ Θησεῖον, 9 ὃς ἔχει καὶ τὸ Λύκειον, καὶ αὐτὸ 10 τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν 11 ὁ ἀναθεὶς βασιλεύς· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἀκαδημία,

* Vulgo; δύναται.

* In vett. li. ita legitur θεῶν αὐτὴν τόπον καταλαβόντων καὶ τῶν πρ ἡρ.... οὗτος μὲν οὖν.

* Scripti, οὕτω δέ.

* Scripti, ἱστορεῖ δὲ mutata diſtinctione

1. Πολέμων δε) Hujus libros περὶ τῆς Ακροπόλεως, laudant ſæpe Grammatici, præſertim Athenæus. XI. c. 6. p. 472. & XIII. c. 6. c. 587. *Caſaub.*

2. ἀφύδνα μὲν) Vide Herodot. Plutarch. in Theſeo, Diodor. Siculum lib. IV. Pauſaniam, & veterem poëtæ ſcholiaſten ad hoc carmen Ιλιαδ. γ. ϗ'. 144.

Αἴθρη Πιθῆος θυγάτηρ, Κλυμένη τε βοῶπις.
*Aethia Pithaei filia, Clymeneque pervenuſta* Idem.

3. Μαραθὼν δὲ τὸν Περσικὸν ἀγ.) Duo ibi extitere celeberrima, Sus Marathonius, à Theſeo occiſus: Perſarum clades duce Miltiade. Mela. II. c. 3. *Marathon magnarum multarumque virtutum teſtis jam inde à Theſeo, Perſarum maxima clade pernotus*: quem locum omnes editiones peſſimè diſtinctum habent: ut ſi illas ſequamur, clades Perſarum Theſei temporibus contigerit. *Idem.*

4. Ῥαμνοῦς δὲ) Pauſanias I. c. 33. de Rhamnunte, μικρὸν δὲ ἀπὸ θαλάττης νεμέσεώς ἐστιν ἱερόν· ἣ θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἐστιν ἀπαραίτητος. *Idem.*

5. τὸν Δεκελικὸν πόλεμον) Vide Thucydidem, Xenophontem Ελλην. primo & ſecundo, & Diodorum, de bello Peloponneſiaco, cujus pars fuit iſtud Decelicum. Scribit ille de Peloponneſiis, qui ducibus Agide Spart. rege & Alcibiade impreſſionem in Atticam fecere καταλαβόμενοι δὲ χωρίον ὀχυρὸν Δεκέλειαν, φρούριον ἐποίησαν κατὰ τῆς Αττικῆς διὸ καὶ συνέβη τὸν πόλεμον τοῦτον Δεκελεικὸν προσαγορευθῆναι. *Idem.*

6. Φυλὴ δὲ) Vide Xenophontem Ελλην. libro ſecundo, Diodorum lib. XIV. Juſtinum, alios. *Idem.*

7. τὸ Λεωκόριον) Vide Suidam, & Ariſtophanis interpretem, alioſque Grammaticos. Ælianus quoque ποικιλ. lib. XII. c. 28. rem totam narrat. *Idem.*

D 8. τὸ Θησεῖον) Suidas, ἔστι δὲ τὸ Θησεῖον τέμενος ἀνειμένον τῷ Θησεῖ. Vide Plutarchum in vita, & Pauſaniam. *Idem.*

9. ὃς ἔχει καὶ τὸ Λύκειον) Vide num ſit legendum, οἷς ἕπεται, vel ὧν ἔχεται καὶ τὸ Λ. *Idem.*

10. τὸ Ολύμπιον) hoc eſt, templum Olympii Jovis. *Idem.*

11. ὁ ἀνατιθεὶς βασιλεὺς) Perſeum intelligit, Livius lib. XLI. c. 20. de Perſeo. *Magnificentiæ vero in deos vel Jovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine Dei, poteſt teſtis eſſe.* Reperio & Piſiſtratidas tale quid eſſe conatos, ut ex iis, quæ ſcribit Ariſtoteles libro V. de Republica, ſatis apparet: & Antiochum Epiphanem, ut ex Athenæo conſtat (item multos reges in gratiam Auguſti. Suetonius cap. 60. & Plinius:) Tandem verò opus ab aliis fruſtra inſtitutum Adrianus Imperator abſolvit. Vide Pauſ. *Idem.*

A καὶ [1] οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων, καὶ [2] τὸ Ὠδεῖον, καὶ ἡ Ποικίλη στοὰ, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἱερὰ, ἔχοντα πάντα ἔργα τεχνιτῶν μνήμης ἀξίων. Πο-
p. 397. λὺ δ' ἂν πλείων εἴη λόγος, εἰ τοὺς ἀρχηγέτας τοῦ κτίσματος ἐξετάζοι τις, ἀρξάμενος ἀπὸ Κέκροπος· οὐδὲ γὰρ ὁμοίως λέγουσιν ἅπαντες· τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δῆλον. Ακτικὴν μὲν γὰρ [3] ἀπὸ Ακταίωνος φασίν· Ατθίδα δὲ καὶ Αττικὴν, [4] ἀπὸ Ατθίδος * τῆς Κραναοῦ, [5] ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ ἔνοικοι. [6] Μοψοπίαν δὲ [7] ἀπὸ Μοψόπου, Ιωνίαν δὲ ἀπὸ Ιωνος τοῦ Ξούθου· Ποσειδωνίαν δὲ καὶ Αθήνας ἀπὸ τῶν ἐπωνύμων θεῶν. [8] Εἴρηται δ', ὅτι κἀνταῦθα φαίνεται τὸ τῶν Πελασγῶν ἔθνος ἐπιδημῆσαν· καὶ ὅτι ὑπὸ τῶν Αττικῶν * [9] Πελασγοὶ προσηγορεύθησαν διὰ τὴν πλάνην. Οσῳ δὲ πλέον ἐστὶ τὸ φιλότιμον περὶ τὰ ἔνδοξα καὶ πλείους οἱ λαλήσαντές τι περὶ αὐτῶν, τοσῷδε μείζων ὁ ἔλεγχος, ἐὰν μὴ κρατῇ τις τῆς ἱστορίας. Οἷον [10] ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ποταμῶν ὁ Καλλίμαχος [11] γελᾶν φησιν εἴ τις θαῤῥεῖ γράφειν τὰς τῶν Αθηναίων παρθένους,

---- ἀφύσσεσθαι καθαρὸν γάνος Ηριδανοῖο,

Οὗ καὶ τὰ βοσκήματα ἀπόσχοιτ' ἄν. Εἰσὶ μὲν οὖν αἱ πηγαὶ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος ὥς φασιν, ἐκτὸς τῶν Διοχάρους καλουμένων πυλῶν, πλησίον τοῦ Λυκείου· πρότερον δὲ καὶ κρήνη κατεσκεύαστό τις πλησίον πολλοῦ καὶ καλοῦ ὕδατος· εἰ δὲ μὴ νῦν, τί ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ πάλαι πολὺ καὶ καθαρὸν ἦν, ὥστε

* Vulgo τοῦ

item, hortis philoſophorum, Odeo, porticu quæ Pœcile ob varietatem dicebatur, & templis quæ in urbe ſunt, & continent opera præclarorum artificum. Multoque etiam prolixior fieret ſermo, ſi quis de primis Athenarum conditoribus examen inſtitueret, facto à Cecrope initio. Non enim ab omnibus eadem traduntur, quod vel ipſa demonſtrant nomina. Regionem quippe Acticam dicunt ab Actæone: Atthidem & Atticam ab Atthide Cranai F. à quo & incolæ Cranai: Mopſopiam à Mopſopo: Ioniam ab Ione Xuthi F. Poſidoniam, *id eſt Neptuniam*, & Athenas *quaſi Minerviam*, à diis tu-
B telaribus nominiſque auctoribus. Jam antè autem diximus, videri huc quoque ſuis migrationibus perveniſſe Pelaſgorum gentem, ac fuiſſe ab Atticis à vagando Pelaſgos denominatam. Cæterùm quando majore ſtudio quis de rebus illuſtribus ſcribit, quantoque plures ſunt qui de iis diſſeruerunt: tanto majori etiam eſt obnoxius reprehenſioni, ſi hiſtoriam non teneat. Quale illud eſt, quod in congerie fluviorum Callimachus ridere ſe ait, ſi quis auſus fuiſſet ſcribere virgines Athenienſium,

*Haurire purum Eridani liquorem,*

C à quo etiam pecudes abſtineant. Sanè ſcaturigines ajunt eſſe puræ & potabilis aquæ propè Lyceum, extra portam quæ Diocharis dicitur: olimque etiam fons conſtructus fuit in vicinia, bona aqua copioſus. quod ſi aqua hodie non eſt pura, quis id miretur, olim ita fuiſſe puram, ut

1. οἱ κῆποι τῶν φιλ.) Cujuſmodi fuêre Epicurei decantatiſſimi: fuêre & Platonis & aliorum Philoſophorum. Pauſanias etiam loci cujuſdam meminit, quem vocat Κήπους. *Caſaub.*

2. τὸ Ὠδεῖον) Ὠδεῖα non apud Athenienſes tantum, ſed alibi apud Græcos vocabantur publica loca, in quo literati homines præſertim poëtæ convenire ſolebant, & ſua ſcripta recitare. Nam Ὠδεῖον ἀπὸ τῆς ᾠδῆς eſt appellatum. Vetuſtiores Græci loca hujuſmodi λέσχας vocabant, ut apud Herodotum, & Ælianum, Varia. lib. II. 34. *Idem.* Vide ad hunc Aeliani locum quæ notavit Kuhnius.

3. ἀπὸ ἀκταίωνος) Pauſ. Lib. I. c. 2. Actæum vocat. Ακταῖον, ait, λέγουσιν τῇ νῦν Αττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον: i. e. *Actaeum, quo in loco nunc Attica eſt, memorant primum regnaſſe.* & non Ακτικὴν ſed Ακταῖαν. *Idem.*

4. ἀπὸ Ατθίδος) Pauſanias Lib. I. c. 2. Κραναῷ δὲ θυγατέρας καὶ ἄλλας καὶ Ατθίδα γενέσθαι λέγουσι, ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσιν Αττικὴν τὴν χώραν. πρότερον καλουμένην Ακταῖαν. *Cranao vero & alias fuiſſe filias ferunt & Atthidem, à qua tota regio, quæ prius Actaea dicebatur, Attica nominata eſt.* Sic Juſt. Lib. I. c. 2. *Id.*

5. ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ) Athenienſes ſæpe vocant poëtæ κραναούς. Pindarus Αθήνας Κραναάς. Olympionic Od. VIII. & alibi: ſolent autem Grammatici duplicem afferre rationem, cur ita appellentur, vel ab aſperitate ſoli, vel à Cranao. *Idem.*

6. Μοψοπίαν δὲ) Et ipſi Athenienſes Mopſopii apud poëtas. Paulus Silentiarius, in epigrammate de Cynegiro, Anthol. IV. c. 17. epigr. 35.

—— ἡ δέ γε χειρῶν
Νίκα; Μοψοπίοις μίμνε παρ' Εὐναέταις.
—— *at vero manuum*
*Victoria Athenienſes manſit apud Enneates.*

Vide Steph. *Idem.*

C 7. ἀπὸ Μοψόπου) in fine hujus libri Μόψου ſcribitur: alii aliter ſentiunt. *Idem.*

8. εἴρηται δὲ) libro quinto. p. 221. *Idem.*

9. Πελασγοὶ προσηγ.) Bene habet quod locus ille, ad quem nos rejicit Strabo, non intercidit, ex quo facile fuit nobis hunc locum emendare, & pro πελασγοὶ veram lectionem videre, quæ eſt πελαργοί. *Idem.*

10. ἐν τῇ συναγ.) Nam ſcripſerat Callimachus librum hoc indice, περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν. Suidas. *Idem.*

11. γελᾶν φησιν) non reprehendebat Callimachus eos, qui Eridanum fluvium agri Attici facerent; ſed eos, qui ejus aquam πότιμον eſſe putarent, cum ea ejuſmodi eſſet temporibus Callimachi, ut vel pecudes ab ea abſtinerent: Callimacho reſpondet Strabo non eſſe antiquos eo nomine reprehendendos, quum fieri potuerit ut aqua olim apta potui προϊόντος χρόνου deſierit eſſe πότιμος. *Idem.*

[1] etiam potui eſſet, quæ poſt modo mutata ſit? Singulis itaque, cum ſint tam multa, immorari non licet: neque tamen ita ſilentio omnia ſunt involvenda, ut non quorundam fiat in tempore mentio. His itaque id ſufficit adjeciſſe, quod narrat Philochorus. Cùm Atticam Cares à mari, à terra Bœoti quos vocabant Aones popularentur, principem Cecropem in duodecim urbes multitudinem compoſuiſſe, quarum nomina ſunt Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleuſis, Aphydna (plurali etiam numero Aphydnas dicunt) Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephiſſia, Phalerus. Has deinde duodecim urbes in unam contraxiſſe eam, quæ etiam num eſt, dicitur Theſeus. Principio regnum fuit Athenis: deinde in popularem reipubl. adminiſtrationem fuit mutatum: quam cum tyranni eſſent adorti Piſiſtratus cum filiis: pauloque poſt pauci ſummam rerum ſuis in manibus tenuiſſent, quales fuerunt cum cccc. illi, tum xxx. à Lacedæmoniis impoſiti tyranni facile illorum jugum Athenienſes excuſſerunt, popularemque reipubl. ſtatum uſque ad Romanorum dominationem retinuerunt. Etſi enim nonnulli à Macedonicis vexati regibus, parere iis ſunt coacti: integram tamen reipubl. formam eandem conſervarunt. Neque deſunt qui affirment numquam melius fuiſſe Athenienſium gubernatam rempublicam, atque eo tempore, quo Macedonibus Caſſander imperavit. Is enim quanquam aliis in rebus videretur ad tyrannidem propenſior, tamen Athenis in deditionem acceptis uſus eſt humaniter, urbique civem præfecit Demetrium Phalereum Theophraſti philoſophi diſcipulum: qui non modò non deſtruxit, ſed inſtauravit potiùs popularem reipubl. ſtatum: quòd ejus de hoc reipubl. genere ſcripti commentarii declarant. Verùm invidia, &

A ὥστε καὶ πότιμον εἶναι, μετέβαλε δὲ ὕστερον. Ἐν μὲν οὖν τοῖς καθ' ἕκαστα τοσούτοις οὖσιν, οὐκ ἐνδέχεται διατρίβειν, οὐ μὴν οὐδὲ σιγῇ παρελθεῖν, ὥστε μὴ δι' * ἐν κεφαλαίῳ μνησθῆναι τινῶν. Τοσοῦτ' οὖν ἀπόχρη προσθήσειν, ὅτι φησὶ Φιλόχορος πορθουμένης τῆς χώ- * Sic vett. libri. Vulgò, ἐν καιρῷ
ρας ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, οὓς ἐκάλουν Ἄονας, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφύδνα, (λέγουσι δὲ καὶ πληθυντικῶς Ἀφύδνας)
B Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφηττὸς, Κηφισία, Φάληρος. Πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν, [2] τὰς δώδεκα Θησεύς. Ἐβασιλεύοντο μὲν οὖν Ἀθηναῖοι πρότερον· εἶτ' εἰς δημοκρατίαν μετέστησαν· τυράννων δ' ἐπιθεμένων αὐτοῖς, Πεισιστράτου καὶ τῶν παίδων, ὕστερόν τε ὀλιγαρχίας γενομένης, [3] τῆς τε τῶν τετρακοσίων, καὶ τῆς τῶν τριάκοντα τυράννων, [4] οὓς ἐπέστησαν Λακεδαιμόνιοι, τούτους μὲν διεκρούσαντο ῥᾳδίως, ἐφύλαξαν δὲ τὴν δημοκρατίαν μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας. Καὶ γὰρ εἴ τι μικρὸν ὑπὸ τῶν Μα- p. 398.
C κεδονικῶν βασιλέων παρελυπήθησαν, ὥσθ' ὑπακούειν αὐτῶν ἀναγκασθῆναι· τόν γε ὁλοσχερῆ τύπον τῆς πολιτείας, τὸν αὐτὸν διετήρουν. Ἔνιοι δέ φασι καὶ [5] βέλτιστα τότε αὐτοὺς πολιτεύσασθαι δεκαετῆ χρόνον, * ὃν ἦρ- * Scripti, ἔ
χε Μακεδόνων Κάσσανδρος· οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ πρὸς μὲν τὰ ἄλλα δοκεῖ τυραννικώτερος γενέσθαι, πρὸς Ἀθηναίους δὲ ηὐγνωμόνησε λαβὼν ὑπήκοον τὴν πόλιν· [6] ἐπέστησε γὰρ τῶν πολιτῶν Δημήτριον τὸν Φαληρέα τὸν Θεοφράστου τοῦ φιλοσόφου γνώριμον· ὃς οὐ μόνον οὐ κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπηνώρθωσε· δηλοῖ δὲ τὰ ὑπομνή-
D ματα ἃ συνέγραψε περὶ τῆς πολιτείας ταύτης ἐκεῖνος. Ἀλλ' οὕτως ὁ φθόνος ἴσχυσε, καὶ

1. *Etiam potui eſſet.*) Ὥστε καὶ πότιμον εἶναι. legebatur ποταμὸν, fluvium, valdè inepte, ut & paulo ante φιλόδημον pro φιλότιμον. Neque ſum neſcius Eridanum inter Atticæ amnes recenſeri à Pauſania. Sed huc illud, & ad refellendum Callimachum nihil admodum facit. Brauronem etiam & Cephiſſiam reſtitui, ab amne Cephiſſo ſumta conjectura. *Xyland.*

2. τὰς δώδεκα Θησεύς) Vide Plutarchum *Caſaub.*

3. τῆς τε τῶν τετρακοσίων) Vide Thucydidis hiſtoriam rerum geſtarum anno XXI. belli Peloponneſiaci, & Diod. *Idem.*

4. οὓς ἐπέστησαν Λακεδ.) Sic Plutarchus ſcribens de Lyſandro, εὐθὺς δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐκίνησε, τριάκοντα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ καταστήσας ἄρχοντας. At Xenophon non Lacedæmonios, ſed ipſos Athenienſes auctores facit hujus conſilii: ἐγένετο δὲ, inquit, αὕτη ἡ ὀλιγαρχία ὧδε· ἔδοξε τῷ δήμῳ τριάκοντα ἄνδρας ἑλέσθαι, οἳ τοὺς πατρίους νόμους συγγράψουσι, καθ' οὓς πολιτεύσουσι. Pugnam hanc Diodorus tollit, factum id ſcribens populi quidem Athenienſis auctoritate, ſed hortatu Lyſandri. *Id.*

5. βέλτιστα τότε) Thucydides ſcribit de Athenienſibus, tunc demum, ſua ætate quando ſoluta oligarchia τῶν cccc. virorum, Rempubl. de integro compoſuerunt, cœpiſſe eos εὖ πολιτεύειν. *Idem.*

6. ἐπέστησε γὰρ) Vide Diodorum Siculum, libro decimo octavo extremo, & Diogenem Laërtium libro quinto. *Idem.* Cic. de Off. I. 1. & in Brut. 9. Ælian. v. Hiſt. III. 17.

A [1] ἡ πρὸς ὀλίγους ἀπέχθεια, ὥστε μετὰ τὴν Κασσάνδρου τελευτὴν, ἠναγκάσθη φυγεῖν εἰς Αἴγυπτον· τὰς δ᾽ εἰκόνας αὐτοῦ πλείους * ἢ τριακοσίας κατέσπασαν οἱ ἐπαναστάντες, καὶ κατεχώνευσαν· [2] ἔνιοι δὲ προστιθέασιν, ὅτι καὶ εἰς ἀμίδας. Ῥωμαῖοι δ᾽ οὖν παραλαβόντες αὐτοὺς δημοκρατουμένους, ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν· Ἐπιπεσὼν δ᾽ ὁ Μιθριδατικὸς πόλεμος, τυράννους αὐτοῖς κατέστησεν, οὓς ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο· τὸν δ᾽ ἰσχύσαντα μάλιστα [3] τὸν Ἀριστίωνα, καὶ ταύτην βιασάμενον τὴν πόλιν, ἐκ πολιορκίας ἑλὼν Σύλλας ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμὼν, ἐκόλασε· τῇ πόλει δὲ συγγνώμην ἔνειμε· καὶ μέχρι νῦν ἐν ἐλευθερίᾳ τέ ἐστι καὶ τιμῇ παρὰ B τοῖς Ῥωμαίοις. Μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ, Φαληρεῖς δῆμος· ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ· εἶθ᾽ [4] Ἁλιμούσιοι, Αἰξωνεῖς, [5] Ἁλιεῖς οἱ Αἰξωνικοὶ, [6] Ἀναγυράσιοι· [7] εἶθ᾽ Ὠρεεῖς, [8] Λαμπυρεῖς, Αἰγινεῖς, Ἀναφλύστιοι, [9] Ἀζηνεῖς· οὗτοι μὲν οἱ μέχρι τῆς ἄκρας τοῦ Σουνίου. Μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων, μακρὰ ἄκρα πρώτη μετὰ τοὺς Αἰξωνέας, [10] Ζωστήρ· εἶτ᾽ ἄλλη μετὰ Θορέας, Ἀστυπάλαια, ὧν τῆς μὲν πρόκειται νῆσος Φαύρα, τῆς δὲ Ἐλεοῦσα· καὶ κατὰ τοὺς Αἰξωνέας δ᾽ ἐστὶν Ὑδροῦσα· [12] περὶ δὲ Ἀνάφλυστον

* Manuſſ. τριακοσίων

A cum paucis ſuſceptæ inimicitiæ tantum valuerunt, ut Caſſandro mortuo fugere in Ægyptum fuerit coactus: ſtatuaſque ejus amplius trecentis motu facto adverſarii dejecerunt, conflaveruntque: addunt quidam, conflationem in matulas factam. Sed Romani cùm eos recepiſſent populari reipubl. forma utentes, libertatem ipſis ſuam, legeſque incolumes conſervarunt. Bello deinde Mithridatico ingruente, iis ſub tyrannis coacti fuerunt eſſe, quos vellet rex, quorum potentiſſimum Ariſtionem, & violenter urbi imperantem, Sylla Romanorum dux urbe expugnata ſupplicio affecit, urbique B veniam dedit: quæ hodieque libertate fruitur, & apud Romanos eſt in honore. ¶ Poſt Peræeum Phalerenſes ſunt, curia in proximè inſequente ora. Inde Halimuſii, Æxonenſes, Halienſes Æxonici, Anagyraſij, Oreënſes, Lampyrenſes, Æginenſes, Anaphlyſtii, Azenenſes: atque hi quidem uſque ad Sunium promontorium. Inter dictos pagos longum eſt promontorium primum poſt Æzonenſes Zoſter: deinde aliud [11] poſt Thoreas Aſtypalæa. Inſulæ ante alteram Phaura, ante alteram Eleuſſa, & ante Æxoneas Hydruſa: ad Anaphlyſtum

1. *ἡ πρὸς ὀλίγους ἀπέχθεια*) Non rectè hunc locum accipiunt interpretes. Nam ſignificat Strabo, tantum in animis Athenienſium fuiſſe *ὀλιγαρχίας*, ſive *τῆς τῶν ὀλίγων ἀρχῆς* odium inſitum, ut ne Demetrium quidem Phalereum, *ἐπιστατεύσαντα*, quantumvis moderatum ferre potuerint. Atque hoc Diodorus confirmat, qui refert Athenienſes pulſo Athenis Demetrio, ſummos honores iis decreviſſe, per quos libertatem & *αὐτονομίαν* recuperaſſent. lib. xx. *Caſaub.* C

2. *ἔνιοι δὲ προστ.*) In his Laërtius, quem vide & Plutarch. *Idem.*

3. *τὸν Ἀριστίωνα*) Vide Plutarchum in Sylla p. 458. ed. FFurt. Appianum in Mithr. & Pauſan. in Atticis. *Idem.*

4. *Ἁλιμούσιοι*) quorum vicus *Ἁλιμοῦς* vocatur. Æxonenſium *Αἰξωνή*. *Idem.*

5. *Ἁλιεῖς οἱ Αἰξωνικοὶ*) Lego *ἔνθα Ἁλαεῖς οἱ Αἰξωνικοί*. Puto enim deeſſe *ἔνθα* vel *ἢ* & *Ἁλαεῖς* legendum non *Ἁλιεῖς*. Fuere enim duo loca, ſive duo D *δῆμοι* in Attica, *Ἁλαὶ* appellati, & epithetis diſtingui ſoliti, ita ut aliæ eſſent *Ἁλαὶ Αἰξωνίδες*; aliæ *Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες*. Priorum igitur incolas intelligit Strabo *Ἁλαεῖς*, appellans *Αἰξωνικούς*. Videtur autem ex Stephano poſſe colligi Halas Æxonidas, non alium eſſe pagum, quàm quem diximus appellari Æxonem. Porrò apud ſcholiaſtem Callimachi (ad ℣. 173. Hymn. in Dian.) malè *Ἁλαὶ Ζωνίδες* pro *αἱ Αἰξωνίδες*. *Idem.*

6. *Ἀναγυράσιοι*) *ὁ δῆμος Ἀναγυροῦς*. Quare autem non dicatur *Ἀναγυρούντιοι*, ut poſtulare analogia videbatur, lege apud Steph. *Idem.*

7. *εἶθ᾽ Ὠρεεῖς*) Legendum *εἶτα Θορεῖς* ex proximo Strabonis loco, & Stephano, aliiſque grammaticis qui *Θορεῖς δῆμον* referunt. *Idem.*

7. *Εἶθ᾽ Ὠρεεῖς*) emendandus Strabo, ſcribendumque *οἱ Θορεῖς*, etenim Stephano comprobante: *Θοραὶ, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Θορεύς.* Meurs. de Pop. Atticis. lib. ſing. in voce *Θοραί*. p. 37.

8. *Λαμπυρεῖς*) Nomen *δήμου* reperio apud Grammaticos, *Λαμπραὶ*, ut apud Suid. vel *Λαμπτραὶ*, ut apud Harpocrationem. *Caſaub.*

8. *Λαμπυρεῖς, Αἰγινεῖς*) Corruptè hodie hæ voces eduntur, cum ſcribendum ſit *Λαμπρεῖς*, (non *Λαμπριεῖς*) *Αἰγιλιεῖς*; Harpocration enim aſſentitur: *Αἰγιλία, δῆμος φυλῆς Ἀντιοχίδος, ἔνθεν ὁ δημότης, Αἰγιλιεύς.* Meurs. de Pop. Atticis lib. ſingulari. in voce *Αἰγιλία*. p. 5. & *Λαμπρὰ* p. 69.

9. *Ἀζηνεῖς*) Scribo *Ἀζηνιεῖς*. Nam *δῆμος Ἀζηνία* teſtibus Heſychio, Harpocratione, & Suida. *Caſaub.*

10. *Ζωστὴρ*) Meminit Herod. lib. VIII. c. 107. Aſtypaleæ Steph. *Idem.*

11. *Poſt Thoreas.*) *Θορέας*. atqui horum nulla præceſſit mentio forte *ὠρεέας*. Panejum Pauſanias ait ſtabulum fuiſſe in ſpecu quodam, ibique caprarum lavacra & ſaxa earum ſimilia. *στείνεα* Stephano eſt *στείνια*. De Brauronia Diana Pauſanias diſputat in D Atticis, & accuratiùs Laconicis. Locus autem eſt mutilus. Senſus hîc videtur eſſe. Non procul Braurone eſſe Halas Araphenides (*νίδες* adhuc ſupereſt in textu.) ubi Tauricæ Dianæ fuerit ſimulacrum ab Oreſta poſitum. Vide reſponſum Minervæ ſub finem Iphigeniæ Tauricæ apud Euripidem: dices me non male conjeciſſe. De Pſaphide & *τετρωριστῳ* dubitare (puto) licet, & Thurio, quod in Epitoma omiſſum eſt: forte pro Thorico poſitum. *Xyland.*

12. *Περὶ δὲ Ἀνάφλυστον ἐστὶ καὶ τὸ Πανεῖον, καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν. Ad Anaphlyſtum autem eſt Paneum, & ædes Coliadis Veneris.*) Dubito de fide hujus loci. Nam Pauſanias in Atticis Coliadis Veneris ædem diſtare facit à Phalero ſtadiis 20. tantum, & Ariſtophanis Scholiaſtes eam ponit in Phalerica regione. Ergo, ſi non fuere duæ ædes ejuſdem Coliadis, credendum eſt Strabonem hallucinatum eſſe. Nam, ut jam dixi, in rebus Græciæ prævalere debet Pauſanias. *Palmer.*

1. Κωλιά-

autem eſt Paneum ( *Panis ſacellum*) & ædes Coliadis Veneris: in quem locum ejectas fluctibus ajunt ultimas naufragii tabulas, quod Perſæ navali ad Salaminam pugna fecerunt: & Apollinem de ea re ſic fuiſſe vaticinatum:

*Coliſs horrebit viſis muliercula remis.*

Ante hæc loca non procul à continente remota jacet Belbina inſula, & Procli vallum. Ubi promontorium circumflexeris, quod ad Sunium eſt, offertur Sunium memorabilis pagus ſive curia, tum Thoricus: inde Potamus pagus, cujus curiales Potamii. Sequuntur Praſia, Steirea, Brauron, ubi Dianæ Brauroniæ templum eſt ...... nides, ubi tauropoli...... tum Myrrhinûs, Probalinthus, Marathon. Hic Miltiades Datis Perſæ copias internecione delevit, non expectatis Lacedæmoniis, ob plenilunii obſervationem adventum differentibus. ibidem fabulantur fuiſſe taurum Marathonium quem Theſeus interfecit. Marathonem ſubſequitur Tricorythus: inde Ramnus ubi Nemeſis templum habet:

A ἐςὶ καὶ τὸ Πανεῖον, καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερὸν, εἰς ὃν τόπον ἐκκυμανθῆναι τὰ τελευταῖα τὰ ἐκ τῆς περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίας τῆς Περσικῆς ναυάγια φασί· περὶ ὧν καὶ τὸν Ἀπόλλω προειπεῖν·

[1] Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίξουσι·

Πρόκειται δὲ καὶ τούτων τῶν τόπων [2] Βέλβινα νῆσος, οὐ πολὺ ἄπωθεν· καὶ ὁ * [3] Πρόκλου χάραξ· ἔρημοι δ' αἱ πλεῖσται τούτων. Κάμψαντι δὲ τὴν κατὰ τὸ Σούνιον ἄκραν, ἀξιόλογος [4] δῆμος Σούνιον· [5] εἶτα Θόρικος, [6] εἶτα Ποταμὸς δῆμος οὕτω καλούμενος, ἐξ οὗ οἱ ἄνδρες Ποτάμιοι· [7] εἶτα Πρασία, [8] Στειρία, Βραύρων, ὅπου τὸ τῆς Βραυρωνίας Ἀρτέμιδος * ἱερὸν ...... [9] νιδες· ὅπου τὸ τῆς ταυροπόλου ....... εἶτα Μυῤῥινοῦς, Προβάλινθος, Μαραθών. [10] ὅπου Μιλτιάδης τὰς μετὰ Δάτιος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἄρδην διέφθειρεν, οὐ περιμείνας ὑστερίζοντας Λακεδαιμονίους [11] διὰ τὴν πανσέληνον. Ἐνταῦθα μεμυθεύκασι καὶ [12] τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ὃν ἀνεῖλε Θησεύς. Μετὰ δὲ Μαραθῶνα Τρικόρυθος, εἶτα Ῥαμνοῦς, τὸ τῆς Νεμέσεως ἱερόν·

B

* Manuſſ. Πατρόκλου

p. 399.

* Lege cum Xylandro. ἱερὸν, καὶ Ἁλαὶ αἱ Ἀραφηνίδες ὅπ.

1. Κωλιάδες δὲ γ.) Vide apud Herodot. lib. VIII. c. 96. *Caſaub.*

2. Βέλβινα) Ea eſt quam libro priore p. 375. commemoravit, dixitque ἀνατείνειν πρὸς τὸ πέλαγος, hoc eſt in alto eſſe ſitam. *Idem.*

3. Πρόκλου χάραξ) legendum καὶ ὁ Πατρόκλου χάραξ, atque ita rectè eſt in manuſcriptis. Nomen habet à Patroclo, Ægyptiarum triremium præfecto, qui communivit, cum Antigonus Demetrii agrum Atticum infeſtaret, & oram maritimam claſſe obſeſſam teneret. *Meurſ. de Pop. Att. in voce* Πατρόκλου χάραξ. p. 110.

3. Πρόκλου χάραξ) Optime Caſaubonus in margine meminit τοῦ Πατρόκλου χάρακος, cum in textu malè ſit Πρόκλου. Kuhn. ad Pauſan. lib. I. c. 1. p. 2.

4. δῆμος Σούνιον) Stephanus, Σούνιον δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. *Caſaub.*

5. εἶτα Θόρικος) Stephanus, Θορικὸς δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Idem.*

6. εἶτα Ποταμὸς) Harpocration, Ποταμὸς, δῆμος τῆς Λεοντίδος· οὗ ὁ δημότης ποτάμιος. *Idem.*

7. εἶτα Πρασία) Stephanus numero plurali Praſias vocat δῆμον tribus Pandionidis. *Idem.*

7. Εἶτα Πρασία, Στειρία) corrigendus Strabo, legendum enim εἶτα Πρασιαὶ, Στειριά. Pluraliter enim Scriptores alii hunc populum laudant. Liv. lib. XXXI. c. 45. *Ad Praſias (continentis Atticæ is locus eſt) Iſſæorum viginti lembi claſſi Romanorum adjuncti ſunt.* Erat hîc Apollinis templum, quo primitiæ Hyperboreorum deferebantur, quas in Delum inde Athenienſes mittebant. item Eryſichthonis ſepulcrum, qui cum è Delo, quò cum ſacris miſſus fuerat, domum rediret, in itinere diem obiit. *Meurſ. de Pop. Att. in voce* Πρασιαί. p. 108.

8. Στειρία) Stephanus Στειρία δῆμος Ἀττικὸς Πανδιονίδος φυλῆς θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως. Sic & Heſych. Στειριεῖς. Quare legendum ςειρία. *Caſaub.*

9. ...... νιδες. ὅπου) Nullus in toto Strabone locus eſt, qui tantum debeat eruditiſſimo viro Xylandro atque hic: tanta eſt felicitate ab illo reſtitutus qui non ægrotabat, ſed jam pridem perierat. Lege ergo ut vult Xylander ἱερὸν καὶ Ἁλαὶ αἱ Ἀραφηνίδες ὅπου τὸ, &c. Diximus paullò antè Ἁλὰς in agro Attico duas fuiſſe Æxonidas & Araphenidas: de illis jam dixerat. nunc Araphenidas recenſet. Nam etſi Euripides in Iphig. Taurica extrema Ἁλὰς tantum nominat, tamen Araphenidas intelligi nimis certum eſt ex Callimachi hymno in Dianam, ꝟ. 173.

C

ἢ ἵνα, δαῖμον, Ἁλὰς Ἀραφηνίδας οἰκήσουσα
Ἦλθες ἀπὸ Σκυθίης, ἀπὸ δ' εἴπαο τέθμια ταύρων.
*Aut ubi tu, dea, Alas Araphenidas inhabitatura*
*Veneris è Scythia, & reſpueris ſacra Taurica.*

Vide Stephanum. Aſcribam & verba Euripidis, quæ erunt inſtar commentarij. Alloquitur autem Minerva Oreſtem. ꝟſ. 1449.

Ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλης,
Χῶρός τις ἔςιν Ἀτθίδος πρὸς ἐσχάτοις
Ὅροισι, γείτων δειράδος Καρυςίας
Ἱερὸς, Ἁλάς νιν οὑμὸς ὀνομάζει λεώς,
Ἐνταῦθα τάξας ναὸν, ἵδρυσαι βρέτας,
Ἐπώνυμον τῆς ταυρικῆς, πόνων τε σῶν. 1. c.
*Et cum veneris Athenas divinitus conditas*
*Eſt quidam locus in extremis Atticæ*
*Finibus, vicinus littori Caryſtio*
*Sacer, quem meus populus* nunc *vocat* Alas Araphenidas
*Illic extructo templo, colloca ſtatum*
*Cognominem Tauricæ* Dianæ, *& tuorum laborum.* Id.

D

10. ὅπου Μιλτιάδης) Res fusè narratur ab Herod Ἐρατ. ſive lib. VI. Plutarcho, non uno loco, & Iuſtino. *Idem.*

11. διὰ τὴν πανσέληνον) Lucianus περὶ Ἀςρολογίας p. 855. ed. Amſtel. poſtquam dixit Lycurgum ordinaſſe Remp. Laced. ſecundum cœleſtes rationes, καὶ νόμον, inquit, σφίσιν ἐποιήσατο μηδαμᾶ μήδ' ἐς πολεμόν προχωρέειν, πρὶν τὴν σεληναίην πλήρεα γενέσθαι *legemque tulit ne in bellum prodirent unquam ante plenilunium.* Deinde addit legis rationem. Nam quum omnia à Luna gubernentur, non eſſe parem ejus vim, creſcentis & ἀφανιζομένης. Meminêre plures ejus legis. *Idem.*

12. τὸν Μαραθώνιον) Vide Plutarchum in Theſeo. *Idem.*

1 Εἶτα Ψαφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που, καὶ 2 τὸ Ἀμφιαράϊον ἐςὶ τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς, A

Ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις,
3 Αὐτοῖσιν ὅπλοις, καὶ τετρωρίςῳ δίφρῳ.

Ὠρωπὸς δ᾽ 4 ἐν ἀμφισβητησίμῳ γεγένηται πολλάκις· ἵδρυται γὰρ 5 ἐν μεθορίῳ τῆς τε Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας. Πρόκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης, πρὸ μὲν τοῦ * 6 Θουρίου, καὶ τοῦ Σουνίου, 7 νῆσος Ἑλένη, τραχεῖα καὶ ἔρημος, παραμήκης, ὅσον ἑξήκοντα σταδίους τὸ μῆκος· ἧς φασι μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν, ἐν οἷς Ἀλέξανδρος λέγει πρὸς τὴν Ἑλένην. B

* Lego, Θορίκου,

Iliad. γ. 444.

Οὐδ᾽ ὅτε σε πρῶτον Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς
Ἔπλεον ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι,
Νήσῳ δ᾽ ἐν Κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ·

8 Ταύτην γὰρ λέγει Κραναὴν, τὴν νῦν Ἑλένην, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ γενέσθαι τὴν μίξιν. Μετὰ δὲ τὴν Ἑλένην, ἡ Εὔβοια παράκειται τῆς ἑξῆς παραλίας, ὁμοίως στενὴ, καὶ μακρὰ, καὶ κατὰ μῆκος τῇ ἠπείρῳ παραβεβλημένη, καθάπερ ἡ Ἑλένη. Ἔςι δὲ ἀπὸ Σουνίου πρὸς τὸ νότιον τῆς Εὐβοίας ἄκρον, ὃ καλοῦσι 9 Λευκὴν ἀκτὴν, σταδίων τριακοσίων πλοῦς· ἀλλὰ περὶ Εὐβοίας μὲν εἰρήσεται ὕςερον. Τοὺς δ᾽ ἐν τῇ μεσογαίᾳ δήμους C τῆς Ἀττικῆς μακρὸν εἰπεῖν διὰ τὸ πλῆθος. 10 Τῶν δ᾽ ὀρῶν ἃ ἐν ὀνόματι μάλιςα ἐςὶν, ὅ, τε 11 Ὑμηττὸς, καὶ 12 Βριλησσὸς, καὶ 13 Λυκαβηττὸς,

poſt Pſaphis Oropiorum, circa quem locum oraculum fuit Amphiarai, olim cultum: ubi fugientem Amphiaraum, ut ait Sophocles,

*Thebanus hauſit pulvis hiatu præpete,*
*Arma & quadrigas abſorbens ſimul & virum.*

Oropus ſæpe in controverſiam venit: ſita eſt enim urbs in confinio Atticæ & Bœotiæ. Ante oram hanc & Thurium ac Sunium jacet inſula Helena, aſpera & deſerta, in longum porrecta ſpacio circiter LX. Stadiorum. Ejus ajunt meminiſſe Homerum in his Alexandri ad Helenam verbis,

*Nec cum te primum abreptam Lacedæmone amœna,*
*Navibus impoſitam vexi per cærula Ponti,*
*Inſula & in Cranaa mihi gaudia prima dediſti.*

Cranaam enim, *id eſt aſperam*, appellari, quæ à concubitu eorum deinde ſit Helena dicta. Poſt Helenam, reliquo litori Atticæ objecta eſt Eubœa, itidem arcta & in longum juxta continentem porrecta, ut & Helena. A Sunio ad auſtrinum Eubœæ promontorium, quod Albam actam (Leucen acten) appellant, navigatio eſt ſtadiorum CCC. Sed de Eubœa poſtea dicetur. Cæterum mediterraneos pagos ſive oppida Atticæ, ob eorum multitudinem longum fuerit recenſere. ¶ Montes, quorum nomina maximè ſunt nobilia, ſunt Hymettus, Brileſſus, Lycabettus,

1. εἶτα Ψαφὶς) Pſaphin hanc non reperio, non ideo tamen quicquam cenſuerim mutandum. Veruntamen fuit cum putarem legendum εἶτα ψαύει ἡ τῶν. qua voce alibi utitur. *Caſaub.*

1. εἶτε Ψαφὶς, perperam, ut puto, ſcribitur Ψαφὶς pro Ψωφίς. vid: Pined. in Stephan. p. 729. n. 22,

1. εἶτα Ψαφὶς) legendum ψωφὶς. Pſaphin nullibi notam eſſe puto. Quod vero vir præſtans nihil mutandum eſſe cenſet, & legit εἶτα ψαύει ἡ τῶν Ὠρωπίων, ferri non poteſt. *Salmaſ. apud Berkel. ad Steph. de urb.* p. 765. n. 32:

2 τὸ Ἀμφιαράειον) Fuit eo loco oraculum τῶν ἐγκοιμωμένων, teſte Tertull. de Anim. c. 46. Abeſt autem ab Oropo ſtadia XLI. templum Amphiarai. Vide Pauſ. ex quo apparet, multis locis fuiſſe Amphiarai abſorptionem ſive hauſtum aſcriptum. *Caſaub.* D

3. αὐτοῖσιν ὅπλ.) Similiter Pindarus de eodem Nem. Od. IX. Κρύψε δὲ εἵμ᾽ ἵπποις. *Idem.*

4. ἐν ἀμφισβητησίμῳ) Vide Pauſaniam *Idem.*

5. ἐν μεθορίῳ.) in confinio ait Plinius, Bœotiæ. *Idem.*

6. Θορίκου) Quod ſcriptum erat Θουρίου; nemo eſt tam ſimplex ne dicam imperitus, quin videat eſſe legendum Θορίκου. Id ex ſuperioribus Strabonis verbis vel cæco manifeſtum eſt. *Idem.*

7. νῆσος Ἑλένη) Euripides Helena. ψ. 1689.

Φρουρὰ παρ᾽ ἀκτὴν τεταμένη, νῆσον λέγω.)
Ἑλένη τὸ λοιπὸν ἐν βροτοῖς κεκλήσεται,
Ἐπεὶ κλοπὰς σὰς ἐκ δόμων ἐδέξατο.

*Propugnaculum* jacet *exporrectum juxta* Atticam, Inſulam dico

*Helena poſthac apud homines vocabitur*
*Quia te domo furtim* illuc *aſportatam recepit.*

Pauſanias quoque in Atticis lib. 1. c. 35. Helenam inſulam commemorat, ſed ita dictam, quod ad eam appulerit Helena poſt ἅλωσιν. *Idem.*

8. ταύτην γὰρ λέγει Κραναὴν) Pauſanias III. c. 22. aliter ſentit in Laconicis Cranaam commemorans ante Gythium Lacedæmoniorum navale ſitam: ſed Straboni aſſentitur ſcholiaſtes poëtæ antiquus, qui Cranaen olim à Cranao fuiſſe vocatam (ut de Attica notavit Strabo) exiſtimat. Lycophron quoque, in Attica vult Parin primum Helenæ notitiam habuiſſe. *Idem.*

8. Κραναὴν) Malè legitur accentu in ultima, nam τὸ κραναὴ eſt ἡ τραχαῖα: quare tranſpoſito accentu vox ſic legenda eſt: ταύτην γαρ λέγει Κρανάην Berkel. ad Steph. p. 475. n. 8.

9. λευκὴν ἀκτὴν) Ptolemæus videtur καλὴν ἀκτὴν appellare. *Caſaub.*

10. τῶν δ᾽ ὀρῶν) Plinius. IV. c. 7. *Montes Atticæ, Brileſſus, Aegialeus, Icarius, Himettus, Lycabettus.* Vide Pauſ. *Idem.*

11. Ὑμηττὸς) Hymettus ait Stephan. mons eſt Atticæ: eſtque τὸ υ hujus vocis βραχὺ καὶ μακρόν. Latini poetæ fere corripiunt. *Idem.*

12. Βριλησσὸς.) Brileſſi & Parnethis conjunctim meminit Thucydid. lib. II. cap. 23. *Idem.*

13. Λυκαβηττὸς) Apud Ariſtophanem ejuſque ſcholiaſten, & Suidam, unico τ ſcriptum eſt Λυκαβητὸς. Alteram tamen lectionem ſimilium vocum analogia confirmat. *Idem.*

A Parnes, Corydallus. Prope urbem marmor Hymettium pulcherrimum effoditur, 3 ut & Pentelicum: quin & optimum mel fit in Hymetto. Sectiones argentariæ in Attica initio fuerunt uberes, nunc defecerunt. Sane operarii, cùm metalla maligne labori reſponderent, excrementa vetera & ſcoriam recoquentes, adhuc inde eliquatum argentum invenerunt, cùm veteres imperitè fornacibus metalla excoxiſſent. Cùm autem inter omnia mellis genera optimum ſit Atticum, multo omnibus præſtare ajunt id quod in ſecturis argentariis reperitur, & acapniſton dicitur, quia citra fumum conficitur. ¶ Quod ad flumina Atticæ pertinet, Cephiſſus apud Trinemios ortus, per planiciem defluit, ubi eſt Gephyra, & Gephyriſmi: quod eſt pons, & pontani : lapſuſque per longos muros qui ab aſtu ad Piræeum ducti ſunt, in phalerico litore mari miſcetur, torrentis plerunque in morem fluens, æſtate etiam omnino deficiens. Talis maximè

Ἔστι δὲ [1] Πάρνης καὶ Κορυδαλλός· μαρμάρου δ᾽ ἐστὶ [2] τῆς τε Ὑμηττείας καὶ [4] τῆς Πεντελικῆς κάλλιστα μέταλλα πλησίον τῆς πόλεως· ὁ δὲ Ὑμηττὸς [5] καὶ μέλι ἄριστον ποιεῖ. [6] Τὰ δ᾽ ἀργύρεια τὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν [7] ἦν ἀξιόλογα, [8] νυνὶ δ᾽ ἐκλείπει· καὶ δὴ καὶ οἱ ἐργαζόμενοι, τῆς μεταλλείας ἀσθενῶς ὑπακουούσης, τὴν παλαιὰν ἐκβολάδα καὶ σκωρίαν ἀναχωνεύοντες, εὕρισκον ἔτι ἐξ αὐτῆς ἀποκαθαιρόμενον ἀργύριον, τῶν ἀρχαίων ἀπείρως καμινευόντων. Τοῦ δὲ μέλιτος ἀρίστου ὄντος τῶν πάντων τοῦ Ἀττικοῦ, πολὺ βέλτιστόν φασι τὸ ἐν τοῖς ἀργυρείοις, ὃ καὶ [9] ἀκάπνιστον καλοῦσιν p. 400.
B ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς σκευασίας. Ποταμοὶ δ᾽ εἰσὶν, ὁ μὲν Κηφισσὸς [10] ἐκ Τρινεμιῶν τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ᾽ οὗ [10] καὶ ἡ Γέφυρα, καὶ [12] οἱ Γεφυρισμοί. διὰ δὲ τῶν σκελῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεος εἰς τὸν Πειραιᾶ καθηκόντων, ἐκδίδωσιν εἰς τὸ Φαληρικὸν, χειμαρρώδης τὸ πλέον, θέρους δὲ μειοῦται τελέως. Ἔστι δὲ τοιοῦτος

1. Πάρνης) Stephanus, Πάρνης Πάρνηθος, ὄρος τῆς Ἀττικῆς καὶ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς. Pauſ. 1. c, 32. in hoc monte ait eſſe θήραν συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων. *Caſaub.*

2. τῆς τε Ὑμηττείας) Marmoris Hymettei Plinius meminit lib. XXXVI. cap. 3. & 5. *Idem.*

3. *Ut & Pentelicum*) καὶ τῆς Πεντελικῆς. ſic auſus ſum corrigere, cum mutilata vox ἐλίκης me moneret. neque eſt ut à me expectes Pendelici lapidis commendationem, cujus etiam in Policola Plutarchi mentio eſt, ne de Pauſania (I. c. 19.) dicam. Gephyra proprium eſſe putavi, aliâs pontem ſignificat. *Xyland.*

4. τῆς Πεντελικῆς) Pauſanias I. 1. c. 32. in monte Penthelico ait eſſe λιθοτομίας, idemque lapidis Penthelici ſæpe meminit *Caſaub.*

5. καὶ μέλι ἄριστον) Pauſanias L. I. c. 32. καὶ Ὑμηττὸς ὃς φύει νόμας μελίτταις ἐπιτηδειοτάτας πλὴν τῆς Ἀλιζώνων i.e. *Hymettus paſcua habet apibus omnium aptiſſima, quæque ſolis cedunt Halizonum paſcuis.* Sed mellis Hymettij quis veterum non meminit? unius Dioſcoridis verba apponam. II. c. 101. Μέλι, inquit, πρωτεύει τὸ Ἀττικόν· καὶ τούτου τὸ Ὑμήττιον καλούμενον? *Principem locum obtinet mel Atticum, quod ab Atticæ regionis monte Hymetto, in quo provenit, Hymettium appellatur.* Idem.

6. τὰ δὲ ἀργύρεια) Locus ubi fuere argenti venæ D vocabatur Laurium: Thucyd. lib. II. c. 55. παρῆλθον ἐς τὴν πάραλον γῆν καλουμένην μέχρι Λαυρίου ὄρους οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐστὶν Ἀθηναίοις, i.e. *in agrum, qui maritimus appellatur, proceſſerunt uſque ad montem Laurium, ubi ſunt argenti fodinæ, quas Athenienſes poſſident.* & lib. VI. cap. 91. commemorat Alcibiades τὰς τοῦ Λαυρείου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους. Defeciſſe autem Laurei argenti venas apparet ex Pauſania Lib. I. c. 1. Fuiſſe etiam in Thorico annotat ſcholiaſtes Æſchyli. apud quem Θαυρίῳ perperam pro Λαυρίῳ editum eſt. *Idem*

7. ἦν ἀξιόλογα) Confirmat Æſchylus in Perſis, qui apud Athenienſes eſſe ait ἀργύρου πηγήν τινα θησαυρὸν χθονός. Herodotus quoque Polymnia (i.e. Lib. VII. c. 144.) teſtatur potuiſſe Athenienſes è Laurii metallis, accipere ὀρχηδὸν ἕκαστον δέκα δραχμάς. vide ejuſdem extremam Uraniam. (Sed omnium maxime videndus Xenophon περὶ πόρων: quem quidem librum videtur ille ex profeſſo ſcripſiſſe ut Athenienſes ad fodiendas ſtrenuò argenti fodinas hortaretur.) *Idem.*

8. νυνὶ δ᾽ ἐκλείπει) Vide ad librum tertium. & Grammaticos Græcos de illo veteri Athenienſium dicterio, οὐ δ᾽ ὤου χρυσοχοήσειν; *Idem.*

C 9. ἀκάπνιστον) Acapni mellis meminit Plinius lib. XII. cap. 16. *Idem.*

10. ἐκ Τρινεμιῶν) Malim Τρινεμῶν, vel Τρινεμέων. Nam Τρινεμεῖς vocatur, δῆμος τῆς Κεκροπίδος. Stephanus. *Idem.*

11. καὶ ἡ Γεφύρα) Pontem intelligit quo ibant Athenienſes Eleuſinem. Hunc pontem extruxit, vel refecit Xenocles, ut ex Simonidis epigrammate apparet, Anthol Lib. IV c. 29. epigr. 1.

ὦ ἴτε Δήμητρος πρὸς ἀνάκτορον, ὦ ἴτε μύσται
  Μηδ᾽ ὕδατος προχοὰς δείδιτε χειμερίους.
τοῖον Ξεινοκλῆς γὰρ ὁ Λίνδιος ἀσφαλὲς ὔμμιν.
  Ζεῦγμα διὰ πλατέος τοῦ δ᾽ ἔβαλεν ποταμοῦ.
*O ite Cereris ad regiam. O ite ſacerdotes.*
  *Neque aquæ fluxus reformidate hyemales*
*Talem Xenocles enim Lindius ſtabilem vobis*
  *Pontem per latum hunc conſtruxit fluvium.* Idem.

12. οἱ Γεφυρισμοί) Hoc eſt, ait Xylander, *pontani.* quod per eſt ridiculum, & contra omnem analogiam. At eruditi ſciunt in ſacris Cereris more receptum fuiſſe (qui mos ab Iambe manavit teſte Apollodoro) ut mulieres obvios quoſque convitiis & probris peterent, quod à loco ubi id fere fiebat, γεφυρίζειν Græci vocarunt, ſimillimè ut Latini veteres *Carinari* dixere pro χαριεντίζεσθαι. vide Feſtum. Inde igitur γεφυρισταί ſunt dicti homines βωμολόγοι, Heſychius, Γεφυρισταί, οἱ σκῶπται, ἐπεὶ ἐν Ἐλευσῖνι ἐπὶ τῆς γεφύρας τοῖς μυστηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τοὺς παριόντας. Utuntur ea voce multis locis, Plutarchus, Appianus, alij. Porrò ἀπὸ τοῦ γεφυρίζειν dicitur γεφυρισμὸς, ut ab αἰκίζω, αἰκισμὸς, & id genus ſexcenta. Apud quoſdam Grammaticos, γεφυριάζειν ſcribitur & γεφυριασμός (Ammonius ait manaſſe iſtam vocis hujus ſignificationem ab Athenienſium conſuetudine, qui in pontibus ſcribere moris haberent, vel carmine, vel jocoſa oratione, διασυρμοὺς τινῶν, hoc eſt, dicteria & jocos ad aliquos irridendos.) *Idem.*

* Scripti μᾶλλον

* Manuſſ. Αγρίας

A *μάλιστα [1] ὁ Ιλισσός, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεος ῥέων εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν, ἐκ τῶν [2] ὑπὲρ τῆς * Αγρας καὶ τοῦ Λυκείου μερῶν, καὶ τῆς πηγῆς, [3] ἣν ὕμνηκεν ἐν Φαίδρῳ Πλάτων· περὶ μὲν τῆς Αττικῆς ταῦτα.

Εξῆς δ' ἐστὶν ἡ Βοιωτία· περὶ ἧς λέγοντα καὶ περὶ τῶν συνεχῶν ἐθνῶν, ἀνάμνησιν ποιήσασθαι χρὴ τοῦ σαφοῦς χάριν, ὧν εἴπομεν πρότερον. [4] Λέγωμεν δὲ τὴν ἀπὸ Σουνίου παραλίαν, μέχρι Θεσσαλονικῆς, ἐπὶ τὰς ἄρκτους τετάσθαι [5] μικρὸν ἐκκλίνουσαν τὴν ὑπερανέχουσαν θάλασσαν πρὸς ἕω· [6] τὰ δ' ὑπερκείμενα πρὸς δύσιν, ὡς ἂν ταινίας τινὰς διὰ τῆς χώρας ἑκάστης τεταμένας παραλλήλους. Ὧν

B πρώτη ἐστὶν ἡ * ἀπὸ Μεγαρίδος, ὡς ἂν ταινία τις τὸ μὲν ἑωθινὸν μέρος ταινιοῦσα τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι Ὠρωποῦ καὶ τῆς ταύτῃ παραλίας, τὸ δ' ἑσπέριον τόν τε ἰσθμὸν, καὶ τὴν Αλκυονίδα θάλατταν, τὴν κατὰ Πηγὰς [7] μέχρι τῶν ..... τῶν περὶ Κρέουσαν· [9] τὰ δὲ λοιπὰ ..... μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ παραλίαν καὶ [10] τὴν ὡς ἂν .... ὀρεινὴν, τὴν διείργουσαν ἀπὸ τῆς .... Δευτέρα δ' ἐστὶν ἡ Βοιωτία, ἀπὸ τῆς ἕω ἐπὶ δύσιν τεταμένη, ταινία τις ἀπὸ τῆς κατ' Εὔβοιαν θαλάσσης ἐπὶ θάλατταν τὴν κατὰ τὸν Κρισσαῖον κόλπον, ἰσομήκης πως τῇ Αττικῇ, ἢ καὶ ἐλάττων κατὰ μῆκος· ἀρετῇ μέν τοι τῆς χώρας, πάμπολυ διαφέρει. Εφορος δὲ καὶ ταύτῃ κρείττω τὴν Βοιωτίαν ἀποφαίνει τῶν ὁμόρων ἐθνῶν· καὶ ὅτι μόνη τριθάλαττος

C ἐστί· καὶ λιμένων εὐπορεῖ πλειόνων· ἐπὶ μὲν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ, καὶ τῷ Κορινθιακῷ, τὰ ἐκ τῆς Ιταλίας καὶ Σικελίας, καὶ τῆς Λιβύης δεχομένη·

* Manuſſ. ἐπὶ Μεγαρίδι.

A est etiam Iliſſus ab altera urbis parte ad idem delabens litus, ortus ex locis ſupra Agram & Lyceum ſitis fontemque in Phædro à Platone celebratum· Atque hæc quidem de Attica.

Sequitur ordine Bœotia: de qua dicturum neceſſe eſt perſpicuitatis gratia etiam contiguas gentes recenſere: ut antè monuimus. Sic igitur deſcribamus. Ora maritima à Sunio Theſſalonicam uſque extendi verſus ſeptentrionem, cùm quidem parumper declinet à mari quod verſus orientem excedit: ita ut quæ ad occaſum vergunt, quaſi faſciæ quædam ſint: æqualibus undi-

B que intervallis per ſingulas regiones protractæ. Harum prima eſt ea, quæ à Megaride faſciæ in morem parte orientem ſpectante ſubducit oram maritimam à Sunio uſque ad Oropum & litus vicinum: parte occidua iſthmum & mare Alcyonium quod eſt apud Pagas uſque ad loca Creuſæ vicina. reliqua .... [8] uſque ad iſthmum oram, & veluti .... montanam, quæ dirimit ab.... Secunda eſt Bœotia, faſcia quædam ab ortu adverſus occaſum porrecta à mari Euboico ad ſinum Criſſæum, æqualis aut etiam minor longitudine Atticæ: ſoli tamen præſtantia permultum eam excel-

C lens. Ephorus cùm hac re Bœotiam finitimis præſtare gentibus ait, tum quod ſola trimaris eſt, copiaque portuum majore prædita. Nam & in Criſſæo & Corinthiaco ſinubus allata ex Italia, Sicilia, Africaque accipit.

1\. ὁ Ιλισσὸς) Apud alios ſcribitur Εἰλισσός. In Stephano lege Ιλισσὸς, ποταμὸς τῆς Αττικῆς non πόλις, ut ineptè hodie legitur. Confer cum Pauſania, & mihi aſſentieris. *Caſaub.*

2\. ὑπὲρ τῆς Αγρας) Pauſanias I. c. 19. Διαβᾶσι δὲ τὸν Εἰλισσὸν, χωρίον Αγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Αγροτέρας ἐστὶν Αρτέμιδος. i.e. *ubi Iliſſum trajeceris, locum offendas qui Agræ dicitur, & Venatricis Dianæ ædem.* Idem.

3\. ἣν ὕμνηκεν) Platonis verba (in Phaedro Tom. III. p. 230. ed. H. Stephan.) ἥγε αὖ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ, μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι, νυμφῶν τε τινων καὶ Αχελώου ἱερὸν ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων ἔοικεν εἶναι. *Hic vero limpidiſſimus fons ſub platano manat aqua frigidiſſima, quam pede tentare potes: ut quidem nymphis quibusdam & Acheloo ſacrum ex his puppis & imagunculis conjiciam.* Idem.

4\. Λέγωμεν δὲ) Repetit poſitam ſuperius Græciæ diviſionem. Non enim aliter hic dividit quàm fecit ſupra, quum in peninſulas partiebatur. Quod ſi quis ea quæ iam docuit notaverit, non multum illi erit laborandum, ut hunc locum quamuis mutilum intelligat. Videtur àutem legendum Ελέγομεν δὲ. *Idem.*

5\. μικρὸν ἐκκλίνουσαν) Initio libri dixit p. 391. κάμψαντι τὸ Σούνιον πρὸς ἄρκτον εἶναι τὸν πλοῦν ἐκκλίνοντα πρὸς δύσιν. *Idem.*

6\. τὰ δ' ὑπερκείμενα) Regiones ſitas inter utrumque mare: Nam quas ſupra peninſulas appellabat, nunc ταινίας vocat, ut etiam alibi. ταινίας autem nomine oram ipſam accipe quæ regionem ceu limbus prætexit.. *Idem.*

7\. μέχρι τῶν) Non puto deeſſe hîc quicquam: ſed legendum eſſe, μέχρι τῶν περὶ χρέουσαν aut certè τῶν περὶ Κρέουσαν τόπων. Cave autem ita locum accipias ut mare Halcyonium terminari iſtis finibus exiſtimes. quod longius multò porrigitur. *Idem.*

8\. *Uſque ad iſthmum.*) Locus miſerè mutilatus. Videtur autem indicaſſe Strabo lineam, quæ à Creuſa ſeu Creuſide (ſic enim Stephanus.) porrecta per

D obliquum ab occaſu ortum verſus & Oropum, Cithæronis montis etiam in eam alicubi incidente portione, Atticam (cujus pars Megaris) à Bœotia disjungat, quam lineam in Sophiani Græciæ accuratiſſima tabula, mirificè ad hos libros Strabonis utili, facilè obſervabis. Sed & mox poſt κατώρθωσαν deeſt aliquid ſententiæ, quod ſupplevi in verſione. *Xyland.*

9\. τὰ δὲ λοιπὰ) Lego τὰ δὲ λοιπὰ τὴν μέχρι. *Caſaub.*

10\. τὴν ὡς ἂν) Ex ſuperioribus & ex re ipſa apparet, mutila hæc verba de Oniis montibus eſſe accipienda: Hos montes dicebat ſupra p. 393. eſſe ῥάχιν quandam ὀρεινὴν μηκυνομένην ἀπὸ τῶν σκειρωνίδων πετρῶν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Κιθαιρῶνα, διείργουσαν τὴν κατὰ Νίσαιαν θάλασσαν ἀπὸ τῆς κατὰ Κρίσαν· quæ poſteriora verba, fallor, niſi hic quoque poſuerat, hodieque ſunt reponenda. *Idem.*

& ubi Eubœæ opponitur, in utramque Euripi partem ſe ora ejus diducit: ita ut parte, quæ adverſus Aulidem eſt, in qua Tanagra jacet & Salganeus & Anthedon, continuum habeat mare ei, quod ad Ægyptum, Cyprum, inſulaſque pertingit: altera parte mare habeat Macedonico, Propontidi, & Helleſponto continuum. Adjicit & hoc, quodammodo Eubœam Bœotiæ partem effici, adeo anguſto Euripo, qui poſſit ponte duorum inſterni jugerum. His ille hominibus eam regionem laudat, aitque eam ad imperium obtinendum optimè fuiſſe paratam: ſed quod incolæ non uterentur inſtitutione ac diſciplina (quando ne duces quidem ſingulis temporibus ſuos tolerare potuerunt, rebus quantumvis præclarè ab his geſtis) ideò non durare eorum potuiſſe potentiam: quod exemplo Epaminondæ ſatis apparuerit, quo mortuo ſtatim amiſerint Thebani imperium, cujus guſtum duntaxat percepiſſent. Cauſam autem hujus rei hanc adducit, quòd litteras & cum hominibus conſueſcere neglexerint, ſolius bellicæ virtutis ſtudioſi. Fuit verò addendum, litteras & conſuetudinem hominum apud Græcos maximè potuiſſe prodeſſe. Nam apud barbaros quidem vi quàm facundia plus efficitur. Sanè Romani antiquitus contra gentes agreſtiores belligerantes, nihil id genus diſciplinis opus habuerunt. poſtquam cum manſuetioribus gentibus ac populis cepit eſſe res ipſis, iſtis quoque inſtitutionibus animum adjecerunt, itaque in ſuam omnia poteſtatem redegerunt. ¶ Enimverò Bœotiam initio barbari tenuerunt, Aones & Temmices à Sunio evagati, & Leleges ac Hyantes Deinde cum Cadmo è Phænicia profecti Phœnices occuparunt: & Cadmus munita muris Cadmeja, regnum poſteris reliquit. Hi Thebas adjecerunt Cadmejæ à ſe conditas, ac pleriſque Bœotis imperantes, regnum uſque ad Epigonorum bellum propagarunt.

A ἐπὶ δὲ τῶν πρὸς Εὔβοιαν μερῶν ἐφ' ἑκάτερα, τοῦ Εὐρίπου σχιζομένης τῆς παραλίας· τῇ μὲν ἐπὶ τὴν Αὐλίδα, καὶ Ταναγρικὴν [1] τῇ δ' ἐπὶ τὸν Σαλγανέα, καὶ τὴν Ἀνθηδόνα, [2] τῇ μὲν εἶναι συνεχῆ τὴν κατ' Αἴγυπτον, καὶ Κύπρον, καὶ τὰς νήσους θάλασσαν· τῇ δὲ τὴν κατὰ Μακεδόνας, καὶ τὴν Προποντίδα, καὶ τὸν Ἑλλήσποντον. Προστίθησι δὲ καὶ ὅτι τὴν Εὔβοιαν [3] τρόπον τινὰ μέρος αὐτῆς πεποίηκεν ὁ Εὔριπος, οὕτω στενὸς ὤν, καὶ γεφύρᾳ συνεζευγμένος πρὸς αὐτὴν διπλέθρῳ. Τὴν μὲν οὖν χώραν ἐπαινεῖ διὰ ταῦτα καὶ φησὶ πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχειν· p. 401. [4] ἀγωγῇ δὲ καὶ παιδείᾳ B μὴ χρησαμένους, ἐπεὶ μηδὲ τοὺς ἀεὶ προϊσταμένους αὐτῆς, εἰ καί ποτε κατώρθωσαν, * ἐπὶ μικρὸν τὸν χρόνον συμμεῖναι· καθάπερ Ἐπαμεινώνδας ἔδειξε. Τελευτήσαντος γὰρ ἐκείνου τὴν ἡγεμονίαν ἀποβαλεῖν εὐθὺς τοὺς Θηβαίους συνέβη, γευσαμένους αὐτῆς μόνον. Αἴτιον δὲ εἶναι, τὸ λόγων καὶ ὁμιλίας τῆς πρὸς ἀνθρώπους ὀλιγωρῆσαι, μόνης δ' ἐπιμεληθῆναι τῆς κατὰ πόλεμον ἀρετῆς. Ἔδει δὲ προσθεῖναι, ὅτι τοῦτο πρὸς Ἕλληνας μάλιστα χρήσιμόν ἐστιν ἐπεὶ πρός γε τοὺς βαρβάρους βία λόγου κρείττων ἐστί. Καὶ Ῥωμαῖοι δὲ τὸ παλαιὸν C μὲν, ἀγριωτέροις ἔθνεσι πολεμοῦντες, οὐδὲν ἐδέοντο τῶν τοιούτων παιδευμάτων· ἀφ' οὗ δὲ ἤρξαντο πρὸς ἡμερώτερα ἔθνη καὶ φῦλα τὴν πραγματείαν ἔχειν, ἐπέθεντο καὶ ταύτῃ τῇ ἀγωγῇ, καὶ κατέστησαν πάντων κύριοι. Ἡ δ' οὖν Βοιωτία, πρότερον μὲν ὑπὸ βαρβάρων ᾠκεῖτο [5] Ἀόνων [6] καὶ Τεμμίκων ἐκ τοῦ Σουνίου πεπλανημένων, καὶ Λελέγων, [7] καὶ Ὑάντων. Εἶτα Φοίνικες ἔσχον οἱ μετὰ Κάδμου, ὃς τήν τε Καδμείαν ἐτείχισε, καὶ τὴν ἀρχὴν τοῖς ἐκγόνοις ἀπέλιπεν. Ἐκεῖνοι δὲ τὰς [8] Θήβας τῇ Καδμείᾳ προσέκτισαν, καὶ συνεφύλαξαν τὴν ἀρχὴν, ἡγούμενοι τῶν πλεί- D στων Βοιωτῶν, ἕως τῆς τῶν Ἐπιγόνων στρατείας.

* Scripti μήδ' ἐπὶ μ.

1. τῇ ἐπὶ τὸν Σαλ.) Legendum τῇ δ' ἐπὶ, quod non animadvertentes interpretes peſſimè locum ſunt interpretati. Significat Bœoticum littus juxta Eubœam & ejus fretum eſſe porrectum ad orientem quidem, ea parte in qua eſt Aulis, ad occidentem verò ea, in qua eſt Anthedon, & Salganeus. *Caſaub.*

2. τῇ μὲν εἶ.) Lego τῇ μὲν ὂν. Intelligit cornu orientale. *Idem.*

3. τρόπον τινὰ) Ex Diodoro Siculo apparet, cùm Eubœa ab Athenienſibus defeciſſet, & Thebanis Bœotis ſe adjunxiſſet, magnis laboribus effectum eſſe ab ipſis, ut Eubœa reliquis inſula Bœotis continens eſſet. Id igitur præſtiterunt, ait Diodorus, χώσαντες τὸν Εὔριπον inter Chalcidem & Aulidem. vide locum libro decimo tertio, & Livium lib. XLV. *Idem.*

4. ἀγωγῇ δὲ καὶ παιδείᾳ μὴ χρησ.) Vetus lectio ἀγωγῇ δ' ἐπιτηδείᾳ. *Idem.*

5. Ἀόνων) Stephanus Ἄονες ἔθνος Βοιωτίας ἀφ' ὧν ἡ Ἀονία. Vide etiam Pauſaniam. Lib. IX. c. 5. *Idem*

6. καὶ τεμμίκων) Lycophron ✡ 644.

Ἄρνης παλαιᾶς γέννα, τεμμίκων πρόμοι i. e.

*Arnes vetuſtæ ſoboles Temmicum duces,*

& paullo poſt ✡ 786.

Ὃν βομβυλίας κλιτὺς ἡ τεμμικία. i. e.

*Quem Bombylium promontorium Temmicium.* Idem.

7. καὶ Ὑάντων) De quibus vide lib. VII. p. 321. *Idem.*

8. Θήβας τῇ Καδμ.) Pauſanias Bœoticis Lib. IX. cap. 5. Κάδμος δὲ τὴν πόλιν τὴν καλουμένην ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Καδμείαν ᾤκισεν· αὐξηθείσης δὲ ὕστερον τῆς πόλεως, οὕτω τὴν Καδμείαν ἀκρόπολιν συνέβη τῶν κάτω γενέσθαι Θηβῶν. *Cadmus vero oppidum, cui & nunc idem nomen eſt, Cadmeam condidit. Sed aucta poſtea urbe inferioribus mœnibus, pro arce Cadmea fuit.* Idem.

1. Ἀρναίων

A Κατὰ δὲ τούτους ὀλίγον χρόνον ἐκλιπόντες τὰς Θήβας, ἐπανῆλθον πάλιν· ὡς δ' αὔτως ὑπὸ Θρακῶν καὶ Πελασγῶν ἐκπεσόντες, ἐν Θετταλίᾳ συνεστήσαντο τὴν ἀρχὴν, μετὰ [1] Αρναίων ἐπὶ πολὺν χρόνον, ὥστε καὶ Βοιωτοὺς κληθῆναι ἅπαντας. Εἶτ' ἀνέστρεψαν εἰς τὴν οἰκείαν, ἤδη τοῦ Αἰολικοῦ στόλου παρεσκευασμένου περὶ Αὐλίδα τῆς Βοιωτίας, ὃν ἔστελλον εἰς τὴν Ἀσίαν οἱ τοῦ Ὀρέστου παῖδες. Προσθέντες δὲ τῇ Βοιωτίᾳ τὴν Ὀρχομενίαν (οὐ γὰρ ἦσαν * κοινῇ πρότερον, οὐδ' Ὅμηρος μετὰ Βοιωτῶν αὐτοὺς κατέλεξεν, ἀλλ' ἰδίᾳ, Μινύας προσαγορεύσας) μετ' ἐκείνων ἐξέβαλον τοὺς μὲν Πελασγοὺς εἰς Ἀθήνας, ἀφ' ὧν ἐκλήθη [2] μέρος τι τῆς πόλεως Πελασγικὸν, B ᾤκησαν δὲ ὑπὸ τῷ Ὑμηττῷ· τοὺς δὲ Θρᾷκας * εἰς τὸν Παρνασόν. Ὕαντες δὲ τῆς Φωκίδος [3] Ὑαντπόλιν ᾤκισαν. [4] Φησὶ δ' Ἔφορος, τοὺς μὲν Θρᾷκας, ποιησαμένους σπονδὰς πρὸς τοὺς Βοιωτοὺς, ἐπιθέσθαι νύκτωρ * στρατοπεδεύουσιν ὀλιγωρότερον, ὡς εἰρήνης γεγονυίας· διακρουσαμένων αὐτοὺς, * αἰτιωμένων τε ἅμα, ὅτι τὰς σπονδὰς παρέβαινον, μὴ παραβαίνειν φάσκειν ἐκείνους· [5] συνθέσθαι γὰρ ἡμέρας, νύκτωρ δ' ἐπιθέσθαι· ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι, Θρᾳκία παρεύρεσις. Τοὺς δὲ Πελασγοὺς, μένοντος ἔτι τοῦ πολέμου, C χρηστηριαζομένους ἀπελθεῖν· ἀπελθεῖν δὲ καὶ τοὺς Βοιωτούς. Τὸν μὲν οὖν τοῖς Πελασγοῖς δοθέντα χρησμὸν, ἔφη μὴ ἔχειν εἰπεῖν. τοῖς δὲ Βοιωτοῖς ἀνελεῖν τὴν προφῆτιν, ἀσεβήσαντας εὖ πράξειν· τοὺς δὲ θεωροὺς ὑπονοήσαντας χαριζομένην τοῖς Πελασγοῖς τὴν προφῆτιν * διὰ τὸ συγγενὲς, (ἐπεὶ καὶ τὸ ἱερὸν Πελασγικὸν ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν) οὕτως ἀνελεῖν, ἁρπάσαντας τὴν ἄνθρωπον εἰς πυρὰν ἐμβαλεῖν· ἐνθυμηθέντας, εἴτε κακουργήσασαν [* περὶ τῶν γυναικῶν δικαστῶν,] εἴτε μὴ, πρὸς ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχειν· εἰ μὲν παρεχρηστηρίασε, κολασθείσης αὐτῆς· εἰ δ' οὐδὲν ἐκακούργησε, D

* Scripti κοινωνοί. Iliad. β. 511.

* Scripti ἐπὶ τὸν Π.

* Vett. lib. στρατοπεδεύοντας

* Scripti καὶ ἅμα αἰτιωμένων,

p. 402.

* Vulgò κατὰ

* Inclusa censeo è margine irrepsisse in contextum, omninoque esse tollenda.

A Ea autem tempeſtate paulisper relictis Thebis, poſteà eò redierunt. Eodemque modo à Thracibus expulſi & Pelaſgis, in Theſſalia cum Arnæis rempubl. conſtituerunt, quæ diu duravit, ita ut univerſi dicerentur Bœoti. Deinde domum ſuam poſtliminio repetiverunt, jam Æolica claſſe apud Aulidem Bœotiæ collecta, qua in Aſiam proficiſcerentur Oreſtis filii. Ibi tum Orchomeniam cùm Bœotiæ adjeciſſent (non enim unum fuit antiquitus corpus, neque Orchomenos cum Bœotis recenſet Homerus, ſed ſeorſim ſub Minyarum nomine) junctis viribus Pelaſgos ejectos Athenas com- B pulerunt, è quibus & urbis quædam pars Pelaſgicum eſt dicta, & habitaverunt ſub Hymetto: Thraces autem in Parnaſſum exegerunt: Hyantes Hyampolin Phocidis condiderunt. Refert Ephorus Thraces pactis cum Bœotis induciis, noctu eos, ut qui pace facta caſtra negligentiùs tutarentur, adortos fuiſſe: profligatosque ab iis, ſimulque quod inducias violaſſent, culpatos, id abs ſe factum negaſſe: pactos enim dierum inducias, noctu adortos eſſe: atque inde natum proverbium, Thracicum commentum. Pelaſgos durante adhuc bello abiiſſe ut oraculum conſulerent: idem Bœotos etiam C feciſſe. Ac Pelaſgis quidem quid reſponſum fuerit, fatetur ſibi non conſtare. Bœotis autem antiſtitam reſpondiſſe, rebus uſuros ſecundis, ſi impiè agerent. Qui verò miſſi erant ſciſcitatum, ſuſpicatos vatem in gratiam Pelaſgorum, qui ejus gentiles eſſent (nam ab initio templum id Pelaſgicum fuit) ſic reſpondiſſe, correptam in rogum conjeciſſe: quod ſic ratiocinarentur, ſive jure id facinus ſive injuria perpetraſſe ipſos [6] judicatum fuiſſet, utroque rem modo bene habituram: nimirum ea, ſiquidem oraculum mala fide ediſſet, ſupplicio affecta: ſin verò nihil D fraudis commiſiſſet, à ſe id factum fore,

1. *Αρναίων*) qui Arnen Theſſalicam tenebant. *Caſaub.*

2. *μέρος τι τῆς πόλεως Πελασγικὸν*) De qua parte datum olim fuit oraculum.

—— *τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμεινον.*

propter quod manſit ea pars urbis deſerta. Thucyd. libro ſecundo c. 17. *τό, τε Πελασγικὸν καλούμενον τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν, ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν.* & *(templum) quod Pelaſgicum appellatur quod ſub arcem (eſt exſtructum) & in quo propter diras hominum exſecrationes habitare non licebat.* Reperio & *πελαστικὸν τεῖχος* hunc locum appellari, vide apud Ariſtophanis ſcholiaſten (ad Ὀρν. p. 580. ed. Biſeti,) & Euſtathium in Dionyſium. Strabo quoque non ſemel Pelaſgos docuit Athenis fuiſſe Pelargos appellatos. *Idem.*

3. *Ὑάμπολιν*) Dubitat Euſtathius utrum hoc loco *Ὑαν πολιν*, an *Ὑάμπολιν* ſit legendum. *Ἐν ἄλλοις δέ φησιν ὁ γεωγράφος ὅτι Ὕαντες τῆς Φωκίδος Ὑαν πόλιν ἔκτισαν. ἴσως δὲ καὶ Ὑάμπολις ἡ τοιαύτη ἐν ἑνὶ μέρει λόγου.* Apparet legiſſe Euſtathium in ſuis codicibus *ὕαν πόλιν.* Pauſanias. Lib. x. c. 35. olim vocatam ait *ὑάντων πόλιν.* *Idem.*

4. *Φησὶ δ' Ἔφορος*) Stratagematis hujus quoque meminit Polyænus lib. VII. cap. 43.

5. *συνθέσθαι γὰρ ἡμ.*) Simile eſt quod à Cicerone narratur in libris de Officiis: (L.1. c.20.) & hanc hiſtoriam totidem fere verbis refert Diogenianus (Zenob. Cent. IV. 37.) in parœmia *Θρᾳκία παρεύρεσις.* (Vide etiam apud Polyænum ſimile Agnonis factum.) *Caſaub.*

6. *Judicatum fuiſſet.*) Verba hæc *Κακουργήσασαν περὶ τῶν γυναικῶν δικαστῶν*, nullum ſenſum gignunt: fortè *εἴτε κακουργήσουσι περὶ γυναικὸς οἱ δικασταί.* Sed & reliqua non ſatis cohærent ubique. *Xyland.*

1. τριῶν

quod juſſi erant. Enimvero, eos quibus templum curæ erat, auctores hujus facinoris indicta cauſa, idque in templo, necandos non cenſuiſſe: rem ad judicium detuliſſe, quod facerent mulierum Sacerdotum, quæ eædem erant fatidicæ, reliquæ duæ: ſolebant enim tres eſſe. Bœotis autem cauſantibus nullibi leges mulieribus judicium permittere, totidem eis viros fuiſſe adjunctos. Porrò viros abſolviſſe, mulieres damnaſſe; cumque eſſent æquales numero ſententiæ, abſolventes viciſſe: ex eo receptum ut apud Dodonam ſolis Bœotis viri oracula redderent. Cæterùm fatidicas iſtas mulieres oraculo in diverſam ſententiam explicato Bœotis deum præcipere dixiſſe, ut ſuos tripodes colligentes quotannis Dodonam miſerent. Idque Bœotos feciſſe: ſemper enim unum aliquem dedicatorum apud ſe tripodum noctu auferentes & veſtibus occultantes; ita clam Dodonam deportare. Poſteà Bœoti Penthilum in Æolica colonia deducenda adjuverunt, miſſis cum eo ſuorum plurimis:, ita ut Bœotica ea colonia fuerit cognominata. Multo poſt tempore bellum Perſicum apud Platæas, regionem eorum afflixit. Ita tamen poſtmodo reparaverunt ſuas res, ut etiam de principatu inter Græcos Thebani certarent, cum Lacedæmonios duobus viciſſent præliis. Sed cum in poſteriore cecidiſſet Epaminondas, ſpe imperii dejecti, tamen pro Græcis bellum geſſerunt in Phocenſes, qui commune templum deprædati erant. Quo bello attriti, & Macedonibus Græcos infeſtantibus, & amiſerunt urbem ſuam à Macedonibus dirutam, & ab iiſdem inſtauratam receperunt. Atquè ex illo tempore Thebæ rebus ſubinde in deterius ſublabentibus uſque ad noſtra tempora, vix pagi memorabilis formam retinent. Quod idem aliis etiam Bœotiæ accidit urbibus, Tanagra & Theſpiis exceptis, quæ cum Thebis comparatæ, ſatis adhuc conſtare videntur.

A τὸ προσταχθὲν αὐτῶν πραξάντων. Τοὺς δὲ περὶ τὸ ἱερὸν, τὸ μὲν ἀκρίτους κτείνειν τοὺς πράξαντας, καὶ ταῦτ' ἐν ἱερῷ, μὴ δοκιμάσαι, καθιστάναι δ' εἰς κρίσιν· καλεῖν δ' ἐπὶ τὰς ἱερείας, ταύτας δὲ εἶναι τὰς προφήτιδας· αἱ γὰρ λοιπαὶ [1] τριῶν οὐσῶν περιῆσαν· λεγόντων δ' ὡς οὐδαμοῦ νόμος εἴη δικάζειν γυναῖκας, προσελέσθαι καὶ ἄνδρας ἴσους ταῖς γυναιξὶ τὸν ἀριθμόν· τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας ἀπογνῶναι, τὰς δὲ γυναῖκας καταγνῶναι· ἴσων δὲ τῶν ψήφων γενομένων, τὰς ἀπολυούσας νικῆσαι· ἐκ δὲ * τούτων Βοιωτοῖς μόνοις ἄνδρας προθεσπίζειν ἐν Δωδώνῃ. Τὰς μέντοι προφήτιδας B ἐξηγουμένας τοὐναντίον, εἰπεῖν ὅτι προστάττει ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς, τοὺς παρ' αὐτοῖς τρίποδας συλλέγοντας, εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ' ἔτος· καὶ δὴ καὶ ποιεῖν τοῦτο· ἀεὶ γάρ τινα τῶν ἀνακειμένων τριπόδων, νύκτωρ καθαιροῦντας, καὶ κατακαλύπτοντας ἱματίοις, ὡς ἂν λάθρα τριποδηφορεῖν εἰς Δωδώνην. Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Αἰολικὴν ἀποικίαν συνέπραξαν τοῖς περὶ Πενθίλον, πλείστους ἐξ ἑαυτῶν συμπέμψαντες, ὥστε καὶ Βοιωτικὴν προσαγορευθῆναι. Ὕστερον δὲ χρόνοις πολλοῖς ὁ Περσικὸς πόλεμος περὶ Πλαταιὰς γενόμενος, διελυμήνατο τὴν χώC ραν. Εἶτ' ἀνέλαβον σφᾶς πάλιν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀρχῆς ἀμφισβητῆσαι Θηβαίους, [2] δυσὶ μάχαις κρατήσαντας Λακεδαιμονίους. Ἐπαμεινώνδα δὲ πεσόντος ἐν τῇ μάχῃ, ταύτης μὲν τῆς ἐλπίδος διεσφάλησαν· ὑπὲρ δὲ τῶν Ἑλλήνων ὅμως ἐπολέμησαν [3] πρὸς Φωκέας τοὺς τὸ ἱερὸν συλήσαντας τὸ κοινόν. Κακωθέντες δ' ὑπό τε p. 403. τούτου τοῦ πολέμου, καὶ τῶν Μακεδόνων ἐπιθεμένων τοῖς Ἕλλησιν, ὑπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ [4] ἀπέβαλον τὴν πόλιν κατασκαφεῖσαν, [5] καὶ ἀνέλαβον ἀνακτισθεῖσαν. Ἐξ ἐκείνου δ' ἤδη πράττοντες ἐνδεέστερον ἀεὶ μέD χρι εἰς ἡμᾶς, οὐδὲ κώμης ἀξιολόγου τύπον σώζουσι. Καὶ ἄλλαι δὲ πόλεις * ἀνάλογον, πλὴν [6] Τανάγρας καὶ Θεσπιῶν· αὗται δ' ἱκανῶς συμμένουσι πρὸς ἐκείνας κρινόμεναι.

* Scripti τούτου.

* Manuſſ. ἀνάλογον ἔχουσι.

1. τριῶν οὐσῶν) Vide ſub finem lib. VII. p. 329. *Caſ.*

2. δυσὶ μάχαις) Ad Leuctra & ad Mantineam. *Idem.*

3. πρὸς Φωκέας) Bello ſacro geſta intelligit, de quo bello conſule Diodorum lib. XVI. & Æſchinem ac Demoſthenem, qui in contrariis orationibus multa de eo habent. *Idem.*

4. ἀπέβαλον τὴν πόλιν) Alexander enim Thebas funditus evertit, occiſis in ea urbe nonaginta hominum millibus. *Idem.*

5. καὶ ἀνέλαβον ἀνακτισθεῖσαν) Caſſander Macedonum rex anno vigeſimo poſt Thebarum everſionem urbem reædificavit & quaſi de integro condidit. Diodorus Siculus libro XIX. in Epitome rerum Thebanarum, T. II. p. 697. Μετὰ δὲ ταῦτα τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀμφισβητησάντων, Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου κατὰ κράτος ἐκπολιορκήσας κατέσκαψεν· εἰκοστῷ δ' ἔτει ὕστερον Κάσσανδρος φιλοδοξῆσαι βουλόμενος, καὶ πείσας τοὺς Βοιωτοὺς ἀνέστησε τὴν πόλιν τοῖς διασωζομένοις τῶν Θηβαίων. *Idem.*

6. Τανάγρας καὶ Θεσπιῶν) Sic infra de Theſpiis loquens p. 410. νυνὶ δὲ μόνη συνέστηκε τῶν Βοιωτικῶν πόλεων καὶ τανάγρα. *Idem.*

A ἘΞῆς δὲ τὴν περιήγησιν τῆς χώρας ποιητέον, ἀρξαμένους ἀπὸ τῆς πρὸς Εὔβοιαν παραλίας, τῆς συνεχοῦς τῇ Ἀττικῇ. Ἀρχὴ δ' ὁ Ὠρωπὸς, καὶ ὁ ἱερὸς λιμὴν, ὃν καλοῦσι Δελφίνιον, καθ' ὃν ἡ παλαιὰ Ἐρέτρια ἐν τῇ Εὐβοίᾳ, διάπλουν ἔχουσα ἑξήκοντα σταδίων. Μετὰ δὲ τὸ Δελφίνιον ἐστὶν ὁ Ὠρωπὸς ἐν εἴκοσι σταδίοις· κατὰ δὲ τοῦτον ἐστὶν ἡ νῦν Ἐρέτρεια· διάπλους δ' ἐπ' αὐτὴν στάδιοι [1] τεσσαράκοντα. Εἶτα Δήλιον τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκ Δήλου ἀφιδρυμένον, Ταναγραίων πολίχνιον, Αὐλίδος διέχον σταδίους τριάκοντα· [2] ὅπου μάχῃ λειφθέντες Ἀθηναῖοι προτροπάδην ἔφυγον· ἐν δὲ τῇ φυγῇ [3] πεσόντα ἀφ' ἵππου Ξενοφῶντα τὸν Γρύλλου ἰδὼν κείμενον Σωκράτης ὁ B φιλόσοφος στρατεύων πεζὸς, τοῦ ἵππου γεγονότος ἐκποδὼν, ἀνέλαβε τοῖς ὤμοις * αὐτοῦ, καὶ ἔσωσεν ἐπὶ πολλοὺς σταδίους, ἕως ἐπαύσατο ἡ φυγή. Εἶτα λιμὴν μέγας, ὃν καλοῦσι Βαθὺν λιμένα. Εἶθ' ἡ Αὐλὶς * πετρῶδες χωρίον, καὶ κώμη [4] Ταναγραίων· λιμὴν δ' ἐστὶ πεντήκοντα πλοίοις· ὥστ' εἰκὸς τὸν ναύσταθμον τῶν Ἑλλήνων ἐν τῷ μεγάλῳ ὑπάρξαι λιμένι. Καὶ ὁ Εὔριπος δ' ἐστὶ πλησίον [5] ὁ Χαλκίδος, εἰς ὃν ἀπὸ Σουνίου στάδιοι ἑβδομήκοντα· ἔστι δ' ἐπ' αὐτῷ γέφυρα δίπλεθρος, ὡς * εἴρηκα· πύργος δ' ἑκατέρωθεν ἐφέστηκεν, ὁ μὲν ἐκ τῆς Χαλκίδος, ὁ δ' ἐκ τῆς Βοιωτίας· * διῳκοδόμητο δ' εἰς αὐτοὺς σύριγξ. Περὶ δὲ τῆς παλιρροίας C τοῦ Εὐρίπου, τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν ἱκανὸν, ὅτι [6] ἑπτάκις μεταβάλλειν φασὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην καὶ νύκτα· τὴν δ' αἰτίαν ἐν ἄλλοις σκεπτέον. Πλησίον δ' ἐστὶν ἐφ' ὕψους κείμενον χωρίον [7] Σαλγανεὺς, ἐπώνυμον τοῦ ταφέντος ἐπ' αὐτῷ Σαλγανέως ἀνδρὸς Βοιωτίου, καθηγησαμένου τοῖς Πέρσαις εἰσπλέουσιν εἰς τὸν διάπλουν τοῦτον ἐκ τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου· ὃν φασὶν ἀναιρεθῆναι πρὶν ἢ τῷ Εὐρίπῳ συνάπτειν ὑπὸ τοῦ ναυάρχου Μεγαβάτου * νομισθέντα κακοῦργον, ὡς ἐξ ἀπάτης ἐμβαλόντα τὸν στόλον εἰς τυφλὸν τῆς θαλάσσης στενωπόν· αἰσθόμενον δὲ τὸν βάρβαρον τὴν περὶ αὐτὸν ἀπάτην μεταγνῶναί τε, καὶ ταφῆς ἀξιῶσαι τὸν ἀναιτίως ἀποθανόντα. D

p. 404. Καὶ [8] ἡ Γραῖα δ' ἐστὶ, τόπος Ὠρωποῦ πλησίον,

* Scripti αὐτὸν,

* Manuſſ. πετρώδης χῶρος,

* Vett. lib. εἴρηται.

* Manuſſ. διῳκοδόμηται δ' εἰς αὐτόν.

* Vulgata lectio νομισθέντος κακούργου,

A ¶ Deinceps Bœotiæ nobis deſcriptio eſt proponenda, ſumto initio ab ora *maritima, quæ Eubœæ appoſita* Atticam attingit. Principium eſt Oropus, & ſacer portus, qui Delphinium dicitur, cujus è regione eſt antiqua Eubœæ Eretria, trajectu LX. ſtadiorum diſtans. A Delphinio Oropus abeſt XX. ſtadiis: huic Eretria noſtra opponitur, trajectu XL. ſtadiorum. Inde eſt Delium Apollinis templum ad ejus quod in Delo eſt exemplar conditum, oppidum Tanagræorum ab Aulide diſtans XXX. ſtadiis. Ibi prælio victi Athenienſes cum effusè fugerent, delapſum in fuga ab equo Xenophontem Grylli F. B jacere videns Socrates philoſophus, qui amiſſo equo pedes pugnabat, in humeros ſuos receptum per multa ſtadia portavit atque eripuit, dum fuga ſiſteretur. Sequitur portus magnus, quem profundum vocant. Poſt Aulis locus ſaxoſus, Tanagræorum pagus, cum portu L. navium capace: ut appareat naves Græcorum in magno ſtetiſſe portu. Eſt & in propinquo Euripus Chalcidis, ad quem à Sunio ſtadia ſunt LXX. is Euripus eſt, ut diximus, ponte junctus duûm jugerum: turris utrinque ad eum extat, una à Chalcide, altera à Bœotia: & ab una ad C alteram canalis eſt exſtructus. De reciprocatione Euripi ſufficiat dixiſſe id, quod eum ſepties quavis die ac nocte mutari ajunt, cauſa alibi eſt indaganda. Ponè eſt in ſublimi Salganeus: habet autem locus nomen à Salganeo viro Bœoto ibi ſepulto, qui Perſis à Maliaco ſinu in trajectum hunc navigantibus ductor cum fuiſſet, à claſſis Perſicæ præfecto Megabato interfectus dicitur priuſquam ad Euripum perveniſſent: mala eum fide agere opinato, qui dolosè claſſem in cæcas maris anguſtias conjeciſſet: ajuntque barbarum poſtea errore ſuo cognito, pœnitentia correptum ſepulchro dignatum eſſe, quem inſontem occiderat. D Eſt & Græa locus Oropo vicinus,

1. τεσσαράκοντα) Epitome habet ξ. hoc eſt ſexaginta. *Caſaub.*

2. ὅπου μάχῃ) Vide Thucydid. libro quarto, cap. 96. & Diodorum Siculum libr. x. Ei prælio interfuiſſe Socratem ex Platone refert Athenæus libro v. c. 15. ſed ita, ut falſum id totum eſſe oſtendat. vide Ælianum V. H. Lib. III. c. 17. *Idem.*

3. πεσόντα ἀφ' ἵππου) Laërtius L. II. in vita Socratis Ξενοφῶντα ἀφ' ἵππου πεσόντα ἐν τῇ κατὰ Δήλιον μάχῃ διέσωσεν ὑπολαβών. *Idem.* Vide ad h. l. Obſervationes celeb. Æg. Menagii.

4. ταναγραίων) Etiam Pauſanias IX. c. 19. & 20. ait & Aulidem & Delium Tanagræorum fuiſſe. *Idem.*

5. ὁ Χαλκίδος) Lego ὁ Καλκιδικός. ex Euſtathio. Sic libro primo. *Idem.*

6. ἑπτάκις μεταβάλλειν) Vide ad lib. I. p. 55. *Idem.* Serv. ad Virgil. Ecl. x. 50.

7. Σαλγανεὺς) Apud Ptolem. malè igitur Saganeus. De Salganeo vide lib. I. p. 10. *Idem.* Ad hunc Thucydidis citatum locum vide notas clar. Hudſon.

8. ἡ Γραῖα δ' ἐστι) Docet Thucydides Græam ſitam fuiſſe in via, quæ ducebat ab Oropo Athenas. Verba ejus ſunt libro ſecundo. c. 23. παριόντες δὲ τὸν Ὠρωπὸν, τὴν γῆν τὴν Γραϊκὴν καλουμένην, ἣν νέμονται Ὠρώπιοι Ἀθηναίων ὑπήκοοι ἐδῄωσαν. *& dum Oropum præterirent regionem nomine Græcam, quam Oropii Athenienſium imperio ſubjecti, vaſtarunt.* Sic enim legendum eſſe etiam ex Stephano apparet, qui locum deſcribit Ὠρωπός. At hodie pro Γραϊκὴν legitur Πειραϊκὴν, malè. *Idem.* Emendandus ex hoc loco eſt Servius ad Virgil. Eclog. x. 50. ubi corrupte *Salæneus* pro *Salganeus*.

1. Ναρ-

& fanum Amphiarai, & Narciſſi Eretrienſis monimentum, quod Sigelum dicitur à *ſilentio*, prætereuntes enim tacent. 2 Nonnulli Græam eandem cum Tanagra eſſe cenſent: cæterùm Pœmandria eſt eadem cum Tanagra. Gephyræi quoque, *id eſt pontani*, vocantur Tanagræi. Fanum Amphiarai imitatione ejus quod eſt ad Cnopiam Thebaicam fuit dedicatum. Eſt & Mycaleſſus Tanagricus pagus in via, quæ Thebis Chalcidem tendit; Bœoticè Mycalettum appellant. Eſt & Harma juxta Mycalettum Tanagricæ vicus deſertus, nomen habens à curru (*hoc harma notat Græcis*) Amphiarai: aliud eſt Harma Atticæ apud Phylem pagum, finitimum Tanagricæ. Ab hoc Harmate tractum eſt proverbium: Quando per Harma fulguraverit. Nam qui Pythaiſtæ vocabantur, oraculi cujuſdam juſſu ad Harma converſo viſu fulgur quodpiam obſervabant, quo fulgure conſpecto, ſacrificium Delphos mitterent: obſervabant autem per tres menſes, quovis menſe per triduum totidemque noctes, ſtantes ipſi ad focum Jovis Fulgurantis, qui eſt intra muros inter Pythium & Olympium. Sed quod ad Harma Bœoticum ſpectat, ſunt qui dicant Amphiarao in pugna è curru prolapſo ibi, ubi nunc ejus eſt ſacellum, currum vacuum delatum eſſe ad locum, qui ab eo Harma vocatur: alii Adraſti fugientis currum ibi confractum ajunt, ipſumque Arionis equi ope evaſiſſe. Philochorus à pagi ejus incolis ait ſervatum fuiſſe: ideoque eis jus civitatis apud Argivos eſſe.

A καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ τὸ 1 Ναρκίσσου τοῦ Ἐρετριέως μνῆμα, ὃ καλεῖται Σιγηλοῦ· ἐπειδὴ σιγῶσι παριόντες· 3 τινὲς δὲ * τῇ Ταναγρᾳ τὴν αὐτὴν φασίν· ἡ 4 Ποιμανδρὶς δ' ἐστὶν ἡ αὐτὴ τῇ Ταναγρικῇ· 5 καλοῦνται δὲ καὶ Γεφυραῖοι οἱ Ταναγραῖοι· 6 ἐκ Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιδρυμένον δεῦρο τὸ Ἀμφιάρειον. Καὶ ὁ Μυκαλησσὸς δὲ κώμη τῆς Ταναγρικῆς· κεῖται δὲ παρ' ὁδὸν Θηβαίων εἰς Χαλκίδα· καλοῦσι δὲ Βοιωτικῶς Μυκαληττόν· ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ Ἅρμα, τῆς Ταναγραϊκῆς κώμη ἔρημος, περὶ Μυκαληττὸν ἀπὸ
B τοῦ Ἀμφιαράου ἅρματος λαβοῦσα τοὔνομα ἑτέρα οὖσα τοῦ Ἅρματος τοῦ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, ὅ ἐστι περὶ Φυλὴν δῆμον τῆς Ἀττικῆς, 7 ὅμορον τῇ Ταναγρᾳ· ἐνταῦθα δὲ ἡ παροιμία τὴν ἀρχὴν ἔσχεν, ἡ λέγουσα· 8 ὁπότε δι' Ἅρματος ἀστράψῃ· ἀστραπήν τινα σημειουμένων κατὰ χρησμὸν τῶν λεγομένων Πυθαϊστῶν, βλεπόντων ὡς ἐπὶ τὸ Ἅρμα, καὶ τότε πεμπόντων τὴν θυσίαν εἰς Δελφοὺς, ὅταν ἀστράψαντα ἴδωσιν· ἐτήρουν δ' ἐπὶ τρεῖς μῆνας· καθ' ἕκαστον μῆνα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας, ἀπὸ τῆς ἐσχάρας τοῦ Ἀστραπαίου Διός· ἔστι δ' αὕτη ἐν τῷ τείχει μεταξὺ τοῦ
C Πυθίου, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου. Περὶ δὲ τοῦ Ἅρματος τοῦ Βοιωτικοῦ, οἱ μὲν φασὶν ἐκπεσόντος ἐκ τοῦ ἅρματος ἐν τῇ μάχῃ τοῦ 9 Ἀμφιαράου κατὰ τὸν τόπον οὗ νῦν ἐστι τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, τὸ ἅρμα ἔρημον ἐνεχθῆναι περὶ τὸν ὁμώνυμον τόπον· οἱ δὲ τοῦ Ἀδράστου συντριβῆναι τὸ ἅρμα φεύγοντος φασὶν ἐνταῦθα, τὸν δὲ 10 διὰ τοῦ Ἀρείονος σωθῆναι. Φιλόχορος δ' ὑπὸ τῶν κωμητῶν σωθῆναι φησὶν αὐτόν· διὰ τοῦτο ἰσοπολιτείαν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἀργείων ὑπάρξαι.

* Vulgò τὴν Τανάγραν

1. Ναρκίσσου τοῦ Ἐρ.) Hic eſt Narciſſus de quo multa & poëtæ & Pauſanias in Bœoticis l. IX. c. 31. *Caſ.*

2. *Nonnulli Græam.*) Τινὲς δὲ τὴν Τανάγραν τὴν αὐτὴν φασι. Euſtathius hæc citans in principium Bœotiæ, ſic legit. Τινὲς δὲ τὴν αὐτὴν φασι τῇ Τανάγρᾳ τὴν Γραῖαν. id ſum ſecutus, & Ποιμανδρία habet pro Ποιμάνδρις. Ex eodem ὅμορον pro ὅμοιον reſtitui, & pro Τανάγρα ταναγρικῇ mox. *Xyland.*

3. τινὲς δὲ τῇ Τ.) In his Pauſanias IX. c. 20. & Lycophronis interpretes. *Caſaub.*

4. Ποιμανδρὶς) Apud Euſtathium Ποιμανδρία. ex iſto carmine Lycophr. ỷ. 326.

*Ἣν ἐς βαθεῖαν λαιμίσας ποιμανδρίαν,*

*Quam ſuper profundum decollans mulctrale.*

ubi ſcholiaſtes Ποιμανδρία πόλις Βοιωτίας ἡ καὶ Τάναγρα καλουμένη, ἔνθα ἄριστοι βόες· quæ interpretatio, quàm rectè illi poëtæ loco conveniat, non eſt hic quærendi locus. Ex Pauſania IX. cap. 20. cauſam diſces, cur eadem urbs Tanagra, Pœmandria & Græa fuerit appellata. *Idem.*

5. καλοῦνται δὲ) Sequitur Strabo Hecathæum. vide Stephan. Γέφυρα & Herodotum Terpſichore. c. 57. *Id.*

6. Ἐκ Κνωπίας δὲ τῆς Θηβαϊκῆς μεθιδρύμενον δεῦρο τὸ Ἀμφιάρειον. *Fanum Amphiarai imitatione ejus, quod eſt ad Cnopiam Thebaicam, fuit dedicatum.*) Doctiſſimus Salmaſius in ſuis ad Solinum exercitationibus (p. 103. & ſeqq. ed. Ultraject.) jure ſuſpicatur legendum eſſe hoc
D loco ἐκ Ποτνίας δὲ, ex Pauſania in Bœoticis: ſed quod ait nullam fuiſſe Κνωπίαν Thebaïcam, eum ratio fugit. Nam ex Nicandri Scholiaſte ad Theriaca pag. 49 id evincitur, & eo nomine Salmaſius ab Iſaaco Voſſio, perpetuo Salmaſii obtrectatore, jure reprehenditur, licet non utatur loco Scholiaſtis Nicandri, qui litem dirimit. *Palmer.*

7. ὅμορον τῇ Ταν.) Duo igitur loci fuere Armata nuncupati, parvo intervallo à ſe diſſiti. Alter in agro Tanagrico: alter in agro Attico ad Phylen, Tanagræ vicinam. *Caſaub.*

8. ὁπότε δὲ Ἀρμ.) Hoc eſt, ait Euſtathius, ὀψέ ποτε, καὶ διὰ χρόνου ἀδήλου. *Idem.*

9. τοῦ Ἀμφιαράου) Pauſanias Harma Bœoticum nomen inveniſſe ait Lib. IX. c. 19. ἀφανισθέντος ἐνταῦθα Ἀμφιαράῳ τοῦ ἅρματος, καὶ οὐχ ὅπου λέγουσιν οἱ Θηβαῖοι. *Idem.*

10. διὰ τοῦ Ἀρείονος σωθῆναι) Apollodorus lib. III. c. 6. §. 8. Ἄδραστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρίων. *Id.*

1 Ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Τάναγρα· * 3 ἐν δεξιᾷ κεῖται, καὶ ἡ Ὑρία δὲ τῆς Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος· ὅπου ὁ Ὑριεὺς μεμύθευται, καὶ ἡ τοῦ Ὠρίωνος γένεσις, ἥν φησι Πίνδαρος ἐν τοῖς διθυράμβοις· κεῖται δ' ἐγγὺς Αὐλίδος· 4 ἔνιοι δὲ τὰς Ὑσίας, Ὑρίαν λέγεσθαί φασι, τῆς Παρασωπίας οὖσαν ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι, πλησίον Ἐρυθρῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ, * ἄποικον Ὑριέων, κτίσμα δὲ Νυκτέως, * τοῦ Ἀντιόπης πατρός. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀργείᾳ Ὑσιαί, οἱ δ' ἐξ αὐτῆς 5 Ὑσιᾶται λέγονται. Τῶν δ' Ἐρυθρῶν τούτων ἄποικοι αἱ * ἐν Ἰωνίδι Ἐρυθραί· Καὶ ὁ Ἐλεὼν δέ, κώμη Ταναγρική, ἀπὸ τῶν ἑλῶν ὠνομασμένη. Μετὰ δὲ Σαλγανέα Ἀνθηδὼν πόλις λιμένα ἔχουσα, ἐσχάτη τῆς Βοιωτικῆς παραλίας τῆς πρὸς * Εὔβοιαν· καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς εἴρηκεν.

Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

p. 405. Εἰσὶ μέντοι ἔτι, καὶ προϊόντι μικρόν, 7 πολίχναι δύο τῶν

* Lego ἐν δεξιᾷ. κεῖται ἡ Ὑρία, καὶ ἡ Ὑρία δὲ

* Vulgò ἄποικοι.

* Scripti Ἀντιόχου

* Scripti ἐν Ἰωνίᾳ

* Scripti Εὐβοίᾳ.

Cæterùm à Thebis Argos eunti ad ſiniſtram habetur Tanagra, 2 ad dextram Hyria, ipſa quoque Tanagræorum nunc, olim Thebanorum. Ibi ut fabulæ perhibent Hyrieus fuit, Orionque eſt editus, eo modo quem in dithyrambis Pindarus deſcribit, eſt propinqua Aulidi. Nonnulli Hyſias Hyriam ajunt dici, quæ ad Aſopum ſitæ ſub Cithærone ſit regionis in continenti prope Erythras, colonia Hyrienſium, condita à Nycteo Antiopæ patre. Sunt & in Argia Hyſiæ, cujus incolæ Hyſiatæ dicuntur. Erythrarum autem Bœotiæ colonia eſt Erythræ Ioniæ urbs. Eſt & 6 Eleon pagus Tanagricus, à paludibus nominatus. ¶ Poſt Salganeum Anthedon urbs eſt portum habens, ultima in Bœotico, quod Eubœæ oppoſitum eſt, litore: quod & Homerus expreſſit, extremæ epitheto eam ornans.

Quanquam adhuc paululum progrediens ad oppidula duo pervenies

1. Ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἄργος ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ ἡ Τανάγρα, ἐν δεξιᾷ κεῖται καὶ ἡ Ὑρία. *Cæterum à Thebis Argos eunti ad ſiniſtram habetur Tanagra, ad dextram Hyria.* ) Locum hunc attigit doctiſſimus commentator, ſed non tam fœliciter, quam ſexcenta alia loca, ubi acumen ingenii mirum & ſtupendam eruditionem demonſtravit: nam ulcus eſt equidem hoc in loco graviſſimum, ſed non ubi putabat eſſe. Nam optime ſe habet textus, ſi vocem Ἄργος excipias, & bene diſtinguatur. Tollendum eſt primo fœdum mendum in voce Ἄργοσ. Strabo Bœotiam deſcribit, & quid ad Bœotiam Argos? & quare non potius Megara vel Corinthum poſuiſſet, per quas urbes iter eſt Argos eunti? ea vox eſt à mala manu exſcriptoris, cui eo, quod ſuperiori linea vox Ἀργείων extat, in animo narabat *Argos*, idque poſuit pro Ἅρμα, quod Strabo procul dubio ſcripſerat. Sic igitur meo periculo lege, & diſtingue: ἔστι δὲ τῷ ἐκ Θηβῶν εἰς Ἅρμα ἀπιόντι ἐν ἀριστερᾷ, Τανάγρα ἐν δεξιᾷ. *Eſt autem à Thebis ad Harma eunti ad ſiniſtram, Tanagra ad dextram.* Sic enim ſe res habet, qui Thebis Harma volebat ire, ad ſiniſtram manum viam accipiebat, relicta ad dextram via, quæ Tanagram ducebat, & ipſa Tanagra. At Hyria, quam vult doctiſſimus vir ad dextram eſſe, nec ad dextram fuit, nec ad ſiniſtram, ſed multo ulterius, non longe à mari prope Aulidem, ut ait ipſe Strabo paulo infra. *Palmer.*

2. *Ad dextram Hyria.* ) Sic legi, ἐν δεξιᾷ δὲ κεῖται ἡ Ὑρία, καὶ ἡ Ὑρία δὲ &c. nam ex Euſtathio liquet ἐν ἀριστερᾷ ad Tanagram pertinere. Hyria unico ρ, omnino ſcribenda. *Xyland.*

3. ἐν δεξιᾷ κεῖται ) Legendum eſt, ἐν δεξιᾷ κεῖται ἡ Ὑρία· καὶ ἡ Ὑρία δὲ τῆς τ. Prorſus enim reſtitui debent voces, quæ perperam fuerunt hinc ſublatæ: quas etiam prior interpres in ſuis codicibus reperit, & ( quod non animadverteram ) ſic rectè emendat Xylander. *Caſaub.*

4. ἔνιοι δὲ τὰς ) Vide Stephanum Ὑρία & Ὑσία. illa verba Strabonis Ὑρία Ταναγραίας νῦν ἐστι, πρότερον δὲ τῆς Θηβαΐδος, aut negligenter legit Euſtathius, aut aliter in ſuis codicibus reperit. Ὁ δὲ Στράβων, inquit, λέγει ὅτι Ὑρία τῆς Ταναγραίας πρότερον, ὕστερον δὲ Θηβαΐδος. cæterum ἄποικον legimus non ἄποικοι, ut habent libri omnes. *Idem.*

4. Ἔνιοι δὲ τὰς Ὑσίας, Ὑρίην λέγεσθαί φασι ) quamvis Strabo *Hyriam* prope *Aulidem* ab *Hyſiis* in *Paraſopia* ſub *Cithærone* ſatis diſtinguat, addit tamen *Hyſias* quoque à nonnullis *Hyriam* dici: quæ res ipſum in manifeſtum errorem induxit, ut poſteriorem hanc *Hyriam* ſive *Hyſias* cum priore confunderet, ubi ait, *à Thebis Argos euntem à ſiniſtris habere Tanagram, à dextris Hyriam, Hyriei & Orionis fabulis celebrem, & hanc eſſe propinquam Aulidi:* Ubi ſummum & cautiſſimum ſcriptorem ratio fugit: ſitus enim ille ut *Hyſiis* exacte convenit, ita Hyriæ tribui nullo modo poteſt. *Holſtein. in Stephan. p. 337.*

5. Ὑσιᾶται ) At Bœoticæ urbis τὸ ἐθνικὸν eſt Ὑσιεύς. Stephan. *Caſaub.*

6. *Eleon.* ) Legebatur Αἰολέων corruptè ego vocem ex Homero reſtitui initio Catalogi & pro Ἐλαιῶν Ἑλῶν repoſui ex Euſtathio. *Xyland.*

7. Πολίχναι δύο τῶν Βοιωτῶν, Λάρυμνά τε, παρ' ἣν ὁ Κηφισσὸς ἐκδίδωσι, καὶ ἔτι ἐπέκεινα ἄλλαι ὁμώνυμοι τοῖς Ἀττικοῖς δήμοις. *Oppidula duo Bœotica & Larymnam, ad quam ſunt oſtia Cephiſſi: aliaque ulterius nominibus cum curiis Atticis convenientia.* ) Suſpicatur hic ſummus vir, deeſſe nomen alterius τῶν δύο πολιχνῶν. Sed abundat potius hic locus, quam deficit: abundat ſcilicet uno λ, & in voce ἄλλαι latet verum nomen unius Ἅλαι eodem quo duo Atticæ pagi nomine; ibi enim erant Ἅλαι Ἀραφηνίδες, & Ἅλαι Αἰξωνίδες, de illis Bœoticis Halis Pauſanias in Bœoticis: Βοιωτῶν ἔσχατοι ταύτῃ πόλισμα οἰκοῦσιν Ἅλας ἐπὶ θαλάσσῃ, ἣ τὴν Λοκρίδα ἤπειρον ἀπὸ τῆς Εὐβοίας διείργει. *Bœotorum extremi hic oppidum habitant Halas ad mare, quod diſterminat continentem Locridis ab Eubœa.* Loquitur etiam de his Halis Plutarchus, ſed in ea voce corrigendus eſt in Sylla: ἐτύγχανε γὰρ ὅτε τὴν ἐπ' Ὀρχομενῷ μάχην νενικηκὼς ἐδίωκε τοὺς πολεμίους, ἅμα τρεῖς πόλεις τῆς Βοιωτίας Ἀνθηδόνα, Λαρύμναν, Ἁλαίας ἀνῃρηκώς, *Nam quando poſt victoriam, quam habuit ad Orchomenum, perſequebatur hoſtes, tres urbes Bœotiæ Anthedonem, Larymnam, Halæas excidit.* ubi legendum pro Ἁλαίας Ἅλας. Id patet ex eo, quod ejus urbis cives antea & poſt Ἁλαίους vocat, nam Ἁλαῖος formatur ab Ἅλαι: at ab Ἁλαῖαι formaretur gentile Ἁλαιεύς. Stephanus etiam Ἅλαι πόλισμα Βοιωτίας: nihil eſt certius, debet hîc Ἅλαι legi. *Palmer.*

Bœotica, & Larymnam, ad quam ſunt oſtia Cephiſſi: aliaque ulterius nominibus cum curiis Atticis convenientia. Ex adverſo autem hujus oræ ſitas ajunt Ægas Euboicas, ubi Neptuni Ægæi templum eſt: harum ſupra quoque facta eſt à nobis mentio: eo trajectus eſt ab Anthedone ſtadiorum cxx. aliunde multo minor: templum in monte ſitum eſt ſublimi: adfuit olim etiam urbs. Ægis vicinæ fuerunt etiam 4 Orobiæ. In Anthedonia regione eſt etiam Meſſapius mons à Meſſapo dictus, qui cum Japygiam veniſſet, nomen regioni Meſſapiæ indidit. Ad hæc loca etiam fabula refertur Glauci Anthedonii, quem in B cetum fuiſſe transformatum perhibent. ¶ Prope Anthedonem locus eſt Bœotiæ venerando adſpectu, veſtigia urbis continens, qui Iſus appellatur, correpta priore ſyllaba. Sunt qui apud Homerum ſic putent ſcribendum.

*Iſum ſive ſacram.--*

cum legatur vulgo,

*Niſam ſive ſacram.--*

Atque hi priorem in Iſus ſyllabam poëtica licentia producunt: quia nullibi in Bœotica invenitur Niſa, ſicut docet Apollodorus in commentario navium Homericæ recenſionis. Itaque non locum habet, niſi Iſum fortaſſis Niſæ nomine expreſ- C ſerit. Fuit enim Niſa Megaridis urbs, & alia in Bœotiam inde ducta colonia ab

A Βοιωτῶν, Λάρυμνά τε, παρ' ἣν [1] ὁ Κηφισσὸς ἐκδίδωσι· καὶ ἔτι ἐπέκεινα [2] ἄλλαι ὁμώνυμοι τοῖς Ἀττικοῖς δήμοις. Κατὰ δὲ τὴν παραλίαν ταύτην κεῖσθαι φασὶν Αἰγὰς τὰς ἐν Εὐβοίᾳ, ἐν αἷς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν τοῦ Αἰγαίου· [3] ἐμνήσθημεν δ' αὐτοῦ καὶ πρότερον. Δίαρμα δ' ἐστὶν ἀπὸ μὲν τῆς Ἀνθηδόνος εἰς Αἰγὰς, ἑκατὸν εἴκοσι στάδιοι· * ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων τόπων, πολὺ ἐλάττους· κεῖται δ' ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ τὸ ἱερόν· ἦν δέ ποτε καὶ πόλις. Ἐγγὺς δὲ τῶν Αἰγῶν, καὶ [5] αἱ Ὀρόβιαι. Ἐν δὲ τῇ Ἀνθηδονίᾳ [6] Μεσσάπιον ὄρος ἐστὶν, [7] ἀπὸ Μεσσάπου, ὃς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐλθὼν, Μεσσαπίαν τὴν χώ- B ραν ἐκάλεσεν. Ἐνταῦθα δὲ καὶ [8] τὰ περὶ τὸν Γλαῦκον μυθεύεται τὸν Ἀνθηδόνιον, ὃν φασὶν εἰς κῆτος μεταβαλεῖν. Πλησίον δ' ἐστὶν Ἀνθηδόνος ἱεροπρεπὴς τόπος τῆς Βοιωτίας, ἴχνη πόλεως ἔχων, ὁ καλούμενος Ἶσος, συστέλλοντι τὴν πρώτην συλλαβήν. Οἴονται δέ τινες δεῖν γράφειν·

* In vett. lib. ἀπὸ δὲ .... τῶν.

Ἶσον τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν·

ἐκτείνοντες τὴν πρώτην συλλαβὴν ποιητικῶς διὰ τὸ μέτρον, ἀντὶ τοῦ

Iliad. β. 508.

Νῖσαν τε ζαθέην --

Ἡ γὰρ Νῖσα οὐδαμοῦ φαίνεται τῆς Βοιωτίας, ὡς C φησιν Ἀπολλόδωρος, * ἐν τοῖς περὶ νεῶν. [9] ὥστ' οὐκ ἂν εἴη εἰ μὴ τὴν Νῖσαν οὕτως εἴρηκεν· ἦν γὰρ ὁ Ἶσος πόλις ἐν τῇ Μεγαρικῇ, ἐκεῖθεν ἀπῳκισμένη

* Scripti, ἐν τῷ.

1. ὁ Κηφισσὸς) Cephiſſos enumerat alibi ſex Strabo. Hîc autem de eo agit qui lacum Copaidem ſive Cephiſſidem ingreditur. De Larymna vide Pauſaniam. Lib. IX. c. 23. Suſpicor autem deeſſe hîc alterius τῶν δύο πολιχνῶν nomen. Vide paullò poſt. *Caſaub.*

2. ὁμώνυμοι τοῖς Ἀττικοῖς) in iſto tractu fuere & Athenæ quædam, & Eleuſin, ſed ad lacum Copaidem non ad mare: Pauſ. & Strabo mox. *Idem.*

2. ἄλλαι ὁμώνυμοι τοῖς Ἀττικοῖς δήμοις) Mendosè hujus loci nomen ſcribitur, legendum enim omnino eſt Ἀλαὶ ὁμώνυμοι τοῖς Α. δ. quod Caſaubonus de aliis Athenis & Eleuſine in Bœotia divinando conjectat, plane nihil ad rem facit. Sed & iterum eodem hoc libro pag. 425. nomen hoc corruptum D extat in his verbis: Ἐφεξῆς τοίνυν τοῖς ἄλλαις εἰς ἃς κατέληξεν ἡ Βοιωτικὴ παραλία ἡ πρὸς Εὐβοίᾳ. lege meo periculo: Ἐφεξῆς τοίνυν ταῖς Ἁλαῖς. Nam ſuperiorem illum locum innuit, ubi erat collimitium Atticæ & Bœotiæ. *Holſtein. in Stephan. p. 23.*

3. ἐμνήσθημεν δὲ) Libro ſuperiore ſub finem. p. 385. *Caſaub.*

4. *Orobiæ*) Ὀρύβαι hîc mendosè. Ad initium decimi & hîc in epitomis rectè *Ὀρόβιαι*. quod & repoſui. Qui de Iſo & Niſa ſequitur locus, à me emendari non potuit. quid tamen ſentirem, ex verſione intelliges. Vide Euſtathium etiam: quem ſecutus hîc quædam ſuſtuli menda. *Xyland.*

5. αἱ Ὀρόβιαι) Sic rectè. Vide initium libri ſequentis *Caſaub.*

6. Μεσσάπιον ὄρος) Hujus montis meminit Aeſchylus Agamemnone, *Ἑκὰς δὲ φρυκτοῦ φῶς ἐπ' Εὐρίπου ῥοὰς Μεσσαπίου φύλαξι σημαίνει μολόν.* Vult autem Stephanus montem eſſe Eubœæ non Bœotiæ, ut Strabo: At Aeſchyli ſcholiaſtes inter Eubœam & Bœotiam collocat. Pauſanias L. IX. c. 22. in hujus montis radicibus. Anthedonem ait eſſe. *Idem.*

7. ἀπὸ Μεσσάπου) *Meſſapus* (inquit Servius) *per mare in Italiam venit, ideo Neptuni dicitur filius.* Virgilius. Aen. VII. 691.

*At Meſſapus equûm domitor Neptunia proles.*

De Meſſapia lib. VI. p. 277. *Idem.*

8. τὰ περὶ τὸν Γλαῦκον) Erat apud Anthedonios locus ad mare qui vocabatur Γλαύκου πήδημα, Glauci ſaltus, unde præcipitem ſe dederat in mare Glaucus. Auctor Pauſan. IX. c. 22. Sed totam rem pluribus narrat Lycophronis ſcholiaſtes ad hæc poëtæ verba de Ulyſſe in mare dejecto. ℣. 753.

Πόντου δ' ἄυπνος ἐνσαρούμενος μυχοῖς
Ἀστῷ σύνοικος Θρῃκίας Ἀνθηδόνος
Ἔσται.

i. e. *In marinis autem ſpecubus jactatus inſomnis*
*Anthedonis Threſſæ civi contubernalis*
*Erit.* Idem.

9. Ὥστ' οὐκ ἂν εἴη, εἰ μὴ τὴν Νῖσαν οὕτως εἴρηκεν. ἦν γὰρ ὁ Ἶσος πόλις ἐν τῇ Μεγαρικῇ, ἐκεῖθεν ἀπῳκισμένη ...... δρῶνος. *Itaque locum non habet, niſi Iſum fortaſſis Niſæ nomine expreſſerit. Fuit enim Niſa Megaridis urbs, & alia in Bœotiam inde ducta colonia ab .... drone.*) Locum hunc corruptum & mutilum ſic reſtituo: ὥστ' οὐκ ἂν εἴη, εἰ μὴ τὴν Ἶσον οὕτως εἴρηκεν. ἦν γὰρ καὶ Ἶσος πόλις ἐν τῇ Μεγαρικῇ ἐκεῖθεν ἀπῳκισμένη πλησίον Κιθαιρῶνος. *Non poteſt, quin Iſum ita dixerit: erat enim Iſus urbs in Megarica, inde habitata prope Cythæronem.* Conſidera attente lector, quæ præcedunt, & proculdubio mecum ſtabis. *Palmer.*

.....δρῶνος, ἐκλέλειπται δὲ νῦν. Τινὲς δὲ γράφουσι, Α.....

Κρεῦσαν τε ζαθέην --

τὴν νῦν Κρέουσαν δεχόμενοι, τὸ τῶν Θεσπιέων ἐπίνειον ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ ἱδρυμένον. Ἄλλοι δὲ

Φαρὰς τε ζαθέας. --

* Scripti, τετρακωμίας. Ἔστι δὲ τῆς * τετρακώμης τῆς περὶ Τάναγραν, Ἐλεῶνος, Ἅρματος, Μυκαλησσοῦ, Φαρῶν. Γράφουσι δὲ καὶ τοῦτο,

Νῦσαν τε ζαθέην. --

1 κώμη δ' ἐστὶ τῆς Ἑλικῶνος ἡ Νῦσα. Ἡ μὲν οὖν παραλία τοιαύτη τῆς πρὸς Εὔβοιαν. 2 Τὰ δ' ἑξῆς ἐν τῇ μεσογαίᾳ πεδία ἐστὶ κοῖλα πανταχόθεν ἐκ τῶν ἄλλων μερῶν ὄρεσι * περικλειόμενα, τοῖς Ἀττικοῖς μὲν πρὸς νότον, πρὸς ἄρκτον δὲ τοῖς Φωκικοῖς· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας ὁ Κιθαιρὼν λοξὸς ἐμπίπτει μικρὸν ὑπὲρ τῆς Κρισαίας θαλάττης, ἔχων τὴν ἀρχὴν συνεχῆ τοῖς Μεγαρικοῖς καὶ τοῖς Ἀττικοῖς ὄρεσιν· εἶτ' ἐπιστρέφων εἰς τὰ πεδία, παυόμενος δὲ περὶ τὴν Θηβαίαν.

* Veteres quidam περιεχόμενα.

p. 406. Τῶν δὴ πεδίων τούτων τὰ μὲν λιμνάζει, ποταμῶν ἀναχεομένων εἰς αὐτὰ· τῶν δ' ἐμπιπτόντων, εἶτ' ἐκρύσεις λαμβανόντων, τὰ μὲν * ἀνέψυκται, τὰ δὲ καὶ γεωργεῖται παντοδαπῶς διὰ τὴν εὐκαρπίαν. Ὑπάντρου δὲ καὶ σηραγγώδους οὔσης 3 κατὰ * βάθους τῆς γῆς, σεισμοὶ γινόμενοι πολλάκις ἐξαίσιοι, τοὺς μὲν ἔφραξαν τῶν πόρων, τοὺς δὲ ἀνέῳξαν· τοὺς μὲν μέχρι τῆς ἐπιφανείας, τοὺς δὲ διὰ ὑπονόμων· συμβαίνει δὴ καὶ τοῖς ὕδασι, τοῖς μὲν δι' ὑπονόμων φέρεσθαι * τὰ ῥεῖθρα· τοῖς δ' ἐπιπολῆς, τοῖς τε λιμναίοις, καὶ τοῖς ποταμίοις· ἐγχωσθέντων δὲ κατὰ βάθος τῶν πόρων, αὔξεσθαι λίμνας συμβαίνει μέχρι τῶν οἰκουμένων τόπων, ὥστε καὶ πόλεις καταπίνεσθαι καὶ χώρας· ἀνοιχθέντων δὲ τῶν αὐτῶν, ἢ ἄλλων, ἀνακαλύπτεσθαι, καὶ τοὺς αὐτοὺς τόπους· ποτὲ μὲν πλεῖσθαι, ποτὲ δὲ πεζεύεσθαι, καὶ τὰς αὐτὰς πόλεις, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῇ λίμνῃ, ποτὲ δὲ ἄπωθεν κεῖσθαι. 4 Διττῶς δὲ τοῦτο * δύναται·

* Vulgò ἐνέψ.

* Vulgò βάθος.

* Scripti τῶν ῥεῖθρων.

* Manuſſ. γίνεται.

..... drone: nunc deſiit eſſe. Alii ſcribunt,

*Creuſam ſive ſacram.---*

Creuſam intelligentes, quæ etiamnum eſt navale Theſpienſium in ſinu Criſſæo. Alii ſic,

*Pheras ſive ſacras.---*

ſunt autem Pheræ unus de quatuor Tanagricæ pagis, quorum nomina, Eleon, Harma, Mycaleſſus, Pheræ. Sunt & qui ſcribant:

*Nyſam ſive ſacram.*

Eſt autem Niſa Heliconis vicus. Atque ora quidem Bœotiæ maritima, quæ Eubœæ opponitur, talis eſt. ¶ Quæ ſequuntur in continente, planicies ſunt undiquaque reliquis ſui partibus montibus incluſa, Atticis verſus auſtrum, B Phocicis verſus ſeptentrionem: ab occaſu Cithæron obliquus incidit paulum ſupra Criſſæum mare, initium habens Atticis ac Megaricis montibus contiguum, deinde in campos ſeſe torquens, & ad Thebas deſinens. Campi hi partim ſtagnant fluminibus in eos diffuſis: qui cum incidant, effluxuſque etiam alicubi inveniant, aliæ planicies reſiccantur, aliæ omnis generis culturam fructuſque ferunt. Sed cum ſolum iſtud in profundo cavernoſum ſit, ſæpenumero terræ motus facti atroces meatuum alios obturaverunt, alios reſeraverunt, quoſdam ipſa in ſuperficie, alios C per cuniculos: ita fit ut aquæ etiam aliæ per occultos meatus labantur, aliæ in ſuperficie, tam lacuum quam fluviorum. Porrò autem meatibus in imo obſtructis, evenit ut paludes auctæ ad habitata uſque loca ſeſe proferant: ita ſane, ut urbes quoque & regiones abſorbeantur: rurſumque vel iiſdem vel aliis apertis emergant: itaque eadem loca aliàs navigentur, aliàs pedeſtri itinere pervadi poſſint: & eædem urbes aliàs ad paludem, aliàs procul ab eadem ſitæ viſantur. Hoc autem duobus evenire modis poteſt.

1. κώμη δ' ἐστὶ τῆς Ἑλικῶνος ἡ Νῦσα) Vide Stephanum Νῦσας. *Caſaub.*

2. τὰ δ' ἑξῆς) Nunc tranſit ad mediterranea Bœotiæ: ubi cum multa occurrerent, quæ aliter Strabonis tempore ſe haberent quàm olim, cauſam accuratè explicat omnium iſtiuſmodi mutationum: docetque in ſumma, quî poſſit fieri ut eadem urbs aliàs ad mare vel lacum vel flumen aliquod ſita ſit: aliàs procul ab eodem. Eſtque hæc tota diſputatio egregia, iiſque ſimillima, quæ libro primo diſputavit. *Idem.*

3. κατὰ βάθος τῆς γῆς) Veteres. lib. βάθους. & ita multis locis. frequentius tamen iidem habent κατὰ βάθος. *Idem.*

4. διττῶς δὲ τοῦτο) Urbs quæ prius ab aquis procul aberat fit illis propior, ſi ad ipſam urbem acceſſerint auctæ aquæ: quod ſæpe etiam ſine damno urbis poteſt contingere. Contra autem aquis ita creſcentibus ut periculum videatur imminere vicinæ urbi, contingit ſæpe ut deſerta illa urbe cives alias ſedes ab aquis remotiores quærant: ita tamen ut D nova urbs, prioris nomen retineat: licet interdum prioris illius nominis notatio priori tantum urbi conveniat, non etiam poſteriori. Similis ratio eſt eorum nominum quæ, ut annotant Grammatici, ἐκ τῆς παλαιᾶς χρήσεως, etiam poſt rerum illarum deſuetudinem, remanſere: cujus generis ſunt pauca hæc quæ exempli cauſa afferemus. Κυνῆν vocamus galeam, quia veteres ad eam rem pelle canis fluviatilis uſi ſunt: quod etſi abiit in deſuetudinem, tamen nomen remanſit & κατ' ἀναλογίαν aliis rebus quarum idem eſt uſus tribuitur. ſic *aerea arma* vocant, poëtæ quæ ſunt è ferro: quia æris uſus prius quam ferri fuit cognitus (& ut eleganter ajunt Græci, ὁ ὑστεροφανὴς σίδηρος, τὸ παλαιφατον τῆ χαλκοῦ ἔχει ὄνομα.) Sic etiam *pugillares* πυξίαν poſſumus vocare, quia olim è buxo fierent. Nam & pyxidem ut Seneca docet & argenteam & auream dicimus. Similis ratio vocum δέλτος, βίβλος, πίναξ, & aliarum, quæ diligenter referuntur ab Euſtathio in III. Iliadis. quibus præterea multa addi poſſunt. *Idem.*

1. Πλα-

Nam aut manent immotæ urbes, quando aquarum incrementum tantum non eſt, ut inundet eas, poſitis edito loco ædificiis: aut deceditur, reficiunturque & denuo inhabitantur eæ, quando incolæ metu diluvici & periculi aliò concedunt in remotiora aut ſublimiora loca. Id verò conſequens eſt, ſic inſtauratas urbes priſtinum ſervare nomen: etiam ſi id ductum fuerit a re aliqua, quam poſtmodo ibidem non invenias. Etenim probabile eſt dictas fuiſſe Platæas à remorum palma ſeu latitudine, quæ eſt Græcis πλάτη, ac Platæenſes appellatos qui remigio victum quærerent: quod nomen nunc in eos propriè non competeret, cùm procul à palude habitent. Helos quoque Eleon, & 2 Eileſion dicta fuere, quod prope lacus ſitæ eſſent: quæ omnia nunc non ita habent, vel quod de integro condita ſunt, vel quia poſtea temporis aqua defluente lacus admodum ſubſederit. Atque hoc quidem fieri potuiſſe, cum primis oſtendit Cephiſſus amnis Copaidem implens paludem: urbs enim ea Copæ inde nominantur, hoc eſt remi, & lacui nomen eſt Copais, quod ita fuit aquis auctus, ut de ſubmerſione periculum eſſet urbi. Poſtea non procul à Copis hiatus terræ factus amni alveum aperuit ſubterraneum, eumque ad XXX. uſque ſtadia producens, in ſuperficiem erumpere ſinit apud Larymnam Locridis, quæ ſuperior dicitur (alia enim eſt Bœotica Larymna, de qua diximus, ad mare ſita: ideòque Romani ſuperiorem adpoſuerunt) Loco nomen eſt Anchoë, eodemque nomine lacus: ibique demum Cephiſſus in mare exit. Tunc itaque eluvie deſinente accolæ etiam periculo ſunt liberati, demtis iis urbibus, quæ jam erant abſorptæ. Cùm autem meatus denuò obſtruerentur,

A ἢ γὰρ μενουσῶν ἀκινήτων τῶν πόλεων, ὅταν ἡ αὔξησις τῶν ὑδάτων ἥττων ᾖ τῆς ὑπερχύσεως, διὰ τὸ ὕψος τῶν οἰκήσεων· ἢ διὰ ἀπόστασιν, καὶ διὰ ἀνοικισμὸν, ὅταν τῷ πλησιασμῷ κινδυνεύοντες πολλάκις ἀπαλλαγὴν πειρῶνται τοῦ φόβου, τὴν μετάληψιν τῶν χωρίων τῶν ἄπωθεν, ἢ τῶν ἐν ὕψει· παρακολουθεῖ δὲ τοῖς οὕτως ἀνοικισθεῖσι, τὸ τὴν αὐτὴν προσηγορίαν * φυλάττειν· ἐτύμως πρότερον λεγομένοις ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τοπικῶς, * νῦν μηκέτ' ἔχουσιν ὡς πρότερον· 1 Πλαταιὰς γὰρ ἀπὸ τῆς πλάτης τῶν κωπῶν εἰρῆσθαι πιθανόν· καὶ Πλα- * Manuſſ. φυλάττουσι. * Scripti νῦν μὴ λέγεσθαι ἐτύμως.
B ταιέας τοὺς ἀπὸ κωπηλασίας ζῶντας· ἀλλὰ νῦν ἄπωθεν τῆς λίμνης οἰκοῦντες, οὐκέτ' ἂν προσαγορεύοιντο ἐτύμως. Ἕλος τε καὶ Ἑλεὼν, καὶ Εἰλέσιον ἐκλήθη διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρῦσθαι· νῦν δὲ οὐχ ὁμοίως ἔχει τὰ πάντα, ἢ ἀνοικισθέντων, ἢ τῆς λίμνης ἐπιπολὺ ταπεινωθείσης, διὰ τὰς ὕστερον γενομένας ἐκρύσεις· ἔστι γὰρ τοῦτο δυνατόν. 3 Δηλοῖ δὲ καὶ ὁ Κηφισσὸς τοῦτο μάλιστα, τὴν Κωπαΐδα λίμνην πληρῶν· 4 αὐξομένης γὰρ αὐτῆς, ὥστε κινδυνεύειν καταποθῆναι 5 τὰς Κώπας, ὅ, τε ποιητὴς ὀνομάζει, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἡ λίμνη τὴν ἐπωνυ-
C μίαν εἴληφε· 6 χάσμα δὲ γενηθὲν πρὸς τῇ λίμνῃ πλησίον τῶν Κωπῶν, ἀνέωξεν ὑπὸ γῆς ῥεῖθρον ὅσον τριάκοντα σταδίων, καὶ ἐδέξατο τὸν ποταμόν· εἶτα ἐξέρρηξεν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν κατὰ Λάρυμναν τῆς Λοκρίδος, τὴν ἄνω (καὶ γὰρ ἑτέρα ἐστὶν ἧς εἴπομεν ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἡ Βοιωτικὴ, ἣ προσέθεσαν Ῥωμαῖοι τὴν ἄνω) καλεῖται δ' ὁ τόπος 7 Ἀγχόη· ἔστι δὲ λίμνη ὁμώνυμος· ἐντεῦθεν δ' ἤδη ὁ Κηφισ- p.407.
σὸς ἐκδίδωσιν ἐπὶ τὴν θάλατταν· τότε μὲν οὖν παυσαμένης τῆς πλημμυρίδος, παῦλα καὶ τοῦ κινδύνου τοῖς περιοικοῦσιν ὑπῆρξε, πλὴν τῶν ἤδη κα-
D ταποθεισῶν πόλεων· πάλιν δ' ἐγχουμένων τῶν πόρων,

1. Πλαταιὰς γὰρ ἀπὸ τῆς πλάτης τῶν κωπῶν εἰρῆσθαι πιθανόν. *Etenim probabile eſt dictas fuiſſe Platæas à remorum palma.*) Quid abſurdius hoc etymo? urbem in mediterraneo ſitam longe à mari, nullum habentem fluvium navigabilem, dictam fuiſſe à remorum palmulis, quam veriſimilius eſt dictam fuiſſe ἀπὸ τοῦ πλάτους, appellatas Πλαταιάς, eo quod ſuperato Cithærone prima occurrebat ἐν πλάτει πεδίῳ: melius dixiſſet Strabo, ſi ſic pronunciaſet, ἀπὸ τοῦ πλάτους τῶν τόπων εἰρῆσθαι πιθανόν. Pauſanias L. IX. c. I. aliter à quadam muliere Πλαταία dictam fuiſſe putat: habet lector quod eligat. *Palmer.*

2. *Eileſion.*) Εἰλέσιον. Sic reſtitui fidem Homeri ſecutus. Iliad. β. 499. Nam Heilenſium nuſquam reperi. de Larymnis locus non videtur vitii expers. Infrà Phanoteos ſcripſi Stephanum & alios ſecutus. *Xyland.*

3. δηλοῖ δὲ) Probat fieri poſſe quod proximè dixit, ut fiant novæ ἐκρύσεις fluviorum. Cephiſſo, inquit, id aliquando contigit: quo facto liberatæ fuere Copæ metu ſubmerſionis. *Caſaub.*

4. αὐξομένης γὰρ αὐτῆς) Iunge cum ſuperioribus, & tolle τὸ γάρ. *Idem.*

5. τὰς Κώπας ὅ, τε) Scribe τὰς Κώπας ἃς ὅ, τε. voculæ ἃς omiſſio miras tenebras huic loco offuderat. *Idem.*

6. χάσμα δὲ γενηθὲν) Significat ſub terram fluere per aliquot ſtadia, donec emergat ad Larymnam Locridis. Larymna autem duæ ſunt: altera ad mare ſita in ditione Bœotorum; prope hanc ſunt Cephiſſi oſtia. Altera eſt in Locride, à mari remotior, ideo vocatur ἡ ἄνω. Prope hanc emergit Cephiſſus è terra. *Idem.*

7. Ἀγχόη) Plinius H.N. IV.7. Anchiam, ſive Anichiam urbem ad Cephiſſum refert, quæ hûc pertinet. *Idem.*

* Manuſſ. ἀνακαθαιρων

1 ὁ μεταλλεὺς τῆς κρήτης ἀνὴρ Χαλκιδεὺς * ἀνακαθαίρειν τὰ ἐμφράγματα ἐπαύσατο, στασιασάντων τῶν Βοιωτῶν· καίπερ ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ φησὶν, ἀνεψυγμένων ἤδη πολλῶν, ἐν οἷς οἱ μὲν τὸν Ὀρχομενὸν οἰκεῖσθαι τὸν ἀρχαῖον ὑπελάμβανον· οἱ δ' 2 Ἐλευσῖνα, καὶ Ἀθήνας παρὰ τὸν Τρίτωνα ποταμόν· λέγεται δὲ κατὰ Κέκροπα, ἡνίκα τῆς Βοιωτίας ὑπῆρξε καλουμένης τότε 3 Ὠγυγίας, ἀφανισθῆναι δὲ ταύτας ἐπικλυσθείσας ὕστερον· γενέσθαι δέ φασι καὶ κατ' Ὀρχομενὸν χάσμα, καὶ δέξασθαι τὸν Μέλανα ποταμὸν τὸν ῥέοντα διὰ τῆς Ἁλιαρτίας, καὶ ποιοῦντα ἐνταῦθα τὸ ἕλος τὸ φύον 4 τὸν αὐλητικὸν κάλαμον· ἀλλ' οὗτος ἠφάνισται τελέως· εἴτε τοῦ χάσματος διαχέαντος αὐτὸν εἰς ἀδήλους πόρους. εἴτε τῶν περὶ Ἁλίαρτον ἑλῶν καὶ λιμνῶν προσαναλισκόντων αὐτὸν, ἀφ' ὧν ποιήεντα καλεῖ τὸν τόπον ὁ ποιητής·

Iliad. β. 503.

καὶ ποιήενθ' Ἁλίαρτον * λέγων.

* Scripti λέγει.

Οὗτοι μὲν ἐκ τῶν Φωκικῶν ὀρῶν οἱ ποταμοὶ καταφέρονται, ὧν 5 ὁ Κηφισσὸς ἐκ Λιλαίας Φωκικῆς πόλεως τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, καθάπερ καὶ Ὅμηρος φησίν·

Ibid. 523.

Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισοῖο.

Διὰ Ἐλατείας δὲ ῥυεὶς μεγίστης τῶν ἐν Φωκεῦσι πόλεων, καὶ διὰ Παραποταμίων, καὶ Φανοτέων ὁμοίως Φωκικῶν πολισμάτων, εἰς Χαιρώνειαν τῆς Βοιωτίας πρόεισιν· εἶτα διὰ τῆς Ὀρχομενίας, καὶ τῆς Κορωνιακῆς εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην ἐξίησι· 6 καὶ ὁ Περμησσὸς δὲ καὶ ὁ Ὀλμειὸς ἐκ τοῦ

A vir Chalcidenſis qui cretam effodiebat, deſiit expurgare obſtructiones, quia Bœotis ſeditio inciderat: quanquam (ut ipſe in epiſtola ad Alexandrum ſcribit) multa jam reſiccata eſſent loca. Heic nonnulli ſitum fuiſſe putant antiquum Orchomenum: alii Eleuſinem & Athenas ad Tritonem fluvium, ætate Cecropis, cùm is Bœotiæ præeſſet tunc Ogygiæ dictæ. Sed has ajunt urbes deinde diluvio abolitas. Ferunt etiam apud Orchomenum terram hiatu diductam recepiſſe Melanem fluvium qui per agrum Haliartium fluens, paludem ibi facit, quæ calamum tibiis aptum producit. B Cæterùm is fluvius omnino periit: ſive eum hiatus in meatus diffudit obſcuros, ſive lacus eum & paludes circa Haliartum abſumſerunt, ob quas herboſum Haliartum Homerus appellat. Hi fluvii è montibus promanant Phocicis: interque eos Cephiſſus è Lilæa oritur Phocica urbe: quod & Homerus notavit:

*Quique Lilæan habent Cephiſsi fontibus aptam.*

Is per Elateam fluens Phocicarum urbium maximam, ac per Parapotamios & Phanoteos, ipſa quoque Phocidis oppida, ad Chæroneam Bœotiæ pergit: C deinde per agrum Orchomeni & Coroneæ in Copaidem exit lacum. Permeſſus quoque & Olmejus fluvii ex

*Permeſſus.* Meminit & Vibius Sequeſter. *Idem.*

1. ὁ μεταλλεὺς τῆς κρήτης ἀνὴρ Χαλκιδεὺς) Xylander exiſtimavit μεταλλεὺς τῆς κρήτης verti poſſe, *qui cretam effodiebat.* Sed cui perſuadebit Xylander κρήτην Græcis eſſe quod Latinis *creta*? quaſi neſciret vir eruditus κιμωλίαν γῆν quid Græci appellarent: quare non debuit prudens tam craſſæ ignorantiæ ſuſpicione ſe obligare. Nos verò de hoc loco poſtquam omnia quæſivimus, ita cenſemus: Alexander Magnus in ſuo comitatu habuit ſemper non optimos tantum milites, ſed omnium quoque artium peritiſſimos artifices: in his Gorgum rerum metallicarum callentiſſimum virum, cujus opera in multis uſus eſt Alexander. Teſtatur hoc Strabo libro xv. p. 700. his verbis καὶ χρυσεῖα δὲ καὶ ἀργυρεῖα οὐ πολὺ ἄπωθεν ἐν ἄλλοις ὄρεσιν ἱστορεῖται καλὰ, ὡς ἐδήλωσε Γόργος ὁ μεταλλευτής. Hæc cum ita ſint, exiſtimamus hunc locum de eodem Gorgo eſſe accipiendum, legendumque ὁ μεταλλευτὴς Γόργος ἀνὴρ Χαλκιδεὺς: primùm pro μεταλλεὺς τῆς, quis neget legi debere μεταλλευτὴς, ut in ſuperiore Strabonis loco? (etſi non negamus μεταλλεὺς dici & μεταλλευτὴς, ut ἑρμηνεὺς & ἑρμηνευτὴς.) Deinde quod Gorgi nomen ſubſtituimus, non nimis ut putamus vero abſimile eſt. Eſto verò doctorum hominum judicium. *Caſaub.*

2. Ἐλευσῖνα καὶ Ἀθήνας) Pauſanias IX. c. 24. *Λέγουσι δὲ οἱ Βοιωτοὶ, καὶ πολίσματα ἄλλα πρὸς τῇ λίμνῃ ποτὲ, καὶ Ἀθήνας καὶ Ἐλευσῖνα οἰκεῖσθαι, καὶ ὡς ὥρᾳ χειμῶνος ἐπικλύσασα ἠφάνισεν αὐτὰ ἡ λίμνη: Ajunt Bœoti ad eum lacum etiam alia quondam oppida Athenas & Eleuſinem habitata, quæ per hybernos dies lacus eluvione fuerint deleta.* legendum autem λέγεσθαι non λέγεται. *Idem.*

3. Ὠγυγίας) Bœotiam olim Ogygiam fuiſſe dictam, unde Thebæ Ogygiæ, id eſt Bœoticæ, ex poëtis Græcis Latiniſque & Feſto notum eſt. Sed ſciendum eſt, etiam Thebas Ægyptias Ogygias à poëtis appellari. Æſchylus Perſis, ℣. 36. *Idem.*

*Ὅ, τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχων*
*Μέγας Ἀρσάμης, τάς τ' ὠγυγίας*
*Θήβας ἐφέπων Ἀριόμαρδος.* i. e.
*Et qui ſacræ Memphitidi præeſt*
*Magnus Arſames, quique antiquas*
*Thebas regit Ariomardus.*

niſi eo loco accipias ἀντὶ ἀρχαίου ἢ μεγάλου. Nam omnia antiqua ὠγύγια vocabant. *Idem.*

4. τὸν αὐλητικὸν κάλαμον) De auletico ſive tibiis D apto calamo Orchomenio lege Plin. libro XVI. cap. 28. & Plutarchum in Sylla. p. 465. (Pindarus verò ſic eo cecinit Pythionic. ode ultima p. 327. τοὶ (ſcilicet

*δόνακει) παρὰ καλλιχόρῳ*
*Ναίοισι πόλει Χαρίτων*
*Καφησίδος ἐν τεμέ,*
*Νει πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες.*) *Idem.*

5. ὁ Κηφισσός ἐκ Λιλαίας) Pauſanias in Bœoticis (Lib. IX. c. 24.) de lacu Copaide, *ἐς δὲ τὴν λίμνην, ὅ, τε ποταμὸς ὁ Κηφισσὸς ἐκδίδωσιν, ἀρχόμενος ἐκ Λιλαίας τῆς Φωκέων. Influit in lacum Cephiſſus amnis, à Lilæa Phocenſium ortus.*

Vide ejuſdem Phocica. Homerus de Cephiſſo, in hymnis.

*ὅς τε Λιλαίηθεν προχέει καλλίρροον ὕδωρ.* *Idem.*

6. καὶ ὁ Περμησσὸς) Servius ad hoc Virgilii carmen, Eclog VI. ℣. 64.

*Tum canit errantem Permeſſi ad flumina Gallum.*
*Helicon,* inquit, *mons eſt Bœotiæ, quæ & Aonia dicitur: de hoc plurima cadunt flumina, inter quæ eſt* Idem.

1. Sed

Helicone confluentes in eandem Copaidem Paludem prope Haliartum incidunt....... 1 Sed & hujus aquæ eodem incidunt. Eſt itaque locus magnus, ambitu cccxxc. ſtadiorum, exitus ejus nuſquam apparent, demto hiatu qui Cephiſſum excipit ac paludibus, quas prata interjacent. Eſt autem Hylæa ſeu Hylica palus diverſa à Copaide. Meminit Homerus.

*Ille habitabat Hylam, Cephiſſida ponè paludem*
*Prædives.* ...

non enim, quod placuit quibuſdam, lacum Copaidem voluit innuere, ſed Hylicam derivato nomine, ſicut à lyra lyricum dictimus. Neque eos probo, qui legunt,

*Ille habitabat Hydam.* ...

Nam Hyda quidem in Lydia eſt: ita Homerus:

*Civis Hydæ pinguis, ſub Tmoli ſaxa nivalis.*

Hyla vero Bœotica eſt urbs, ideoque his verbis,

.. *Cephiſſida ponè paludem.*

additur juxta habitaſſe reliquos Bœotos. Copais enim magna eſt, neque in Thebaide ſita...... & exilis, inde per meatus impleta....... ſita inter Thebas atque Anthedonem. Homerus Hylam ſingulari effert numero, aliquando producens primam ſyllabam, ut in Catalogo:

*Quique Hylam, & qui Peteonem.*

atque hoc quidem poëtica uſus licentia. Aliquando etiam corripit: ut cùm de ſutore Tychio dicit, qui Ajacis clypeum confeciſſet, facile princeps eorum qui idem exercitarent artificium:

*Ille habitabat Hylæ.* ...

Quo quidem loco ſunt qui perperam pro Hyla Hydam ſcribant: eſt enim Hyde urbs Lydiæ: unde ſcutum Ajax non puto erat petiturus

A Ἑλικῶνος συμβάλλοντες ἀλλήλοις, εἰς τὴν αὐτὴν ἐμπίπτουσι λίμνην τὴν Κωπαΐδα τοῦ Ἁλιάρτου πλησίον· 2 καὶ τὰ τούτου δὲ ῥεύματα, εἰς αὐτὴν ἐμβάλλει. ἔστι μὲν οὖν μεγάλη, τὴν περίμετρον ἔχουσα, ὀγδοήκοντα καὶ τριακοσίων σταδίων· αἱ δὲ ἐκρύσεις οὐδαμοῦ φαίνονται πλὴν ἐκ δεχομένου τὸν Κηφισσὸν χάσματος καὶ τῶν ἑλῶν. * 3 μεταξὺ κειμένων λειμώνων, ἔστιν ἥ τε Τριφυλία, καὶ ἡ Κωπαΐς. μέμνηται καὶ Ὅμηρος·

Ὅς ῥ᾽ ἐν Ὕλῃ ναίεσκε μέγα πλούτοιο μεμηλώς,
Λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι.

B Οὐ γὰρ λίμνην τὴν Κωπαΐδα * βούλεται λέγειν, ὡς οἴονταί τινες, ἀλλὰ τὴν Ὑλικὴν προσαγορευομένην, 4 τῇ προσῳδίᾳ ὡς λυρικὴν, ἀπὸ τῆς πλησίον * πόλεως, ἣν καλοῦσιν Ὕλας, ὡς λύρας καὶ θύρας· οὔτε Ὕδην, ὥς ἔνιοι γράφουσιν.

Ὅς ῥ᾽ ἐν Ὕδῃ ναίεσκεν. ...

ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἐν Λυδίᾳ,

Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ·

ἡ δὲ Βοιωτική· ἐπιφέρει γοῦν τῷ

Λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι, .. τὸ
.. Παρ δὲ οἱ ἄλλοι
C Ναῖον Βοιωτοί. ..

ἡ μὲν γάρ ἐστι μεγάλη, καὶ οὐκ ἐν τῇ Θηβαΐδι, 5 καὶ μικρὰ ἐκεῖθεν δι᾽ ὑπονόμων πληρουμένη, κειμένη μεταξὺ Θηβῶν καὶ Ἀνθηδόνος. Ὅμηρος δ᾽ ἑνικῶς ἐκφέρει, ποτὲ μὲν ἐκτείνων τὴν πρώτην συλλαβὴν, ὡς ἐν τῷ Καταλόγῳ,

.. Ἠδ᾽ Ὕλην καὶ Πετεῶνα,

ποιητικῶς· 6 ποτὲ δὲ συστέλλων·

Ὅς ῥ᾽ ἐν Ὕλῃ ναίεσκεν, * ὁ Τύχιος.
Σκυτοτόμων ὄχ᾽ ἄριστος Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων.

Οὐδ᾽ ἐνταῦθα εὖ γραφόντων τινῶν Ὕδῃ ἔνι· οὐ D γὰρ ὁ Αἴας ἐκ τῆς Λυδίας τὸ σάκος μετεπέμπετο

* Corruptus locus. In vett. lib. eſt lacuna, τῶν ἑλῶν .. ... κειμένων. corrupta ſunt quæ ſequuntur.

Iliad. ε. 708.

* Vett. q. λέγει.

* Scripti quidam κώμης

p. 408. Iliad. υ. 384.

Iliad. ε. 500.

* Lego καὶ Τυχίος. ut diſtinguantur duo diverſi loci.

1. *Sed & hujus.*) Deeſt aliquid, ad alicujus fluvii pertinens deſcriptionem. Triphylia porrò tam huc facit, quam canis in balneum. Et totus locus eſt laceratus miſerè. *Xyland.*

2. καὶ τὰ τούτου) Si nihil deſit, ſenſus eſt, ea quoque flumina quæ Haliartum præterlabuntur, in Copaidem incidere. *Caſaub.*

3. μεταξὺ κειμένων λειμώνων) Totus locus miſerè eſt affectus: quæ ſit tamen ſumma, facilè ex ſequentibus apparet. Eſſe in Bœotia, non procul à Copaide lacu, alium lacum qui à proximo loco λίμνη Ὑλικὴ appelletur: de qua fecerit Homerus mentionem Iliad. rapſodia quinta: quo in loco Cephiſſidem lacum debere nos interpretari ait non Copaidem, quem tamen poſtea docebit Cephiſſidem vocari: ſed τὴν Ὑλικὴν λίμνην. *Idem.*

4. τῇ προσῳδίᾳ) Notetur locus ubi προσῳδίαν vocat, quod alii analogiam. Ait enim ab Ὕλη fieri Ὑλικὴ, eadem proſodia qua à λύρα, fit λυρική. alius dixiſſet, eadem analogia. ut cum ſcribit Euſtath. τῆς δὲ βριθοσύνης ἡ ἀναλογία κατὰ τὴν τοξοσύνην καὶ δρησοσύνην. Et apud Varronem in libris de analogia paſſim. *Idem.*

5. καὶ μικρὰ) Lege, ἡ δὲ μικρά.

6. ποτὲ δὲ συστέλλων) Totum locum ita lege, ποτὲ δὲ καὶ συστέλλων· Ὅς ῥ᾽ ἐν Ὕλῃ ναίεσκε. καὶ ὁ Τύχιος. ὄχ᾽ ἄριστος Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων. Sunt enim duo exempla diſtinguenda; quod ignorarunt interpretes, alterum ex Ἰλιαδ. ε. alterum ex Ἰλιαδ. η. Verùm quod ad poſterius, ubi de Tychio agitur, aliter multi ſentiunt: vide Stephanum voce Ὕδη. Ego Straboni potius aſſentior. Mirum eſt autem etiam apud Euſtathium, qui hunc locum deſcribit Bœotiæ initio, confundi in unum hæc duo exempla: peſſimè. *Idem.*

...... [1] λίμναι τὴν τάξιν τῶν ἐφεξῆς τόπων. ......... λόγῳ περιληφθῆναι σαφῶς ὅτι .......... τοῖς ὀνόμασι τῶν τόπων· τόν τε ........ χαλεπὸν φησὶν ἐν τούτοις καὶ ἀσήμοις τοῖς πλείστοις, καὶ ἐν μεσογαίᾳ, μηδαμοῦ τῇ τάξει διαπεσεῖν· ἡ παραλία δ᾽ ἔχει τὶ πλεονέκτημα πρὸς τοῦτο· καὶ γνωριμώτεροι οἱ τόποι [2] καὶ ἡ θάλαττα τόγε ἑξῆς ὑπαγορεύει βέλτιον· [3] διόπερ καὶ ἡμεῖς ἐκεῖθεν πειρώμεθα ..... ἐνταῦθα δ᾽ ἐάσαντες τοῦτο τῷ ...... ἀρίθμησιν προστιθέντες ὅ, τι ἂν χρήσιμον ᾖ ....... ἡμῖν· ὑπ᾽ ἐκείνου δὲ παραληφθὲν ἄρχεται ...... Καὶ τῆς Αὐλίδος, περὶ ὧν εἰρήκαμεν. Σχοῖνος δ᾽ ἐστὶ χώρα τῆς Θηβαϊκῆς κατὰ [4] τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Ἀνθηδόνος, διέχουσα Θηβῶν ὅσον πεντήκοντα σταδίους· ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς δι᾽ αὐτῆς Σχοινοῦς. Σκῶλος δ᾽ ἐστὶ κώμη [5] τῆς Παρασωπίας ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι, δυσοίκητος τόπος καὶ τραχὺς, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ παροιμία·

Εἰς Σκῶλον μήτ᾽ αὐτὸς ἴμεν, μήτ᾽ ἄλλῳ ἕπεσθαι·

....... paludes ordinem deinceps ſequentium locorum....... verbis comprehendi perſpicuè , quod ....... nominibus locorum , atque...... difficilè ait in tam multis, iiſque obſcuris pleriſque & mediterraneis locis nunquam ab ordine aberrare. Ora maritima hoc commoditatis plus habet, & cum mare, tum maritima loca ſunt notiora: & ordo etiam rectiùs indicatur. Itaque nos etiam inde tentabimus......... hæc autem omittentes ....... enumerationem adjicientes, quidquid utile erit ....... nobis , ab illo autem prætermiſſum incipit ....... & Aulidis , de quibus diximus. ¶ Schœnus autem locus eſt regionis Thebaicæ in via quæ Anthedonem ducit: diſtatque à Thebis circiter L. ſtadia. fluit per eum amnis nomine Schœnus. ¶ Scolus porrò vicus eſt Paraſopiæ regionis ſub Cithærone , locus habitatu difficilis & aſper. unde proverbium,

*Nec Scolum ipſe ibis, aliumve ſequeris euntem.*

1. *λίμναι τὴν τάξιν*) Totus hic locus ita eſt affectus , ut ejus verba in integrum reſtituere , opis non ſit noſtræ : nec opinor alius qui à melioribus libris, æquè atque ego nunc ſum , malè ſit inſtructus. Quod unum poſſumus nec potuere interpretes , præſtabimus , ut ex his qualibuſcunque reliquiis ſententiam quæ fuerit explicemus. Nec dubitamus eam fuiſſe hujuſmodi. Difficile ait eſſe, rectum aliquem ordinem ſervare in oppidorum mediterraneorum enumeratione: cum præſertim ea ſint ignobilia & obſcura. Maritima verò ora , inquit, ad ordinem ſervandum commodior eſt duobus nominibus, primum quia nobiliora fere ſunt oppida maritima , itaque eorum ſitus notior eſſe ſolet; deinde , quia facilius eſt quaſi legentem littus eum ordinem in enumeratione *τῶν παραλίων* tenere , quem ipſa littoris *συνέχεια* præbet. Ideo orſum eſſe ſe à maritimorum enumeratione : indeque ad mediterranea deveniſſe : Nunc autem velle ſe ait Strabo omiſſa omni cura *τῆς τάξεως* , ſi quid à ſe omiſſum fuerit quod Homerus non omiſerit, ſervato eo ordine quem ille uſurpavit commemorare. Deinde incipit cum Homero *τὴν περιήγησιν*. *Caſaub.*

2. *καὶ ἡ θάλαττα τόγε ἑξῆς*) Peſſimè hæc ita eduntur. Legendum, *καὶ ἡ θάλαττα τόγε ἑξῆς ὑπαγορεύει βέλτιον*. Mare inquit , ſi nihil aliud , hoc ſaltem commodi affert , quod *ὑπαγορεύει τὸ ἑξῆς*, & ordinem qui teneri debeat innuit. Sed *ὑπαγορεύειν* quid ſignificet, ſæpe diximus , & Strabo ſæpe *ὑπαγορεύειν τὴν τάξιν* pro eodem dixit. *Idem.*

3. *Διόπερ καὶ ἡμεῖς ἐκεῖθεν*) Audebo hîc *παρακεκινδυνευμένον τι ποιεῖν* : & totum locum ſupplere ex conjectura , parum , ut credimus , recedentes ab ipſis Strabonis verbis. Putamus igitur, aut hoc aut ſimili modo ab eo eſſe ſcriptum : *Διόπερ καὶ ἡμεῖς ἐκεῖθεν ἐπειρώμεθα τὴν ἀρχὴν τῆς περιηγήσεως λαβεῖν· ἐνταῦθα δ᾽ ἐάσαντες τοῦτο, τῷ ποιητῇ ἀκολουθήσομεν, καὶ ἐκείνου φυλάξομεν τὴν ἀρίθμησιν προστιθέντες ὅ, τι ἂν χρήσιμον ᾖ παραλειφθὲν ἡμῖν, ὑπ᾽ ἐκείνου δὲ παραληφθέν. Ἄρχεται μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Ὑρίης καὶ τῆς Αὐλίδος, περὶ ὧν εἰρήκαμεν. Σχοῖνος δὲ* &c. Confer ſequentem *περιήγησιν* cum initio Bœotiæ : dices non malos eſſe nos conjectores. Poëtæ verba ſunt, Ἰλ. β. ℣ſ. 49.

*Οἵ θ᾽ Ὑρίην ἐνέμοντο, καὶ Αὐλίδα πετρήεσσαν,*
*Σχοῖνόν τε Σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ᾽ Ἐτεωνόν,*
*Θέσπειαν, Γραῖάν τε, καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν.*
*Quique Hyrien habitabant, & Aulidem petroſam*
*Schœnumque, Scholumque jugoſamque Eteolum,*
*Theſpiam, Græamque & latis idoneam choris Mycaleſſum.*

& quæ ſequuntur. Vides *Hyriam* primam referri cum *Aulide* : reliquas hoc ordine recenſeri , *Schœnus*, *Scolus*, *Etecnus*, *Theſpia*, *Græa*, *Mycaleſus*, *Harma*, *Eileſium*, *Erythræ*, *Heleon*, *Hylè*, *Peteon*, *Ocalea*, *Medeon*, *Copæ*, *Eutreſis*, *Thisbe*, *Coronea*, *Haliartus*, *Platæa*, *Gliſſa*, *Hypothebæ*, *Oncheſtus*, *Arne*, *Midea*, *Liſſa*, & *Anthedon*. nunc compara cum verbis Strabonis : reperies eum poëtæ veſtigia per omnia ſequi , nec mutare ullius loci *ταξιν* Homericam. Perſuaſum habeo, neminem tam iniquum rerum æſtimatorem fore qui neget, hunc locum, ad cujus emendationem nihil veteres codices conferebant, vitam nobis debere. *Idem.*

4. *τὴν ὁδὸν τῶν ἐπι Ἀνθηδόνος*) Lege *ἐπὶ Ἀνθηδόνα*, ut paulo poſt, *ἐγγὺς τῆς ἐπ᾽ Ἀνθηδόνα ὁδοῦ*. Sic apud Euſtath. *Idem.*

5. *τῆς Παρασωπιας*) hoc eſt ejus regionis quam rigat Aſopus. Fluit autem Aſopus hic per Thebas, Platæas, & Tanagram ut libro ſuperiore p.282. dictum eſt. Scholi ſola rudera ſua memoria ſupereſſe ait Pauſan. IX. c. 4. quod addit Scolicum agrum eſſe *τραχὺν*, id vel ex nomine apparet, ut eruditè vir magnus Eraſmus obſervavit : Nam *σκῶλα* vocant certum ſpinæ genus, & quicquid euntium pedes offendere poteſt. [Alexander in Elenchos Ariſtotelis, *ἔστι καὶ ἐν διαλέξει ἀδικία τις ἐριστική, τιθέντων τῶν διαλεγομένων ἀλλήλοις σκῶλα, πρὸς τὸ μὴ συναχθῆναι τὸ παρ᾽ ἑκάστου μελετώμενον.* Poëta *σκώλους* dicit. Oppianus Ἀλιευτικ. lib. IV. ℣ſ. 603.

--- *σκῶλοι γὰρ ἐρύκουσι κέλευθα.*] *Idem.*

1. καὶ

A Pentheum quoque eò deductum ferunt à Bacchis diſcerptum fuiſſe. Fuit alia Scolus urbs ex iis quæ circa Olynthum erant. Hoc etiam dictum fuit, Paraſopios pagum fuiſſe Heracleæ Trachiniæ, quam Aſopus allueret fluvius: itemque apud Sicyonem alium Aſopum fluxiſſe & regionem Aſopiam, quam & alii amnes huic cognomines permearent. ¶ Eteonus poſtmodò 2 Scarphe cepit appellari, ſitus ipſe etiam in Paraſopia. Nam Aſopus & Iſmenus per planiciem feruntur, quæ eſt ante Thebas. Eſt ibi etiam fons Dirce, & Potniæ, ad quas ferunt Glaucum Potnienſem à Potniadibus equabus fuiſſe diſcerptum, prope ipſam urbem. Cæterùm & Cithæron mons haud procul Thebis deſinit, ipſiuſque radices alluens Aſopus Paraſopios facit in plures diviſos pagos, omnes Thebanis ſubjectos. Alii Plataicæ regioni adſcribunt Scolum, Eteonum & Erythras: juxta Platæas item & Tanagram exit Aſopus. In Thebana ſunt etiam Therapnæ, & Teumeſſus, quem Antimachus multis verſibus exornavit, vanis laudibus celebrans:

*Exit ventoſas non magnus collis in auras,*

& reliqua: notum enim eſt carmen. ¶ Theſpeja, quam etiam Theſpejas vocant (multa enim nomina & ſingulari & plurali numero uſurpantur, itemque maſculino aut fœminino, aut etiam neutro genere) urbs eſt ad Heliconem ſita, verſus Auſtrum: incumbit & ipſa, & mons Helicon ſinui Criſæo. Navale habent Theſpiæ Creuſam: quod etiam Creuſiam dicunt. In Theſpienſi regione eſt etiam Aſcra Heſiodi patria,

1 Καὶ τὸν Πενθέα δὲ ἐνθένδε καταγόμενον διασπαραχθῆναι φασίν. Ἦν δὲ καὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον πόλεων ὁμώνυμος αὐτῇ Σκῶλος· εἴρηται δ᾽ ὅτι Παρασώποι καὶ κώμη τις καλεῖται ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ Τραχινίᾳ, παρ᾽ ἣν ῥεῖ Ἀσωπὸς ποταμὸς, καὶ ὅτι ἐν Σικυῶνι ἄλλος ἐστὶ ποταμὸς Ἀσωπὸς, καὶ ἡ χώρα Ἀσωπία, δι᾽ ἧς ῥέουσι καὶ οἱ ἄλλοι ποταμοὶ ὁμώνυμοι τῷ ποταμῷ τούτῳ. 3 ὁ Ἐτεωνὸς δὲ Σκάρφη μετωνομάσθη· καὶ αὕτη δὲ τῆς Παρασωπίας· ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ τῶν Θηβῶν· ἔστι δὲ καὶ ἡ Δίρκη κρήνη, καὶ Πότνιαι, ἐφ᾽ ὧν μυθεύεται 4 τὰ περὶ τὸν Ποτνιέα Γλαῦκον τὸν διασπασθέντα ὑπὸ τῶν Ποτ- p. 409.
B νιάδων ἵππων τῆς πόλεως πλησίον· καὶ ὁ Κιθαιρὼν δὲ οὐκ ἄπωθεν τῶν Θηβῶν τελευτᾷ· παρ᾽ αὐτὸν δὲ ὁ Ἀσωπὸς ῥεῖ, τὴν ὑπώρειαν αὐτοῦ κλύζων, καὶ ποιῶν τοὺς Παρασωπίους εἰς κατοικίας * πλειονας διῃρημένους, ἅπαντας δ᾽ ὑπὸ Θηβαίοις ὄντας· ἕτεροι δ᾽ ἐν τῇ Πλαταιέων φασὶ τόν τε Σκῶλον, καὶ τὸν Ἐτεωνὸν, καὶ τὰς Ἐρυθράς· καὶ γὰρ παρὰ Πλαταιὰς, καὶ παρὰ Τάναγραν ἐκδιδῶσιν· ἐν δὲ τῇ Θηβαίων εἰσὶ, καὶ αἱ Θεράπναι, 5 καὶ ὁ Τευμησσὸς, ὃν ἐκόσμησεν 6 Ἀντίμαχος διὰ πολλῶν ἐπῶν, τὰς μὴ προσούσας ἀρετὰς, διαριθμούμενος.

Ἔστι τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος·

C Γνώριμα δὲ τὰ ἔπη· 7 Θέσπειαν δὲ * λέγει τὰς νῦν Θεσπιὰς * πολλῶν ὀνομάτων, τῶν μὲν ἀμφοτέρως λεγομένων καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς, καθάπερ 8 καὶ ἀρρενικῶς καὶ θηλυκῶς, 9 τῶν δ᾽ ὁποτέρως· ἔστι δὲ πόλις πρὸς τῷ Ἑλικῶνι, νοτιωτέρα αὐτοῦ, ἐπικειμένη δὲ τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ καὶ αὐτὴ, καὶ ὁ Ἑλικών· ἐπίνειον δ᾽ ἔχουσιν αἱ Θεσπιαὶ Κρέουσαν, ἣν καὶ Κρεουσίαν καλοῦσιν· ἐν δὲ τῇ τῶν Θεσπιέων ἔστι καὶ ἡ Ἄσκρη κατὰ τὸ πρὸς * Ἑλικῶνα μέρος, ἡ τοῦ Ἡσιόδου πατρίς·

* Scripti, πλείυς.

* Reſtituimus ex vet. lib. Vulgo Θ. δὲ πλέον.

* Manuſſ. πολλῶν ὄντων ὀνομάτων.

* Scripti, Ἑλικῶνι.

1. καὶ τὸν Πενθέα δ᾽ ἐνθένδε) Vide Ælianum in Varia Hiſtoria. Extat fabula apud Euripidem Bacchis, Theocritum Lenis (Eid. 26) Ovidium Metamorph. (III. 514. & 712.) & Nonnum poëtam egregium, Dionyſiac. lib. XLVI. Æſchylus de loco necis Penthei variavit, ut docet ejus ſchol. ad Εὐμεν. *Caſaub.* locis ab eruditiſſimo Caſaubono congeſtis adde Perſium ſat. 1. ℣. 500. qui in vitulum, Oppianum Cynegetic. IV. ℣. 307. qui in taurum mutatum, Porphyr. ad Horat. II. od. 19. qui fulmine tactum interiiſſe ſcribit.

2. *Scarphe.*) Legebatur Σκάφλαι. Sed Euſtathius, qui in principium Bœotiæ Homericæ hæc pœnè omnia adducit, Σκάρφη habet, itemque epitome Stephani, ex utriſque etiam locum de Potniis emendavi. *Xyland.*

3. ὁ Ἐτεωνὸς δὲ Σκάρφη μετωνομάσθη) Stephanus de Eteono, καλεῖται δὲ νῦν Σκάρφη· κεῖται δὲ ἐπὶ λόφου. Mirum autem eſt, quod ille Eubœæ urbem vocat. *Caſaub.*

4. τὰ περὶ τὸν Ποτνιέα Γλαῦκον) Nota ſunt illa Virgilii, Georg. III. ℣ſ. 266.

*Scilicet ante omnes, furor eſt inſignis equarum,*
*Et mentem Venus ipſa dedit: quo tempore Glauci*
*Potniades malis membra abſumsêre, quadrigæ.*

ad quem locum plura interpretes. *Idem.*

5. καὶ ὁ Τευμησσὸς) Mons Teumeſſus, ut docet ſcholiaſtes Euripidis (ad Phœn. ℣. 1107.) diſtabat Thebis
D ſtadia centum. Meminit & Homer. in Hymnis. *Idem.*

6. Ἀντίμαχος) qui ſcripſerat Thebaidem, de quo vide apud Steph. in Teumeſſos. [Tangit Ariſtoteles eundem Antimachi locum Rhetor. lib. tertio cap. 6. *Idem.*

7. Θέσπειαν δὲ πλέον) Vox πλέον dubio procul inepta eſt iſto loco. Quare vel ita eſt legendum, Θέσπειαν δὲ καλεῖ τὰς νῦν Θεσπιὰς, vel Θέσπειαν δὲ νοητέον &c. aut alio ſimili modo: miratur autem valdè Stephanus, quî fiat ut ſingulare hujus nominis cum diphthongo ſcribatur, plurale autem ſine diphthongo. *Idem.*

8. καὶ ἀρρενικῶς καὶ θηλυκῶς) Sicut infra notat dici & ὁ Ἅλος & ἡ Ἅλος ad hoc in multis eſt cernere. Sic enim Homerus τὴν Πύλον effert, quum alii τὸν Πύλον. Sic ὁ & ἡ Ἀλίαρτος, & alia quæ enumerare longum ſit. *Idem.*

9. καὶ τῶν δ᾽ ὁποτέρως) ſubaudiendum μόνον: quædam inquit nomina proferuntur ἀμφοτέρως, quædam ὁποτέρως tantum: hoc eſt alterutro tantum modo: ſic Ἀθῆναι ſolum πληθυντικῶς. *Idem.*

ἐν δεξιᾷ γάρ ἐστι τοῦ Ἑλικῶνος, ἐφ' ὑψηλοῦ A καὶ τραχέος τόπου κειμένη, ἀπέχουσα τῶν Θεσπιῶν ὅσον τετταράκοντα σταδίους, ἣν καὶ κεκωμῴδηκεν αὐτὸς ἐκεῖνος περὶ τοῦ πατρὸς λέγων, ὅτι ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος,

Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ·

1 Ὁ δὲ Ἑλικὼν συνεχής ἐστι τῇ Φωκίδι ἐκ τοῦ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μερῶν· μικρὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν καὶ τὸν ὕστατον λιμένα τῆς Φωκίδος, ὃν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Μυχόν· ὑπέρκειται γὰρ κατὰ τοῦτον μάλιστα τὸν λιμένα B τοῦ Κρισαίου κόλπου, ὅ τε Ἑλικὼν καὶ ἡ Ἄσκρη, καὶ ἔτι αἱ Θεσπιαί, καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτῆς ἡ Κρέουσα· τοῦτο δὲ καὶ κοιλότατον νομίζεται τὸ μέρος τοῦ Κρισσαίου κόλπου, καὶ ἁπλῶς τοῦ Κορινθιακοῦ· 2 στάδιοι δ' * εἰσὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ λιμένος 3 εἰς Κρέουσαν * ἐν, .... ἐντεῦθεν δ' ἑκατὸν εἴκοσι, ἕως 4 τῆς ἄκρας .... καλοῦσι· ἐν δὲ τῷ κοιλοτάτῳ τοῦ κόλπου τούτου, συμβέβηκε τὰς Πηγὰς κεῖσθαι καὶ τὴν Οἰνόην, περὶ ἧς εἰρήκαμεν. Ὁ μὲν οὖν Ἑλικὼν οὐ πολὺ διεστηκὼς * τοῦ Παρνασσοῦ ἐνάμιλλός ἐστιν ἐκείνῳ, κατά τε ὕψος καὶ περίμετρον. ἄμφω γὰρ * χιονοβόλα τὰ ὄρη, καὶ πετρώδη· περιγράφεται δ' οὐ πολλῇ χώρᾳ· C

* Manuſſ. εἰσὶ τῆς παραλίας.
* Fortaſſe, ἐνενήκοντα.
* Manuſſ. τοῦ Κορινθιακοῦ Παρνασσοῦ.
* Aldi codex ἀρχιονοβόλα. Xyl. ἄχιον.
p. 410.

ad dextram Heliconis loco ſublimi & aſpera ſita, circiter XL. à Theſpeja ſtadiis. Hanc ipſe poëta traducit de patre ſuo ſcribens, eum Cuma Aeolica profectum,

*In miſero pago ſedes, Helicone ſub alto*
*Aſcram delegiſſe ſibi, quæ tempore nullo*
*Commoda difficiles hyemes, faciatque moleſtas*
*Aeſtates.*

Helicon autem Phocidis partibus ſeptentrionem ſpectantibus eſt contiguus ac nonnihil etiam occiduis & ultimo portui Phocidis, quem ab eventu Mychum quaſi intimum receſſum dicunt: nam juxta illum maximè portum Criſæo ſinui imminent Helicon, Aſcra, Theſpiæ, & earum navale Creuſa: atque hæc exiſtimatur caviſſima pars Criſæi, omninoque Corinthiaci eſſe ſinus. Stadia ſunt à Mycho Creuſam uſque ................ atque hinc CXX. uſque ad promontorium quod .............................. dicitur. In caviſſima hujus ſinus parte ſitæ ſunt Pagæ & Oenoa, de quibus diximus. Helicon verò haud longè à Parnaſſo diſſitus, altitudine & ambitu ei reſpondet: uterque mons eſt ſaxoſus, neque nivalis, & ſpacio non amplo circumſcribitur.

1. Ὁ δὲ Ἑλικὼν συνεχής ἐστι τῇ Φωκίδι ἐκ τοῦ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μερῶν. *Helicon autem Phocidis partibus Septentrionem ſpectantibus eſt contiguus.*) Locum hunc non eſſe ſanum indicat particula τοῦ, quæ ſolœciſat, & legendum τῶν. Sed eſt majus malum. Nam ſi Strabo ſic ſcripſit, provoco ab ejus Geographia ad veritatem ſitus. Phocis à Septentrionalibus ſuis partibus contingit Oetam & Locricos montes, Heliconem potius ad Meridiem habet, quàm ad Septentrionem, ſed à quadam ſui parte, quæ ſinum Criſſæum attingit, ad Ortum. Puto igitur ſcripſiſſe Strabonem: ἐκ τῶν πρὸς ἄρκτον αὐτοῦ μερῶν, καὶ ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν κατὰ τὸν ὕστατον λιμένα τῆς Φωκίδος. *Ex partibus quæ ad Septentrionem ſpectant, & ex iis, quæ ad veſperum, juxta portum ultimum Phocidis.* Non enim aliter intelligi poteſt: Helicon fuit Bœotiæ, verum meridionalior Phocide & quadam ſui parte orientalior. Itaque Helicon non potuit eſſe ad ſeptentrionem vel occaſum Phocidis. *Palm.*

1. Ὁ δὲ Ἑλικὼν συνεχής ἐστι τῇ Φωκίδι ἐκ τῶν πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μερῶν. μικρὰ δὲ καὶ ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν, καὶ τὸν ὕστατον λιμένα τῆς Φωκίδος, ὃν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Μυχόν. ὑπέρκειται γὰρ μετὰ τοῦτον μάλιστα τὸν λιμένα, τοῦ Κρισσαίου κόλπου, καὶ ὁ Ἑλικῶν, καὶ ἡ Ἄσκρη, i. e. *Helicon autem contiguus eſt Phocidi ad ejus partes ſeptentrionales, & parvus etiam ad occidentem, & ultimum portum Phocidis quem vocant, ob id, quod ei accidit Mychum, ſuperjacet enim præcipue Criſſæo ſinui ſecundum illum portum Helicon & Aſcra.*) Hic locus Strabonis ut legitur, ſi attente conſideretur, habet aliquid abſurdi, niſi pro ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν, legatur ἐκ τῶν πρὸς ἕω. Nam poſtquam dixit ἐκ τῶν πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μερῶν, ubi per αὐτῆς nihil aliud intelligi poteſt, quam Φωκίδος, nam Helicon non eſt fœmini- D ni generis, addit μικρὰ δὲ ἐκ τῶν πρὸς ἑσπέραν, quod de eadem Phocide intelligi debet ex ſermonis ſerie & conſequentia, & quod addit: Καὶ τὸν ὕστατον λιμένα τῆς Φωκίδος ὃν καλοῦσι .... Μυχὸν, non convenit ſuperioribus, eſt enim Μυχὸς Mychus, ille portus, in tota Phocide orientalior locus; Ergo ſi ſic, ut legitur, Strabo ſcripſit, properante calamo, per inadvertentiam ἑσπέραν poſuit pro ἕω, *occidentem* pro *oriente*. Palmer. Græc. Antiq. lib. VI. p. 614.

2. Στάδιοι δὲ εἰσὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ λιμένος εἰς Κρέουσαν ἐν .... ἐντεῦθεν δὲ ἑκατὸν εἴκοσι, ἕως τῆς ἄκρας ..... καλοῦσι. *Stadia ſunt à Mycho ad Creuſam uſque .... atque hinc CXX uſque ad promontorium quod ..... dicitur.*) Doctiſſimus vir, cui gloriam ampliſſimam Strabo melior factus dedit, hunc locum optimis conjecturis ſupplevit. Sed, ut videtur, pejorem meliori præfert, & mavult legi Φαρύγιον, quam Ὀλμιάς. At τὸ Ὀλμιάς debebat præferre indubitanter. Φαρύγιον enim fuit ad Orientem portus Μυχοῦ, & ſic præpoſterus foret ordo: ſed Holmiæ promontorium à Mycho poſt Creuſam eodem ordine ſequitur. Ideo non eſt dubitandum, quin ſcripſerit Strabo, τῆς ἄκρας, ἣν Ὀλμιὰς καλοῦσι. *Palmer.*

3. εἰς Κρέουσαν ἐν) Fortaſſe ἐνενήκοντα. Creuſam autem Pauſan. & Steph. Κρεῦσιν vocant. *Caſaub.*

4. τῆς ἄκρας ἣν) Deeſt nomen hujus ἄκρας. An autem Θίσβη? Pauſanias quidem & alia ſaxa in mare procurrentia eſſe prope Creuſin, & Thisben montem, cum cognomine urbe, auctor eſt. An Ὀλμιὰς ἀκρωτήριον intelligit, de quo ſuperiori libro in deſcriptione iſtius tractus? An potius Φαρύγιον? Hoc malim: vide paulò poſt. *Idem.*

1. ἐνθαῦ-

In Helicone ſunt fanum Muſarum, & Hippucrene, *qui eſt fons ab equo factus*, & antrum Libethridum nympharum: unde conjecturam facere quis poſſit, Thraces fuiſſe qui Heliconem Muſis conſecraverunt: qui Pieriam quoque, Libethrum, & Pimplejam iiſdem deabus dedicaverunt: ii fuerunt Pieres dicti: qui cùm defeciſſent, Macedones loca iſta obtinuerunt. Id quoque traditum eſt, Thraces quondam, & Pelaſgos, aliosque barbaros, vi Bœotis facta, Bœotiam iſtam inhabitaſſe. Theſpiæ antiquitus nobilitati ſunt Cupidine Praxitelis, quem is à ſe ſculptum Glyceræ meretrici dono dedit, eaque in patria ſua (nam Theſpienſis fuit) dedicavit. Theſpias ergo proficiſcebantur initio cupidinis ſpectandi gratia, cùm aliàs ibi nihil admodum eſſet ſpectatu dignum. Nunc ea urbs, & Tanagra ſolæ omnium Bœoticarum conſtant urbium: cæterarum rudera & nomina ſuperſunt. ¶ Theſpiis Homerus accenſet Græam, & Mycaleſſum, de quibus dictum eſt: itidem & de reliquis.

*Qui circum Harma habitant, atque Heileſium, vel Erythras*
*Quique Eleona tenent, quique Hylen, qui Peteonem*
*Ocaleam, Medeonaque pulcris oppida muris.*

¶ Peteon vicus eſt agri Thebani prope viam quæ Anthedonem ducit. ¶ Ocalea medio loco jacet inter Haliartum & Alalcomenium, xxx. ſtadiis utrinque diſtans: præterfluit eam amnis non magnus, ejuſdem nominis. ¶ Medeon Phocidis urbs in Criſæo ſinu à Bœotica abeſt ſtadiis CLX. Bœoticus Medeon nomen ab illa habet, Oncheſto vicinus ſub Phœnicio monte, unde & Phœnicis appellatur. Mons iſte Thebanæ regioni adſcribitur.

A [1] ἐνταῦθα δ᾽ ἐςὶ τό, τε τ̃ Μουσῶν ἱερὸν, καὶ ἡ Ἱπποκρήνη, καὶ τὸ τῶν Λειβηθρίδων νυμφῶν ἄντρον· ἐξ οὗ τεκμαίροιτ᾽ ἄν τις, Θρᾷκας εἶναι τοὺς τὸν Ἑλικῶνα ταῖς Μούσαις καθιερώσαντας· οἳ καὶ τὴν * Πιερίαν καὶ τὸ * Λείβηθρον, καὶ τὴν * Πίμπλειαν ταῖς αὐταῖς θεαῖς ἀνέδειξαν· ἐκαλοῦντο δὲ Πίερες· [2] ἐκλιπόντων * δ᾽ ἐκείνων, Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὰ χωρία ταῦτα. Εἴρηται δ᾽ ὅτι τὴν Βοιωτίαν ταύτην ἐπῴκησάν ποτε Θρᾷκες, βιασάμενοι τοὺς Βοιωτοὺς, καὶ Πελασγοὶ, καὶ ἄλλοι βάρβαροι. [3] Αἱ δὲ Θεσπειαὶ, πρότερον μὲν [4] ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν Ἔρωτα τὸν Πραξιτέλους, B ὃν ἔγλυψε μὲν ἐκεῖνος, [5] ἀνέθηκε δὲ Γλυκέρα ἡ ἑταίρα Θεσπιεῦσιν, ἐκεῖθεν οὖσα τὸ γένος, λαβοῦσα δῶρον παρὰ τοῦ τεχνίτου· πρότερον μὲν οὖν ὀψόμενοί τινες τὸν Ἔρωτα ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν θέαν, ἄλλως οὐκ οὖσαν ἀξιοθέατον. νυνὶ δ᾽ μόνη συνέστηκε τῶν Βοιωτικῶν πόλεων, [6] καὶ Τάναγρα· τῶν δ᾽ ἄλλων ἐρείπια, καὶ ὀνόματα λέλειπται. Ταῖς δὲ Θεσπειαῖς ὁ ποιητὴς καταλέγει Γραῖαν καὶ Μυκαλησσὸν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν· * ὡς δ᾽ αὔτως λέγει περὶ τῶν ἄλλων.

Iliad. β. 499.

Οἵ τ᾽ ἀμφ᾽ Ἅρμ᾽ ἐνέμοντο, καὶ Εἰλέσιον, καὶ Ἐρυθράς,
C Οἵ τ᾽ Ἐλεῶν᾽ εἶχον ἠδ᾽ Ὕλην, καὶ Πετεῶνα,
Ὠκαλέην, Μεδεῶνά τ᾽ ---

Πετεὼν δὲ ἐςὶ κώμη τῆς Θηβαΐδος ἐγγὺς τῆς ἐπ᾽ Ἀνθηδόνα ὁδοῦ· ἡ δ᾽ Ὠκαλέη μέση Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενίου, ἑκατέρου τριάκοντα σταδίους ἀπέχουσα· παραρρεῖ δ᾽ αὐτὴν ποτάμιον ὁμώνυμον· Μεδεὼν δ᾽ ὁ μὲν Φωκικὸς ἐν τῷ Κρισαίῳ κόλπῳ, διέχων Βοιωτίας σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα· ὁ δὲ Βοιωτικὸς ἀπ᾽ ἐκείνου κέκληται· πλησίον δ᾽ ἐςὶν Ὀγχηστοῦ ὑπὸ τῷ Φοινικίῳ ὄρει· ἀφ᾽ οὗ καὶ μετωνόμασται Φοινικίς· τῆς δὲ Θηβαΐας, καὶ τοῦτο λέγεται·

* Scripti, Πιερίδα.
* Scripti, Πίπλειαν.
* Scripti, δὲ τούτων.
* Vulgo, ὡς δ᾽ αὔτως καί.

1. ἐνθαῦθα δ᾽ ἐςὶ) Hæc ita vulgo nota ſunt, ut nulla explicatione opus habeant. Quod de Thracibus ait, pluribus explicatur libro ſequenti. *Caſaub.*

2. ἐκλιπόντων δ᾽ ἐκείνων, Μακεδόνες νῦν ἔχουσι τὰ χωρία) Pieres ex Pieria jam inde ab antiquiſſimis Macedoniæ regibus pulſi fuêre: pulſi autem patria, Phagretem & vicinos locos trans Strymonem occupavere. Auctor Thucydides libro ſecundo.cap. 99. *Idem.*

3. αἱ δὲ Θεσπειαὶ) Scribe per ι, non ει, Θεσπιαὶ, vide quæ paulò antè annotavimus. *Idem.*

4. ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν ἔρωτα τὸν Πραξιτέλους) Cicero de ſignis contra Verrem, loquens de Praxitele Act. IV. c. 2. *Idem*, ait, *opinor artifex ejuſdem modi cupidinem fecit illum, qui eſt Theſpiis, propter quem Theſpiæ viſuntur: nam alia viſendi cauſa nulla eſt.* Ait idem planè quod Strabo, illis verbis, ἄλλως οὐκ οὖσαν ἀξιοθέατον. *Idem.* Plin. H. N. XXXVI. 5. *Ejuſdem* (ſcilicet Praxitelis) *eſt Cupido objectus a Cicerone Verri: ille propter quem Theſpiæ viſebantur: nunc* D *in Octaviæ ſcholis poſitus.* Sidon Apollinar. IV. Epiſt. 15. ad Elaphium. *Tu ſatis dignus es (ut eſt Tallianum illud) propter quem Theſpiæ viſantur.*

5. ἀνέθηκε δὲ Γλυκέρα ἡ ἑταῖρα Θεσπιεῦσι) Fallitur: non enim Glycera fuit, ſed Phryne aliud nobile ſcortum Theſpiis oriundum, quod præter Athenæum XIII. c. 6. & Pauſaniam IX. 27. & X. 14. teſtatur antiquum in Phrynen epigramma,

--- Τὸν πτερόεντα Ἔρωτα
Μισθὸν ὑπὲρ τέκνων ἄνθετο Θεσπιάσι. *Idem.*

6. καὶ Τάναγρα) Legit hoc loco Euſtathius in ſuis codicibus ἡ Τάναγρα pro καὶ Τάναγρα. Sed errat Euſtathius. Nam etiam ſupra Theſpias cum Tanagra conjunxit. Verba Euſtathii ſunt hæc καὶ (ait Strabo ſcilicet) ὅτι νῦν μόνη συνέστηκε τῶν Βοιωτικῶν πόλεων Τάναγρα, τῶν δὲ ἄλλων ἐρέπια καὶ ὀνόματα λέλειπται: non dubium quin hunc locum deſcribat; ſed ex corrupto libro, quod non ſemel ei contigit. *Idem.*

Πετεὼν δὲ τῆς Αλιαρτίας, καὶ Μεδεὼν, καὶ Ωκαλέα. Εἶτα φησὶν Ομηρος·

Iliad. B. v. 502. Κώπας Εὔτρησίν τε, πολυτρήρωνά τε Θίσβην.

Περὶ μὲν οὖν Κωπῶν εἴρηται· προσάρκτιος δέ ἐστιν ἐπὶ τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ· αἱ δ' ἄλλαι κύκλῳ εἰσὶν αἵδε· Ακραιφίαι, Φοινικὶς, Ογχηστὸς, Αλιαρτὸς, Ωκάλεαι, Αλαλκομεναὶ, Τιλφούσιον, Κορώνεια· καὶ τό γε παλαιὸν οὐκ ἦν τῆς λίμνης κοινὸν ὄνομα, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην πρὸς αὐτῇ κατοικίαν ἐκείνης ἐπώνυμος ἐλέγετο,
p. 411. Κωπαῒς μὲν τῶν Κωπῶν, Αλιάρτιος δὲ Αλιάρτου, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων· ὕστερον δ' ἡ πᾶσα Κωπαῒς ἐλέχθη, κατ' ἐπικράτειαν· κοιλότατον γὰρ τοῦτο τὸ χωρίον, [2] φησὶ Πίνδαρος, καὶ Κιφισίδα καλεῖ ταύτην· παρατίθησι γοῦν τὴν Τιλφῶσαν κρήνην ὑπὸ τῷ Τιλφωσίῳ ὄρει ῥέουσαν [3] πλησίον Αλιάρτου καὶ Αλαλκομενῶν, [4] ἐφ' ᾗ τὸ τοῦ Τειρεσίου μνῆμα· αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ τοῦ Τιλφωσίου Απόλλωνος ἱερόν. Ο δὲ ποιητὴς ἐφεξῆς ταῖς Κώπαις, Εὔτρησιν τίθησι κώμιον * Θεσπιέων· ἐνταῦθα φασὶ Ζῆθον, καὶ Αμφίονα οἰκῆσαι πρὶν [5] βασιλεῦσαι Θηβῶν. Η δὲ Θίσβη, Θίσβαι νῦν λέγονται· οἰκεῖται δὲ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὅμορον Θεσπιεῦσι τὸ χωρίον [6] καὶ τῇ Κορωνιακῇ, ὑποπεπτωκὸς ἐκ τοῦ νοτίου μέρους τῷ Ελικῶνι καὶ αὐτό· ἐπίνειον δ' ἔχει πετρῶδες περιστερῶν μεστὸν, ἀφ' οὗ φησὶν ὁ ποιητὴς, πολυτρήρωνά τε Θίσβην· πλοῦς δ' ἐστὶν ἐνθένδε εἰς Σικυῶνα σταδίων ἑκατὸν ἑξήκοντα. Εξῆς δὲ Κορώνειαν καταλέγεται καὶ Αλίαρτον, καὶ Πλαταιὰς, καὶ Γλισάντα. Η μὲν οὖν Κορώνεια· ἐγγὺς τοῦ Ελικῶνός ἐστιν ἐφ' ὕψους ἱδρυμένη· [7] κατελάβοντο δ' αὐτὴν ἐπανιόντες ἐκ τῆς Θετταλικῆς Αρνης οἱ Βοιωτοὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ,

* Scripti, Θεσπεσιέων, malè.

A Peteon autem Haliartiæ, & Medeon, & Ocalea. ¶ Subjungit porrò Homerus

*Copas, Eutreſin, Thisben ditemque columbis.*

De Copis dictum eſt: jacet verſus ſeptentriones ad lacum Copaïdem: reliquæ urbes in orbem ſunt circa eundem ſitæ, Acræphia, Phœnicis, Oncheſtus, Haliartus, Ocalea, Alalcomenæ, Tilphuſium, Coronea. Antiquitus quidem paludi nullum fuit commune nomen, ſed à quavis adjacentium urbium appellationem ſortita, dicta fuit Copais à Copis, Haliartia ab Haliarto, eodemque modò à B reliquis. Tandem Copaïdis nomen obtinuit: ad eam enim urbem eſt caviſſima paludis pars. 1 Pindarus etiam Cephiſſidem hanc paludem vocat: apponitque Tilphoſium fontem, qui profluit ſub monte Tilphoſio prope Haliartum & Alalcomenas: juxta quem Teireſiæ ſepulcrum: ibidemque templum Tilphoſii Apollinis. ¶ Copis poëta ſubjicit, Eutreſin, pagum Theſpienſium exiguum. Ibi ferunt Zethum & Amphionem habitaſſe antequam Thebis regnarent. ¶ Thisben nunc Thisbas nominat: habitatur id oppidum paulum ſupra mare finitimum Theſpienſibus & C Coroneæ agro, ab auſtrali parte ipſum quoque ſubjectum Heliconi: navale habet ſaxoſum, columbis refertum: inde epitheto nomen: inde Sicyonem navigatio eſt ſtadiûm CLX. ¶ Deinceps Coroneam refert Homerus, & Haliartum, & Platæas, & Gliſantem. Coronea ſita eſt edito loco prope Heliconem. Eam occupaverunt Bœoti poſt bellum Trojanum revertentes ab Arna Theſſalica,

1. *Pindarus etiam.*) Lego enim Χωρίον φύσει Πίνδαρος καί. alias locus erit mancus. *Xyland.*

2. φησὶ Πίνδαρος) Locus Pindari non extat: Καφησίδος autem meminit ille Pythionicarum ode XII. in extremo. *Caſaub.*

3. πλησίον Αλιάρτου) Ex Pauſania id cognoſces IX. c. 33. *Τὸ δὲ ὄρος τὸ Τιλφούσιον, καὶ ἡ Τιλφοῦσα καλουμένη πηγὴ, σταδίους μάλιστα Αλιάρτου πεντήκοντα ἀπέχουσι. Mons Tilphuſſius, & Tilphuſſa item fons qui dicitur, ab Haliarto ſtadia abeſt quinquaginta, ut maxime.* Idem.

4. ἐφ' ᾗ τὸ τοῦ Τειρεσίου μνῆμα.) Quo tempore Epigonis Thebani urbem deſerere ſunt coacti, fama eſt pleroſque eorum ad montem Tilphoſſium ſe recepiſſe: verùm cum è via defeſſus & ſiti laborans Tireſias ſitim è Tilphoſſa fonte vellet explere, inter bibendum animam efflavit, ſervaturque (ait Pauſan. IX. c. 33.) ejus monumentum πρὸς τῇ πηγῇ, illo ipſo loco ubi eſt mortuus. Vide Diodorum libro IV. p. 269. T. I. & eundem libro XIX. itemque Apollodorum libro III. c. 7. §. 3. & Athenæum libro II. c. 4. p. 41. Apud Stephanum legitur, Τιλφωσσαῖον χωρίον Θετταλίας, quod falſum eſt: quum de hoc monte Bœotico ſit intelligendum, quem Diodorus vocat Τιλφωσσαῖον. *Idem.*

5. βασιλεῦσαι Θηβῶν) Euſtath. legit Θηβαίων. *Idem.*

6. καὶ τῇ Κορωνιακῇ) Euſtathius legit, ἐν τῇ Κορωνειακῇ. *Idem.*

D 7. κατελάβοντο δὲ αὐτὴν ἐπανιόντες) Diodorus Siculus docet, Thebanos belli Trojani temporibus à Pelaſgis in Theſſaliam fuiſſe pulſos: unde vix tandem κατὰ τετάρτην γενεὰν in patriam redierint, quod à Thucydide non probatur, qui anno LX. poſt ἅλωσιν Trojæ veniſſe Bœotos in Bœotiam ſcribit. Adſcribam ejus verba ut cum Strabone comparentur Lib. I. c. 12. Nam & Βοιωτοί τε οἱ νῦν, ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ιλίου ἅλωσιν ἐξ Αρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν, τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν: *Bœotii qui nunc ſic appellantur, ſexageſimo poſt Ilii expugnationem anno, Arne à Theſſalis pulſi, eum agrum, qui nunc quidem Bœotius vocatur, ante vero Cadmejus, incoluerunt.* Ad quem locum notatum eſt à ſcholiaſte, Arnen Bœoticam hodie Chæroneam vocari: quod Pauſanias confirmat. L. IX. c. 40. *Idem.*

quando etiam Orchomenum obtinue- runt: & potiti Coronea, in campo ante ipſam Ioniæ Minervæ fanum ejuſdem cum Theſſalico nominis condiderunt, fluviumque à Theſſalico Cuarium nominaverunt: Alcæus Coralium vocat, his verbis.

*Quæ Minerva......*
*A Coronea in ſec-......*
*Ante in ripa Coralii fluminis.*

Ibi Pambœotia agebantur, ſolennis univerſorum Bœotorum feſtivitas. Unà cum Minerva Pluto dedicatus eſt ob quandam, ut aiunt, myſticam cauſam. Cujus Coroneæ cives Coronii, Meſſeniacæ Coronenſes vocantur. ¶ Haliartus non exſtat hodie, everſa in bello contra Perſeum: agrum permiſſu Romanorum Athenienſes habent: ſita fuit in arcto loco, inter montem imminentem & Copaïdem paludem, prope Permeſſum, Olmium, & lacum qui tibiis aptum calamum edit. ¶ Platææ, quas ſingulari numero poëta extulit, infra Cithæronem ſunt, inter hunc & Thebas, ponè viam quæ Athenas & Megaram ducit, in finibus Atticæ & Megaricæ. Vicinæ enim ſunt Eleutheræ, quas alii Platæis, alii Bœotiæ adſcribunt: diximus Aſopum præter Platæas fluere.

A ὅτεπερ καὶ τὸν Ορχομενὸν ἔσχον· κρατήσαντες δὲ τῆς Κορωνείας ἐν τῷ πρὸ αὐτῆς πεδίῳ, [1] τὸ τῆς Ιωνίας Αθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο, ὁμώνυμον τῷ Θετταλικῷ· [2] καὶ τὸν παραρρέοντα ποταμὸν Κουάριον προσηγόρευσαν, ὁμοφώνως τῷ ἐκεῖ. [3] Αλκαῖος δὲ καλεῖ Κωράλιον, λέγων·

Ασσ' Αθάνα ἀπόλε . . . .
ἀπὸ Κορωνείας ἐπὶ δεῦ . . . . . . . . .
Πάροιθεν ἀμφὶ Κωραλίω ποταμῶ * παρ' ὄχθαις.

* Manuſſ. Κυραλίῳ ποταμῷ ἱδρύσαντο παρόχθαις.

Ενταῦθα δὲ καὶ [4] τὰ Παμβοιώτια συνετέλουν. συγκαθίδρυται δὲ τῇ Αθηνᾷ ὁ Αδης, κατά τινα ὥς φασι μυστικὴν αἰτίαν· οἱ μὲν οὖν [5] ἐν τῇ B Κορωνείᾳ Κορώνιοι λέγονται, οἱ δ' ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ Κορωνεῖς. [6] Αλίαρτος δὲ νῦν οὐκέτι ἐστὶ, [7] κατασκαφεῖσα ἐν τῷ πρὸς Περσέα πολέμῳ· τὴν χώραν δ' ἔχουσιν Αθηναῖοι δόντων Ρωμαίων· ἔκειτο δὲ ἐν στενῷ χωρίῳ μεταξὺ ὑπερκειμένου ὄρους, καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πλησίον τοῦ Περμησσοῦ, καὶ τοῦ Ολμίου, καὶ τοῦ ἕλους τοῦ φύοντος τὸν αὐλητικὸν κάλαμον. Πλαταιαὶ δὲ, [8] ἃς ἑνικῶς εἶπεν ὁ ποιητὴς, ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι εἰσὶ μεταξὺ αὐτοῦ, καὶ Θηβῶν, κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Αθήνας καὶ Μέγαρα ἐπὶ τῶν ὅρων τῶν τῆς Αττικῆς, καὶ τῆς p. 412. C Μεγαρίδος· εἰσὶ γὰρ Ελευθεραὶ πλησίον, ἃς οἱ μὲν τῶν Πλαταιῶν, οἱ δὲ τῆς Βοιωτίας φασίν. [9] εἴρηται δ' ὅτι παραρρεῖ τὰς Πλαταιὰς ὁ Ασωπός.

1. *τὸ τῆς Ιωνίας Αθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσαντο*) Legendum eſſe Ιτωνίας certiſſimum eſt. Scholiaſtes Apollonii in librum pr. Ιτωνίας Αθηνᾶς ἐστιν ἱερὸν ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας: Ibi & de Theſſalico Minervæ Itoniæ delubro (cui iſtud in Bœotia eſſe ὁμώνυμον ait Strabo) ſcribitur. Pauſanias IX. c. 34. Πρὶν δὲ ἐς Κορώνειαν ἐξ Αλαλκομενῶν ἀφικέσθαι, τῆς Ιτωνίας Αθηνᾶς ἐστὶ τὸ ἱερόν· καλεῖται δὲ ἀπὸ Ιτωνίου τοῦ Αμφικτύονος καὶ ἐς τὸν κοινὸν συνίασιν ἐνταῦθα οἱ Βοιωτοὶ σύλλογον. *Antequam Coroneam ab Alalcomenis venias, Minervæ Itoniæ templum videas. Cognominis auctor fuit Itonus Amphictyonis filius. Huc ad commune concilium conveniunt Bœoti*: Meminere & alii multi hujus rei, ut ab aliis eſt obſervatum. *Caſaub.*

2. Καὶ τὸν παραρρέοντα ποταμὸν Κουάριον, Αλκαῖος δὲ καλεῖ Κωράλιον. *Fluviumque Cuarium nominaverunt, Alcæus Coralium vocat.*) Lego cum eodem Strabone infra pag. 438. Κουράλιον, nam ibi Theſſalicum fluvium ſic nominat, cui cognominem hunc, de quo hic agitur, facit. Sed & Callimachus Hymno in Palladis Lavacra, de hoc eodem ſic ait:

Η πὶ Κορωνείας ἵνα οἱ τεθυωμένον ἄλσος,
Καὶ βωμοὶ ποταμῷ κεῖντ' ἐπὶ Κουραλίῳ.
*Vel ad Coroneam, ubi tibi odoribus refertur lucus,*
*Et altaria ſunt ad fluvium Curalium.*

Sed & in Alcæi manuſcripto, ut teſtatur Caſaubonus, Κουραλίῳ legitur. *Palmer.*

3. Αλκαῖος δὲ καλεῖ) Parum rectè, ut mox ſubdit. Nam Curalius eſt in Theſſalia: qui tamen ſimiliter ut hic Bœoticus Cuarius, Ithoniæ Minervæ templum præterfluit. Vide infra in Theſſalicis. Porrò, Alcæo Callimachus patrocinatur, Κουράλιον hunc fluvium vocans, hymno in Palladis lavacra, ỷſ. 61.

Η πὶ Κορωνείας, ἵνα οἱ τεθυωμένον ἄλσος;
Καὶ βωμοὶ ποταμῷ κεῖντ' ἐπὶ Κουραλίῳ.
*Aut Coroneam*, inquam, *ubi ei odoribus fragrans nemus*
*Et aræ fluvio adjacent Curalio* Caſaub.

4. τὰ Παμβοιώτια συνετέλουν) Euſtathius hunc locum proferens explicat, quid ſint Παμβοιώτια. Sic ille, Ορα δὲ τὸ Παμβοιώτια· ἑορτὴ γὰρ ἦν κοινὴ πάντων Βοιωτῶν ὥσπερ καὶ ἡ τῶν Ιώνων πάντων Πανιώνια, ὅμοιον καὶ τὸ Παναθήναια. ἐξ Ομήρου δὲ τῶν τοιούτων ἡ ἀρχὴ, εἰπόντος πανάχαιοι. *Idem.*

5. ἐν τῇ Κορωνείᾳ Κορώνιοι) Hoc non eſt perpetuum: Nam Euſthatius explicans hiſtoriam quandam D ex Cephiſſodoro & Ephoro ad caput octavum libri tertii Nicomacheorum ethicorum, Κορωνεῖς hos vocat: Livius XLII. c. 44. *Coronæos.* Et Steph. hæc longè aliter tradit. *Idem.*

6. Αλίαρτος δὲ νῦν) σημείωσαι inquit Euſtathius hæc verba deſcribens, ὅτι καὶ θηλυκῶς λέγεται ἡ Αλίαρτος. Sanè Strabo alibi τὸν Αλίαρτον dicit, ut & Homerus, quod annotat Stephanus. *Idem.*

7. κατασκαφεῖσα ἐν τῷ) Capta eſt Aliartus à C. Lucretio Gallo Prætore. Livius libro XLII. c. 44. *Idem.*

8. ἃς ἑνικῶς εἶπεν) Etiam Thucydides τὴν Πλάταιαν dixit libro ſecundo c. 2. Accentus autem variat, ἡ Πλάταια, αἱ Πλαταιαί. Deletur autem à Lacedæmoniis Platæenſium urbs, ἐς ἔδαφος πᾶσα ἐκ τῶν θεμελίων, apud Thucydidem, belli Peloponneſiaci anno quinto. Aberant Thebis ut idem docet (Lib. II. c. 5.) ſtadia LXX. *Idem.*

9. εἴρηται δὲ) libro ſuperiore. pag. 282. *Idem.*

1 Ἐνταῦθα Μαρδόνιον καὶ τὰς τριάκοντα μυριάδας Περσῶν αἱ τῶν Ἑλλήνων δυνάμεις ἄρδην ἠφάνισαν· 2 ἱδρύσαντό τε Ἐλευθερίου Διὸς ἱερὸν, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν, Ἐλευθέρια προσαγορεύσαντες· ταφὴ τε δείκνυται δημοσία τῶν τελευτησάντων ἐν τῇ μάχῃ. Ἐστι δὲ καὶ ἐν τῇ Σικυωνίᾳ δῆμος Πλαταιαὶ, ὅθεν περ ἦν 3 Μνασάλκης ὁ ποιητής.

Μνασάλκεος τὸ μνῆμα τοῦ Πλαταιάδα.

4 Γλισάντα δὲ λέγει κατοικίαν 5 ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Θηβαϊκῇ πλησίον * Τελμησσοῦ, καὶ τῆς Καδμείας· γεώλοφα καλεῖται δρι . . . . . . πίπτει τὸ Ἰόνιον καλούμενον πεδίον, ὃ * διατείνει . . . . ἀπὸ τοῦ Ὑπάτου ὄρους.

* Scripti, Τεμισσοῦ & Τελμίσσου & Τευμησσοῦ.

* Secuti ſumus vet. lib. in quibus erat lacuna.

7 Τὸ δ᾽ οὕτω ῥηθὲν,

Οἵ θ᾽ ὑπὸ Θήβας εἶχον, ---

οἱ μὲν δέχονται πολίδιόν τι Ὑποθήβας καλούμενον, οἱ δὲ τὰς Ποτνιάς· τὰς γὰρ Θήβας ἐκλελεῖφθαι διὰ τὴν τῶν * Ἐπιγόνων στρατείαν, καὶ μὴ μετασχεῖν τοῦ Πολέμου τοῦ Τρωϊκοῦ· οἱ δὲ μετασχεῖν μὲν, οἰκεῖν δὲ ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τότε ἐν τοῖς ἐπιπέδοις χωρίοις, μετὰ τὴν τῶν Ἐπιγόνων ἔφοδον, τὴν Καδμείαν ἀδυνατοῦντας ἀνακτίσαι· ἐπεὶ δ᾽ ἡ Καδμεία ἐκαλεῖτο Θῆβαι, ὑπὸ Θήβας εἰπεῖν αὐτὶ τοῦ ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ οἰκοῦντας τὸν ποιητὴν τοὺς τότε Θηβαίους. Ὀγχηστὸς δ᾽ ἐστὶν 8 ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνήγετο ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ πρὸς τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ, καὶ τῷ Τηνερικῷ πεδίῳ, ἐν ὕψει κείμενος ψιλὸς, 9 ἔχων Ποσειδῶνος ἱερὸν, 10 καὶ αὐτὸ ψιλόν. Οἱ δὲ ποιηταὶ κοσμοῦσιν, ἄλση καλοῦντες τὰ ἱερὰ πάντα κἂν ᾖ ψιλά.

* Scripti προγόνων.

A Hîc Mardonium & trecenta Perſarum millia Græcus exercitus occidione delevit: & Græci templo Iovis Eleutherii à libertate parta dicti condito, certamen gymnicum inſtituerunt, quo victor coronaretur, & ſepultura ibi oſtenditur publica, qua affecti ſunt qui in pugna ceciderunt. Etiam in Sicyonia regione pagus eſt Platææ, patria Mnaſalcæ poëtæ: ut inſcriptio docet:

*Mnaſalcis hoc eſt monimentum Plataada.*

B ¶ Gliſantem porrò Homerus dicit vicum in monte Hypato, qui in regione Thebana eſt vicinus 6 Teumeſſo & Cadmeæ: tumuli terreſtres vocantur....... .... incidit campus qui Ionius dicitur, ab Hypato porrectus monte. ¶ Quod autem Homerus de Subthebis dixit, id alii intelligunt de quodam oppidulo ſic appellato, quidam de Potniis. Thebas enim deſertas fuiſſe ob Epigonorum expeditionem, itaque non fuiſſe in ſocietate Troiani belli. Alii interfuiſſe Thebanos ei bello ajunt, ſed tunc in planis habitaſſe locis infra Cadmeam, cùm poſt Epigonorum impreſſionem non valerent eam reficere: & quia Cadmeæ nomen eſt Thebæ, C Thebanos qui tunc erant ſub Thebas dixiſſe Homerum, pro eo quod erat ſub Cadmea habitantes. ¶ Oncheſtus eſt, ubi Amphictyonum cœtus ſolet convenire, in Haliartia regione ad Copaidem paludem & Tenericum campum, in ſublimi ſita urbs loco, arboribus nudato: habetque templum Neptuni ipſum quoque nudum. Poëtæ tamen ornandi gratia omnia templa lucos appellant: etiam arboribus carentia.

1. ἐνταῦθα Μαρδόνιον) quem Xerxes fugiens in Græcia reliquerat. Herod. Diod. Juſti. alii. *Caſaub.*

2. ἱδρύσαντό τε Ἐλευθερίου Διὸς ἱερὸν) Meminêre hujus multi: Extat de eo Simonidis elegans epigramma Antholog. VI. c. 18.

Τόν δέ ποθ᾽ Ἕλληνες Ῥώμῃ χερὸς, ἔργον Ἄρηος,
Εὐτόλμῳ ψυχῆς λήματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλεύθερον Ἑλλάδι κόσμον
Ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν ἐλευθερίου.

*Hoc quondam Græci robore manus, opus Martis*
*Audaci animi fiducia confiſi,*
*Perſas expellentes, liberum Græciæ ornatum,*
*Ædificarunt Jovi altare liberali.* Idem.

3. Μνασάλκης) An hic eſt, cujus extant hodiéque aliquot epigrammata cum aliis Græcanicis? Antè Μνασαλκέος, deeſſe aliquid manifeſtum eſt. *Idem.*

4. Γλίσαντα δὲ λέγει) Herodotus Calliope (IX. c. 42.) Gliſantis meminit, atque inter eam & Tanagram fluere Thermodontem fluvium. *Idem.*

5. ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει) Pauſanias Lib. IX. cap. 19. Ὑπὲρ δὲ Γλισάντος, ἔστιν ὄρος Ὕπατος καλούμενον, ἐπὶ δὲ αὐτῷ Διὸς Ὑπάτου ναὸς καὶ ἄγαλμα. i. e. *Supra Gliſantem mons eſt, cui nomen Supremo.* Hypaton ipſi nominant *& in eo ſupremi Jovis eſt templum*

D *cum ſigno.* Idem.

6 *Teumeſſo.*) Ut ſupra, & Stephanus. Temiſſum enim nullum novi. infra de Tarna in Homero non legitur τέκτονος, ſed μῆνος, quod magis quadrat ad oſtendendum ubi fuerit Tarne. nolui tamen mutare in Græco. *Xyland.*

7. τὸ δ᾽ οὕτω ῥηθὲν) Plura leges apud poëtæ interpretes. *Caſaub.*

8. ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνή.) Euſtathius hunc locum citans explicat quid ſit τὸ Ἀμφικτυονικὸν hac quaſi definitione, σύνταγμά τι ἦν πλήθους ἐκδικοῦν τὰ ἱερά. *Idem.*

9. ἔχων Ποσειδῶνος ἱερὸν) Teſtatur & Pindarus, Iſthmionicarum ode IV. pag. 454 Ed. Steph. 1599. ὁ κινητὴρ δὲ γᾶς Ὀγχηστὸν οἰκέων. *Idem.*

10. καὶ αὐτὸ ψιλόν.) Hæc addit quia dixit Hom. de Oncheſto, Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος. quo in loco ἄλσος accipiendum ait eſſe ποιητικῶς, pro loco Deo ſacro, quamvis ψιλῷ. At Pauſanias propriam vocis ἄλσος ſignificationem retinet: & ait ſua quoque memoria fuiſſe illud ἄλσος cujus Homerus meminit. Vide Pindari ſcholia ad illum locum Olymp. odæ. III. pag. 31. Ed. Steph. 1599. ἄλσει σκιαρόντε φύτευμα. *Idem.*

Tale eſt illud Pindari de Apolline dictum:

*Motus obivit terram & mare,*
*Montiumque ſpeculis ingentibus inſtitit,*
*Atque antra luſtravit, lucorum fundamenta jaciens.*

Malè Alcæus, qui ſicut paulò antè diximus, Cuarii amnis nomen cùm mutaviſſet, etiam de Onchesto mentitus eſt, in extremis eum ponens Heliconis partibus: cum ſatis magno abſit ab hoc monte ſpacio. ¶ Tenerico campo nomen eſt à Tenero, quem fabulæ Apollinis è Melia filium, oraculo ejus quod in Ptoo monte eſt præeſſe vatem perhibent: cui monti idem poëta tres vertices adſcribit:

*Olim tricipitem Ptoi obtinuit ſpecum:*

Tenerumque vocat, editum vatem cognominem ſolo. Ptoum ſuper Tenericum campum & Copaidem paludem ponè Acræphium eſt ſitum: & mons & oraculum Thebanorum fuit. Acræphium ipſum quoque in ſublimi jacet loco. Hoc Arnam vocatum ajunt à poëta, imitatione Theſſalicæ. ¶ Sunt qui & Arnam & Mideiam à lacu abſorptam dicant. Zenodotus autem ſcribens,

*Et qui viniferi ſecundam palmitis Aſcram:*

videtur non legiſſe quæ de ſua patria ſcripſit Heſiodus, & quæ etiam multo deteriora de Aſcra tradidit Eudoxus: quî enim crediſſet eam vitiferam ab Homero dictam fuiſſe? Non rectè etiam qui Tarnam pro Arna reponunt: cum in Bœotia nulla Tarne uſquam oſtendatur, ſit autem in Lydia: cujus etiam Homerus meminit.

*Idomeneus Phæſtum proſtravit Mæone natum*
*Boro, pingue ſolum Tarnæ qui liquerat amplæ.*

Reliquæ ſunt ex urbibus paludem circumjacentibus Alalcomenæ, & Tilphoſium: de cæteris Chæronea, Lebadia, Leuctra,

A τοιοῦτον ἐστὶ καὶ τὸ τοῦ Πινδάρου περὶ τοῦ Ἀπόλλωνος λεγόμενον·

Κινηθεὶς ἐπῆλθε γῆν τε καὶ θάλασσαν,
Καὶ σκοπιαῖσι μεγάλαις ὀρέων ὕπερ ἔστα,
Καὶ μυχοὺς * δινάσατο βαλλόμενος κρηπῖδας ἀλσέων. * Suſpecta vox.

A ajunt Thebas Phthiotidis ab antiqua Pharſalo. In hac regione etiam Thetidis ſacellum eſt Pharſalo & novæ & veteri propinquum: & ex hoc Thetidio conjiciunt eam partem fuiſſe Achilleæ ditionis. Qui urbem intelligunt, de his Pharſalii LX. ſtadiis à ſua urbe rudera monſtrant diruti oppidi, quod Helladem fuiſſe putent: propèque fontes duos, Meſſeidem atque Hypereiam. Melitæenſes verò circiter x. à ſua urbe ſtadiis fuiſſe Helladem urbem autumant trans Enipeum, quo tempore ipſorum urbs Pyrrhæ nomen geſſerit: atque Hellenes, ſive B Græcos ex Hellade humili loco ſita in ipſorum urbem commigraſſe: teſtari hoc ſepulchrum Hellenis, Deucalionis & Pyrrhæ F. quod in ipſorum eſt foro: nam Deucalion Phthiotidi, & ſimpliciter Theſſaliæ imperaſſe dicitur. Enipeus autem ab Erythra Pharſalum præterlabens in Apidanum, atque hic in Peneum influit. Hæc de Hellenibus. Phthii porro vocantur & qui ſub Achille, & qui ſub Proteſilao, & qui ſub Philoctetа erant: idque teſtatum facit Homerus. Nam cùm in recenſione eorum, qui Achilli parebant, poſuiſſet eos, qui Phthiam habitarent: in pugna apud naves eos cum Achille manentes in navibus & à pugna vacantes facit: pugnantes verò alios, qui Philoctetæ ſuberant, & quos prius Proteſilaus, deinde Podarces ducebat. De quibus communiter ſic loquitur,

*Illic Bœotique, & Jaones obtruncati,*
*Locrique, Phthiique & gens illuſtris Epejûm.*

Peculiariter autem.

*Pro Phthiiſque Medon, acer belloque Podarces.*
*Stabant, & ſævos arcebant navibus hoſtes.*

1. καὶ τὸ Θετίδιον ἐστὶ πλησίον τῶν Φαρσάλων) Xylander putat Thetidium ſacellum Thetidis ſignificare: non ſanè ineptè. Nam ea forma Ἀρτεμίσιον Dianæ eſt fanum & alia multa. Fallitur tamen hoc loco. Thetidium enim oppidi nomen eſt, ut apparet ex hac Andromachæ deſcriptione apud Euripidem, in Argumento ℣. 16.

Φθίας δὲ τῆσδε, καὶ πόλεως Φαρσαλίας,
Σύγχορτα ναίω πεδί', ἵν' ἡ θαλασσία
Πηλεῖ ξυνῴκει χωρὶς ἀνθρώπων Θέτις
Φεύγουσ' ὅμιλον· Θεσσαλὸς δέ νιν λεὼς
Θετίδειον αὐδᾷ, θεᾶς χάριν νυμφευμάτων.
*Hujus vero Phthiæ & urbis Pharſaliæ*
*Vicinos campos habito, ubi marina*
*Thetis habitavit cum Peleo ſeparatim, hominum*
*Fugiens frequentiam. Theſſalius vero populus hunc locum*
*Vocat Thetidæum, propter nuptias deæ.*

D Polybius libro XVII. de Philippi & Flaminii caſtris loquens: Φίλιππος μὲν ἐπὶ τὸ Μελάμβιον προσαγορευόμενον τῆς Σκοτουσαίας, Τίτος δὲ ἐπὶ τὸ Θετίδιον τῆς Φαρσαλίας. *Caſaub.*

2. Μελιταιεῖς δ') Stephanus Μελιτταία. *Idem.*

3. τοῦ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλ.) Negat Stephanus voce Ἑλλάς. *Idem.*

4. ὁ δ' Ἐνιπεὺς ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς) Quid eſt Erythra? non enim opinor mare rubrum intelligit. Quid dicam de interpretibus qui tam negligenter in eo auctore quem vertebant, ſunt verſati, ut cum poſſent ex ipſo locum emendare, videre id non quiverunt? Tu lege ἀπὸ τῆς Ὄθρυος ex libro VIII. p. 356. ut Euſtathium omittam. Livius lib. XLIV. c. 8. *Enipeum* ait *fluere ex valle Olympi montis.* Sed lego ibi quoque *Othryis* non *Olympi.* Nam Olympus Theſſaliæ eſt πρὸς ἄρκτον, Othrys πρὸς νότον. Auctor Herodotus VII. c. 129. *Idem.*

1. νῦν

Fortaſſis etiam qui cum Eurypylo fuerunt, Phthii dicti ſunt, horum contermini. Nunc quidem Magneſiæ, Eurypylo ſubditæ, adſcribunt quæ circa Ormenium ſunt, & Phyloctetæ ditionem omnem. Achillis autem Phthiam à Dolopia & campo uſque ad mare Magneticum. Sed uſque ad urbem Proteſilao parentem Antronem, quæ nunc plurali numero effertur. De Alo autem & Alopa dubitatur, ne fortaſſe non ea loca nominet poëta, quæ nunc in Phthiotica ditione cenſentur; ſed in Locris ſita: eò ſcilicet uſque Achillis ditione ſe extendente, ut & uſque ad Trachinem & Oetæam regionem. Nam in Locrenſi ora maritima ut Alope, ita etiam Alos ſunt & Aliûs, quæ nonnulli adſpirant. Sunt qui Haliuntem pro Alopa ſubſtituunt, & ſic legunt.

*Quique Alon, atque Haliunta, & qui Trachina colebant.*

Alos verò Phthiotidis jacet ad finem Othryos montis, qui verſus ſeptentriones imminet Phthiotidi, conterminus monti Tymphreſto ac Dolopibus, atque inde ad vicina Maliaco ſinui loca protenditur. Diſtat Alos, (urbs utroque genere effertur) ab Itono circiter LX. ſtadia: condidit Athamas, ſuper campum Crocium, alluente mœnia Amphryſſo amne. Sub Crocio Thebæ ſunt Phthiotides: & ipſa regio dicitur Phthiotis, & Achaica Malienſes attingens, & Othryos montis radices. Sicut autem Phylace, quæ Proteſilaum dominum habuit, Phthiotidis eſt, Malienſibus vicinæ: ſic etiam Alos: diſtat à Thebis circiter c. ſtadia, in medio ſita Pharſali & Phthiotarum: quibus eam ademptam Philippus Pharſaliis attribuit. Supra monuimus, ſolere hoc modo fines & conſtitutiones gentium locorumque mutari. Sophocles etiam Trachiniam dixit Phthiotidem.

A Τάχα δὲ, καὶ οἱ σὺν Εὐρυπύλῳ, Φθῖοι ἐλέγοντο, ὅμοροι τούτοις ὄντες. [1] νυῦ μέντοι Μαγνησίας νομίζουσι τῆς ὑπ' Εὐρυπύλῳ τὰ περὶ Ορμένιον, καὶ τὴν ὑπὸ Φιλοκτήτου πᾶσαν· τὴν δ' ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ τῆς Φθίας ἀπὸ Δολοπίας καὶ τοῦ πεδίου, μέχρι τῆς Μαγνητικῆς θαλάττης· μέχρι δὲ τῆς ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ πόλεως Ἀντρῶνος ἡ νυῦ πληθυντικῶς λέγεται· [2] περὶ Ἄλου δὲ, καὶ Ἀλόπης, διαπορoῦσι μὴ οὐ τούτους λέγει τοὺς τόπους, οἱ νυῦ ἐν τῷ Φθιωτικῷ τέλει φέρονται, ἀλλὰ τοὺς ἐν Λοκροῖς· μέχρι δεῦρο ἐπικρατοῦντος Ἀχιλλέως· ὥσπερ καὶ μέχρι Τραχῖνος καὶ τῆς Οἰταίας. Ἔστι γὰρ καὶ Ἄλος καὶ

B Ἁλιοῦς ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Λοκρῶν, καθάπερ καὶ Ἀλόπη· οἱ δὲ, τὸν Ἁλιοῦντα ἀντὶ Ἀλόπης τιθέασιν, καὶ γράφουσιν οὕτως.

Οἵ θ' Ἅλον, οἵ θ' Ἁλιοῦνθ', οἵ τε Τραχῖν' ἐνέμοντο.

Ὁ δὲ Φθιωτικὸς Ἅλος ὑπὸ τῷ πέρατι κεῖται p. 433. τῆς Ὄθρυος ὄρους πρὸς ἄρκτον κειμένου τῇ Φθιώτιδι, ὁμόρου δὲ τῷ * [3] Τυμφρηστῷ τῷ ὄρει, καὶ τοῖς Δόλοψιν, ἐκεῖθεν δὲ παρατείνοντος *Scripti, Τεφρηστῷ. εἰς τὰ πλησίον τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου· [4] ἀπέχει δ' Ἰτώνου περὶ ἑξήκοντα σταδίους ὁ Ἅλος, ἢ ἡ Ἅλος· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως· ᾤκισε δὲ ὁ

C Ἀθάμας * τὴν Ἅλον· ὑπέρκειται δὲ τοῦ Κροκίου πεδίου· ῥεῖ δὲ [5] ποταμὸς Ἄμφρυσος πρὸς τῷ τείχει. [6] Ὑπὸ δὲ τῷ Κροκίῳ Θῆβαι εἰσὶν αἱ Φθιώτιδες, καὶ ἡ χώρα δὲ, Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαϊκὴ, συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσιν, ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος * πρόποδες. Καθάπερ δὲ ἡ Φυλάκη ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ τῆς Φθιώτιδός ἐστι τῆς προσχώρου τοῖς Μαλιεῦσιν, οὕτω καὶ ἡ Ἅλος· διέχει δὲ Θηβῶν περὶ ἑκατὸν σταδίους· ἐν μέσῳ δ' ἐστὶ Φαρσάλου, καὶ * Φθιωτῶν. Φίλιππος μέντοι Φαρσαλίοις προσένειμεν, ἀφελόμενος τῶν * Φθιωτῶν· οὕτω δὲ συμβαίνει τοὺς ὅρους καὶ τὰς συντάξεις τῶν τε ἐθνῶν καὶ τῶν τόπων ἀλλάττεσθαι ἀεὶ, καθάπερ εἴπομεν·

D οὕτω καὶ Σοφοκλῆς τὴν Τραχινίαν Φθιῶτιν εἴρηκεν.

*Manuſſ. τὴν Ἄλον ἀφανισθεῖσαν τοῖς χρόνοις ὕστερον.

*Scripti πρότερον . . . . . . . ὥσπερ δὲ ἡ Φ. ἡ ὑπὸ.

*Scripti, q. Θηβῶν.

*Scripti, q. Θηβαίων.

1. νῦν μέντοι) Senſûs eſt. Magneſiæ nunc attribui de ditione quam Eurypylo tribuit Homerus, Ormenium, totamque eam quæ Philoctetæ paruit: Xylander aliter, & malè; dum non attendit ad Homeri verba. *Caſaub.*

2. περὶ Ἄλου δὲ) De Alo vide notata in Epitome Stephani. ubi omnia diligenter explicantur: vide & in voce Ἀλόπη. *Idem.*

3. Τυμφρηστῷ τῷ ὄρει καὶ τοῖς Δόλοψι) Tymphreſtus mons Theſſaliæ, Dolopibus quibus imperavit Phœnix vicinus. Ideo Lycophron doctiſſimus poëta de Phœnice in patriam redeunte, Illum, inquit, terra ℣. 420.

Κρύψει πρινὴ Τυμφρηστὸν αὐγάσαι λέπας.

*Abſcondet antequam Tymphreſtum ſpectaverit collem.* Idem.

4. ἀπέχει δ' Ἰτώνου) Scribe Ιτωνος, ex Hom. qui Ιτωνα vocat, & ita citans hunc locum legit Steph. *Idem.*

5. ποταμὸς Ἄμφρυσσος) Vibius Sequeſter, *Amphryſus Theſſaliæ ubi Apollo Admeti regis pecus fertur paviſſe.* Idem.

6. ὑπὸ δὲ τῷ Κροκίῳ Θῆβαι εἰσὶν αἱ Φθιώτιδες, καὶ ἡ χώρα δὲ, Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαϊκὴ, συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσιν, ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος πρόποδες) Verba hæc à Voſſio ex Plethonis Theſſaliæ deſcriptione emendata tranſcribere libet: ὑπὸ δὲ τῷ Κροκίῳ Θῆβαι εἰσὶν αἱ Φθιώτιδες. Καὶ ἡ Ἅλος δὲ Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαϊκὴ συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσι, ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὄθρυος πρόποδες. Berkel. In Stephan. p. 104. num. 34.

1 Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν Ἅλον ἐν τῇ παραλίᾳ τίθησιν, A ἔξω μὲν τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου κειμένην, Φθιῶτιν δέ· προϊὼν γὰρ ἐνθένδε ὡς ἐπὶ τὸν Πηνειὸν μετὰ τὸν Ἀντρῶνα τίθησι Πτελεόν, εἶτα τὴν Ἅλον ἀπὸ τοῦ Πτελεοῦ διέχουσαν ἑκατὸν καὶ δέκα σταδίους. Περὶ δὲ Τραχῖνος εἴρηται ὁποία τις, καὶ ὁ ποιητὴς κατονομάζει· τοῦ δὲ Σπερχειοῦ μεμνημένος πολλάκις ὡς ἐπιχωρίου ποταμοῦ τὰς πηγὰς ἔχοντος ἐκ Τυμφρηστοῦ, ἐκδιδόντος δὲ πλησίον Θερμοπυλῶν, μεταξὺ αὐτῆς καὶ Λαμίας δηλοῖ, ὅτι καὶ τὰ ἐντὸς πυλῶν ὅσα τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου, καὶ τὰ ἐκτὸς ὑπ' ἐκείνῳ ἦν. 3 Ἀπέχει δὲ Λαμίας ὁ Σπερχειὸς περὶ τριάκοντα σταδίους, 4 ὑπερκειμένοις πεδίου τινὸς καθήκοντος ἐπὶ τὸν Μαλιακὸν κόλπον. B Ὅτι δ' ὁ 5 Σπερχειὸς ἐπιχώριος, 6 ἔκ τε τοῦ τρέφειν ἐκείνῳ τὴν κόμην φάσκειν, καὶ τοῦ τὸν Μενέσθιον ἕνα τῶν λοχαγῶν αὐτοῦ, Σπερχειοῦ λέγεσθαι * παῖδα, καὶ τῆς ἀδελφῆς τῆς Ἀχιλλέως. Μυρμιδόνας δ' εἰκὸς καλεῖσθαι πάντας τοὺς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ καὶ τῷ Πατρόκλῳ, οἱ συνηκολούθησαν 7 ἐξ Αἰγίνης φεύγοντι τῷ Πηλεῖ. Ἀχαιοὶ δ' ἐκαλοῦντο οἱ Φθιῶται πάντες· διαριθμοῦνται δὲ τὰς ὑπὸ τῷ Φθιωτικῷ τέλει τῷ ὑπ' Ἀχιλλεῖ κατοικίας, Μαλιέων ἀρξάμενοι πλείους μέν· ἐν δ' αὐταῖς 8 Θήβας τὰς Φθιώτιδας, * 9 Ἐχῖνον, Λαμίαν, 10 περὶ ἣν ὁ Λαμιακὸς συνέστη πόλεμος Μακεδόσι καὶ Ἀντιπάτρῳ πρὸς Ἀθηναίους. C

* Scripti, παιδίον.

* Manuſſ. & prior interpres ἔχει Ἐχίναν.

A Artemidorus Alon in ora maritima collocat extra Maliacum ſinum quidem, tamen in Phthiotide. Inde enim progrediens verſus Peneum, poſt Antronem ponit Pteleum, deinde Alon à Pteleo diſtantem cx. ſtadia. De Trachine dictum eſt qualis ſit: & Homerus nominat. Idem cùm ſæpenumero Sperchei mentionem faciat, ut Theſſalici fluminis, è Tymphreſto orientis & prope Thermopylas in mare excurrentis, inter Thrachinem & Lamiam: oſtendit etiam quæ intra Pylas ad Maliacum ſinum pertinebant, & quæ extra erant, Achilli paruiſſe. Spercheius xxx. ſtadiis abeſt à Lamia, ſita ſuper planicie quadam ad Maliacum ſinum pertinente. B Quod autem Spercheius Theſſaliæ fuerit fluvius, vel ex eo liquet, quòd comam ei Achilles ſe aluiſſe dicit: & quod Meneſthius unus è centurionibus ejus Spercheii dicitur filius ex Achillis ſorore. Myrmidones porrò vocari conſentaneum eſt omnes, qui ſub Achille & Patroclo erant, qui in exſilium ex Ægina proficiſcentem Peleum erant ſecuti. Achæi vocabantur Phthiotæ univerſi. Enumerant porrò oppida Phthioticæ ditionis Achilli ſubditæ, à Malienſibus orſi plura ſanè: ſed in his etiam Thebas Phthiotides Echinum, Lamiam (ad quam urbem Macedonibus & Antipatro bellum cum Athenienſibus commiſſum fuit Lamiacum, C

1. Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν Ἅλον ἐν τῇ παραλίᾳ τίθησι. *Artemidorus Alon in ora maritima collocat.*) Hæc, quæ ab Herodoto lib. 7. Ἄλλος vocatur, & in Achaja ponitur navium & excenſionis capax. Duplex igitur *Halus* ſeu *Hallus*, vel forte una ex his *Halus*, altera *Hallus* per duplex λ ad differentiam ſcribebatur, unde forte Plinius emendandus lib. 4. cap. 7. qui in Phthiotide ſic habet: *oppida celebria Hellas Halos*. At male, jam enim à multo ſeculorum numero deſierat eſſe Hellas urbs, & Plinius de oppidis, quæ non amplius extant, numquam loquitur in præſenti, ſed ſemper ait, *interiit* vel *fuit*: ergo legatur apud eum loco dicto *oppida celebria Hallos*, *Halos*, quod quidam non concoquens mutavit in *Hellas*. *Palmer.*

2. *Inter Trachinem.*) Μεταξὺ αὐτῆς pro αὐτοῦ ſcripſi, & ad Trachinem retuli. ſitus quidem congruit, & ὑπ' ἐκείνῳ de Achille accepi. Hæ ſunt conjecturæ de locis non integris, nam Θερμοπύλου quidem facile fuit mutare, & rectè legitur apud Euſtathium. Infrà μελίταιαν ſcripſi, quia ſupra μελιταιεῖς fuerunt nominati, & ſic Stephanus habet. Hoc ſemel dictum volo atque intellectum: quoties non cohærebat oratio, aut divinare pigebat, me aſteriſcum verſioni adjunxiſſe. *Xyland.*

3. Ἀπέχει δὲ Λαμίας ὁ Σπερχειὸς περὶ τριάκοντα σταδίους * ὑπερκειμένοις πεδίου τινός. *Sperchejus* xxx. *ſtadiis abeſt à Lamia, ſita ſuper planicie quadam.*) Aſteriſco notatur vox ὑπερκειμένοις, & jure. Vult legi doctus commentator ὑπερκείμενος vel ὑπερκειμένου, quæ emendatio non mihi probatur, nam ὑπερκείμενος referretur ad Σπερχειός: at fluvii non dicuntur ὑπερκεῖσθαι τῶν πεδίων, ſunt enim ſuis ripis depreſſiores in ſuo fluxu ordinario: ὑπερκειμένου etiam non arridet, nam πεδίον ſeu planities raro dicitur ὑπερκεῖσθαι. Sed procul dubio legendum ὑπερκειμένης, & ad vocem Λαμίας referri debet, quæ fuit in edito, & ſupereminebat planitiei, quæ ad Maliacum uſque ſinum pertinebat. Unicus T. Livius ſufficiet ad rem demonſtrandam, is eſt libri xxxv. 25. *eodem tempore quo Romani Heracleam, Philippus Lamiam ex compoſito oppugnabat inde diverſi ad duas ſimul oppugnandas urbes profecti. Interſunt ſeptem milia ferme paſſuum, & quia Lamia cum poſita eſt in tumulo, tum regionem ea maxime deſpectat oppidum, qua breve intervallum videtur, & omnia in conſpectu ſunt.* Ex hoc loco patet optime dici de Lamia ὑπερκεῖσθαι πεδίου: error fluxit ex Iotaciſmo, nam ὑπερκειμένοις & ὑπερκειμένης idem ſonat in ore τῶν ἰωτακιζόντων. *Palmer.*

4. ὑπερκειμένης) Aldus ὑπερκειμένης. Alii ὑπερκειμένους. Lego ὑπερκείμενος vel ὑπερκειμένου. *Caſaub.*

5. Σπερχειὸς) Statius Achilleid. II. ℣. 42. *Et tenuis Sperchios aquis* ubi Placidus Lutatius. *Sperchius fluvius, cui ſuas comas Achilles devoverat ſi rediſſet. Pa-* D *ter autem narciſſi fuit Sperchius.*

6. ἔκ τε τοῦ τρέφειν ἐκείνῳ) Mos hic fuit veterum, ut comam amnibus tonderent, vel ut θρέπτα rependerent, vel luctus cauſa. Æſchylus,

---πλόκαμον Ἰνάχῳ θρεπτήριον,
τὸν δεύτερον δὲ τόνδε πενθητήριον.

quem morem Pauſanias eſſe antiquiſſimum docet in Lib. VIII. c. 41. *Idem.* Maxime vero Lib. I. c. 37. & Petr. Victorius Var. Lect. VI. 22. De lugentibus vide Kirchman. de Funeribus Romanor. II. 13.

7. ἐξ Αἰγίνης) Æginetæ enim Myrmidones ſunt appellati, lib. VIII. p. 375. *Idem.*

8. Θήβας τὰς Φθιώτιδας) Ptolem. inter maritima Phthiotidos, refert Thebas Φθιώτιδος. *Idem.*

9. Ἐχῖνον) Idem Echinum ibidem recenſet. At Lamia illi eſt in mediterraneis Phthiotidis. *Idem.*

10. περὶ ἣν ὁ Λαμιακὸς συνέστη π.) Hiſtoria extat apud Diodorum Siculum lib. XVIII. p. 596. Tom. II. ed. 1604. Leoſtheni occiſo ſucceſſit Antiphilus. *Idem.*

I. Ko-

in quo cecidit Leoſthenes, Athenienſium dux, Alexandri regis ſocius) Erineum, Coroneam ejuſdem cum Bœotica nominis, Melitæam, Thaumacum, Proernam, Pharſalum, Eretriam Euboicæ cognominem, Paracheloitas itidem Ætolicis cognomines: nam hic quoque fluvius eſt Achelous prope Lamiam, juxta quem habitant Paracheloitæ. Hæc regio verſus ſeptentrionem porrecta fuit, Æſculapii poſterorum, maximè occiduorum, atque Eurypyli & Proteſilai adverſus orientem Solem inclinantibus ....... verſus meridiem autem Oetææ, in XIV. pagos ſive curias diviſa: Heracleamque & Dryopidem: hæc olim fuit tetrapolis, ſicut & Doris eſt: & Dryopum, qui in Peloponenſo ſunt, mater æſtimatur. Ad regionem Oetæam etiam Acyphas pertinet, & Paraſopias, & Oeneiadæ, & Anticirrha, idem habens cum ea nomen, quæ eſt in Locris occiduis. Nomino autem has portiones, non quaſi eæ ſemper eædem conſtiterint: cùm quidem varias ſint perpeſſæ mutationes: ſed tamen nobiliſſimæ, memoratu maximè ſunt dignæ. Jam Dolopes ipſe Homerus ſatis indicat in extremo Phthiæ incoluiſſe, & ſub eodem principe fuiſſe Peleo cùm Phthiotis: nam Phœnix ait in extremitate Phthiæ habitaſſe ſe, ac dono Pelei imperaſſe Dolopibus: regio vicina eſt Pindo & circumjacentibus locis, quorum maximam partem Theſſalia ſibi vindicat. Quippe gloria & potentia Theſſalorum atque Macedonum effecit, ut his vicini, maximè in continente ſiti, vel ultro vel inviti etiam ſe partem Theſſalorum aut Macedonum facerent: ſicut Athamanes, Aethices, & Talares Theſſalorum: Oreſtæ, Pelagones, & Elimiotæ Macedonum. Pindus verò mons eſt magnus, cui verſus ſeptentrionem Macedones adjacent, verſus occaſum Perrhæbi homines inquilini, ad meridiem Dolopes, ipſe quidem Theſſaliæ eſt.

A ἐν ᾧ Λεωσθένης ἔπεσε τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως ἑταῖρος. Ἐρινεὸν πρὸς τούτοις, [1] Κορώνειαν, ὁμώνυμον τῇ Βοιωτικῇ, [2] Μελίταιαν, [3] Θαυμακοὺς, [4] Πρόερναν, [5] Φάρσαλον, [6] Ἐρέτριαν ὁμώνυμον τῇ Εὐβοϊκῇ, Παραχελωΐτας· καὶ τούτους ὁμωνύμους τοῖς Αἰτωλικοῖς· καὶ γὰρ [7] ἐνταῦθά ἐστιν Ἀχελῷος ποταμὸς πλησίον Λαμίας, παρ' ὃν οἰκοῦσιν οἱ Παραχελωΐται. Παρέτεινε δ' ἡ χώρα αὕτη πρὸς ἄρκτον μὲν, τῇ τῶν Ἀσκληπιάδων, καὶ μάλιστα προσεσπερίων, καὶ τῆς Εὐρυπύλου καὶ Πρωτεσιλάου ταῖς πρὸς ἕω κεκλιμέναις ..... πρὸς νότον δὲ τῇ Οἰ- B ταίᾳ, εἰς τεσσαρεσκαίδεκα δήμους διῃρημένη, Ἡράκλειάν τε καὶ Δρυοπίδα, τετράπολιν γεγονυῖαν ποτὲ καθάπερ καὶ τὴν Δωρίδα, μητρόπολιν δὲ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Δρυόπων νομιζομένην. Τῆς δ' Οἰταίας, καὶ ὁ Ἀκύφας ἐστὶ, καὶ Παρασωπιὰς καὶ Οἰνειάδαι, καὶ Ἀντίκιῤῥα ὁμώνυμος τῇ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἑσπερίοις. Λέγω δὲ τὰς διατάξεις ταύτας οὐκ ἀεὶ μεμενηκυίας τὰς αὐτὰς, ἀλλὰ ποικίλως μεταβεβλημένας· αἱ δ' ἐπισημότατοι μάλιστα, ἄξιαι μνήμης εἰσί. Τοὺς δὲ Δόλοπας φράζει καὶ ὁ ποιητὴς ἱκανῶς, ὅτι ἐπὶ ταῖς ἐσχατιαῖς εἰσὶ τῆς Φθίας, καὶ ὅτι ὑπὸ τῷ C * αὐτῷ ἡγεμόνι ἦσαν τῷ Πηλεῖ, οὗτοί τε καὶ οἱ Φθιῶται· ἔναιον γὰρ (φησὶν) ἐσχατιὴν Φθίης· καὶ τὴν Φοίνιξ Δολόπεσσιν ἀνάσσων δόντος τοῦ Πηλέως· Γειτνιᾷ δὲ τῇ Πίνδῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὴν χωρίοις, Θετταλικοῖς οὖσι τοῖς πλείστοις. Διά γάρ τε τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἐπικράτειαν τῶν Θετταλῶν, καὶ τῶν Μακεδόνων, οἱ πλησιάζοντες αὐτοῖς μάλιστα τῶν Ἠπειρωτῶν, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δ' ἄκοντες, μέρη καθίσταντο * Θετταλῶν ἢ καὶ Μακεδόνων· καθάπερ Ἀθαμᾶνες, καὶ Αἴθικες, [8] καὶ Τάλαρες Θετταλῶν. Ὀρέσται δὲ, καὶ Πελαγόνες καὶ Ἐλιμιῶται Μακεδόνων. Ἡ δὲ Πίν- D δος ὄρος μέγα, πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν * Μακεδονίαν, πρὸς ἑσπέραν δὲ Περῥαιβοὺς μετανάστας ἀνθρώπους ἔχουσα, πρὸς δὲ μεσημβρίαν Δόλοπας· αὕτη δ' ἐστὶ τῆς Θετταλίας·

p. 434.

* Scripti αὐτῶν.

Iliad. ι. 480.

* Scripti Θετταλοῖς καὶ Μακεδόσι.

* Scripti, Μακεδόνων.

1. Κορώνειαν) Eſt in mediterraneis. Ptol. Vide Stephan. *Caſaub.*

2. Μελίταιαν) Μελίτειαν alii habent: apud Diodorum Μελιτία. *Idem.*

3. Θαυμακοὺς) Livius lib. XXXII. c. 4. *Thaumaci à Pylis ſinuque Maliaco per Lamiam eunti, loco alto ſiti ſunt; ipſis faucibus imminentes, quam Cœlen vocant: Theſſaliæque tranſeunti confragoſa loca implicataſque flexibus vallium vias, ubi ventum ad hanc urbem eſt, repente velut maris vaſti, ſic immenſa panditur planities, ut ſubjectos campos terminare oculis haud facile [illegible]b eo miraculo Thaumaci appellati.* Idem.

4. Πρόερναν) Stephano eſt Πρόαρνα. Livio *proërna* lib. XXXVI. c. 14. *Idem.*

5. Φάρσαλον) Nobilis Pompeji clade locus. *Idem.*

6. Ερέτριαν) Ptolemæus plurali numero effert Ἐρετρίαι. *Idem.*

7. ἐνταῦθά ἐστιν Ἀχελῷος.) Alius eſt Achelous hic ab eo, qui Acarnaniam ab Ætolia dirimit, ut notatur lib. ſeq. *Idem.*

8. καὶ Τάλαρες) Libro ſeptimo p. 326. cum Athamanibus & Æthicibus junxit Tymphæos. *Talarenſes* quidem habet Plinius, & Stephanus *Talarinos*, ſed in Sicilia collocant. *Idem.*

1. ἐπ

[1] ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ Πίνδῳ ᾤκουν Τάλαρες, Μολοττικὸν φῦλον, τῶν περὶ τὸν [2] Ἴσμαρον ἀπόσπασμα. καὶ Αἴθικες, πρὸς οὓς ἐξελαθῆναι φησὶν ὑπὸ Πειρίθου τοὺς Κενταύρους ὁ ποιητής· ἐκλελοιπέναι δὲ νῦν ἱστοροῦνται. Τὴν δ' ἔκλειψιν διττῶς ἀκουστέον· ἢ γὰρ ἀφανισθέντων τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς χώρας τελέως ἠρημωμένης, ἢ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐθνικοῦ μηκέτι ὄντος, μηδὲ συστήματος διαμένοντος τοιούτου. Ὅταν οὖν ἄσημον τελέως ᾖ τὸ λειπόμενον νυνὶ σύστημα, οὐκ ἄξιον μνήμης τίθεμεν, οὔτ' αὐτὸ, οὔτε τοὔνομα [3] τὸ μεταληφθέν· ὅταν δ' ἔχῃ τοῦ μεμνῆσθαι δικαίαν πρόφασιν, λέγειν ἀναγκαῖον τὴν μεταβολήν. Λοιπὸν δ' εἰπεῖν τῆς παραλίας τὴν τάξιν τῆς B ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ, ἀπὸ Θερμοπυλῶν ἀρξαμένους· τὴν γὰρ Λοκρικὴν καὶ τὰς ἄλλας εἰρήκαμεν. Αἱ τοίνυν Θερμοπύλαι, τοῦ μὲν * Κηναίου διεστήκασιν [4] ἑβδομήκοντα σταδίων πορθμῷ. [5] Παραπλέοντι δ' ἔξω Πυλῶν τοῦ Σπερχειοῦ ὡς σταδίους δέκα, ἔνθεν δ' εἰς Φάλαρα, εἴκοσι, [6] Φαλάρων δ' ἀπὸ θαλάσσης ὑπέρκειται * πεντήκοντα σταδίοις ἡ τῶν δεκαπέντε πόλεων, εἶθ' ἑξῆς παραπλεύσαντι σταδίοις ἑκατὸν, ὁ Ἐχῖνος ὑπέρκειται· τῆς δ' ἑξῆς παραλίας ἐν μεσογαίᾳ ἐστὶν ἡ Κρεμαστὴ Λάρισσα εἴκοσι σταδίους αὐτῆς διέχουσα· ἡ δ' αὐτὴ μὲν Πελασγία λεγομένη, καὶ Λάρισσα· εἶτα Μυόννησος νησίδιον· εἶτ' Ἄντρων· ἣν δ' ἡ αὐτὴ * ὑπὸ C Πρωτεσιλάῳ. Καταλέγει δ' ὁ ποιητὴς ἐφεξῆς τοῖς ὑπ' Ἀχιλλεῖ, τοὺς ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ καὶ ἐφεξῆς ὄντες τῇ ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ παραλίᾳ, μέχρι Ἄντρωνος. Ἡ μὲν οὖν Φυλάκη, ἐγγὺς Θηβῶν ἐστι τῶν * Φθιωτίδων,

A Ad ipſum Pindum Talares habitavere, gens Moloſſica, avulſa portio ab iis qui circa Iſmarum degunt: & Æthices, ad quos à Peirithoo ejectos fuiſſe Centauros Homerus tradit: nunc intercidiſſe ea gens dicitur. Cùm dicitur gens aliqua defeciſſe, bifariam hoc intelligi poteſt: vel quia hominibus prorſus deletis deſerta ſit regio: vel quia nomen gentis non ſuperſit, neque tale corpus perduravit. Quando igitur prorſus obſcurum eſt collegium quod noſtro tempore ſupereſt: neque ipſum nos, neque nomen quod accepit mentione dignamur, ſi memorandi juſta ſit cauſa, neceſſe eſt etiam mutationem explicari. Reſtat ut ordine maritimam oram enarremus, quæ Achillem dominum habuit, facto à Thermopylis initio: nam de Locridis ora aliiſque jam antè dictum eſt. Thermopylæ à Cenæo promontorio disjunguntur ſtadiorum LXX. freto. Inde ubi à Pylis navigaveris ad oſtia Spercheji decem ſunt ſtadia: hinc ad Phalara, XX. à Phalaris ſupra mare ſtadiis L. eſt quindecim urbium........ Inde ſi navigaveris ſtadia C, ad Echinum pervenies. Deinceps verſus oram in mediterraneis ſita eſt ad XX. ſtadia Cremaſte, id eſt penſilis, Lariſſa: quæ eadem Pelaſgia dicitur, & Lariſſa. Sequitur Myonneſus parva inſula, murum inſula: deinde Antron, quæ Proteſilaum habuit dominum. Proximè poſt Achilleos Homerus eos recenſet, qui ſub Proteſilao fuerunt, ii autem erant deinceps ſiti in ora maritima ſecundum Achillis ditionem, uſque ad Antronem. Proinde Phylace Thebis Phthioticis propinqua eſt,

p. 435.

* Ald. & Baſil. κυνείου.

* Manuſſ. πεντήκοντα ſάδιος ἡ.

* Manuſſ. ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ. Τοσαῦτα μὲν καὶ περὶ τῶν ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ. Ἡ δὲ Φυλακή.

* Scripti, Φθιώτιδος.

1. ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ Πίνδῳ ᾤκουν. Τάλαρες, Μολοττικὸν φῦλον, τῶν περὶ τὸν Ισμαρον ἀπόσπασμα i.e. *In ipſa Pindo habitabant Talares Molottica gens avulſa portio eorum, qui circa Iſmarum degunt.*) mendum eſt, quod Strabonem inquinavit, nam legendum credo, Τόμαρον vel Τμᾶρον, *Tomarum* vel *Tmarum*. De eo monte mentionem fecit Callimachus Hymno in Cererem. ℣. 51. D

*Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν*
*Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα.*
*Hanc vero quum limis ille oculis aſpexiſſet, torvius quam venatorem*
*Montibus in Tmariis virum aſpicit leæna.*

Verum quæ mutatio, ut pro *Iſmarum* Tomarum legerent, facili lapſu ab exſcripore fieri potuit. Scribebant enim antiqui Græci literis majuſculis, & eo charactere ſcripti inveniuntur optimi & antiquiores manuſcripti, ſed qui ſæpè ob antiquitatem litteras fugientes & à tineis corroſas habebant· in manuſcriptis igitur Strabonis ΤΟΜΑΡΟΣ legebatur, ſed duabus primis literis vetuſtate corroſis, & fugientibus: ſic ΙΈC: ΜΑΡΟΣ oculos exſcriptoris fefellit ſcriptura, & ex apicibus qui reſtabant ICMAPOC expreſſit, & falſus, poſteros etiam ſui erroris imitatores habuit, & eos fefellit. *Palm. Græc. Antiq. Lib.* II. *c.* 8. *p.* 329. & *cap.* 9. *p.* 338.

2. Ισμαρον) Iſmarus, mons Thraciæ. Stephan. Meminit Virgil. Ecl. VIII. ℣. 44. *Casaub.*

3. τὸ μεταληφθὲν) Imo legendum τὸ μεταλειφθέν. Si nihil mutes, interpretandum nomen quod ſumpſit ille locus, loco veteris nominis. *Idem.*

4. ἑβδομήκοντα σταδίων) Sic paulò antè à portu proximo Thermophylis dixit ad Eubœam eſſe ſtad. LXX. *Idem.*

5. Παραπλέοντι δὲ ἔξω Πυλῶν τοῦ Σπερχειοῦ ὡς σταδίους δέκα. *Inde ubi à Pylis navigaveris ad oſtia Sperchii, decem ſunt ſtadia.*) Videtur deeſſe poſt Σπερχειοῦ vox ſτόμα, vel tale quid, ni malis legere, μέχρι τοῦ Σπερχειοῦ ὡς σταδίους εἴκοσι, *Uſque ad Sperchium, circiter ſtadia viginti.* Nam ut legitur, ſententia claudicat. *Palmer.*

6. Φαλάρων δὲ ἀπὸ θαλάσσης ὑπερκεῖται πεντήκοντα ſτάδια. *A Phalaris ſupra mare ſtadiis L. eſt.*) Non ſine cauſa aſteriſco notatur hic locus: excidit enim nomen urbis, quæ ὑπερκεῖσθαι dicitur Φαλάρων. Ea fuit, ni fallor, Lamia, ut ex Livio lib. XXXVI. c. 36. conjicio. Erat enim Lamiæ veluti ἐπίγειον Φάλαρα, & qui Lamiam ire volebant per mare, Phalaris excenſionem faciebant, ut apud Livium dicto loco Nicander Ætolus, qui pecuniam ab Antiocho Lamiam detulit, dum eam Philippus obſidebat, ad Phalara appulerat. *Idem.*

1. καὶ

quæ & ipſæ ſuberant Proteſilao: ut A Alos quoque, & Lariſſa Cremaſte, & Demetrium, verſus ortum ab Othry. *Demeter Græcis eſt Ceres.* Itaque Demetrium Cereris vocavit fanum, & appellavit Pyraſum: fuit Pyraſus urbs commodo portu prædita, à duobus ſtadiis habens lucum Cereri ſacrum, ejuſdemque templum, infra Thebas xx. ſtadiis jacebat Pyraſus. Ad Thebas in mediterraneis eſt Crocius campus ad fines Othrys montis: per eum fluit Amphryſus fluvius. Suprà eſt Iton, ibique Itoniæ templum Minervæ: unde etiam Iton in Bœotia nomen habet: & fluvius Cuarius: de quo diximus in Arna Bœotiæ. B Hæc verò pertinent ad Theſſaliotidem, unam de quatuor Theſſaliæ partibus: ſub qua etiam Eurypyli fuit ditio. Tum Phyllus: ubi Phyllæi Apollinis templum: & Ichnæ, ubi Themis Ichnæa colitur. Juxta Antronem ad fretum Euboicum caſtellum eſt quod mari alluitur, & vocatur [5] Antronis aſinus. Sequitur Pteleum, & Alos: inde Cereris templum, & Pyraſus dirutus: ſupra hunc Thebæ: poſt Pyrrhæ promontorium, & duæ exiguæ inſulæ, quarum una Pyrrha, altera Deucalion nominatur: atque ibi ferè finis eſt Phthiotidis. C

A αἵπερ εἰσὶ καὶ αὐταὶ ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ· καὶ Ἄλος δὲ, καὶ Λάρισα ἡ Κρεμαστὴ καὶ τὸ Δημήτριον, ὑπ' ἐκείνῳ πᾶσαι πρὸς ἕω τῆς Ὄθρυος. Τὸ δὲ Δημήτριον, Δήμητρος εἴρηκε τέμενος, [1] καὶ ἐκάλεσε Πύρασον. ἦν δὲ πόλις εὐλίμενος ἡ Πύρασος ἐν δυσὶ σταδίοις, ἔχουσα Δήμητρος ἄλσος, καὶ ἱερὸν * ἅγιον, διέχουσα Θηβῶν σταδίους εἴκοσι· ὑπέρκεινται δὲ Πυράσου Θῆβαι· Θηβῶν δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὸ Κρόκιον πεδίον πρὸς τῷ καταλήγοντι τῆς Ὄθρυος, δι' οὗ ὁ * Ἄμβρυσος ῥεῖ ποταμός. Τούτου δ' ὑπέρκειται ὁ * Ἴτων, ὅπου τὸ τῆς Ἰτωνίας ἱερὸν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, καὶ ὁ Κουά- B ριος ποταμός· εἴρηται δ' περὶ τούτου ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἄρνης * Βοιωτιακῆς. Ταῦτα δ' ἐστὶ τῆς Θετταλιώτιδος μιᾶς τῶν τεσσάρων μερίδων τῆς ὅλης Θετταλίας, ἧς ἦν καὶ τὰ ὑπ' Εὐρυπύλῳ, [2] καὶ ὁ Φύλλος, ἔνθα Ἀπόλλωνος, τοῦ Φυλλαίου ἱερόν· καὶ Ἴχναι, ὅπου [3] ἡ Θέμις Ἰχναία τιμᾶται. Κατὰ δὲ τὸν Ἄντρωνα [4] ἔρυμα ὕφαλον ἐν τῷ πρὸς Εὐβοίᾳ ἐστὶ πόρῳ, καλούμενον ὄνος Ἄντρωνος· εἶτα Πτελεὸς, καὶ ὁ Ἄλος, εἶτα * τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν, [6] καὶ ὁ Πύρασος κατεσκαμμένος· ὑπὲρ αὐτῶν δὲ αἱ Θῆβαι· εἶτα ἄκρα Πύρρα, καὶ δύο νησίδια πλησίον, ὧν τὸ μὲν, Πύρρα, τὸ δὲ Δευκαλίων καλεῖ- C ται· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἡ Φθιῶτις πως τελευτᾷ.

* Manuſſ. ἄγαλμα.
* Scripti, Ἀμφρυσος. & Ἀμφρυσος.
* Scripti, Ἴτωνος.
* Scripti, ἐν ταῖς Βοιωτιακαῖς.
* Scripti, ἔφαλον.

1. καὶ ἐκάλεσε Πύρασον) Alii ut Euſtathius refert, aliter ſentiebant: & Cereris nemus interpretabantur urbem, quæ vocabatur Δημήτριον: quod & Stephanus confirmare videtur, apud quem in voce Δημήτριον Κρόκωτον πεδίον legitur malè, pro Κρόκιον. *Caſaub.*

2. καὶ ὁ Φύλλος) Stephanus habet Φυλλοῦς, & profert hunc locum, annotans Rhianum fœminino genere protuliſſe iſto carmine,

οἱ δ' ἄφαρ ὁπλισθέντες, ἴσαν κραναὴν ποτὶ Φύλλον. i. e.
*Qui ſtatim armati venere ad aſperam Phyllum.* Idem.

3. ἡ Θέμις Ἰχναία) Homerus in hymno Apollinis, ℣. 92.

--- θεαὶ δ' ἔσαν ἔνδοθι πᾶσαι
Ὅσσαι ἄρισται ἔσαν, Διώνη τε, Ῥείη τε,
Ἰχναίη τε Θέμις, καὶ ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη.
——— *deæ autem erant intus omnes*
*Quæcumque optimæ erant, Dionaque, Rheaque*
*Veſtigatrixque Themis, ac valde gemens Amphitrite* D

Lycophron. de Themide Solis filia, ℣. 129.

Τῆς θ' ἡλίου θυγατρὸς Ἰχναίας βραβεύς.
*& Ichnacæ ſolis filiae præſes.*

Vide Stephanum. Dicitur & Nemeſis Ichnæa. Diodorus poëta Epigrammatarius, Anthol. l. 1. c. 31. ep. 3.

Ἀδρήστειά τε δῖα καὶ Ἰχναίη σε φυλάσσοι
Παρθένος ἡ πολλοὺς ψευσαμένη Νέμεσις.
*Et Adraſtea divina, & veſtigia ſequens te cuſtodiat*
*Virgo, multos fruſtrata Nemeſis* Idem.

4. ἔρυμα ὕφαλον) Non dubito legendum eſſe ἕρμα ὕφαλον: quæ vox ſcopulum in mari latentem ſignificat. (Etymologici auctor, ἕρματα τὰ πετρώδη τῆς θαλάσσης μέρη καὶ ὕφαλα.) videtur autem illud ſaxum vocatum fuiſſe ὄνος, quia jacentis grandis aſini ſpeciem præ ſe ferret: unde proverbium manaverit, de majoribus ſolito animalibus, ὄνος Ἄντρωνος. Similem mendam apud Plutarchum deprehendimus ut alias infinitas. Locus eſt in Lycurgo T. 1. p 42. ed. FFurt. Αἰωρουμένη γὰρ ἡ πολιτεία καὶ ἀποκλίνουσα νῦν μὲν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἐπὶ τυραννίδα, νῦν δὲ ὡς τὸ πλῆθος ἐπὶ δημοκρατίαν, οἷον ἔρυμα τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν ἐν μέσῳ θεμένη καὶ ἰσορροπήσασα, τὴν ἀσφαλεστάτην τάξιν ἔσχε καὶ κατάστασιν. *Namque ſuſpenſa reſpublica, & nunc ad reges in tyrannidem vergens, nunc ad plebem in multitudinis arbitrium, ſenatus potentia inſtar obicis interjecta, æquilibrium retinens, tutiſſimum & ſtatum ſervavit.* Cujus loci elegantiam nemo animadvertet, qui prius non obſervaverit ſumtum eſſe loquendi genus à navium ſaburra, qua naves αἰωρούμεναι onerantur. Saburram autem Græci ἕρμα vocant. Quare ἕρμα legendum eſt non ἔρυμα. (Sic etiam hunc verſum apud Oppianum leges lib. IV. ℣. 477. Ἁλιευτικ.

Πολλάκι μὲν καὶ νῆες ἐν ἕρμασιν ἦυτ' ἔκελσαν
Κύμαις.
*Sæpe quidem etiam naves in operibus* (id eſt in curſu) *quaſi alliſæ ſunt*
*Illis*

vulgò ἔργμασι. mendoſè. *Idem.*

5. *Antronis aſinus.*) Pro ὄρος ὄνος legit etiam interpres. Antronii aſini proverbium explicant & Euſtathius, & Suidas, & Diogeniduus: atque hic quidem de magnis feris, ignaviſque accipit, quod Antrone magni aſini naſcerentur. Alii de iiſdem, & ad videndum aptis: quod molares lapides, qui aſini dicuntur, ibi commodè reperirentur. Notus eſt ſacrarum litterarum ὄνος μυλικὸς Matth. XVIII. ℣. 6. & Alibi. Fieri poteſt, ut Strabo mentionem proverbii fecerit, aliterque id explicaverit. Sed neſcio quid hæc ad ἔρημα ὕφαλον: aut hoc ipſum ſibi velit. Διονυσία in δύο νησίδια mutare libuit, cùm id etiam interpres feciſſet. In ſequentibus etiam verba non cohærent. Totus hic liber miſerrimè eſt adfectus. *Xyland.*

6. καὶ ὁ Πύρασος) Videtur ſeparare Pyraſum à Cereris templo, quod quomodo ſit intelligendum, ex ſuperioribus diſces. *Caſaub.*

p. 436. Ἑξῆς δὲ τοὺς ὑπὸ Εὐμήλῳ καταλέγει 1 τὴν συνεχῆ παραλίαν, 2 * ἔπεστιν ἤδη * Μαγνησίας, καὶ τῆς Πελασγιώτιδος γῆς. 3 * Φεραὶ μὲν οὖν εἰσι πέρας τῶν Πελασγικῶν πεδίων πρὸς τὴν Μαγνησίαν, ἀποτείνει μέχρι τοῦ Πηλίου σταδίους ἑκατὸν ἑξήκοντα· ἐπίνειον δὲ τῶν Φερῶν, 4 Παγασαὶ, διέχον ἐννενήκοντα σταδίους αὐτῶν. Ἰωλκοῦ δὲ εἴκοσι. 5 Ἡ δ᾽ Ἰωλκὸς κατέσκαπται μὲν ἐκ παλαιοῦ· ἐντεῦθεν δ᾽ ἔστειλε τὸν Ἰάσονα, καὶ τὴν Ἀργὼ Πελίας. Ἀπὸ δὲ τῆς ναυπηγίας τῆς Ἀργοῦς καὶ Παγασὰς λέγεσθαι μυθεύουσι τὸν τόπον· οἱ δὲ, πιθανώτερον ἡγοῦνται τοὔνομα τῷ τόπῳ * τεθῆναι τοῦτο ἀπὸ τῶν πηγῶν, αἳ πολλαί τε καὶ δαψιλεῖς ῥέουσι· πλησίον δὲ καὶ Ἀφέται, ὡς ἂν ἀφετήριόν τι τῶν Ἀργοναυτῶν· τῆς δὲ Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους ὑπέρκειται τῆς θαλάσσης (B) Ἰωλκός. Ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς, ἐπώνυμον ἑαυτοῦ 7 τὴν Δημητριάδα, μεταξὺ Νηλίας καὶ Παγασῶν ἐπὶ θαλάσσῃ, τὰς πλησίον πολίχνας εἰς αὐτὴν συνοικίσας, Νηλίαν τε καὶ Παγασὰς, καὶ Ὀρμένιον· 8 ἔτι δὲ Ῥιζοῦντα, Σηπιάδα, Ὀλιζῶνα, Βοίβην, Ἰωλκόν· αἳ δὲ νῦν εἰσι κῶμαι τῆς Δημητριάδος. Καὶ δὴ καὶ ναύσταθμον ἦν τοῦτο καὶ βασίλειον μέχρι πολλοῦ, τοῖς βασιλεῦσι τῶν Μακεδόνων· 9 ἐπεκράτει δὲ καὶ τῶν Τεμπῶν, καὶ τῶν ὀρῶν * ἀμφοῖν, τοῦ τε Πηλίου, καὶ τῆς Ὄσσης. Νῦν δὲ συνέσταλται μὲν, τῶν δ᾽ ἐν τῇ Μαγνησίᾳ πασῶν ὅμως διαφέρει. Ἡ δὲ Βοιβηῒς λίμνη πλησιάζει μὲν ταῖς Φεραῖς· συνάπτει δὲ καὶ τοῖς ἀπολήγουσι τοῦ Πηλίου πέρασι, καὶ τῆς Μαγνησίας. (C) 10 Βοίβη δὲ χωρίον ἐπὶ τῇ λίμνῃ κείμενον.

* Lego, ἅπερ ἐστὶν ἤδη.
* Scripti Μαγνητικῆς.
* Manuſſ. Φέῤῥαι ſemper.
* Aldi cod. πεπεῖσθαι. Manuſſ. τεθεῖσθαι & τεθῆναι.
* Manuſſ. ἀμφοῖν ὥσπερ εἴρηται.

(A) ¶ Deinceps eos refert: qui ſub Eumelo erant: quæ continens prioris ora maritima jam Magneſiæ eſt, & Pelaſgiotidis propria. Pheræ terminus ſunt Pelaſgici campi ad Magneſiam, qui ad Pelium uſque montem porrigitur ſtadiis CLX. Navale Pherarum ſunt Pagaſæ, inde XC. ſtadiis diſſitæ, ab Iolco XX. Iolcus pridem deleta eſt. Hinc Jaſon & Argo navis à Pelia ſunt dimiſſi: & fabulantur Pagaſas nomen habere ab Argo navi ibi compacta: alii probabilius nomen loco à pagis, *id eſt, fontibus*, factum ſentiunt, qui frequentes ibi largique fluunt. In propinquo ſunt Aphetæ, (B) quaſi carceres: quòd hinc emiſſi fuerint Argonautæ. Supra Demetriadem ſeptem ſtadiis mari Iolcus ſita eſt. Demetrius Poliorceta condidit, & à ſe denominavit Demetriadem ad mare, inter Neliam & Pagaſas: in eamque conduxit vicina oppida, Neliam, Pagaſas, Ormenium, Rhizuntem, Sepiadem, Olizonem, Bœben, Iolcum: qui nunc ſunt pagi Demetriadis. Urbs ea longo tempore fuit navale regibus Macedoniæ: & ſub ſe habuit cum Tempe, tum ambos montes Pelium & Oſſam. Nunc quanquam deminuta potentia, tamen omnibus Magneſiæ urbibus præſtat. Bœbeis palus Pheris vicina eſt, & contigua extremitatibus Pelii atque Magneſiæ. (C) Bœbe oppidulum eſt paludi imminens.

1. τὴν συνεχῆ παραλίαν) Prior interpres legit, καὶ τήν. Malò κατὰ vel καὶ τὴν συνεχῆ. Lego etiam ἅπερ ἐστὶν ἤδη, non ἔπεστιν ἤδη: quod vel cæcus videat eſſe depravatum. *Caſaub.*

2. ἔπεστιν ἤδη Μαγνησίας, καὶ τῆς Πελασγιώτιδος γῆς.) In margine, manuſc. *Μαγνητικῆς*. Nulla ratio eſt, cur Caſaubonus hanc lectionem non receperit, cum multò melior ſit: nam ut Πελασγιώτιδος γῆς, ita & *Μαγνητικῆς γῆς*. Quod ſi altera lectio contra M. SS. retineatur, videtur legendum τῆς Μαγνησίας. *Laurent. Theodor. Gronovius* ad Marmor. Baſin. cap. 16. *Theſaur. Antiquitat. Græcar.* tom. 7. p. 479.

3. Φεραὶ μὲν οὖν) Rectè hîc Straboni cum Ptolemæo convenit. *Caſaub.*

4. Παγασαὶ) Plinius H. Nat. IV. c. 8. numero ſingulari, *Pagaſa*. Inde ſinus Pagaſicus eidem, Παγασιτικὸς Græcis. *Idem.*

5. ἡ δ᾽ Ἰωλκός) Iolcus tam cognita eſt, quam vellus aureum, & Iaſonis navigatio: de quibus præter Apollonium, Orpheum & Valerium, videri poteſt Pindari Pyth. Od. IV. ℣. 334. *Idem.*

6. Ἀφέται ὡς ἂν ἀφετήριον) Apollonius lib. I. 589. de Argonautis è Magneſia ſolventibus:

---ἀτὰρ τριτάτῳ προέηκαν
Νῆα, τανυσσάμενοι περιώσιον ὑψόθι λαῖφος.
Τὴν δ᾽ ἀκτὴν Ἀφέτας Ἀργοῦς ἔτι κικλήσκουσιν.
*---Tertia demum luce deduxerunt*
*Navim, velo decumano alte depreſſo:*
*Hoc autem littus adhuc dicitur Aphetæ Argonis.*
Idem.

7. τὴν Δημητριάδα) Plinius Hiſt. Nat. IV. c. 8. Demetriadem ipſas Pagaſas eſſe putat. *Idem.*

8. ἔτι δὲ Ῥιζοῦντα) Stephanus, Ῥιζοῦς, πόλις Θεσσαλίας. Vide eundem de Olizone, vel Olizo ut alii efferunt. *Idem.*

9. ἐπεκράτει δὲ καὶ τῶν τ.) Supra p. 428. de Demetriade, καὶ γὰρ αὕτη πρόσθεν ἦν κυρία τῶν περὶ τὰ τέμπη, τό, τε Πήλιον ἔχουσα καὶ τὴν Ὄσσαν. *Idem.*

10. Βοίβη δὲ χωρίον ἐπὶ τῇ λίμνῃ κείμενον. *Bœbe oppidulum eſt paludi imminens.*) Fuit etiam & alia urbs ad Bœbeïdem lacum ſita, ut ait Pindarus Pythiorum Od. III. ℣. 57., Laceria nominata,

Πέμψει δὲ κασιγνήταν μένει
Θύοισαν ἀμαιμακέτῳ
Ἐς Λακερείαν. ἐπεὶ
Παρὰ Βοιβιάδος
Κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος

(D) Id eſt, *miſit ſororem* Dianam *cum impetu ruentem indomito Laceriam, quoniam ad Bœbeïdos crepidines habitabat virgo.* Ad quæ ſic Scholiaſtes: ἐπεὶ ἡ παρθένος Κορωνὶς ᾤκει παρὰ ταῖς ὄχθαις τῆς Βοιβιάδος λίμνης. ἡ δὲ Βοιβιὰς, λίμνη παρακειμένη τῇ Λακερείᾳ. ὅτι δὲ ἡ Κορωνὶς ἐν Λακερείᾳ ᾤκει πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἀμύρου Φερεκύδης ἐν πρώτῃ ἱστορεῖ, id eſt, *quoniam virgo Coronis habitabat ad ripas Bœbëidis paludis: eſt autem Bœbeis palus appoſita Laceriæ. Quod autem Coronis Laceriæ habitabat ad fontes Amyri, Pherecides narrat libro* I. Quando Laceriæ Strabo non meminit, vel defierat tempore Strabonis, vel eadem fuit, quæ poſtea Lariſſa dicta eſt, quod Ovidius ſuadet, qui Coronidem Lariſſæam vocat, quam Pindarus habitaſſe ad oras Bœbeïdis lacus ait, ubi etiam fuit Lariſſa, non ea quidem celebris ad Peneum ſita, ſed alia, quæ ad montem Oſſam & Bœbeïdem lacum poſita erat, de qua Strabo infra pag. 440. & Stephanus. *Palmer.*

Enimverò ſicut Iolcum valdè elatam dejecerunt ſeditiones, ita & Pheræ unà cum tyrannis & creverunt & conciderunt. Prope Demetriadem Maurus fluit. Litus continuum Iolcus vocatur. Hîc etiam Pylaicum ſolennem conventum celebrabant. Artemidorus ſinum Pagaſæum longiùs à Demetriade ponit, in loca Philoctetam dominum agnoſcentia: inque eò ſinu ait Cicynethum eſſe inſulam, & oppidum ejuſdem nominis. Deinceps urbes recenſentur ab Homero, quæ Philoctetæ parebant. De his Methone alia eſt à Thracica, illa quam Philippus evertit: de Peloponneſiaca ſuo loco intulimus mentionem. ¶ Ante Magnetas ſitæ ſunt complures inſulæ, de quibus nobiles ſunt Sciathus, Peparethus, Icus, Haloneſus, Scyrus, urbibus cognominibus præditæ. Maximè celebratur Scyrus ob Lycomedis cum Achille affinitatem, ibique natum & educatum Neoptolemum Achillis F. Poſtea temporis Philippus viribus auctus, cum videret Athenienſes mare obtinere, & inſulis cùm his, tum aliis imperare, fecit ut ipſi propinquæ fierent quam maximè celebres. Nam de principatu contendens bello, ſemper proxima quæque adortus eſt: & ut Magneſiæ ac Thraciæ aliarumque circumjacentium multas partes Macedoniæ adjecit: ita & ſitas ante Magneſiam inſulas ad ſe rapuit, priuſque innotæ & obſcuræ quæ erant, fecit ut certatim appeterentur, eſſentque notæ. Scyrum præcipuè antiquitatis memoria commendat: ſed tamen alia quoque ſunt, quæ ejus famam latè vulgant. De his eſt, Scyriarum capellarum præſtantia, & metalla varii Scyrii lapidis: ſicut & Caryſtii, & Deucalii, Synnadici, Hierapolitici.

A Καθάπερ δὲ τὴν Ἰωλκὸν αὐξηθεῖσαν ἐπὶ πλέον, κατέλυσαν αἱ στάσεις, καὶ αἱ τυραννίδες· οὕτω [1] καὶ τὰς Φερὰς συνέστειλαν ἐξαρθείσας ποτὲ καὶ συγκαταλυθείσας τοῖς τυράννοις. Πλησίον δὲ τῆς Δημητριάδος [2] ὁ Ναῦρος ῥεῖ· καλεῖται δὲ καὶ ὁ συνεχὴς αἰγιαλὸς Ἰωλκός. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν συνετέλουν. Ὁ δ' Ἀρτεμίδωρος * ἀπωτέρω τῆς Δημητριάδος τίθησι τὸν * Παγασητικὸν κόλπον εἰς τοὺς * ὑπὸ Φιλοκτήτου τόπους. ἐν ᾗ τῷ κόλπῳ φησὶν εἶναι [3] τὴν Κικύνηθον νῆσον, καὶ πολίχνην ὁμώνυμον. Ἑξῆς δ' αἱ ὑπὸ Φιλοκτήτου πόλεις καταλέγονται. B Ἡ μὲν οὖν Μεθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρακίας Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος· ἐμνήσθημεν δὲ καὶ πρότερον τῆς ἐν Πελοποννήσῳ. Πρόκεινται δὲ τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μὲν, αἱ δ' ἐν ὀνόματι [4] Σκίαθός τε καὶ Πεπάρηθος, [5] καὶ Ἰκὸς, [6] Ἁλόννησός τε καὶ Σκῦρος, ὁμωνύμους ἔχουσαι πόλεις. Μάλιστα δ' ἐστὶν ἐν ὀνόματι Σκῦρος [7] διὰ τὴν Λυκομήδους πρὸς Ἀχιλλέα οἰκειότητα, καὶ τὴν Νεοπτολέμου τοῦ Ἀχιλλέως ἐνταῦθα γένεσίν τε καὶ ἐκτροφήν. Ὕστερον δὲ Φίλιππος αὐξηθεὶς, ὁρῶν Ἀθηναίους p. 437. ἐπικρατοῦντας τῆς θαλάσσης· καὶ τῶν νήσων ἄρχοντας καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων, ἐποίησε τὰς πλησίον C ἑαυτῷ μάλιστα ἐνδόξους. Πολεμῶν γὰρ περὶ τῆς ἡγεμονίας, * ἐπεχείρει πρώτοις ἀεὶ τοῖς ἐγγύθεν καὶ καθάπερ αὐτῆς τῆς Μαγνήτιδος τὰ πολλὰ μέρη τὴν Μακεδονίαν ἐποίησε, καὶ τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς ἄλλης τῆς κύκλῳ γῆς. οὕτω καὶ τὰς περὶ τῆς Μαγνησίας νήσους ἀφῃρεῖτο, καὶ τὰς ὑπ' οὐδενὸς γνωριζομένας πρότερον, περιμαχήτους, καὶ γνωρίμους ἐποίει. Τὴν δ' οὖν Σκῦρον μάλιστα μὲν αἱ ἀρχαιολογίαι συνιστῶσιν· ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα θρυλλεῖσθαι ποιεῖ, οἷον [8] αἱ τῶν αἰγῶν ἀρεταὶ τῶν Σκυρίων· καὶ τὰ μέταλλα τῆς ποικίλης λίθου τῆς Σκυρίας, καθάπερ τῆς Καρυστίας, [9] καὶ τῆς Δευ-
D καλίας, καὶ τῆς Συναδικῆς καὶ Ἱεραπολιτικῆς·

* Scripti ἀπωτάτω.
* Scripti Παγασικόν.
* Scripti, ὑπὸ τῷ Φιλοκτήτῃ.
* Scripti ἐπεχείρησε.

1. καὶ τὰς Φερὰς) De Pherarum tyrannis multa leges apud Diodorum Siculum, Thucydidem & alios Græcos hiſtoricos. *Caſaub.*

2. ὁ Ναῦρος ῥεῖ) Locus corruptus. Nam decurtata vox eſt, pro Ἄναυρος. Sic ergo ſcribendum. Anaurum Theſſaliæ fluvium prope Iolcum, agnoſcent vel mediocriter literis tincti. *Idem.*

3. τὴν Κικύνηθον) Plinius Hiſt. Nat. IV. c. 12. *Pagaſicus ſinus ante ſe habet Eutychiam, Cicynetum & Scyrum ſupra dictum, ſed Cycladum, & Sporadum extimam.* Mela Lib. II. c. 7. *Pagaſæus ſinus Scyathon proſpicit, Cicyneton amplectitur.* Idem.

4. Σκίαθός τε καὶ Πεπ.) Plinius Hiſt. Nat. IV. c. 12. *Athos ante ſe quatuor, Peparetum cum oppido, quondam Evonum dictam IX. M. paſſ. Scyathum XV. M.* Idem.

5. καὶ Ἰκὸς) Pauci hujus meminere, Stephanus, Ἰκὸς νῆσος τῶν Κυκλάδων, προσεχὴς τῇ Εὐβοίᾳ. Livius lib. XXXI. c. 45. *Inde omnes velis in altum datis, maris medio præter Scyrum inſulam Icum pervenere.* Idem.

6. Ἁλόννησός τε) Plinius Hiſt. Nat. IV. c. 12. *Inter Cherroneſum & Samothracen utrinque ferè XV. M. Haloneſos.* De hac extat oratio inter Demoſthenicas. *Idem.* Vide eruditiſſimi Chr. Cellarii Geogr. Antiq. lib. II. c. 14.

7. διὰ τὴν Λυκομήδους) Nam ejus rei paſſim apud veteres auctores eſt mentio: ut ne annotare quidem quicquam ſit neceſſe. *Idem.*

8. αἱ τῶν αἰγῶν ἀρεταὶ) Nam ut ait Pindarus, Scyriæ capræ ἐς ἄμελξιν ἐξοχώταται. Athen. lib. I. & XII. *Idem.*

9. καὶ τῆς Δευκαλίας) Suſpecta mihi quidem vox. De lapide Caryſtio, Synnadico, & Hierapolitico ſuis locis meminit. *Idem.*

* Vulgo πλάκας ὁρᾶν.

1 μονολίθους γὰρ κίονας καὶ * πλάκας μεγάλας ὁρᾶν ἐστὶν ἐν τῇ Ρώμῃ τῆς ποικίλης λιθίας, ὑφ' ἧς ἡ πόλις κοσμεῖται δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ· 2 πεποίηκέ τε τὰ λευκόλιθα, οὐ πολλοῦ ἄξια. Ὁ δ' οὖν ποιητὴς μέχρι δεῦρο περιελθὼν τῆς Μαγνητικῆς παραλίας, ἐπάνεισιν ἐπὶ τὴν ἄνω Θετταλίαν δεξάμενος ἀπὸ τῆς Δολοπίας, καὶ τῆς Πίνδου.

Iliad. β. 729.

3 Οἳ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν.

Ταῦτα τὰ χωρία ἐστὶ μὲν τῆς Ἑστιαιώτιδος· ἐκαλεῖτο δὲ ὥς φασι πρότερον Δωρίς· κατασχόντων δὲ τῶν Περραιβῶν αὐτὴν, οἱ καὶ τῆς Εὐβοίας 4 τὴν Ἑστιαιῶτιν κατεστρέψαντο, καὶ τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν ἤπειρον ἀνέσπασαν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐποικησάντων Ἑστιαίων, τὴν χώραν ἀπ' ἐκείνων οὕτως ἐκάλεσαν. 5 Ἔστι δ' ἡ μὲν Τρίκκη 6 ὅπου τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἀρχαιότατον, καὶ ἐπιφανέστατον, ὅμορον τοῖς τε Δόλοψιν, καὶ τοῖς περὶ τὴν Πίνδον τόποις. Τὴν δ' Ἰθώμην ὁμωνύμως τῇ Μεσσηνιακῇ λεγομένην, οὔ φασι δεῖν οὕτως ἐκφέρειν, 7 ἀλλὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἀφαιρεῖν. οὕτω γὰρ καλεῖσθαι πρότερον· νῦν * δ' Ἰθώμη μετωνομάσθαι, χωρίον ἐρυμνὸν καὶ 8 τῷ ὄντι * κλωμακόεν, ἱδρυμένον μεταξὺ τεσσάρων φρουρίων ὥσπερ ἐν τετραπλεύρῳ κειμένων, Τρίκκης τε 9 καὶ Μητροπόλεως, 10 καὶ Πελινναίου 11 καὶ Γόμφων. Τῆς δὲ Μητροπολιτῶν ἐστι χώρας ἡ Ἰθώμη· ἡ δὲ Μητρόπολις πρότερον μὲν ἐκ τριῶν συνῴκιστο πολιχνίων ἀσήμων, ὕστερον δὲ καὶ πλείους προσελήφθησαν, ὧν ἦν καὶ ἡ Ἰθώμη. Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν τοῖς ἰάμβοις.

* Scripti δὲ Θαμοή.
* Scripti, κλιμ.

nam è vario marmore columnas tabulaſque unico lapide conſtantes videre poſſis Romæ, quibus publicè privatimque urbs exornatur: fecitque ex albo lapide, non magni precii. ¶ Cæterùm Homerus eò uſque oræ Magneſiæ progreſſus, rediit ad ſuperiorem Theſſaliam, à Dolopia & Pindo principium petens.

*Qui Triccamque habuere, ſalebroſamque Ithomam.*

Hæc ſunt Eſtiæotidis, quæ olim fuit Doris appellata, ſed Perrhæbi cùm eam occupaſſent, qui Eubœæ Eſtiæam everterant, hominesque in continentem pertraxerant, ob multitudinem Eſtiæorum, qui eò commigraverant, ab his nomen regioni indiderunt. Apud Triccam Aeſculapii templum eſt nobiliſſimum & antiquiſſimum, confine Dolopibus & locis ad Pindum ſitis. Ithomen, quæ idem cum Meſſeniaca nomen habet, ajunt prima ſyllaba ademta Thomam debere appellari, ſi vetuſtum nomen ei reddere velimus. Oppidum eſt natura munitum, & vere id quod dicitur aſperis ac ſaxoſis adſcenſuum difficultatibus præditum: jacet inter quatuor oppida quaſi in quadrilateri figuram diſpoſita: Triccam, Metropolim, Pelinnam, Gomphos. Metropolitarum regionis eſt Ithome. Metropolis autem primum è tribus obſcuris fuit conflata oppidulis: poſteà plures ſunt adſumtæ, de quibus etiam Ithoma. Callimachus quidem in jambis ait.

1. *Μονολίθους γὰρ κίονας καὶ πλάκας μεγάλας ὁρᾶν ἐστὶν ἐν τῇ Ρώμῃ τῆς ποικίλης λιθίας*) Vides Strabonem λιθίαν magis de vulgaribus uſurpare lapidibus, nam ποικίλην λιθίαν vocat hic marmora maculoſa & varia. Et Joſephus quodam loco λιθίαν de lapidibus cæmentitiis uſurpat. Et quamvis hæc ſatis eſſent iis revincendis, qui λιθίαν de ſolis lapidibus pretioſis ſumi notaverunt, non tamen diffiteri licet, quin Græci λιθίαν interdum pro lapillis pretioſis ſumſerint, adi ipſum Strabonem noſtrum lib. xv. p. 717. *φέρει δὲ καὶ λιθίαν ἡ χώρα πολλὴν κρυστάλλων, καὶ ἀνθράκων παντοίων, καθάπερ τῶν μαργαριτῶν.* Indiam intelligit, cujus opes recenſet. *Salmaſ. Ex. Plin. Ed. ult. p.* 395.

2. *πεποίηκέ τε*) Senſus eſt, feciſſe τὴν ποικίλην λιθίαν, ut τὰ λευκόλιθα ſordeant & contemnantur, præ aliorum lapidum elegantia. Nihil igitur deeſt, ut vulgò putant. *Caſaub.*

3. *Οἳ δ' εἶχον Τρίκκην*) Vide ad hunc locum notas doctiſſimi viri Joachimi Camerarii.

4. *τὴν Ἑστιαιῶτιν*) Malim Ἱστιαιῶτιν. Sic enim perpetuò ſcribi video τὴν Εὐβοϊκὴν, quæ vox eſt Ἰωνικωτέρα. *Caſaub.* Conſule Cellarii. Geogr. p. 1058. & 1059.

5. *Ἔστι δ' ἡ μὲν Τρίκκη ὅπου τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἀρχαιότατον, καὶ ἐπιφανέστατον, ὅμορον τοῖς τε Δόλοψι.* i.e. *Tricca autem eſt, ubi fanum Æſculapii antiquiſſimum, & celeberrimum, Dolopibus confine.* Pro ὅμορον lego ὅμορος, reſpicitur enim ἡ Τρίκκη, *Tricca Dolopibus vicina.* Palmer. Græc. antiq. lib. II. c. 9. p. 539.

6. *ὅπου τὸ ἱερὸν*) Meminit lib. VIII. p. 386. *Caſaub.*

7. *ἀλλὰ τὴν πρώτην σ.*) Stephanus vocari ait Θούμαιον. *Idem.*

8. *τῷ ὄντι κλωμακόεν*) Homerus, Ιλ. β. ψ. 720.
Οἳ δ' εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλυμακόεσσαν.
*Quique habitabant Triccen & Ithomem clivoſam.* Id.

9. *καὶ Μητροπόλεως*) Dio lib. XLI. pag. 177. ed. 1606. *Αὐτίκα γοῦν Μητρόπολις ἕτερόν τι πόλισμα οὐδὲ ἐς χεῖρας αὐτῷ ἦλθεν, ἀλλ' ἀμάχει ὡμολόγησε.* Meminit & Ptolem. *Idem.*

10. *καὶ Πελινναίου*) Stephanus, Πέλιννα πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι. *Idem.*

